This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com



Digitized by Google

Digitized by Google

Codex Apocryphus NOVI TESTAMENTI,

Collectus, Castigatus

Testimoniisque, Censuris & Animadversionibus illustratus.

à

JOHANNE ALBERTO FABRICIO
S. S. Theol. D. Professore Publ.
& h. t. Gymnasii Rectore.



HAMBURGI,

Sumptib. BENJAM. SCHILLER. Anno 1703.

Digitized by Google

Clarissimo & Doctissimo

Viro

JOHANNI SCHULTZE,

Gardelegiensi,

Rectori Scholæ Johanneæ Hamburgensis meritissimo,

JOH. ALBERTUS FABRICIUS



PErmitte quæso, HONORATISSIME SOCER, extare publicum hoc monumentum Observan-

Digitized by Google

tiæ, & amoris in Te mei, tam profecto germanum atque integræ fidei, quam totum constat ex scriptis Apocryphis & subdititiis. Nempe datur etiam ex falsis, quod ajunt, veri demonstratio, & nugæ ipsæ, visæ sunt quandoque seria ducere. Itaque Tu, qui alioqui sincera tantum amas & gravia, uniceque gaudes atque animum pascis in veris atq; indubitatis scriptis Prophetarum & Apostolorum, ita, ut quicquid tem-

Digitized by Google

temporis reliqvum tibi est à muneris Tui, quod religiose obis, laboribus, hoc omne lubentissime impendas sacris libris perscrutandis, in eis solis oblectes Te ac recrees, ex illarum tractatione novos spiritus ac novas vires Tibi colligas: Noli vitio vertere mihi, quod ad commentitios libros paulisper diverti, non tanquam probaturus illos, sed in unum collectos fasciculum simul semelque proscripturus, atque Ec-

Digitized by Google

cleſiæ veteris pariter ac recentis ſuffragio repudiaturus. Quem in modum enim pictores ex tenebris ipſis & umbra lucem imaginibus ſuis fœnerantur, ſimiliter ſperavi ego ex obſcurorum horumce librorum fuligine cum ſacris literis comparata poſſe fieri, ut veritas divinæ Scripturæ & cœleſtis ſplendor ſacrorum oraculorum clarius lectorum animos percellat ac perſtringat. Non igitur exiſtimabis penitus indi-

Digitized by Google

indignum esse præsens opusculum, quod Honoratissimo ac peramato Nomini Tuo à me inscribatur: nam si passim celebrari animadvertis scripta in quibus verissimi & sacrosancti libri falsis sæpe ac detortis enarrantur interpretationibus, non plane adspernandum tibi videbitur volumen, in quo scripta Apostolos Apostolicosve viros auctores mentientia vere revicta & gravissimis argumentis

Digitized by Google

rejecta invenies. Vale & in rei literariæ bonum, emolumentumque familiæ, integris viribus quam diutissime utere. Scripsi Hamburgi 5. Id. Mart. Anni à Christo nato clɔ lɔ cc III.

AD

Digitized by Google

AD LECTOREM.

ALiorum vel ſublevaturus laborem, vel voluptatem occupaturus, me ac præſentem Apocryphorum editionem reprehendendi, proferam ipſe neceſſe eſt diluamque breviter ea, quæ ex Apoſtolo, quæ è ſanctis Patribus, vel è D. Luthero & aliis Viris doctis mihi objici ac vitio dari poſſe præſentio. Nam divino afflatus Spiritu Paulus non ſemel tantum ſed iterum iterumque (a) ſerio vetat operam dare fabulis nihil profuturis atque inanibus: contra hortatur, ut illis miſſis & relictis in pietate nos omni vi atque ſtudio exerceamus. Quod & ipſum toto pectore amplector, nolimque unquam me ad hoc ſuſcipiendum opus animum meum, vel unam cogitationem appuliſſe, ſi conſtaret per illud quemquam, culpa non ſua, à pietatis exercitio revocatum iri. At enim exiſtimavi potius me hoc ipſo

(a) 1. Tim. I. 4. & IV. 7. Tit. I. 14.

Digitized by Google

posse efficere, ut innumeris aliis hominibus tempus non esset terendum in fabulis Apocryphis, aut per mille scriptores notandis, aut ad examen revocandis, quæ hoc uno volumine collecta atque falsitatis convicta in Ecclesia Christi tanquam anathema quoddam suspendere, testimoniisque prius & censuris haud inficiandis confossa veluti dilacerare (b) atque ita ad usum Canonicæ autoritatis quam invadere voluerunt inepta reddere studui. Neque vero fabulis dat operam, qui illas rejicit, neque aliorum pietati est impedimento, qui easdem cum Apostolo jubet negligere, aut vitandas in unum locum seponit. Monuit S. Hieronymus (c) Diabolum in Apocryphis insidiari, adeoque conticescere debere deliramenta Apocryphorum, neque ingerenda esse Ecclesiæ Christi. Quidni laudo Presbyteri Stridonensis sententiam, etsi Verba Psalmi (d) ad quæ alludit aliud tinniunt, neque hilum faciunt ad scripta de

(b) Hesychius in καλαγίσας testatur vestes quæ ex spoliis vel aliunde Diis devotæ suspendebantur prius solitas conscindi ac dilacerari, ne humanis usibus amplius paterent. (c) Hieronymus in Esaiæ LXIV. 4. (d) Psal. X. 8. & 9.

Digitized by Google

dequibus agimus Apocrypha. Nusquam vero affirmarit Hieronymus, insidiis à Diabolo tangi eum, qui fraudes diligenter observat, qui aliis quo sibi caveant præit, nihil sibi promittit in Apocryphis tuti, neque ea tanquam divina ingerit, sed tanquam supposititia disvadet Ecclesiis Christi. Leo (e) sane Magnus, Pontifex, Apocryphas Scripturas, quæ sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdicendas, sed etiam penitus auferendas præcipit atque ignibus concremandas. Idem est D. Lutheri (f) nostri judicium. Quæ vero tanta est hodie vel industria vel auctoritas, cujus ope aboleri & hominum manibus excuti possint scripta ejus generis omnia, quæ non admirantium solum sed proscribentium etiam reprobantiumque curiositate provehuntur & protrahuntur? Aut speramusne defuturos esse è Christianorum nume-

(e) Epist. XCIII. ad Turibium c. 15. (f) In Colloquiis mensalibus c. 9. p. 69. seq. edit. Lipsiæ 1700. fol. ubi singillatim invehitur in librum Infantiæ, quod facit etiam Steph. Chauvinus in Ephemeridibus literariis Berolinensibus A. 1697. p. 460.

Digitized by Google

numero, qui scriptis vere Apostolicis habentes fidem iidem percupiant videre, quos demum libros tantis nominibus supponere ausi sint maleferiati impostores. Fortassis etiam operæ pretium est, quid distent æra lupinis, propius cognoscere. Equidem postquam major eorundem pars jam toties sparsa est in vulgus, pleni de illis libri: præstat eos colligere & castigatos obeloque notatos omnium exponere oculis, atque ita exuere pretio inepto raritatis, simulque omni præclara æstimatione. Hoc nescio an fuerit melius, quam cum temporis & sumtuum jactura relinquere avidis talia cognoscendi hominibus vel diu & passim investigandos, vel difficilius intelligendos, vel temere æstimandos. Temere autem existimare dicentur ab istorum admiratoribus (ut semper sunt quibus etiam hæ esse aliquid videntur nugæ) quicunque condemnant quæ non inspexerint. Nam & Sopater Abbas (g) qui Apocrypha legere prohibet, ea legisse videtur, neque quamcunque eorum lectionem nec quibus-

(g) In Apophthegmatis Patrum editis à Cotelerio T. 1. monument. Ecclesiæ Græcæ p. 684.

Digitized by Google

buscunque interdixisse. Quæ vero tot Conciliorum Patrumque scriptis damnata Apocryphorum lectio est, & hæresis *Apocrypha* Philastrio (h) appellata, ad eos cum primis spectant qui hoc genere librorum utuntur ad errores suos confirmandos, tum ad eos quoque qui tanquam vere Apostolicos suspiciunt & canonicis atq; divinis sive opponunt sive in pari auctoritatis gradu adjungunt. E contrario viris doctis & Historiæ Ecclesiasticæ peritis constat hos libros, in tanta præsertim qua divino beneficio hodie fruimur divinæ Veritatis luce, non modo legi posse sine detrimento, sed cum utilitate quoque, si idoneus lector accesserit. Nam cum hypobolimæa quidem at pervetusta sint hæc scripta pleraque, res ipsa docet Historiam veterum hæresium & loca quædam veterum Ecclesiæ Doctorum ex his posse illustrari. Qui usus, cum ad vulgus indoctum redire non possit, hoc à lectione eorundem potius removendum quam translatione vernacula turbandum atque cœcis ita scandalum ponendum esse duxerim. Neque enim intelligo, quem

h) Hæresi LXXXVIII.

Digitized by Google

quem usum editæ nuper versiones Germanicæ Sibyllinorum, excerptorumve Theodoti, vel recognitionum Clementis possint præbere iis, qui in rerum veteris Ecclesiæ pariter atque utriusque linguæ ignoratione versantur. Compluribus contra exemplis per varias ætates manifestum est, non mala alioqui ingenia sed Critices & Historiæ ignara, Apocryphorum, nullâ præsertim censurâ notatorum, titulis facile decipi se passa esse, & Prisc illianistarum instar cum libris sacris pari numero & loco ea habuisse, insolitaque in illis dogmata præ cæteris notasse & suspexisse.

In

Digitized by Google

In hoc Libro continentur:

PARTE I.

Testimonia & Censuræ de Evangelio Nativitatis Mariæ. Pag. 1.

EVANGELIUM *Nativitatis Mariæ, latinè cum notis.* 19.

Testimonia & Censuræ de ProtEvangelio Jacobi. 40.

PROTEVANGELIUM *Jacobi* Græce & Latine, cum notis. 66

Testimonia & Censuræ de Evangelio Thomæ & libro de Infantia Salvatoris. 129

EVANGELIUM *Thomæ*, Græce & Latine, extrema parte mutilum, cum notis. 159

Evangelium Infantiæ ex Arabico versum latine cum notis. 168

Specimen Evangelii Infantiæ veteribus rhythmis Germanicis expressi. 212

Testimonia & Censuræ de Evangelio Nicodemi, sive *Actis Pilati.* 21

EVANGELIUM *Nicodemi* latine, cum notis. 238

Epistolæ *Pilati* duæ ad Tiberium Imp. latine cum Censura & notis. 298

Pilati relatio ad Tiberium Imp. hactenus inedita, Græce & latine. In Addendi

Epistola *Lentuli* ad Senatum Rom. latine. 30

De Scriptis quæ ad CHRISTUM Servatorem nostrum tanquam auctorem relata sunt. 303.

Epistolæ CHRISTI ad *Abgarum* Græce & Latine, cum notis. 318.

Dicta CHRISTI quæ in Evangeliis Canonicis non extant. 321.

Fragmenta & notitia Evangeliorum quinquaginta Apocryphorum. 335.

Rationes allegoricæ Veterum quare non plura nec pauciora quam quatuor sint Evangelia. 35

PARTI

Digitized by Google

PARTE II.

eſtimonia & Cenſuræ de Hiſtoria *Apoſtolica Abdiæ* Babylonii. Pag. 388.

BDIÆ *Babylonii Hiſtoria Certaminis Apoſtolici* in decem libros diſtributa, latinè, cum notis. 402.

agmenta & notitia Actuum Apoſtolicorum ſex & triginta Apocryphorum. 743.

eſtimonia & Cenſuræ de Epiſtolis S. Mariæ. 834.

MARIÆ *Virginis Epiſtolæ tres*, latinè cum notis. 842.

eſtimonia & Cenſuræ de Epiſtola Pauli Apoſtoli ad Laodicenſes. 853.

iſtola S. PAULI *ad* LAODICENSES latine & *Græcè* cum notis. 871.

eſtimonia & Cenſuræ de Epiſtolis mutuis Pauli & Senecæ. 880.

iſtola S. PAULI *ad* SENECAM una cum hujus ad illas reſponſoriis, notis illuſtratæ. 892.

PETRI *Epiſtola ad* JACOBUM. 907.

JOHANNIS *Epiſtola ad Hydropicum quendam.* 922.

aliis Epiſtolis & Apocryphis ſcriptis ſub Apoſtolorum nomine jactatis. 905.

agmenta Apoſtolorum à Steph. Prætorio vulgata. 926.

odecas Apocalypſeon Apocrypharum. 930.

EVAN-

Digitized by Google

Evangelium
De
NATIVITATE
S. MARIÆ,
Jactatum olim sub falsis nominibus
Scriptoris
S. MATTHÆI
Evangelistæ,
Et
Interpretis, S. HIERONYMI,
Qui illud ex Hebraico verterit, donaveritque interpretatione liberiore
Latina.

Digitized by Google

Judicia & Testimonia de libro qualis apud Gnosticos olim ferebatur, tum qui à Manichæo Seleuco postea effictus est, tum qui hodie extat, & infra sequitur

DE NATIVITATE MARIÆ.

S. Epiphanius Hæresi XXVI. Gnosticorum, num. 12.

Ἄλλα δὲ μύρια παρ' αὐτοῖς πεπλασμένα γραφεῖα τετόλμηται. ΓΕΝΝΑΝ μὲν γὰρ ΜΑΡΙΑΣ βιβλίον τί φασιν εἶναι ἐν ᾧ δεινάτε καὶ ὀλέθρια ὑποβάλλονταί τινα ἐκεῖσε λέγουσιν. Ἐκ τούτου γάρ φασι τὸν Ζαχαρίαν ἀπεκτάνθαι ἐν τῷ ναῷ, ἐπειδή, φασι, ὀπτασίαν ἑώρακε, καὶ ἀπὸ τοῦ φόβου θέλων εἰπεῖν τὴν ὀπτασίαν, ἀπε-

INfinita porro penes illos sunt supposititia atque impudenter conficta monumenta. Cujusmodi est qui de progenie Mariæ liber *inscribitur, in quo horribilia quædam ac detestanda illorum dicta continentur. Velut inter alia, eam Zachariæ necis in templo causam extitisse, quod cum visum quoddam illi esset oblatum, idque præ me-*

Φέρε

φράγη τὸ στόμα, εἰδὸς γάρ, φασιν, ἐν ᾗ ὥρᾳ τῷ θυμιάματός τινα, ὡς ἐθυμία, ἄνθρωπον ἑστῶτα* ὄνῳ μορφὴν ἔχοντα.

tu significare vellet, os ei primo præclusum sit. Viderat autem, inquiunt, cum incensi horâ sustineret, asini figurâ stantem ho-

A 2 Καὶ

* Serapion Thmuensis Episcopus lib. adversus Manichæos affirmat ex hujus libri occasione Christianos olim accusatos ab Ethnicis, quod Judæis permisti asinum Judæorum numen colerent. Ita quidem ex Serapione Sixtus Senensis lib. 2. Bibl. S. p. 106. qui videtur opus Serapionis auctius vidisse, quam extat in codice Græco Holsteniano Bibliothecæ Johanneæ hujus urbis, in quo habentur etiam libri duo Titi Bostrensis, tertiique pars, & Photii libri quatuor ad Arsenium contra Manichæos. Sane idem Sixtus lib. 4. p. 377. opus illud Serapionis ingens ac nobilissimum vocat, cum hoc in codice Holsteniano paucis foliis absolvatur, neque libri illius Gnosticorum vel verbulo mentionem faciat. Editionem hujus Serapionis, Titi item Photiique Græcolatinam parabat Abrahamus Hinkelmannus ὁ μακαρίτης, Serapionem & Titum sed latine tantum ex Francisci Turriani versione edidit Henricus Canisius, Videturque Turriani versio ex eodem codice profecta ex quo apographum Græcum Holstenianum. idem enim hiatus in Serapione, idem in Tito defectus. Utrumque Græce & latine, quemadmodum alia multa præclara publico promittit doctissimus ac præstantissimus Juvenis, Viri summi Iobi Ludolfi nuper in Æthiopicis συνεργὸς Joh. Friedericus Winckler. Photii libros quorum ἐπίδειξιν dat Euthymius panopliæ lib. 2. sect. 20. expectamus à Viro Clarissimo Sebastiano Gotfrido Starkio. Cæterum, alias conjecturas super origine calumniæ de culto apud Judæos asini capite jam ante Gnosticorum ætatem Judæis objectæ, videbis ubi placebit apud Steph. Morinum dissertatione septima, & apud Christianum Kortholtum Theologum meritiss. lib. 2. cap. 1. Obtrectatoris pagani: quibus præter suspicionem minus verisimilem Jenkini Anglì in præfat. ad

Καὶ ἐξελθόντ☉, φασὶ, καὶ θέλοντ☉ εἰπεῖν, οὐαὶ ὑμῖν, τίνι προσκυνεῖτε; ἀπέφραξεν αὐτῆ τὸ στόμα ὁ ὀφθεὶς αὐτῶ ἔνδον ἐν τῶ ναῶ, ἵνα μὴ δύνηται λαλῆσαι. Ὅτε δὲ ἠνοίγη τὸ στόμα αὐτῆ ἵνα λαλήσῃ, τότε ἀπεκάλυψεν αὐτοῖς, καὶ ἀπέκτειναν αὐτόν. Καὶ οὕτως, φασὶν, ἀπέθανε Ζαχαρίας, διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ἱερεὺς ὑπ' αὐτῆ τῆ νομοθετήσαν☉ πρόσταγμα, φασὶν, ἔχειν κώδωνας, ἵν' ὅταν εἰσέρχηται ἱερατεύσας, τὸν κτύπον ἀκούων τῶν κωδώνων, κρύπτηται ὁ προσκυνούμεν☉, ἵνα μὴ

minem, ac cum egredi vellet: itaque proloqui: Vae vobis, quem enim tandem adoratis? Ab eo qui in templo intus apparuit oris illi ne efferre posset usus intercluſus est, postautem ubi vox eidem est restituta, atque hoc in Judeos arcanum evulgavit, ab illis interfectus est. Hac, inquiunt, Zachariæ mortis occasio fuit. Addunt eandem illam ob causam, jussum à legislatore Pontificem tintinnabula gestasse, ut quoties ad functionem suam obeundam ingrederetur, tintinabulorum crepitu is

Φωρα-

lib. 2. de veritate religionis Christianæ, adde hæc Gaffarelli quæst. pacific. p. 79. *Si verum sit quod ajunt secretiores quidam apud Hebræos Theologi, ab ipsis sculpta asini maxilla in templo asservata fuit ob egregium facinus in Philistæos à Samsone perpetratum.* Jenkinus putat calumniam ortam ex permutatione sive malitiosa sive erronea vocis Schammatha seu Maran Atha, quomodo excommunicationis genus apud Judæos dicatur, in Athon, quod significat asinum. Is. Vossius ad Catullum p. 197. suspicatur inter hieroglyphicas variorum animalium figuras ornando templo conjunctas & permixtas, asini quoque caput fuisse: cui sententiæ vide quæ opponat scriptor Anonymus Epistolæ, quæ extat in Novellis reip. literariæ Anni 1685. mense Augusto.

Digitized by Google

Φωραθῇ τὸ ἐνδαλλιχὸν τῆς μορφῆς αὐτῷ πρόσωπον.

qui adorabatur admonitus sese è medio subtraheret, ne cum larva illa ac turpi effigie deprehenderetur.

Idem, hæresi LXXIX. Collyridianorum num. 5.

Εἰ γὰρ ἡ τῆς Μαρίας ἱστορία, καὶ παράδοσις ἔχουσιν, ὅτι ἐρρέθη τῷ πατρὶ αὐτῆς Ἰωαχεὶμ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ὅτι ἡ γυνή σου συνείληφυῖα, ἀχ ὅτι ἄνευ συζυγίας τοῦτο ἐγένετο.

Quamvis autem ex Mariæ historia ac traditione illud habeatur, Joachimo ejus Patri divinitus hoc in deserto nunciatum fuisse, Uxor tua concepit, non tamen extra conjugium hoc factum intelligi debet.

S. Gregorius Nyssenus (sive ejus interpolator Simeon Metaphrastes) Homilia de nativitate S. Mariæ Virginis T. 3. Opp. p. 346.

Ἤκουσα τοίνυν ἀποκρύφων τινὸς ἱστορίας τοιαῦτα παρατιθεμένης τὰ περὶ αὐτῆς (Μαρίας) διηγήματα. Ἐπίσημός τις ἦν ἐν τῇ κατὰ νόμον ἀκριβεῖ πολιτείᾳ καὶ γνώριμος ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ὁ τῆς παρθένου πατήρ. Ἅπαις

Audivi ergo quandam Historiam Apocryphan, tales de Maria prodentem narrationes. Virginis Pater fuit insignis quidam civis, observantia legis & vitæ probitate imprimis nobilis, qui sine filiis ad senectutem perve-

Digitized by Google

δὲ κατεγήρα τὸν βίον, ὅτι αὐτῷ πρὸς γενογονίαν οὐκ ἐπιτηδείως εἶχεν ἡ σύνοικος. Ἦν δέ τις ἐκ τοῦ νόμου τιμὴ ταῖς μητράσιν, ἧς οὐ μετεῖχον οἱ ἄγονοι. Μεμετάκται τοίνυν καὶ αὕτη τὰ περὶ τῆς Μητρὸς τοῦ Σαμουὴλ διηγήματα, καὶ ἔνδος τοῦ ἁγίου τῶν ἁγίων γενομένη ἱκέτις γίνεται τοῦ Θεοῦ μὴ ἔξω πεσεῖν τῆς ἐκ νόμων εὐλογίας ἐξαμαρτοῦσα περὶ τὸν νόμον οὐδέν. κ. τ. λ.

nerat, cum minus idoneam ad gignendum uxorem haberet. Habebatur autem matribus ex lege quidam honor, quo carebant fœmina quæ liberos nullos susceperant. Quapropter & hæc imitata id quod de matre Samuelis scriptum est, ad sanctum sanctorum accedit & supplicat Deo, ne legum benedictione privetur, quæ nihil in legem peccasset. &c.

S. Augustinus lib. XXIII. contra Faustum Manichæum cap. IX.

Quisquis itaque dicit Mariam ad consanguinitatem David non pertinuisse, manifestum est quod istarum Scripturarum tam excellenti autoritati obluctetur: ipse vera convincat non eam pertinuisse ad semen David, & hoc ostendat non ex quibuscunque literis, sed Ecclesiasticis, Canonicis, Catholicis. Alia quippe non habent ad has res ullum pondus autoritatis, ipsa sunt enim quas recepit & tenet Ecclesia toto orbe diffusa, quæ per illas est etiam Prophetata, & quemadmodum promissa sic reddita. Ac per hoc illud quod de generatione Mariæ *Faustus posuit, quod Patrem habuerit ex tribu Levi, sacerdotem*

quem-

Digitized by Google

quendam nomine Joachim; quia Canonicum non est, non me constringit: sed etiam si hoc crederem, ipsum potius Joachim dicerem aliquo modo ad David sanguinem pertinuisse - - - Hoc ergo potius vel tale aliquid crederem, si illius Apocryphæ Scripturæ ubi Joachim Pater Mariæ legitur, autoritate detinerer, quam mentiri Evangelium, in quo scriptum est, & Jesum Christum filium Dei, salvatorem nostrum, & ex semine David secundum carnem, & per Mariam virginem procreatum.

Pseudo Chromatius & Heliodorus, Episcopi, Hieronymo. (T. 4. Opp.)

Dilectissimo Fratri Hieronymo presbytero, Chromatius & Heliodorus Episcopi, salutem in Domino. Ortum Mariæ Reginæ Virginis, simul & nativitatem atque infantiam Domini nostri Jesu Christi in Apocryphis invenimus libris, in quibus multa contraria nostræ fidei considerantes scripta, recusanda credidimus universa, ne per occasionem Christi, latitiam Anti Christo traderemus. Ista igitur nobis considerantibus, extiterunt viri Dei Armenius & Virinus, qui dicerent sanctitatem tuam beatissimi Matthæi Evangelistæ manu scriptum volumen Hebraicum invenisse, in quo & Virginis Matris, & Salvatoris infantia esset scripta, & idcirco tuam charitatem per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum expetimus, quatenus & illud ex Hebræo latinis auribus tradas, non tantum ad percipiendum quæ sunt Christi insignia, quantum ad hæreticorum astutiam excludendam, qui ut doctrinam malam instituerunt

Digitized by Google

rent, bonam Christi nativitatem suo mendacio miscuerunt, ut post dulcedinem vitæ, mortis amaritudinem occultarent. Erit ergo purissima pietatis, vel ut rogantes fratres exaudias, vel Episcopos exigentes charitatis debitum, quod idoneum credideris recipere, facias. Vale in Domino, & ora pro nobis.

Pseudo Hieronymus Chromatio & Heliodoro Episcopis.

Dominis sanctis & beatissimis, Chromatio & Heliodoro Episcopis, Hieronymus exiguus Christi servus in Domino salutem. Qui terram auri conscium fodit, non illico arripit quicquid fossa profuderit lacerata, sed priusquam fulgens pondus vibrantis jactus ferri suspendat, interim vertendis suspendendisque cespitibus immoratur, & specialiter qui nondum lucris augetur. Arduum opus injungitur, cum hoc fuerit mihi à vestra beatitudine imperatum, quod nec ipse sanctus Matthæus Apostolus & Evangelista voluit in aperto conscribi. Si enim hoc secretum non esset, Evangelio utique ipsius quod edidit addidisset: sed fecit hunc libellum Hebraicis literis obsignatum, quem usque adeo edidit, ut ex manu ipsius liber scriptus Hebraicis literis à viris religiosissimis habeatur, qui etiam à suis prioribus per successus temporum susceperunt. Hunc autem ipsum librum nunquam alicui transferendum tradiderunt, textum ejus aliter atque aliter narraverunt. Sed factum est ut à Manichæi discipulo nomine Seleuco, qui etiam Apostolorum gesta falso sermone conscripsit, hic liber editus non ædificationi sed destructioni materiam exhibue-

Digitized by Google

hibuerit, & quod talis probaretur in Synodo cui merito aures Ecclesiæ non paterent. Cessent nunc oblatrantium morsus, non istum libellum Canonicis nos superaddimus Scripturis, sed ad detegendum hæreseos fallaciam, Apostoli atque Evangelista scripta transferimus, in quo opere non tam piis jubentibus Episcopis obtemperamus, quam impiis hæreticis obviamus. Amor igitur est Christi cui satisfacimus, credentes quod nos suis orationibus adjuvent, qui ad Salvatoris nostri infantiam sanctam per nostram potuerint obedientiam pervenire.

Idem Pseudo-Hieronymus in alia ad eosdem Epistola, versioni libri de Nativitate Mariæ præmissa.

Petitis à me ut vobis rescribam quid mihi de quodam libello videatur qui de Nativitate S. Mariæ à nonnullis habetur. Et ideo scire vos volo, multa in eo falsa inveniri. Quidam namque Seleucus, qui passiones Apostolorum conscripsit, hunc libellum composuit. Sed sicut de virtutibus eorum & miraculis per eos factis vera dixit, de doctrina vero eorum plura mentitus est, ita & hic multa non vera de corde suo confinxit. Proinde ut in Hebræo (a) *habetur, verbum ex verbo transferre curabo, siquidem sanctum*

A 5

(a) *Hæc verba Is. Causabonus ad Baron. p. 91. ita accepit, ac si eundem librum quem à Seleuco compositum jam dixerat à se iste Pseudo Hieronymus, eundem etiam ex Hebraico translaturum se affirmet. Sed Vossius de genealogia Christi c. 4. §. 3. rectius observat hæc duo ab eo distingui, & Seleuci librum rejici tanquam impiis additamentis refertum, at alterum Hebraicum velut nihil exitiosi con-*

Digitized by Google

ctum Evangelistam Matthæum eundem libellum liquet (b) *composuisse, & in capite Evangelii sui Hebraicis literis obsignatum* (c) *apposuisse, quod an verum sit, Autori præfationis & fidei scriptoris committo, ipse enim ut hæc dubia esse pronuncio, ita liquido falsa non affirmo. Illud autem libere dico, quod fidelium neminem negaturum puto, sive hæc vera sint, sive ab aliquo conficta, sacrosanctam Sanctæ Mariæ* (d) *nativitatem magna miracula præcessisse, maxima consecuta fuisse, & idcirco salva fide ab his qui Deum ista facere posse credunt, sine periculo animæ suæ credi & legi posse. Denique in quantum recordari possum, sensum non verba Scriptoris sequens, & nunc eâdem semitâ non iisdem vestigiis incedens, nunc quibusdam diverticulis ad eandem viam securrens, sic narrationis stylum tentabo* (e) *& non alia dicam quam quæ aut scripta sunt ibi, aut consequenter scribi potuerunt.*

In-

plectentem probari, licet non tanquam Canonicum extolli & Ecclesiæ obtrudi. Sententia veteris illius scriptoris est, sicut Seleucus in libris de Actibus Apostolicis multa est mentitus, ita & eundem libello de Nativitate Mariæ non pauca confinxisse: ac propterea se potius voluisse hoc de argumento transferre librum Hebræum, seu vere seu falso inscriptum Matthæo, ubi nihil contineretur quod non posset pie legi. Clare igitur rejicit libellum Seleuci de nativitate Mariæ, atque ab eo diversum facit, quem convertit ex Hebræo. (b) *Liquet, si præfationi nempe fidem habere velis, ut mox additur.* Legit hæc sub S. Hieronymi nomine etiam Vincentius Bellov. in prologo spec. Historial. c. 9. & lib. VII. c. 64 seq. (c) *Ita videtur legendum pro* opposuisse. (d) *Male in editis:* Sacrosancta sanctæ Mariæ magna miracula. (e) *forte*, temperabo.

Digitized by Google

Innocentius I. Epistola III. ad Exuperium, can. 7.

Cætera quæ sub nomine Matthæi, sive Jacobi minoris, vel sub nomine Petri & Johannis, quæ à quodam Leucio scripta sunt, vel sub nomine Andreæ, quæ à Nexocharide & Leonide Philosophis, & sub nomine Thomæ, & si qua sunt alia, non solum repudianda, verum etiam noveris esse damnanda.

Gelasius Papa, sive quisquis autor in decreto de libris Apocryphis, Dist. XV. c. 3.

Liber de Nativitate Salvatoris, & de Maria & obstetrice Salvatoris, Apocryphus.

Fulbertus Carnotensis sermone in ortu almæ Virginis Mariæ inviolatæ, T. XVIII. Bibl. PP. p. 40.

Sane si qui sollicita mente & studiosa investigatione perquirant, cur sanctorum præcedentium memoriæ hujus præfatæ Virginis temporanea initia suis fidelibus sequacibus enucleatim non exornaverunt, ut ad omnium notitiam vulgarent, noverint non ignaros eos extitisse hæreseos, quæ pro insigni & admirando hujus sacræ puellæ præconio exoritura erat, & ob id siquid ex ejus ortu protulerint, sagaci industria celandum æmulis & infidelibus decreverunt, ne inveniret cæca garrulitas perfidorum unde maternum sinum Ecclesia verberaret sua multiplici fallacia. Nam & hoc quod levi & subtili relatione aut forsitan conscriptione

Digitized by Google

ne de Matris Domini nativitate & infantia ejusdem Domini perceperunt, ita versuta & argumento sa fallacia deturparunt, ut nec vera deinceps à quibusdam Ecclesiasticis doctoribus recitentur, quamvis minime repudiantur. Exstat vero quædam non usitata relatio quæ clarissimi Interpretis Hieronymi prænotatur nomine, referens B. Matthæum post editum Evangelium, ortum præfatæ Virginis atque initiamenta puerilia Jesu Christi ita obscuris manu propria obsignasse literis Hebraicis, ut nullus fidelium illud vellet patere superfluis & mordacibus rictibus, quæ tunc à prælibato Interprete feruntur transportata, quibusdam obnixe petentibus ad linguæ latinæ notitiam. Et quia hæc relatio inter S. Scripturæ Canones non habetur inserta, ideo unanimis Ecclesiæ conventus in recitando aperte nec omnino eligit, nec in non recipiendo rejicit, cum nonnulla reperiantur dicta & facta, quæ in præfata serie impossibilia videantur, quæ tamen volentibus & amantibus legere, non denegat fidelium industria. Præter hunc sermonem ex MS. Bibliothecæ S. Victoris editum, extat & alius sermo ejusdem Fulberti de Nativitate S. Mariæ Virginis ibid. p. 39. in quo plura ad verbum repetita ex hoc libro de Nativitate Mariæ.

Desiderius Erasmus in Censura libro de Nativitate Mariæ præmissâ.

Abunde satis arbitror admonere tantum, hoc opus ejusdem artificis esse, cujus id quod proxime præcessit. Præcesserat autem Regula Monachorum Hieronymo supposita, quam affirmat vel ipso

Digitized by Google

ipso sermonis insulsissimi charactere falsitatem tam palam præ se ferre, ut etiam ab indoctissimis sentiri queat.

Sixtus Senensis Bibliothecæ Sanctæ libro II. p. 107.

Matthæus Evangelista fingitur esse autor duorum librorum, quorum alter de ortu sive stirpe Mariæ, alter de infantia Salvatoris inscribitur, qui Valentinianorum & Gnosticorum commenta sunt. His libris inepti quidam autoritatem asserere cupientes, præfationes addiderunt sub nomine Chromatii & Heliodori Episcoporum ad Hieronymum & Hieronymi ad ipsos confictas, qua utrumque opus testarentur à Hieronymo in gratiam eorundem Episcoporum ex Hebraico Matthæi volumine translatum & ab Hæreticorum falsationibus expurgatum. Sed cum in his libris eadem nunc extent aniles fabulæ quas Irenæus in primo adversus Valentinorum hæreses, & Epiphanius primo Panarii, sectione tertia ex iisdem Voluminibus refellunt, palam apparet impostorum deceptio. Hæc Sixti Senensis ad verbum, ut solet, repetit Antonius Possevinus in Apparatu Sacro, voce Matthæus T. 2 p. 87.

Melchior Canus lib. XI. Loc. Theol. cap. 6. p. 536.

Hujus generis fabula etiam illa est insulsa atque ac barbara de Nativitate Sanctæ Mariæ ad Chromatium & Heliodorum Episcopos. Hujus generis sunt alia multa, quæ & rectissime & diligentissime Erasmus refutavit.

Cæ-

Digitized by Google

Cæsar Baronius Apparatu ad Annales Ecclesiasticos, num. 44.

Nec innitimur scriptioni illi quæ hactenus Hieronymi nomine ad Chromatium & Heliodorum scripta vulgata est : nam licet in eâ complura veritate constantia conscripta reperiuntur, quæ à dictis autoribus (Epiphanio, Nysseno &c.) *sibi vendicent autoritatem & fidem: tamen non tantum eam Hieronymi non esse dixerimus, sed autoris plane ut ignoti sic prorsus imperiti, qui in eâ condendâ & conscribenda non novit aperta vitare mendacia, dum ait illis temporibus quibus ea acciderunt fuisse Isaschar summum Pontificem &c.* Vide & ad Annum Christi 44. num. 44.

In eandem Sententiam disputat Richardus Montacutius Apparat. ad Origines Ecclesiasticas p. 299. seqv. & Analect. p. 175. 178. seqv. agens adversus Christophorum de Castro Jesuitam Hispanum, in Historia Deiparæ, quem his etiam verbis perstringit Isaacus Casaubonus Exerc. 1. ad Baronium num. 15.

Vide quam altas radices fabularum & mendacii amor in multorum animis egerit. Librum enim palàm impium ausus non ita pridem defendere contra virorum doctorum justissimam censuram Christophorus de Castro. O tempora, o mores! audere aliquem

quem in hac luce literarum scriptum tueri, quod primo constat pseudepigraphum esse, deinde à pestilentissimo heretico profectum, postremo nugarum & impietatum esse plenum. Titulum esse falsum stylus arguit. Nomen enim B. Hieronymi ementitur, quum nulla sit toto libello periodus, quæ ignorantiam, ἀπροσίαν, fatuitatem eorum non palam faciat, qui inter flumen aureum dictionis Hieronymiana & cœnum lutulentum plani illius distinguere nesciunt. Nec refert quod titulo adjecta sunt nomina Chromatii & Heliodori, ad quos in veris libris scripsit Hieronymus. Nam ejusmodi fuerunt semper artes eorum qui fictos à se libellos magnis autoribus adscribebant, ut aliqua similitudine veri mendacium obtegerent. Ab heretico eam scriptionem esse profectam, cur dubitemus, ipse doli fabricator palam hoc profitetur. Non enim libri autor postulat haberi, sed interpres duntaxat. Verus auctor Seleucus *Manichæorum Apostolus, notissimus hæreticus. Hic est qui in libro B. Augustini de fide contra Manichæos bis vocatur* Leucius, *quod vere Baronius monuit, sed &* Leontius *in principio ejusdem libri appellatur.*

Dionysius Petavius libro XIV. de incarnatione cap. 7. num. 3.

Sane opinio illa de viduitate Josephi & liberis ab eo susceptis, ex apocrypha illa historiâ manavit quæ de natali B. Mariæ ac reliquâ ejus vita perscripta est in Protevangelio Jacobi, & in stramentitia quadam Epistola, quæ inter rejicula Hieronymi legitur ex Hebræo Matthæi, ut planus ille mentitur. Vide eundem lib. XIV. cap. 3. num. 12.

Geth.

Digitized by Google

Gerh. Johannes Voſſius libro de Genealogia Chriſti, p. 34.

Non cenſeo ſolide adſtrui poſſe Chriſtophorum à Caſtro in opere ſuo de Deipara ſecutum eſſe librum haretici Seleuci, etſi fateatur ſe ſequi hoc opuſculum quod ex Hebræo dicitur convertiſſe Hieronymus, ſed qui clare rejicit atque adeo ab eo diverſum facit libellum Seleuci de nativitate Mariæ. Ait autem ſequi ſe hoc opuſculum Chriſtophorus à Caſtro, quod licet Hieronymi non ſit, ſit tamen veteris ac pii ſcriptoris. Et tamen non videtur mihi pius is ſcriptor, qui ſic voluit ſub Heliodori ac Chromatii Epiſcoporum, ac præcipue B. Hieronymi larva orbi imponere Chriſtiano. Præterea rudem fuiſſe & indoctum non ſola arguit dictio, ſed etiam quod Pontificem facit Iſaſcharem, qualis tum eſſe non potuit, ut ex ſerie eorum liquet apud Joſephum Antiquit. lib. XV. XVI. XVII. & lib. 1. de bello Judaico ac cæteris. Ut alia præteream quæ doctiſſimus Caſaubonus annotavit, quorum etiam aliqua jam ante obſervarat Baronius. Amplius dicam, utcunque impoſtor ille videri velit ſua ex Hebraïs vertiſſe, metuere me, ne fortaſſis neſcierit Hebraicè, ſuaque exſcripſerit ſive ex Gnoſticorum libro de ſtirpe Mariæ, ſive ex Seleuci libello de Mariæ nativitate, ac ſolum præterierit quæ Gnoſtico & Manichaico dogmati patrocinarentur. Cæterum Seleucus iſte etiam memoratur Melitæ Laodicenſi Epiſcopo præfat. in vitam S. Johannis Evangeliſtæ, quæ nec dum edita, ſed in Vaticana atque aliis extat Bibliothecis, ſive Melitoni Epiſcopo Sardenſi (neque enim*

* Johannem Mellitum alii vocant.

Digitized by Google

enim alius is existimandus) *libro de transitu B. Virginis, T. VII. Bibliotheca SS. Patrum. Sed utrobique qui aliis* Seleucus, *isthic* Leucius *vocatur, alii* Leuticius *nominatur Gelasio Papa Dist. XV. cap.* 3. *vel* Leutitius *aut* Leutius *ut adnotatur in decreti editione Romana. Sed Leucius quoque est in Conciliorum Tomis. Verba Gelasii sunt*: Libri omnes quos fecit Leucius discipulus Diaboli, Apocryphi. *Fortasse* Leucius *κατ' ἀφαίρεσιν ex* Seleucus *corruptum, quando apud Philastrium etiam* Seleuciani *hæretici a* Seleuco *nuncupantur. Nisi putes esse ex* Leontius, *quia B. Augustini libro de fide &c.*

Gvil. Caveus Hist. literar. Scriptorum Ecclesiasticor. Tom. 1.

Denique habetur latine in Bibliotheca Patrum sub nomine Canonis Universalis Liturgia D. Matthæo inscripta, opus, si quod aliud, spurium & recentioris seculi fœtus: & inter Hieronymi Opera T. IV. liber de Ortu sive Nativitate B. Virginis, cujus Proœmium, ipsum ab Hieronymo ex Matthæi opere Hebraice scripto latine conversum esse, splendide mentitur.

Thomas Ittigius Diatriba inedita de Matthæo §. 62.

Mira quoque nugæ sunt, quæ in fictitiis Chromatii & Heliodori ad Hieronymum literis & responso sub Hieronymi nomine conficto de quodam Matthæi libro Nativitatem B. Virginis & Infantiam Salvatoris nostri narrante referuntur. Confer eundem Max. Rev. Ittigium in Heptade dissertatt. v. 236

Digitized by Google

Natalis Alex. Hist. Eccles. Sec. I. cap. I. artic. 3.

Dubia fidei sunt, quæ vel Græci de Joachimo & Anna ex Apocrypho quodam libello de ortu Virginis S. Jacobo fratri Domini perperam adscripto delibarunt, vel Seleucus impostor sub S. Evangelistæ Matthæi nomine est ementitus - - - Sed & absurda fabula est quod beata Virgo educata fuerit in Sancto sanctorum &c.

L. Ellies du Pin dans sa Nouvelle Bibl. des Auteurs Ecclesiastiques T. 3. p. 134.

La lettre de Chromace & d' Heliodore à Saint Jerome, & la reponse qui porte le nom de ce Pere, sont encore des fictions fabuleuses, qui ne meritent aucune creance.

Bollandi & aliorum virorum doctorum Censuras habes infra ante Protevangelium Jacobi.

Evan-

Digitized by Google

EVANGELIUM DE NATIVITATE MARIÆ.

I.

BEata & gloriosa semper Virgo Maria de stirpe (a) regia & familia David oriunda, in civitate Nazareth nata, Hierosolymis in templo Domini nutrita fuit. Pater ejus Joachim, mater vero Anna dicebatur. Domus paterna ex Galilæa & civitate Nazareth. Maternum autem genus ex Bethlehem

 erat.

(a) In aliis scriptis Apocryphis Maria ferebatur fuisse de tribu Levi, ut apparet ex Augustino. XXIII. 9. contra Faustum Manichæum & ex veteri narratione apud Svidam in Ἰησοῦς Glycæ etiam memorata Epist. 53. propter quam Svidas olim libris prohibitis accensitus est à Paulo IV. Pontifice. Sed & Marcus quoque Antonius de Dominis lib. 6. cap. 1. de Rep. Eccles. negat certis argumentis constare, Mariam fuisse ex stirpe David. Non fuisse autem, longe minus constat certis argumentis. Nam ratio à cognatione Elisabethæ ducta nihil probat, quia ex diversis tribubus inibantur matrimonia, ut ipse vir doctus observat. Cæterum Christum fuisse è stirpe Regia Davidis, certum est, nescio autem, quare legalis duntaxat per Josephum, nec etiam naturalis dicendus sit filius Davidis per Mariam, ut veteres omnes fere uno ore profitentur. Mariam porro in civitate Nazareth natam, similiter nullo certo testimonio probari potest, etsi Josephus fuit ex urbe Nazareth Luc. II. 4. ibique de inceps etiam habitavit Matth. II. ult. De Patre Mariæ Joachimo & Anna consentiunt veterum plerique, Epiphanius, Damascenus & alii, quos videbis ubi lubebit apud Vossium in lib. de Genealogia Christi,

Digitized by Google

erat. Vita eorum simplex & recta apud Dominum, apud homines irreprehensibilis erat & pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diviserunt: unam partem templo & templi (b) servitoribus impendebant: aliam peregrinis & pauperibus erogabant: tertiam suæ familiæ usibus & sibi reservabant. Ita isti Deo chari, hominibus pii, per annos circiter viginti, castum domi conjugium sine liberorum procreatione exercebant. Voverunt tamen, (c) si forte DEus donaret eis sobolem, eam se Domini servitio mancipaturos, cujus rei gratia & templum Domini singulis per annum festis frequentare solebant.

II. Factum est autem, ut Encæniorum (d) festivitas appropinquaret, unde cùm nonnullis contribulibus suis Hierosolymam & Joachim ascendit. Ea vero tempestate Isaschar ibi Pontifex erat. (e) Cumque inter cæteros con-

(b) Vocabulum *servitorum* barbariem resipit, ut & alia hujus scripti, quæ notare supersedeo. Formatum tamen est ut *auditor*, *sarritor*, *nutritor*, *delinitor* & similia. (c) Hoc votum ostendit, quod castum conjugium in præcedentibus verbis non sit intelligendum de omnimoda ἀποσχέσει. Forte autem non erraverit, qui hanc narrationem dixerit compositam ad similitudinem eorum, quæ de Anna Elcanæ uxore leguntur 1. Sam. I. (d) Encænia Hierosolymitana celebrabantur circa solstitium brumale. Mentio hujus festi 1. Maccab. I. 59. & Joh. X. 22. ubi vide interpretes, & Josephum XII. 11. Seldenum de synedriis lib. III. cap. 13. sq. (e) Isascharis Pontificis loco in Pseudo Jacobi protevangelio est Ruben: sed apud Josephum & alios fide dignos scriptores de utroque ac γεύ.

Digitized by Google

concives suos etiam Joachim cum oblatione sua videret, despexit eum, & munera ejus sprevit, interrogans cur inter fœcundos infoecundus ipse stare præsumeret. Dicens, munera nequaquam Deo digna posse videri, quem ipse prole indignum judicasset, Scriptura dicente, (f) *maledictum omnem esse, qui non genuisset masculum in Israel.* Dicebat ergo, prius eum ab hac maledictione sobolis generatione solvendum, & sic demum in conspectu Domini cum oblationibus esse venturum. Cujus opprobrii objectu pudore magno suffusus Joachim ad pastores, qui cum pecudibus erant, in pascuis suis secessit. Neque enim domum repetere voluit, ne forte à contribulibus suis qui

 simul

(f) Græca verba apud Damascenum, qui νομικὸν πρόσαγμα vocat IV. 25. de Orthod. fide: ἐπικαλάρατος ὃς οὐκ ἐγείρει σπέρμα ἐν τῷ Ἰσραήλ. Hieron. adversus Jovinianum: *Maledicta sterilis, quæ non habet semen in Israël.* Pro semine, masculum posuit noster, id enim semen κατ' ἐξοχήν. Aut forte conjungenda sunt: *maledictum omnem masculum, qui non genuisset.* Nam alioqui nec Mariâ in lucem editâ masculum generaverant ejus parentes. Sed in Scripturis quidem frustra hæc quæras, etsi inter benedictiones legitur Exod. XXIII. 26. & Deut. VII. 14. οὐκ ἔσται ἄγονος οὐδὲ στεῖρα ἐπὶ τῆς γῆς σου. Et Esaiæ XXXI. ult. in editione Græca, nam ab Hebræis hoc derideri ait Hieron. ad Pammach. de opt. gen. interpretandi: μακάριος ὃς ἔχει ἐν σιὼν σπέρμα, καὶ οἰκέτας ἐν Ἱερουσαλήμ. Vide Is. Casauboni Exerc. 1. ad Baron. num. 15.

Digitized by Google

simul aderant, & hoc à Sacerdote audierant, eodem opprobrii elogio notaretur.

III. Verum cum ibi aliquandiu esset, quadam die cum esset solus, Angelus Domini ei cum (g) immenso lumine astitit. Qui cum ad ejus visionem turbaretur, Angelus qui ei apparuerat, timorem ejus compescuit dicens: Noli timere, Joachim, neque in visione mea turberis: Ego enim sum Angelus Domini, missus ab ipso ad te, ut annunciem tibi (h) preces tuas esse exauditas, & eleemosynas tuas ascendisse in conspectum ejus. Videns quippe vidit pudorem tuum, & audivit sterilitatis opprobrium nec rectè tibi objectum. Peccati (i) namque, non naturæ ultor est Deus, & ideo cum alicujus uterum claudit, ad hoc facit, ut mirabilius denuo aperiat, & non libidinis esse quod nascitur, sed divini muneris cognoscatur. Prima enim gentis vestræ Sara (k) mater,

(g) Apparitiones angelorum fere solet comitari lux, quæ δόξα Κυρίᾳ vocatur Luc. II. 9. Sic infra cap. 9. Cæterum Epiphanius hæresi LXXIX. num. 5. refert in deserto Angelum Joachimo apparuisse & Mariæ nativitatem annunciasse. (h) Sic Act. X. 4. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ. (i) Nec peccati quidem, si ad id à naturâ cogeremur. Theodoritus T. 4. p. 271. ὁ γὰρ ἴδιον δικαίᾳ Θεῷ κολάσαι τὸν ἀνάγκῃ γενόμενον πονηρόν. (k) Gen. XI. 30. XVI 1. & XVIII. 11. Nusquam tamen fit mentio anni ætatis octogesimi, uti nec Gen. XXI. ubi narratur genitum ex Sara Isaacum, Abrahamo jam centum annorum ætatem consecuto. Utcunque tamen id colligas ex tempore Saræ defunctæ anno ætatis 127. Gen. XXIII. 1.

Digitized by Google

ter, nonne usque ad octogesimum annum infœcunda fuit, & tamen in ultima senectutis ætate genuit Isaac, cui repromissa erat benedictio omnium gentium. Rachel (l) quoque tantum Domino grata tantumque à Sancto Jacob adamata, diu sterilis fuit, & tamen Joseph genuit, non solum Dominum Ægypti, sed plurimarum gentium fame perituraram liberatorem. Quis in ducibus vel fortior Sampsone, vel Sanctior Samuele? Et tamen hi ambo (m) steriles matres habuere. Si ergo ratio verbis meis tibi non persuadet, crede re, (n) dilatos diu conceptus & steriles partus mirabiliores esse solere. Proinde Anna uxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen ejus Mariam, hæc erit, ut voviſtis (o) ab infantia sua Domino consecrata, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex (p) utero matris. Omne immundum neque manducabit neque bibet, neque inter populares forinsecus turbas, sed in templo (q) Domini conversatio ejus erit, ne quid de ea siniſtrum vel suspicari saltem possit, vel dici. Itaque ætate procedente sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur, ita incompara-

(l) Gen XXX. (m) Judic. XIII. & 1. Sam. I. (n) i. e. tot exemplis à me allatis. *Male antea editum; perſvadet credere.* (o) Sic lego, cum vitioſe in aliis editt. *ut noviſtis.* Vide supra cap. 1. *Meminit illius voti à matre Mariæ nuncupati* Gregorius quoque Nyssenus homilia in natalem Domini. (p) Expressum ex Luc. I. 15. (q) Vide quæ ad Protevang. *Jacobi*, & hic infra ad caput 6.

Digitized by Google

biliter (r) Virgo generabit Altisſimi filium, qui Jeſus vocabitur, ſecundum nominis (s) Etymologiam Salvator omnium gentium erit. Et hoc tibi eorum quæ annuncio (t) ſignum erit: Cum perveneris ad auream in Hieroſolymis(u) portam, habebis ibi obviam Annam uxorem tuam, quæ de tuæ regreſſionis tardatione modo ſollicita tunc in aſpectu tuo gaudebit. His dictis Angelus diſceſſit ab eo.

IV. Deinde apparuit Annæ uxori ejus, dicens: Ne timeas Anna, neque phantaſma (x) eſſe putes, quod vides. Ego enim ſum Angelus ille, (y) qui preces & eleemoſynas veſtras obtuli in conſpectu Dei & nunc miſſus ſum ad vos, ut annunciem vobis naſcituram filiam, quæ Maria vocata (z) ſuper omnes mulieres erit benedicta. Hæc à nativitate ſua ſtatim, Domini gratia (a) plena, tribus ablactationis ſuæ annis (b) in domo paterna permanebit, poſteà ſer-

(r) Sine exemplo (s) *Matth.* I. 21. (t) σημεῖον ut Luc. II. 12. (u) Porta atrii orientalis, de qua vide Lightfoot. Centur. Chorograph. Matthæo præmiſſâ c. 30. (x) Vide Matth. XIV. 26 (y) Tob. XII. 15. Apoc. VIII. 3. Conf Origenem de Oratione num. 33. & 36. Teſtamentum 12. Patriarchar. III. 3. (z) Luc. I. 42. (a) Κεχαριτωμένη quod Luc. I. 28. Syrus quoque interpres reddidit: מלוט טיבותא Græca voce uſus ante Lucam Sirachides IX. 8. & XVIII. 17. ut ante Colomeſium p. 72. Obſerv. Sacr. notatum Druſio XIII. 6. obſ. Cæterum quod Ambroſio & aliis quibusdam veteribus *gratiâ plena* exponitur *Chriſto plena*, parum congruenter fit ad Angeli mentem. (b) Sic & Protevangelium Jacobi, quod vide cap. 4. Trimulam in templo repræſentatam ait etiam Evodius apud Nicephorum lib II. c. 3.

Digitized by Google

servitio Domini mancipata à Templo usque ad (c) intelligibiles annos non discedet, ibi denique jejuniis & orationibus (d) nocte ac die Deo serviens ab omni immundo se abstinebit, virum nunquam cognoscet; sed sola sine exemplo sine macula, sine corruptione, sine virili commixtione Virgo Filium, Ancilla Dominum & gratia & nomine & opere salvatorem mundi generabit. Itaque surge, ascende Hierusalem, & cum perveneris ad portam, quæ aurea pro eo quod deaurata est (e) vocatur, ibi pro signo virum tuum, pro cujus incolumitatis statu sollicita es, obvium habebis. Cum hæc igitur ita evenerint, scito quod quæ annuncio, sine dubio complenda erunt.

V. Igitur juxta Angeli præceptum uterque de loco in quo erant promoventes, ascenderunt (f) Hierusalem, & cum ad locum perveniissent Angelico vaticinio designatum, ibi sibi invicem obviaverunt. Tunc de mutua sua visione læti & promisæ prolis certitudine securi debitas Domino humilium (g) exaltatori gratias egerunt. Itaque adorato Domino domum

(c) i. e. usque ad annos intelligentes, sive quibus homo incipit intelligere malum reprobandum & bonum eligendum Es. VII. 15. Jon. III. 11. Adjectivis in *bilis* sensu activo uti solent scriptores non infimæ tantum ætatis, sed optimæ quoque, ut docet elegantissimus Perizonius ad Sanctii *Minervam* p. 93. 94. (d) Expressum è Luc. II. 37. (e) Josephus de Bello Jud. V. 14. p. 917. testatur portam orientalem abundantius & magnificentius ornatam fuisse auro & argento quam reliquas, etsi & ipsæ inauratæ fuerunt. (f) In templum. Sic Luc. XVIII. 31. (g) Luc. I. 52.

Digitized by Google

mum regressi (h) divinum promissum certi & hilares exspectabant. Concepit ergo Anna & peperit filiam & juxta mandatum Angelicum Parentes vocabant nomen ejus Mariam.

VI. Cumque trium annorum (i) circulus volveretur & ablactationis tempus completum esset, ad Templum Domini Virginem cum oblationibus adduxerunt. Erant autem circa templum juxta quindecim (k) graduum psalmos, quindecim ascensionis gradus. Nam quia

(h) In opidum Nazareth. *Dicitur* deinde Anna post genitam *Mariam* amisso Joachimo marito duobus præterea viris nupsisse Cleophæ & Salomæ: qua de re hosce tres versus affert Joh. Gerson in sermone de nativ. virginis *Mariæ* T. 3. p. 59.

Anna tribus nubsit, Joachim, Cleopha, Salomaque
Ex quibus ipsa viris peperit tres Anna Marias,
Quas duxere Joseph, Alphaus, Zebedeusque,
Prima Jesum, Jacobum, Joseph, cum Simone Judam
Altera dat: Jacobum dat tertia, datque Johannem.

Sed parum fidei hanc traditionem mereri ostendit veterum silentium, & quod Salomé mulieris nomen est non viri, Marc. XV. 16. Omitto in præsenti alias de Anna fabulas quarum plerasque videas licet apud Rivetum in Apologia pro Mariæ & Reverendum Annæbergensium nuper, jam Lubecensium Præsulem Georg. Henr. *Goezium* in diatriba de cultu Annæ in Missiam invecto (i) De quibus *Angelus* supra c. 4. (k) *De* gradibus illis quindecim Ezech. XL. 6. & 34. sequ. Meminit & Josephus. Jacobus *Juda Leo* de templo p. 21. ait singulos gradus tam altitudine quam latitudine fuisse dimidii cubiti. Quod vero gradus hosce juxta totidem Psalmos שיר־המעלות sive adscensionum circa templum fuisse noster affirmat, legitur etiam in Talmude, tractatu Succah cap. 5. sect. 4. & confirmatur à Kimchio & aliis *Judæis*. Christia-

Digitized by Google

quia Templum erat in monte (l) constitutum, Altare holocausti, quod forinsecus erat, adiri (m) nisi gradibus non valebat. In horum itaque uno beatam Virginem Mariam parvulam parentes constituerunt. Cumque ipsi vestimenta, quæ in itinere habuerant, exuerent, & cultioribus ex more vestibus se & mundioribus induerent, virgo Domini cunctos sigillatim gradus sine ducentis & levantis manu ita ascendit, ut perfectæ ætati in hac duntaxat causa nihil deesse putares. Jam quippe Dominus in Virginis suæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura esset, hujus (n) miraculi indicio præmonstrabat. Igitur sacrificio secun-

norum sententias de Psalmis graduum videbis ubi voles apud Gatakerum cap. XI. Cinni & Pfeiferum τὸν μακαρίτην in dubiis vexatis, ne Geierum jam memorem aliosque interpretes in Psalmum 120. A Græcis Psalmi isti dicuntur τὰ πρὸς Κύριον, vel τὰ προσκύρια, quia primus ex illis incipit à verbis: πρὸς κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐκραξα. (l) In monte Morya. Hinc mons sanctus & mons Domini pro templo Mich. IV. 2. Psl. XXIV. 3. Vide & Grotium T. 3. Opp. Theol. p. 492. (m) Etsi altare ipsum gradibus adscendere prohibuit lex Exod. XX. 26. quod ut cum more Judæorum & Ezech. XLIII. 17. conciliari debeat, inquirunt Spencerus IL. 7. de legibus Hebr. & Vir Clarissimus Joh. Jacobus Cramerus disserens de ara exteriore templi secundi. Verisimillimum autem est, quod Ezechiel per מעלות altaris intelligat plures acclives tramites, per quos poterant Sacerdotes sine gradibus pervenire in altaris pavimentum & ambitus, uti delineatos illos videre licet in Rev. Dassovii diatriba de altari exteriore templi Hierosolymitani. (n) Quod puella tres an-

Digitized by Google

cundum (o) consvetudinem legis celebrato & voto suo (p) perfecto Virginem intra (q) septa Templi cum aliis virginibus ibidem educandam dimiserunt, ipsi vero domum regressi sunt.

VII. Virgo autem Domini cum ætatis processu & virtutibus proficiebat, & juxta Psalmistam (r) *Pater & Mater dereliquerat eam, Dominus autem assumpsit eam.* Quotidie namque (s) ab Angelis frequentabatur, quotidie divina visione fruebatur, quæ eam à malis omnibus cu-

nos nata semicubitales gradus conscendere posset. Cæterum hæc paulo aliter narrata videas licet in ProtEvangelio Jacobi cap. 4. (o) Vide 1. Sam. I. 25. (p) Morem voti virginitatis faciendi à Jephtæ filia repetunt Perkinsus in Cas. Conscient. & nuper Joh. Jacobus Schudt in vita Jephtæ. Votum Mariæ multis adstruere conantur Vega in Theologia Mariana, Frid. Samuel Geroltus opere singulari, & Petavius lib. XIV. de incarnat. c. 4. quorum argumentis quæ opposita sunt à Casaubono, Montacutio & aliis, apud ipsos rectius leges. (q) R. Azarias in Imre Binah c. 60. Autor est, in templo secundo mares pariter fœminasque (viduas juxta & virgines) separatis cœtibus assidue versatos, continentem vitam duxisse. Epiphanius in Ancorato num. 60. ait primogenitos tam mares quam fœminas in templo consecrari ibique ad annos pubertatis educari solitas. Singulatim de Maria virgine per plures annos (undecim puta) in templo ad exemplum Samuelis educata testes complures affert Baronius in Apparatu num. 48. Sed de illorum fide consulendus Casaubonus Exerc. I. num. 21. Clarissimus Wagenseilius ad Sota p. 437. 1119. (r) Ps. XXVII. 10. (s) Frequens hoc Mariæ cum Angelis commercium memorant multi, Protevangelium Jacobi etiam ab Angelo nutritam narrat. Sed non ita assvetam fuisse consvetudini Angelicæ, docet Lucas I. 29. perculsam eam referens cum Angelum vidisset, svavissimis licet verbis se allo-

Digitized by Google

custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. Itaque ad quartum decimum (t) annum usque pervenit, ut non solum nihil de ea mali reprehensione dignum confingere possent, sed & boni omnes, qui eam noverant, vitam & conversationem ejus admiratione dignam judicarent. Tunc Pontifex (u) publicè denunciabat, ut virgines quæ in Templo publicè constituebantur, & hoc ætatis tempus expleſſent, domum reverterentur, & nuptiis secundum morem gentis & ætatis maturitatem operam darent. Cui mandato cum cæteræ pronæ paruiſſent, sola virgo Domini Maria hoc se facere non posse respondit, dicens: Se quidem & Parentes suos Domini servitio mancipasse, & insuper se ipsam Domino virginitatem voviſſe, quam nunquam viro aliquo commixtionis more (x) cognito violare vellet. Pontifex vero in angustia constitutus animi, cum neque contra Scripturam, quæ dicit: (y) *Vovete & reddite*, votum infringendum putaret, ne-

cutum. Vide quæ infra cap. 9. (t) Ita & Evodius apud Nicephorum lib. 2. cap. 3. Sed in Protevangelio Jacobi Maria fertur tantum fuisse duodecennius cum Joſepho desponsaretur. (u) Pontifex iste Zacharias vocatur in ProtEv. Jacobi. (x) Sic enim accipiunt verba Mariæ, *ἄνδρα οὐ γινώσκω* Luc. I. 34. i. e. *non cognituram virum*, sed cum Joſepho meo perpetuam servabo virginitatem. *Nam si ad nuptiale opus assumta fuisset à Joſepho, quinam ad Angeli vocem, futurum partum pronunciantis velut ad rem novam attonita fuisset, cum hoc exspectaret ipsa, ut ex naturæ lege mater esset?* Nyſſenus T. 3. p. 348. (y) Pſal. LXXVI. 12.

Digitized by Google

neque morem (z) genti insvetum introducere auderet, præcepit ut ad festivitatem quæ imminebat, omnes ex Hierosolymis & vicinis locis (a) primores adessent, quorum consilio scire posset, quid de tam dubia re faciendum esset. Quod cum fieret, omnibus in commune placuit, Dominum super hac re esse consulendum. Et cunctis quidem orationi incumbentibus Pontifex ad consulendum Deum (b) ex more accessit. Nec mora, cunctis audientibus de oraculo & de propitiatorii loco (c) vox facta est secundum Esaiæ (d) vaticinium, requirendum esse, cui virgo illa commendari & desponsari deberet. Liquet enim Esaiam dicere: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini; Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilii & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.* Secundum hanc ergo Prophetiam cunctos de domo & familia David nuptui habiles (e) non conjugatos virgas suas allaturos ad Altare prædixit, & cujus-

(z) Ut nempe per totam vitam virgo adultior in templo degeret. Idem Greg. Nyssenus: *Mulierem inter sacerdotes in templo versari, atque in sanctis adibus conspici, nec lex nec gravitas permittebat.* Ἦν νόμιμον ἦν, οὐκ ἄμα τῷ πράγματι τὸ σεμνὸν ἐδ προσῆν. T. 3. p. 747. Orat. de Natali Domini. (a) Οἱ πρῶτοι τῆς λαοῦ de quibus Grot ad Luc. XIX. 47. (b) Num. XXVII. 21. (c) Ut Num. VII. 8. 9. Hæc genus χρηματισμὸς בת קול Judæis. (d) Es. XI. 1. (e) Τὰς χηρεύσας τῆς λαοῦ

Digitized by Google

juscunque post allationem (f) virgula florem germinasset, & in ejus cacumine Spiritus Domini in specie columbæ consedisset, ipsum esse, cui Virgo commendari & desponsari deberet.

VIII. Erat autem inter cæteros Joseph homo de domo & familia David (g) grandævus, cunctis vero virgas suas juxta ordinem deferentibus, solus ipse suam subtraxit. Unde cum nihil divinæ voci consonum apparuisset, Pontifex iterato Deum consulendum putavit, qui respondit, solum illum ex his qui designati erant, virgam suam non attulisse, qui virginem desponsare deberet. Proditus itaque est Joseph. Cum enim virgam suam attulisset, & in cacumine ejus columba de Cœlo veniens con-

vocat Protev. Jacobi. Epiphanius χήρας καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φύλην. in Ancorat. num. 60. (f) De illo sortis genere per ramos, dixi ad Protevangelium. Cæterum hoc expressum est ex eo quod narratur Num. XVII. cui deinde superadditum de Spiritu S. columbæ specie virgæ insidente, occasione Matth. III. 16. Paulo aliter hoc narrat Protev. Jacobi, ait enim columbam è virga Josephi prodisse & super caput ejus alas expandisse. Inde mos pictorum, Josephum cum ramusculo virente pingentium, neque audiendus Johannes Molanus, qui illud aliorsum trahit. Vide Steph. Lemonni notas ad Varia sacra p. 590. (g) Josephum fuisse de familia Davidis, locupletissimi nobis testes sunt Matthæus & Lucas. Sed grandævum fuisse cum Maria ipsi desponsaretur, incerta quanquam vetus traditio est, quam secutus Epiphanius hæres. LI. 10. vocat eum πρεσβύτην ὀγδοήκοντα ἐτῶν πλείω ἢ ἐλάσσω, viduum & ex priore uxore sex liberorum parentem. Hippolytus Thebanus & alii, quatuor

consedisset, liquido omnibus patuit (h) ei virginem desponsandam fore. Igitur nuptiarum (i)

filios ejus & duas filias fuisse narrant filios Jacobum, Simonem, Judam & Joseten: filias, Estherem & Thamar, quam transpositis literis Martham nonnulli appellant. Uxoris nomen vocant Escham vel Salomen filiam Anchæi, fratris Zachariæ, qui Johannis Baptistæ pater fuit. Solus quod sciam Sophronius in fragmento quod edidit Lambecius T. 3. Bibl. Vindob. p. 54. binis filiabus addit tertiam Salomen matri cognomen Zebedæo deinde desponsatam, qui ex ea Jacobum & Evangelistam Johannem suscepit. Quam sit parum verisimilis illa de Josepho decrepito Mariæ sponso sententia, lector vel ex eo conjiciet, quod Franciscus Xaverius in Evangelio suo Persico in quo non dedignatur alioqui ad Apocryphas narrationes deflectere, Josephum tamen non inducit octogenarium sed ætate florentem & quadraginta circiter annos natum. Quid jam olim Hieronymus? is ne quidem viduum fuisse Josephum, vel aliam uxorem habuisse, & ex ea liberos suscepisse concedit, sed id omne velut *ex deliramentis Apocryphorum* repetitum & confictum rejicit lib. 2. in Matth. licet illam sententiam præter vulgus pictorum reprehensorum eo nomine à viris Clariss. Philippo Rohr & Paulo Christiano Hilschero, jam olim amplexi sunt multi ex Græcis pariter & Latinis, quos laudant Sixtus Senensis, VI. 64. Bibl. Sanctæ, M. A. de Dominis 2. 1. 29. & Vossius in extremo libri de geneal. Christi Servatoris. Sed & ex recentioribus multi Hieronymo subscribunt ut Molanus lib. II. c. 29. & lib. III. c. 12. historiæ imaginum, Petavius XIV. 7. de incarnatione, ne alios jam memorem, quos dabunt Venerandus ac celebertimus D. Joh. Frid. Mayerus in Eclog. Evangelica ad Dominicam post festum Circumcis. & Rev. Lubecensium Præsul Georgius Henricus Gœzius in diss. de Cultu Josephi. (h) Hinc sortis necessitate hoc ita svadente, πλήρων ἐις ἦτο ἀναγκασάντων, Josepho Mariam traditam scripsit Epiphan. hær. LXXVIII. 7. quæ verba Casaubonus ad Baron. I. 37. p. 88. Grotius ad Matth. I. 16. & Luc. III. 23. Spanhemius I. Dub.

Digitized by Google

(i) jure de more celebrato, ipse quidem in Bethlehem recedit civitatem, domum suam dispositurus, & nuptiis necessaria procuraturus. Virgo autem Domini Maria cum aliis septem virginibus coævis & collactaneis, (k) quas à Sacerdote acceperat, ad domum Parentum suorum in Galilæa reversa est.

IX. His vero diebus, primo scilicet adventus sui in Galilæam tempore, missus est ad eam Angelus Gabriel à Deo, qui ei conceptum Dominicum narraret, & conceptionis vel modum vel ordinem exponeret. Denique ingressus ad eam, cubiculum quidem, ubi manebat, in-

C genti

Evangel. p. 70. ita acceperunt ac si κλῆροι h. l. essent jura hereditatis, & Mariam fuisse virginem ἐπίκληρον docuisset Epiphanius. Sed potius ad istam sortem per tamos, qua Josepho Maria addicta est, respexisse, ostendunt Seldenus de succes. in bona defunctor. C. XVIII. p. 61. Gatakerus *Misc.* C. XXXVI. p. 813. Petavius lib. XIV. de incarnat. cap. 3. num. 12. & Lemonius ad Varia Sacra p. 587. Idem Epiphanius in Ancorato num. 60. ἦλος ὁ Ἰωσὴφ γέρων ὢν καὶ χῆρος, κατ' ἀνάγκην τῶν κλήρων βαλλομένων ἐπὶ χῆρας καὶ ἀγάμους καθ' ἑκάστην φυλὴν εἰς τὰς ἀπὸ ναῦ παρθένους, διὰ τὸ ἀφιερωθῆναι ἐν τῷ ναῷ τὰς πρωτοτόκους παῖδας ἄρρενάς τε καὶ θηλείας, ἔλαβε κατὰ κλῆρον τὴν ἁγίαν παρθένον Μαρίαν. (i) h. e. sponsalibus, quæ fiebant, cum solenni in conventu sponsi sponsæque nomina tabulis inscriberentur, ut autor est Philo de legibus special. p. 608. edit. Genev. A sponsaliorum tempore vero ad deductionem usque, mora aliqua concedi solita est qua de re consules Seldenum Uxor. Hebr. II. 8. (k) Ita scripsi pro eo quod editum fuerat *collectaneis*. intelligit enim virgines quæ eodem tempore cum illa fuerint post ablactatio-

Digitized by Google

genti lumine perfudit, ipsam vero gratantissimè salutans dixit: Ave Maria virgo Domini gratissima, Virgo (l) gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu præ omnibus mulieribus, benedicta præ omnibus hactenus natis hominibus. Virgo autem quæ jam Angelicos benè noverat vultus & lumen cœleste insvetum non habebat, neque Angelica visione territa, neque luminis magnitudine stupefacta, (m) sed in solo ejus sermone turbata est, & cogitare cœpit, qualis ista salutatio tam insolita esse posset, quidve portenderet, vel quem finem esset habitura. Huic cogitationi Angelus divinitus inspiratus occurrens: Ne timeas, inquit, Maria, quasi aliquid contrarium tuæ castitati hac salutatione prætexam. Inveniſti enim gratiam apud Dominum, quia castitatem elegisti. Ideoque virgo sine (n) peccato concipies, & paries

nem in templum adductæ. (l) Virginem vocat, licet apud Lucam sit ἐυλογημένη ἐν γυναιξίν. Et passim γυνὴ etiam de virgine. Parum itaque solidum est quod legitur in Bernhardi sermone de Maria: *Forte etiam propterea primò turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis ista esset salutatio, quod benedictam sese audisset in mulieribus, quæ nimirum benedici in virginibus semper optabat.* (m) Lucas diserte 1. 29. διεταράχθη. Quod vero additur ἐπὶ τῷ λόγῳ αὐτῦ, non ad sola verba est restringendum sed ad totam apparitionem. Quid enim in verbis dulcissimis & allocutione svavissima Angeli erat, quod eam, si visionibus ejusmodi adsveta fuisset, potuisset conterrere? (n) Nihil hoc loco de ἀναμαρτησία Mariæ, sive actuali, sive originali, sed tantum quod conceptus ille sit futu-

Digitized by Google

paries Filium. Hic erit magnus, quia dominabitur (o) à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos orbis terræ. Et Filius Altissimi vocabitur, quia qui in terris nascitur humilis, in cœlo regnat sublimis. Et dabit illi Dominus Deus sedem David Patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & Regni ejus non erit finis. Ipse quippe Rex Regum (p) & Dominus dominantium est, & Thronus (q) ejus in seculum seculi. His Angeli verbis Virgo non incredula, sed modum scire volens respondit: Quomodo istud fieri potest? Nam cum ipsa Virum juxta votum meum nunquam cognosco, (r) quomodo sine virilis seminis incremento parere possum? Ad hoc Angelus, Ne existimes, inquit, Maria, quod humano more concipias. Nam sine virili commixtione virgo concipies, (s) virgo paries, virgo nutries. Spiritus enim Sanctus superveniet

C 2 in

rus sine labe impuri connubii. Possit etiam sensus esse filium nasciturum esse, separatum à peccatis, non peccatorem, qualem se natum fatetur David. Ps. LI. 5. (o) Ex Psal. LXXII. 8. quem hymnum de Messia etiam Judæi ipsi interpretantur. (q) Ex Deut. X. 17. & 1. Tim. VI. 10. (q) Ex Ps XLV. 6. (r) Josephus enim illi ἀνὴρ ἄνανδρος, ut Epiph. & alii veteres. Augustinus de Sancta Virginitate cap. 4. *Quomodo*, inquit, *fiet istud, quoniam virum non cognosco. Quod profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vovisset. Sed quia hoc Israëlitarum mores adhuc recusabant, desponsata est viro justo, non violenter ablaturo, sed potius contra violentos custodituto, quod illa voverat.* (s) Anastasius Sinaita serm. de annunciat. Mariæ: ἀσυνδυάστως ἐκυοφόρησεν, ἀνωμφεύστως ἀπέτεκεν. Hinc

in Te, & virtus Altissimi obumbrabit Tibi contra omnes ardores libidinis. Ideoque quod nascetur ex te solum erit Sanctum, quia solum sine peccato conceptum & natum vocabitur Filius Dei. Tunc Maria manibus expansis & oculis ad cœlum levatis dixit: Ecce ancilla Domini, (neque enim Dominæ nomine digna sum) fiat mihi secundum verbum tuum. [*Longum* (t) *forte & quibusdam tædiosum erit, si cuncta huic opusculo inserere voluerimus, qua nativitatem Dominicam vel præcessisse vel subsecuta fuisse legimus. Unde his omissis, qua in Evangelio plenius scripta sunt, ad ea qua minus habentur, narranda accedamus.*]

X. Joseph igitur à Judæa in Galilæam veniens desponsatam sibi virginem uxorem ducere intendebat: jam namque tres fluxerant menses, & quartus (u) instabat, ex eo tempore, quo sibi desponsata fuerat; interea paulatim utero puerperæ intumescente, (x) puerperam se manifestare cœpit, neque hoc latere potuit Joseph. Nam sponsi more liberius ad virginem introiens & familiarius cum ea loquens gravidam esse deprehendit. Æstuare itaque animo & fluctuare cœpit, quia ignorabat,

solenne illud, *Virgo ante partum, in partu, post partum.* (t) Verba Pseudo Hieronymi. (u) Evodius ap. Nicephorum lib. 2. cap. 3. (x) In homilia Athanasii εἰς ἀπογραφὴν τῆς ἁγίας Μαρίας T. 2. p. 650. Josephus inducitur graviter super hoc cum sponsa sua expostulans οὐχ ὁρᾷς τὸν ὄγκον τῆς κοιλίας σου; ἔνδον τὸ βρέφος σπείρει

bat, quid sibi potissimum esset faciendum. Neque enim eam (y) traducere voluit, quia justus erat. Neque fornicationis suspicione infamare, quia pius. Itaque cogitabat clam dissolvere conjugium, & occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini ei apparuit in somnis, dicens: Joseph fili David, noli timere, hoc est, ne velis fornicationis suspicionem in virgine habere, vel aliquid siniſtrum cogitare, neque timeas eam in uxorem ducere. Quod enim in ea natum est, & nunc animum tuum angit, non hominis sed Spiritus Sancti est opus. Pariet enim omnium virgo sola Dei Filium, & vocabis nomen ejus Jesum, id est, Salvatorem, ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Igitur Joseph secundum Angeli præceptum virginem uxorem duxit, nec tamen cognovit eam, (z) sed caste procurans custodivit. Jamque nonus à conceptione instabat mensis, cum Joseph uxore cum aliis quæ necessaria erant assumpta, Bethlehem civitatem, unde ipse erat,

&c. Ut prætereamquæ in protevangelio Jacobi habes infra cap. 13. seq. (y) Matth. I. 19. confer Augustinum serm. de nativitate. (z) Ex Matth. I. ult Matrimonium autem cum Josepho ideo inire debuit Maria, ut ab iis, qui illam gravem utero cernerent, non adulterium virginitatis, sed desponsatæ partus legitimus crederetur. Hinc Servator noster ἐνομίζετο Luc. III. 23. filius Josephi, & fabri filius Matth. XIII. 56. *Maluit enim Dominus* (Ambrosii verba agnoscis) *aliquos de sua generatione, quàm de matris pudore dubitare.*

Digitized by Google

tendit. Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies, ut pareret, & (a) peperit Filium suum primogenitum sicut Sancti Evangelistæ docuerunt, Dominum nostrum Jesum Christum, qui cum Patre & Filio & Spiritu Sancto vivit & regnat Deus per omnia secula seculorum.

(a) Luc. II. 6.



PROT-

Digitized by Google

PROTEVANGELIUM,
JACOBO
Cognomento
JUSTO,
Fratri DOMINI adscriptum,
Græce, & Latine
Ex versione
GVIL. POSTELLI.

Digitized by Google

Testimonia, Judicia & Censuræ de Pseudo Jacobi Protevangelio.

Autor ipse sub extremum libri hæc de se sub Jacobi minoris nomine scribit:

Ἐγὼ δὲ ΙΑΚΩΒΟΣ ἔγραψα τὴν ἱστορίαν ταύτην ἐν Ἱεροσολύμοις. Γενομένης δὲ θορύβου (a) συνέσειλα ἐγὼ ἐμαυτὸν ἐν τόπῳ ἐρήμῳ ἕως οὗ ἐτελεύτησεν Ἡρῴδης καὶ κατεπαύθη ὁ θόρυβος ἐν Ἱεροσολύμοις, τότε λοιπὸν ἤμην δοξάζων τὸν Θεὸν τὸν δόντα μοι ταύτην σοφίαν, τῷ γράψαι ὑμῖν τοῖς πνευματικοῖς καὶ ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

EGo autem JACOBUS hanc Historiam scripsi in Jerusalem, factoque tumultu subduxi me ipsum in desertum donec obiit Herodes: & sedatus fuit tumultus, ex quo tempore in Jerusalem deinceps degi, glorificans Deum qui dedit mihi hoc munus ut scriberem historiam hanc vobis spiritualibus Deumque amantibus, cui sit gloria & potentia in secula seculorum. Amen.

Tertullianus Scorpiaco adversus Gnosticos cap. VIII.

Zacharias inter altare & adem trucidatur, perennes cruoris sui maculas (b) *silicibus adsignans.*

Ori-

(a) Confer quæ infra ad hæc verba annotavi suo loco.

(b) *Legerat hæc procul dubio in Protevangelio Tertullia-*

Digitized by Google

Origenes Tom. XI. Commentar. in Evangelium Matthæi p. 223.

Τὰς δὲ ἀδελφὰς Ἰησοῦ φασί τινες εἶναι, ἐκ παραδόσεως ὁρμώμενοι τῆς ἐπιγεγραμμένης καλὰ πέτρου Εὐαγγελίῳ ἢ τῆς βίβλου (c) IAKΩBOY, υἱὸς Ἰωσὴφ ἐκ προτέρας γυναικὸς συνῳκηκὼς αὐτῷ πρὸ τῆς Μαρίας.

Fratres autem Jesu affirmant nonnulli filios esse Josephi ex priore conjuge, quam ipse ante Mariam duxerit, ad id scilicet adducti traditione Evangelii quod secundum Petrum inscribitur, vel libro Jacobi.

S. Epi-

nus, adeo sunt annosa hæc nugamenta. Ita *M*ontacutius p. 354. Apparat. Nihil obstat tamen quo minus ex alio libro vel ex traditione Judæorum hoc petere *S*eptimius potuerit. Itaque non repugnabo, si quis hunc locum è testimoniis lecti à veteribus protevangelii expungat. Cæterum perennium macularum cruoris Zachariæ meminere non uno loco Talmudici, & complures Christiani scriptores ut ad Protevangel. cap. penult. à me observatum. In iisdem notis passim videbis loca veterum ad narrationes in *P*rotevangelio extantes alludentium, *Greg. Nyssen*i (cujus verba etiam supra exhibui p. 5. seq.) *Hieronymi, Zenonis Veronensis & aliorum.* (c) Illustris Huetius in notis ad h. l. non dubitat respici hisce verbis ad *P*rotevangelium. Quod vero addit Innocentium Papam in loco quem habes supra p. 11. docere, quod non Jacobi sed *Leucii* cujusdam opus sit, de alio scripto sub Jacobi nomine olim jactato accipiendum est, aut Innocentium vel quicunque illius Epistolæ ad Exuperium auctor, conjectura sua fefellit. Quamvis eum passim viri docti sequuntur, ut Montacutius, qui p. 301. Apparat. ne ambigit quidem *P*rotevangelium istud compositum à Leucio sive Seleuco Manichæo. At enim Leucius si Manichæus fuit, junior fuit quam ut librum ab eo confictum Origenes potuerit videre. Magis itaque propendeo eam in sententiam, ut Protevangelium hoc ducam

Digitized by Google

S. Epiphanius Hæresi XXX. Ebionitarum, num. 23.

Τῶν δὲ Ἀποστόλων τὰ ὀνόματα εἰς ἴδιον τῶν ἠπατημένων ὑπ' αὐτῶν πειθὼ προσποιητῶς δέχονται βίβλους τε ἐξ ὀνόματος αὐτῶν πλασάμενοι ἀνεγράψαντο, δῆθεν ἀπὸ προσώπου ΙΑΚΩΒΟΥ (d) καὶ Ματθαίου καὶ ἄλλων Μαθητῶν.

Iidem Apostolorum nomina quo facilius sectatores suos pelliciant, per simulationem admittunt, quibus etiam confictos quosdam à se libros inscribunt, velut à Jacobo, *Matthæo ac reliquis discipulis editos.*

Autor Operis Imperfecti in Matthæum Homilia II.

Nam sicut Historia quædam (e) *non incredibilis*

esse opus alicujus Gnostici vel Ebionitæ, tum propter alias rationes, tum propter locum disertum Epiphanii statim à me afferendum. Scio sane Clarissimi Viri J. E. Grabii judicio Leucium ad secundum à Christo nato seculum atque ideo ad tempora, exortam Manichæorum hæresin longe antecedentia referendum videri, quoniam Pacianus Epist. 1 num. 6. ait *Phryges* sive Montanistas *animatos se à Leucio mentiri.* Sed quis præstabit eundem à Paciano innui Leucium? Certe *mentiri* hoc Phryges ait Pacianus, itaque Leucium istum non habuit ipse pro antesignano Montanistarum, verum pro viro Catholico, ad cujus consensum frustra à Montanistis provocaretur. Leucius vero alter Apocryphorum sutor fabularum tot stylis Catholicorum confossus, ab Augustino & aliis diserte & verbis conceptis vocatur Manichæus, Manichæi discipulus, filius Diaboli, ore sacrilego: ut dicturus infra sum ubi ad Apocryphos Actus Apostolorum pervenero. (d) Leguntur etiam in Protevangelio, quæ ex Apocrypha Mariæ Historia affert idem Epiphanius hæresi LXXIX. num. 5. (e) Is verbus ad Protevangelium respici verisimile est, quia in

Digitized by Google

bilis neque irrationabilis docet, quando gesta sunt quæ refert Lucas, Joseph absens erat, nec enim conveniens est putare, præsente Joseph introitisse Angelum ad Mariam.

Eustathius Antiochenus vel quisquis autor commentarii in Hexaëmeron à Leone Allatio editi p. 70.

Ἄξιον δὲ τὴν ἱστορίαν ἣν διέξεισι περὶ τῆς ἁγίας Μαρίας ΙΑΚΩΒΟΣ τις, (f) ἐπελθεῖν.

Opera pretium est hoc loco subjungere narrationem quam de sancta Maria refert Jacobus *quidam.*

Ehiphanius (a) Monachus & Presbyter in sermone de S. Maria Virgine Deipara, ejusque vitæ temporibus:

Ἐγκωμιασταὶ δὲ αὐτῆς πολλοὶ ἐκ τῶν ἁγίων πατέρων γεγόνασιν. Οὐδεὶς δὲ ἐξ αὐτῶν περὶ τῆς βιώσεως αὐτῆς καὶ τῶν χρό-

Laudatores porro illius multi ex SS. Patribus fuere, sed nullus de ejus Vita, annis, educatione & vitæ fine certa

illo idem legitur. Est hæc etiam sententia Richardi Simonis lib. 3. Hist. Crit. N. T. cap. XIII p. 193. (f) Plura deinceps ex Jacobi Protevangelio iisdem verbis affert Eustathius usque ad pag. 75. Cæterum ex hoc ipso loco patet autorem Protevangelii ab eo non habitum fuisse Jacobum Apostolum, sed scriptorem dubiæ incertæque autoritatis, utut propter antiquitatem non plane contemnendum. Neque enim alioqui dixisset *Jacobus quidam*, sed dignum Apostolo fratre Domini elogium adjunxisset.

(a) Ex hoc Epiphanio petiit Nicephorus quæ lib. 2. cap. 23. Hist. Eccles. habet de forma Mariæ.

Digitized by Google

χρόνων ἢ τῆς ἀναλοφῆς ἢ τὸ τέλος ὀρθῶς καὶ εὐαποδέκτως ἐσήμαναν. Ἀλλὰ καὶ οἱ ἐπιχειρήσαντες καὶ μέρη τινὰ εἰπόντες οὐκ ὠρθοτόμησαν, ἀλλ' ἑαυτοῖς ἐγένοντο(b) καὶ ἤγορος, οἷον ΙΑΚΩΒΟΣ ἑβραῖος, καὶ Ἀφροδισιανὸς περσης (c) καὶ ἄλλοι τινὲς, μόνον περὶ τῆς γενέσεως αὐτῆς εἰπόντες, εὐθέως ἀπεσιώπησαν. περὶ δὲ τῆς κοιμήσεως αὐτῆς Ἰωάννης ὁ Θεσσαλονίκης (d) πολυθρύλλητον ποιησάμενος λόγον, αὐτὸς ἑαυτὸν ἐπεσκίασεν.

assertaque pronunciavit. Verum ii ipsi qui ad hoc manus ad moverunt, & quædam singulatim narraverunt, non recte rem peregerunt, imo se ipsos improbarunt, uti JACOBUS Hebræus & Aphrodisianus Persa & alii nonnulli qui de ejus Nativitate tantum dixerunt moxque silentium sibi indixerunt. De ejus vero dormitione Johannes Thessalonicensis quanquam orationem satis prolixam edidisset, non multam laudem consecu-

Καὶ

(b) Allatius, de Simeonum scriptis p. 106. vertit quasi esset: ἀλλήλοις ἐγένοντο καὶ ἤγοροι, *unus alterum improbavit*, sed ἑαυτοῖς legi vides, quod hoc præsertim loco, nihil aliud innuit, quam duos illos scriptores quia non ulterius progressi sunt, hoc pacto seipsos quodammodo quod rem supra vires non plane missam feciſſent, reprehendisse & condemnasse. (c) De Aphrodisiano Persa cujus libri fragmenta quædam servat Bibliotheca Augustissimi Imperatoris, vide Lambecium lib. 4. p. 132. & Caveum in dissertatione de scriptoribus Ecclesiasticis incertæ ætatis. (d) Meminit Allatius de Simeon. scriptis pag. 110 & Caveus parte 2. Hist. literar. hæc forsan oratio est, inquit, in Mariæ assumtionem, quæ habetur in Bibl. Regia Parisiensi sed fabulis miri scatens, quam proinde descriptam edere noluit Combefisius.

Digitized by Google

Καὶ Ἕτερος δὲ Ἰωάννης (e) ἑαυτὸν Θεολόγον ἐπιχρώσας, τὸ τῆ ψεύδει ἔγκλημα ἐφ' ἑαυτὸν ἐπισπάσατο. Ἀνδρέας (f) δὲ ὁ ἐξ Ἱεροσολύμων Ἐπίσκοπος Κρήτης ὀλίγα τινὰ εἰπὼν καὶ ῥᾳθυμήσας εἰς ἐγκωμίῳ τάξιν τὴν διήγησιν ἔστησεν. Ἡμεῖς δὲ τὰς πολλὰς διευκρινησάμενοι καὶ συλλέξαντες τὰ εὐπιστα καὶ βέβαια καὶ ἀληθῆ ἔκ τε τῆς Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας Εὐσεβίῳ τῷ ἐπονομαζομένῳ Παμφίλῳ τε ἐκ τῶν λοιπῶν συγγραφέων καὶ διδασκάλων, ἁπλαῖς ταῖς λέξεσι τοῖς ποθοῦσι τὰ πε-

tus est, & alius Johannes qui Theologi nomen sibi vendicat, notam mendacii in se accepit. Andreas vero Hierosolymitanus Cretensis Episcopus paucis pronunciatis cum rem tetigisset narrationem suam in laudationem convertit. Nos multis examinatis & credibilibus ac stabilibus nec non & veris in unum collatis ex Eusebii Pamphili Historia Ecclesiastica & ex aliis scriptoribus & doctoribus sermone simplici cupientibus res illius proponentes, cujuscunque nomen ex quo aliquid ex hausimus, in fronte proponentes, ne quis

ρὶ

(e) Non respicit γνήσιον Johannem, sed scriptum Apocryphum quod extat in Cod. Colbertino 453. sub titulo Johannis Theologi εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν. Extat in eodem codice ὑπόμνημα τῆ Κυρίᾳ ἡμῶν Ἰησῦ χριστῦ εἰς τὴν ἀποκαθήλωσιν αὐτῦ, συγγραφεῖσαν παρὰ τῦ ἁγίᾳ Θεολόγῳ. Laudat Cangius in glossario Græco voce κήρωμα & alibi. (f) Andreæ Cretensis Homiliæ de S. Maria editæ à Combefisio Paris. 1644. fol. T. 1. Auctar. nov. Bibl. pp. Ejus εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν sive annunciationem in S. Mariam, cum triennis in templo si-

Digitized by Google

ρὶ αὐτῆς παρασήσομεν, ἢ ἑκάστε τὸ ὄνομα παρ' ἑπτερ ἢ ἐλάβομεν. Ἵνα μὴ δόξῃ τισὶ διαβάλλειν ἡμᾶς ὡς ἰδιόν τι προθεῖναι ἢ ὑφεῖλαι, κἂν ἐκ τῶν Ἀποκρύφων ἢ λάβωμεν, ἢ ἐξ Αἱρετικῶν, μηδεὶς ἡμᾶς ἐπιμεμφέσθω. Αἱ γὰρ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρίαι ἀξιοπιστότεραί εἰσιν, ὥς φησιν ὁ μέγας Βασίλειος. Ἀλλὰ καὶ θαυμάσιος Κύριλλος ὁ Ἀλεξανδρείας Ἀρχιεπίσκοπος αὐτὸ τοῦτο ἐποίησεν. Ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Δαυὶδ εἰς τὴν γενεαλογίαν τοῦ Ἰωσὴφ τοῦ μνηστευσαμένου τὴν παναμώμων καὶ Θεοτόκον Μαρίαν. κ. τ. ε.

nos aversandi argumentum sibi assumat, quasi ex nostris aliquid addiderimus aut detraxerimus. Nemoque de nobis queratur si quid ex Apocryphis aut Hæreticis in medium proferamus. Testimonia enim ex adversariis comparata multo fide digniora sunt, ut tradit Magnus Basilius. Et admirabilis Cyrillus Episcopus Alexandrinus hoc idem perfecit. Ab Abrahamo usque ad Davidem Josephi sponsi immaculatissima & Deipara Mariæ genealogiam &c.

Richardus Montacutius p. 301. Apparatus ad Origines Ecclesiasticas.

Ex hoc Protevangelio multa inepta, ridicula, fabulosa etiam Damascenus (a) *Vir alioqui doctissimus,*

steretur, in obdormitionem S. Mariæ MSS. in Augustana & aliis Bibliothecis. (a) lib. 4. de Orthodoxa fide cap. 15. & in tribus oratt. de Nativitate Deiparæ à Jacobo Billio editis.

Digitized by Google

simus, Germanus, (b) Nicephorus (c) Cedrenus, (d) Sergius (e) *Episcopus Hierapolitanus*, Hippolytus (f) *falsarius*, *non Portuensis*, Andreas (g) Pantaleon (h) *Epiphanius*, (i) *alter ab illo Cyprio*, *in suas Historias*, *Homilias Panegyricas*, *Laudationes*, *transtulerunt*. *Sed & doctissimus etiam Baronius modum videtur interdum excessisse*. Confer quæ idem Montacutius Apparat. p. 314. seq. Sive in Analectis (idem enim fere liber est, alio habitu) p. 174. seq. p. 238. seq.

Theo-

quarum duæ posteriores in quibusdam Codd. MSS referuntur ad *Andream Cretensem*. (b) Orat. in nativitatem Mariæ quæ extat in auctario *Bibl. PP.* Ducæano, & in MSS. fide dignioribus teste Allatio p. 313. de Georgiis, tribuitur *Georgio Nicomediensi*, cujus & ipsius minime prætereunda mentio est, quia in homiliis in conceptionem *S. Deiparæ* à Combefisio T. 1 auctarii novi vulgatis, non tantum probat narrationes Protevangelii, sed & homilia tertia p. 1050. seqq. prima verba Τῆς περὶ Θ̃ Ἰωαχείμ καὶ Ἄννας ὑφηγημένης ἱστορίας (ita Protevangelium vocat) tanquam textum sacrum exponit & fuse interpretatur. (c) Lib. 1. Hist. Eccles. cap. 7. seq. (d) Compend. Historiar. p. 153. edit. Basil. (e) De hujus scriptis nihil mihi compertum. (f) *Hippolytus Thebanus* seculi decimi scriptor, quem nulla ejus culpa cum Hippolyto Portuensi confundit Nicephorus lib. 2. cap. 3. & post eum alii. Hujus e Chronico fragmenta quædam protulerunt viri doctissimi, in quibus de Mariæ genere & de incarnatione Christi agitur. (g) *Cretensis* de quo paulo ante dixi. (h) Pantaleon Diaconus CPol. & Chartophylax Orationibus Panegyricis in festa MSS. (i) Is ipse nimirum, cujus jam locum, quia *Jacobi* disserte meminit, produxi.

Digitized by Google

Theodorus Bibliander in Censura & judicio præfixo editioni primæ Protevangelii, quod Evangelistæ Marco præmissum latine ex Postelli versione quam ab Oporino acceperat, cum notulis quibusdam edidit Basileæ apud eundem Oporinum A. 1552. 8.

Guilelmus Postellus - - in Oriente apud Christianos librum Græcum & quidem pervetustum est nactus, quem latinum fecit & commentariis adornatum editioni paravit cum aliis quibusdam minime contemnendis libris. Quos dum Oporinus - - - differret imprimere, rogavi ut mihi copiam faceret legendi eos. Caterum hujus sermonis historici lectio ita me affecit, ut inique tulerim diutius eo frustrari homines Christianos, qui latina lingua habent commercium. Testatur autem Postellus hunc libellum in Ecclesiis Orientalibus Christianorum publice (a) *legi, neque dubitari de autore, sed constanter inscribi,* sermonem Historicum divi Jacobi fratris Domini de admirabili nativitate & incunabulis Virginis Matris Mariæ & ipsius Jesu. *Addit etiam πρωτευαγγέλιον h. e. primum Evangelium vocari & inter authenticos libros haberi apud Orientales Christianos. Ipse autem Postellus æstimat ut gemmam inter libros Theologicos & basin atque fundamentum totius Historiæ Evangelicæ, & caput Evangelii secundum Marcum. Ejus verba si quis requirat, hæc sunt:* Petrus Romæ non edidit Evangelium, sed

(a) Vide quæ infra p. 57. ad locum H. Stephani.

Digitized by Google

ſed alteri Venetiarum duci Marco commendavit ſine capite myſterioſe ſcribendum : ut olim illi adeſſet hoc caput quod nunc vertimus, totius Vet. Teſtamenti appendicibus Chriſtum quovis modo prædicantibus neceſſarium, nedum Marco aut Lucæ. *Ac rurſum:* Evangelii ad hunc diem deſiderata baſis & fundamentum, in quo ſuppletur ſumma fide, quicquid poſſet optari. *Et in ſermone quo Reip. Veneta opus dedicat, ita ſcribit*: Quod autem Evangelium quo ad hanc diem utimur, nunquam poſſit ut debet ac neceſſe eſt, potiſſimum apud Judæos eſſe in pretio, ſine hâc, quam tuo nomine mundo offero, baſi, Jacobi hiſtoria de Salvatoris & ejus matris Virginis Mariæ incunabulis fide publica munitis in corpore Eccl. ſiæ Judaicæ, his rationibus clarum erit. *Inter alias autem rationes Poſtellus perpendit examuſſim, quod Judaici populi Principes in explorando fœtu Mariæ Virginis ſponſæ Joſephi adhibuerunt aquas redargutionis de quibus Numeror. V. Ac docet ex monumentis Judæorum lege cautum fuiſſe, ut ſi qua fœmina tribus Judæ, maxime oriunda ex ſtirpe Davidi peperiſſet aut ferret uterum, idipſum referretur ad ſenatum ſacerdotum. Itaque latere non potuiſſe partum Mariæ, qua Joſepho commendata fuerit à ſacerdotibus, recte colligit. Veriſimillimum eſt certe, in tanta expectatione Meſſiæ redemtoris, eam gentem ſervitutis impatientiſſimam nihil reliquiſſe inexploratum. Neque video potiorem & anguſtiorem uſum ejus cærimoniæ & actionis judiciariæ in fœminas ſuſpectas adulterii, quam ſi per*

Digitized by Google

eam declaratum est, utique divino & irrefragabili testimonio, Jesum Christum in utero Mariæ non esse fœtum adulterinum, sed sacrosanctum: conceptum non ex Josepho sponso, sed ex Spiritu S. Suffragatur etiam huic traditioni Ebræorum, & huic scripto, Theodosius Judæorum Antistes (a) *qui temporibus Justiniani Imp. ex Judæorum archivis protulit, Jesu Parentes vocatos in concilium & interrogatos de sobole, simulque vocatas mulieres quæ parienti adfuerunt. - - - Lucas Evangelista in proœmio Evangelicæ Historiæ testatur multos aggressos esse contexere narrationem rerum earum quæ sunt inter Christianos compertissimæ, quæ tradiderunt illi qui ab initio inspectores & administri fuerunt illius verbi. Quod non tam Matthæo aut Johanni congruere videtur Evangelistis, quam Jacobo fratri Domini, cujus sermonem historicum de natalibus Christi Jesu nunc edimus: & Lucas eam partem summatim perstringit, nihil à Iacobo discrepans. Id ipsum & Augustinus adstruere videtur, libro primo de consensu Evangelistarum, capite primo. Ac pervetustam esse traditionem hanc & in Ecclesia Christi receptam, neque ad alium autorem quam ad Jacobum fratrem Domini esse referendum, Epiphanius etiam mihi persuadet contra Collyridianos* (a) *- - Idem disputans contra Antidico Marianos qui negabant perpetuam Mariæ virginitatem, spelunca meminit & miraculorum,* (b) *& explicans illud Evangelii dictum*

(c)

(a) Respicit narrationem Apocryphan & nullius fidei quæ legitur apud Svidam in Ἰησοῦς. (a) Hæres. LXXIX. num. 5. (b) Hæres. LXXVIII. num. 15.

Digitized by Google

(c) & non cognovit eam &c. *Porro si quis contendat hunc libellum non ponendum esse inter Ecclesiastica scripta, eo quod Hieronymus, Eusebius & alii qui de vita & scriptis Jacobi historiam posteris tradiderunt, nullam faciunt hujus sermonis mentionem nedum inter sacros libros numerant, is poterit idoneis rationibus refelli. Nam Epiphanius antiquior Hieronymo & Eusebio, satis indicat antiquam esse hanc traditionem Ecclesiæ. Quædam ignorarunt etiam diligentissimi Scriptores: quædam in Ecclesiis occultata sunt diutius. Ut liber legis inter rudera templi latuit, ignoratus etiam à summo Pontifice Helcia, qui temporibus Josiæ demum in lucem emersit. Diutissime quoque posterior Epistola Petri, Epistola Pauli ad Ebræos, Epistola Judæ fratris Jacobi, Apocalypsis Domini Jesu Christi, multos Christianos latuerunt, ac serius ab Ecclesiis cognitæ & in Canonem receptæ sunt. Hoc autem potius scriptum Jacobi commendat, quod inter Apocrypha & notha nusquam numeratur, ut Evangelium Nicodemi, Thomæ, Bartholomæi & alia. Nec propterea hoc scriptum habendum est pro Apocrypho, quia nonnulla continet quæ leguntur in libello Joachim sive de nativitate B. Mariæ, quem Hieronymus ex Hebræo sermone latinum fecit: aut in libro de infantia Salvatoris, de nativitate Salvatoris, de S. Maria, de obstetrice Salvatoris, quos libros Gelasius numerat inter Apocryphos. Non enim Evangelium scriptum à quatuor probatissimis Evangelistis ideo minus habet fidei & autoritatis, quia in multis consonant Evangelia*

D 2 Ni-

(c) Ibid. num. 7.

Digitized by Google

Nicodemi, Thomæ, Bartholomæi, Nazaræorum & Alcoranum Muhamedis. Porro si quem offendit miraculorum multitudo, cogitet maximum esse opus Incarnationis filii Dei, quod divinis operibus ac testimoniis fuit muniendum adversum incredulitatem Judæorum, Mahumedanorum, Ethnicorum, Sophistarum & hæreticorum: & adversum calumnias & strophas quas unquam Cacodæmon potest comminisci. Estque habenda gratia divinæ sapientiæ & bonitati, quæ multis portentosis operibus & incarnationem & mortem salutiferam Christi Jesu filii Dei vivi testatus est. Quæ miracula partim refert Historia Evangelica, plura etiam Ecclesiastici scriptores collegerunt ex gentilium monumentis. Postremo hæc miracula non avocant homines à Dei cognitione & cultura, sed potius adducunt, quæ natura est veri miraculi. Falsa autem signa & portenta traducunt mortales ad colendam creaturam prætermisso creatore. Non occurrit etiam in hoc scripto Jacobi aliquid repugnans Historiæ divinæ: nec apparet ulla causa ob quam voluerint Orientales Christiani hæc confingere, puta commodum temporarium, gloria privata, potentia aut simile quiddam. Ut si ulla traditio est recipienda in Ecclesiis, hæc rectissime recepta olim ab Ecclesiis hodieque conservata in orientalibus Ecclesiis, à nobis autem occidentalibus minime adspernanda esse videatur. Non censeo tamen hunc sermonem divi Jacobi reponendum esse in apice supremæ dignitatis & autoritatis, in quo libri Canonici Veteris ac Novi Test. soli consistunt magno consensu Ecclesiæ Catholicæ in qua Christi spiritus viget, & quæ

Digitized by Google

que vocem Pastoris sui ac sponsi agnoscit. Rursum indignum puto, rejici inter Apocryphorum deliramenta, quæ magis digna sunt ἀποκρυφῆς quam ἀναγνώσεως, ut inquit B. Athanasius. Etenimsi libellus Ruth in Canone librorum divinorum positus est, qui genus Davidis ex Booz & Ruth Moabitica fœmina deducit, idque oppresso nomine scriptoris, periniquum mihi videtur, hoc Evangelium primum divi Jacobi de natalibus Christi & matris Virginis ab Ecclesiis Orientalibus authenticis libris (d) *adnumeratum, saltim in Ecclesiasticorum & hagiographorum numero non haberi, in quo Epistola Clementis & liber Pastoris olim constitit: hodieque Tobias, Judith, Sapientia Salomonis, sapientia Jesu filii Sirach, historia Maccabæorum, Esdræ tertius & quartus liber ab omnibus Ecclesiis habetur. Qui libri certe ab hoc sermone Jacobi, argumenti excellentia & styli simplicitate, Spiritui sancto familiari, meo judicio vincuntur.* Hæc Bibliander, Postelli fere rationibus usus, quibus nunc aliorum lubet sententias opponere.

Sixtus Senensis lib. 2. Bibl. Sanctæ p. 86. 87.

Extat nunc scriptura quædam (e) *ab hæreticis nostrorum temporum typis excusa, quæ Protevange-*

(d) Hoc gratis dicitur nec potest probari. Equidem ut ipse paulo ante ostendi, à Scriptoribus quibusdam Græcis non omnis illi negatur fides, sed tanquam narratio antiqua & probabilis accipitur. Nullos tamen vidi, nedum integras observari Ecclesias à quibus inter authenticos libros S. Scripturæ referretur. (e) Hæc iisdem fere verbis repetit Antonius Pos-

Digitized by Google

lium Jacobi sive sermo historicus de Nativitate Deiparæ inscribitur, continens historiam Nativitatis Mariæ usque ad adventum Magorum, in quo inter cæteras ambiguæ fidei narrationes illud etiam adjicitur absurdissimum, nempe Ioſephum & Mariam stupri & sacrilegii accusatos, ex decreto sacerdotum simul fuisse adactos ad bibendum poculum redargutionis, quo Moses explorari jussit innocentiam fœminæ de adulterio suspectæ.

Rob. Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Extat nomine S. Iacobi Proto Evangelium, sed ab Ecclesia nunquam receptum.

Cæsar Baronius Apparat. ad Annal. Eccles. Sect. 39.

Ejusdem generis & existimationis habentur, quæ ex Pseudo Evangelio Iacobo attributo leguntur, quæ à nostris chartis procul repellimus.

Idem ad Annum Christi XLIV. num. 8.

Iacobi quoque Alphæi nomine hactenus pseudo Evangelium circumfertur, quod jam olim à Gelasio (f) *proscriptum est.*

Hen-

sevinus in Apparatu sacro T. 1. p. 779. (f) Non à Gelasio prout extat ejus decretum in plerisque editionibus vulgatis, sed in Epistola 2. earum quæ referuntur ad Innocentium I. Papam cujus locum habes supra p. 11. inter eos sub quorum nominibus scripta falsa & Apocrypha fuerint composita, recenſetur nomen *Jacobi minoris*. Vide tamen quæ infra dixi ad locum Rev J H. Maji, & ante Evangelium de infantiâ Christi, Thomæ adscriptum.

Digitized by Google

Henry Estienne dans son traité preparatif à l' Apologie pour Herodote *Part. II.* Chap. 33. *p. 381. 386.*

Postquam à pag. 403. in Protevangelium Jacobi invectus fuisset, ejusque narrationes cum fabulis Alcorani contulisset, Postellum ipsum totius fraudis Architectum, librumque à Postello suppositum fuisse arguit p. 406. seq. his verbis quam vehementissimis:

Ie prieray le lecteur de considerer comment le Diable s'est moequé evidemment de la Chrestienté en faisant publier ce livre & à aveugler les yeux de plusieurs. Car il l' a publié par le moyen d' un qui apertement s' est efforcé par ses ecrits de faire une meslinge de la religion Mahometique, Judaique, (si religions se doivent nommer) avec celle des Chrestiens: par un qui a preschè publiquement & soutenu des heresies, lesquelles ne sont seulement pleines de blaspheme, mais repugnantes à l' honnesteté naturelle, voire des payens. Qui est cestuy là? Guillaume Postel. Et comment (dira quelcun) a-il-esté posſible, que le livre venant de la main de ce monstre execrable, n' ait point esté tenu pour suspect, qui de soymesme le devoit estre, quand il fust sorti de la main d' un ange? C' est en quoy nous devons congnoistre que le Diable s' est evidemment mocqué de la Chrestienté, comme j' ay dict, & abouché les yeux à plusieurs de ceux mesmement qui devoyent estre les plus clairvoyans. Il est vray que je confesseray bien, que la meschanceté du susdict n' estoit pas alors si bien descouverte, qu' elle a esté depuis:

Digitized by Google

mais elle l'eſtoit aſſez pour congnoiſtre qu'il ſe faloit donner garde de luy. Lequel je laiſſeray comme eſtant (Dieu merci) aſſez congneu pour le preſent, & viendray au ſtile du dict livre. Je di donc & veux ſouſtenir devant toutes gens qui ont quelque jugement en telles choſes, que pluſieurs (g) *hebraismes que nous y liſons ſont ſuppoſez, eſtans toutes fois meslez parmi autres que nous ſçavons eſtre vrays & ordinaires en la ſaincte Eſcriture. Au demeurant quant à la ſimplicité des façons de parler, on voit bien auſſi que c'eſt une choſe affectée & qui ſe dement ſoymeſme. Quant au contenu, il eſt certain qu'il a eſté forgé par un tel eſprit que celuy du dict Poſtel, (ſi d'avanture luy meſmè* (h) *n'en eſt l'auteur) en deriſion de la religion Chreſtienne. Mais pour faire la fourbe meilleure, on y a inſeré par forme de rapſodie quelques propos des Evangeliſtes: item on y en a mis quelques uns auſquels on a vû qu'on pouvoit donner couleur par quelques paſſages du vieil Teſtament, comme ce qui eſt dict des eaux de redargution. Or ſi quelcun eſt curieux de voir pluſieurs eſcrits ſemblables ainſi ſuppoſez par la cautele & aſtuce de Satan, il*

(g) *Henricus Sikius* vir Clariſſimus in notis ad Evangelium Infantiæ p. 14 non dubitat Protevangelium Jacobi quod habemus ex Arabica lingua, ſaltem orientalium aliqua in Græcum fuiſſe translatum. Sed argumentum quo utitur, ut hoc evincat, refello infra ad cap. 20. & longe veriſimilius arbitror lectum tot Græcis antiquiſſimis Græcâ quoque lingua contextum ab aliquo Ebionita, Gnoſticove quopiam ex iis qui tot olim ſcripta Apoſtolorum nominibus, ſimplicem illorum & Hebraiſſantem dictionem æmulantes ſuppoſuere.

(h) Hunc locum reſpicit *Theophilus Raynaudus* lib. de ſobria frequentatione mulierum per ſacros homines cap. 1. T. 12.

Digitized by Google

ilem trouvera un grand amas en un livre appellé Orthodoxographa *& orné de plusieurs autres titres, qui semblent estre totalement mis en despit de la religion Chrestienne.* D 5 Rich.

Opp p. 231. ubi ait Henricum Stephanum suspicionem movere an ab ipso Postello confictum sit Jacobi Protevangelium. Verum ex codd. MSS. a me memorandis & ex testimoniis quæ jam à me adducta sunt manifestum est suspicione illa nihil fuisse vanius aut iniquius. Sed & aliis passim calumniis oneratus fuit vir non pessimus fortassis quanquam abhorrentis judicii Postellus, doctissimus sane, qui ut narrat Bibliander studio cognoscendi plurima & investigandi libros quibus regnum Christi posset commodius propagari, multas regiones peragravit, etiam mare non semel transgressus, & hunc librum in Oriente apud Christianos reperit. In hoc tamen fefellit eum ratio quod tum alibi, tum in libro de Originibus A. 1533. scripto & Basileæ apud Oporinum octava forma edito cap. 2. p. 10. putat *Evangelicâ hac Jacobi historia Pontificatum maximum Justi, ac Mariæ virginis Matris, Christique incunabula ita proponi, ut absque illa historia Evangelium ad rationis examen de sua origine discussum sit ob Atheos periclitaturum.* Neque temere crediderim quod idem Postellus Bibliandro narrante testatus est Protevangelium in Ecclesiis Orientalibus Christianorum publice legi; non enim vidi qui hoc cõfirmaret, non magis quam quod ex paradoxa Postelli & incredibili (ut sunt multa ejus viri) sententia addit post Bibliandrum Mich. Neander, *esse gemmam inter libros Theologicos, & basin atque fundamentum totius historiæ Evangelicæ, & caput Evangelii secundum Marcum.* Equidem Jacobo tributam Liturgiam semel in anno in Ecclesia Hierosolymitana legi, relatum sibi refert Allatius de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 16. & ex eo Usserius in libello de Symbolo veteri Rom. Ecclesiæ p. 10. Tum Jacobi Jerugensis Episcopi homilias legi publice in Ecclesiis Syrorum, testatur in præfatione ad Mosen Bar Cepha Andreas Masius. Quod si usquam legitur aliquid publice è Protevangelio, non tanquam è S. Scriptura, sed tanquam è legenda quadam vel sermone Doctoris alicujus legi certum est.

Digitized by Google

Rich. Simon dans ses Nouvelles Obs. sur le texte & les Versions du N. T. chap. 1. p. 4.

Il suffit de jetter les yeux sur le Protevangile de S. Iaques pour être convaincu que c'est une piece fausse. L'on ne peut pas neanmoins dire que Postel qui l'a voit apporté du Levant l'ait supposé comme quelques uns l'ont crû trop facilement : car Eustathe Eveque d'Antioche & plusieurs autres Ecrivains Ecclesiastiques en ont fait mention, & ils nous en ont même laissé quelques fragmens. I'en ay vû deux Exemplaires MSS. dans la Bibliotheque du Roy, l'un desquel n. 1832. a pour titre : τῦ μακαρίυ Ἰακώβυ τῦ ἀδελφοθέυ λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας θεοτόκυ. L'autre n. 1820. est intitulé τῦ μακαρίυ Ἰακώβυ τῦ Ἀποστόλυ καὶ ἀδελφῦ τῦ κυρίυ περὶ τῆς γεννήσεως τῆς ἁγίας Θεοτόκυ. Il est bon d'observer, qu'en trouve dans les MSS. les memes fables que dans l'imprimé. Si Postel s'étoit contenté de dire que cet Evangile tout Apocryphe qu'il étoit a quelque autorité dans l'Eglise Orientale, il n'auroit rien avancé que de veritable : car quelques Grecs semblent le faire aller de pair avec les sermons de St. Ephrem, de S. Jean de Damas, & de plusieurs autres Peres.

Abrahamus Scultetus Medullæ Patrum Parte 1. lib. XI. cap. 6.

Protevangelium Jacobi, Liturgia Jacobi, Evangelium Nicodemi, Historia Prochori de Johanne Evangelista, Epistola Martialis, Abdias de vitis Apo-

Digitized by Google

postolorum, omnia ψευδεπίγραφα, id quod argumentis generalibus & specialibus demonstrari potest. Generalibus, nam characterem styli Apostolici non habent, & ab Ecclesia primitiva non fuerunt agniti. Specialibus, quia in Protevangelio Jacobi Maria narratur votum perpetui cœlibatus emisisse, Liturgia Jacobi separatam habet precationem pro iis qui in Monasteriis degunt, cum nulla tamen essent Jacobi ætate exstructa & adificata Monasteria.

Idem de protevangelio Jacobi sentit Andreas Rivetus lib. 1. Critici sacri cap. 4. quem vide etiam in Apologia pro Virgine Maria T. 3. Opp. p. 624. Guilelmus Cavcus in Historia literaria scriptorum Ecclesiasticorum Tom. 1. & in vitis Apostolorum Anglice editis, in vita Jacobi num. 8. præ cæteris Joh. Hoornbeeck in *Miscellaneis* sacris p. 31. 32. Exploditur etiam Jacobi Protevangelium à Johanne Pearsonio ad Symbolum Apostolicum p. 303. 313. editionis latinæ. à Frid. Spanhemio Introduct. ad Historiam & Chronologiam sacram N. T. p. 130. abautoribus Centuriarum Magdeburgensium T. 1. p. 278. 356 &c. edit. Basil. 1559. à Martino Chemnitio parte 3. Exam. Concil. Tridentini f. 35. ubi notat *Apocryphas Protevangelii fabulas specioso titulo traditionum sæpe etiam Patribus imposuisse sicut Epiphanio speluncam Bethlehemiticam & Augustino commentitium votum Mariæ.* à Conrado Hornejo Hist. Eccles. p. 25. & 80. à Christoph. Theod. Chuden de Apocryphis Nov. Test. p. 17. seqv. Venerand. D. Joh. Frid. Mayero in Ecloga Evangel. ad Fest. Epiphan. à Claudio Frasenio disquisitt. Bibl. p. 655. seqv. Natali Alex. Sec. 1. cap. 12. artic. 2. §. 6. Philippo Labbeo T. 1. de Script. Eccles. p. 490. sq. Eadem sententia Petri Lambecii libro IV. Commentariorum de Bibliotheca Vindobonensi p. 130. & 131. & Danielis Nesselii in Lambecii epitome & continuatione, qui in Augustiss. Imperatoris thesauro librario hoc suppositititium Jacobi Evangelium quisquis Græcè manuscriptum occurrere testatur. In uno codice,

Digitized by Google

codice, inscribitur Λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. In aliis: Τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν. Λόγος Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου. Extat & in eadem Bibliotheca alia Apocrypha narratio sub Jacobi nomine, (etsi Johannes in ipsa sic loquens inducitur, ut ille potius, quam Jacobus autor fingatur) de obitu & assumtione B. Mariæ. Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου. Incipit: Τῆς ἁγίας ἐνδόξου θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας κατὰ τὸ ἐωθὸς ἐν τῷ ἁγίῳ μνήματι τοῦ κυρίου ἡμῶν ἐρχομένης θυμάσαι. Confer quæ supra p. 45.

Johannes Bollandus (a) T. III. Act. Sanctor. Martii ad diem XIX. p. 77.

Quanquam B. Petri Damiani censura serm. 3. de Nativ. B. Virginis studium superfluæ curiositatis reprehendit in iis, qui quod Evangelista narrare superfluum duxit, nimis inutiliter quærunt, inquirentes quis Pater vel quæ Mater beatissimæ Mariæ fuerit: Utriusque tamen Ecclesia Patrum, Joachimum & Annam celebrantium concors credulitas facit, ut de nominibus non anxie dubitemus, verane sint an solum accepta ex quadam Etymologia Hebraica congruentia, qua Joachim *præparatio Domini*, Anna (b) *gratia interpretatur, ut est apud Fulbertum Carnotensem. Etenim ut dubia prorsus fidei sint omnia quæ de utroque vel Græci Patres ex spurio quodam de*

(a) Sive ejus continuatores Henschenius & Papebroch.
(b) Ejusd. Etymologiæ ratio habetur etiam apud Joh. Damascenum & Georgium Nicomediensem, cui *Joachimi* nomen denotat ἀποκείμενον.

Digitized by Google

de ortu Virginis Libello Jacobo τῷ θεαδέλφῳ perperam adscripto attigerunt, vel Seleucus Impostor sub ipsius Evangelistæ Matthæi nomine est ementitus, nonnullam veri habentia speciem: quantulum tamen hoc est, si ipsa saltem Parentum sanctissima Deigenitricis nomina Ecclesia traditio conservasse putetur, nec omnia dicantur autores isti finxisse.

Seb. le Nain de Tillemont dans ses Memoires pour servir à l'Histoire Ecclesiastique des six premiers siecles T. 1. p. 265.

L'Opinion qui avoit commencé avant S. Jerome, & qui s'est tout à fait establie depuis, c'est que le Pere de la Vierge estoit nommé Joachim. S. Epiphane (b) *le cite des traditions & de l'Histoire de la Vierge. Je ne say si ce ne seroit point cette histoire secrette ou Apocryphe de la Vierge, dont S. Gregoire de Nysse* (c) *rapporte des choses qui sont tout à fait insoutenables. Il semble dire que cette Histoire ne se debitoit qu'a secret: & c'est apparemment ce que S. Epiphane* (d) *appelle la tradition des Juifs, c'est à dire des heretiques Nazareens: ce que luy & S. Gregoire en citent, se trouve aussi dans un ecrit sur l'Hexaëmeron, que Leo Allatius nous a donné sous le nom d'Eustathe d'Antioche* (e) *mais cet endroit & quelques autres font douter à des personnes habiles, si cet ouvrage est veritablement de ce Pere. Cet auteur quelqu'il soit, cite ce qu'il dit de la Vierge, d'un certain Iaque, dont il paroist qu'on a encore l'écrit. Alla-*

(b) Vide supra p. 7. (c) ibid. (d) hæres. LXXVIII. num. 7. (e) supra p. 49.

Digitized by Google

Allatius (f) *pretend, sans en donner de preuve, que ce Iaque estoit à peuprés du méme temps que les Apotres, mais il ajoute, que les heretiques pour combattre la doctrine Catholique, ont certainement ajouté dans son écrit beaucoup de choses que S. Eustathe a retranchées. Ce qui est certain, c'est que dans l'ouvrage attribué à S. Eustathe il y a plusieurs choses, que personne n'oseroit soutenir.*

L. Ellies Du Pin dans sa Nouvelle Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastiques T. 2. pag. 29.

Le Commentaire sur l'Ouvrage des six jours qui porte le nom d'Eustathe est un ouvrage tout à fait indigne d'un homme de bon sens - - C'est une compilation mal faite des passages d'Eusebe, de S. Basile, de l'Ancien Testament, de Ioseph, d'Artapanus, de l'Evangile attribué faussement à Iaques, & de plusieurs autres Auteurs. Il fait une digression touchant la genealogie de Iesus Christ, dans laquelle il copie le passage d'Africanus, ensuite duquel il rapporte en abregé les fables qui sont dans le Proto-Evangile de S. Iaques (g) *touchant la Vierge, Ioseph, Ioachim & Zacharie.*

Le

(f) In notis ad Eustath. p. 185. 186. (g) Doctissimus Caveus in Hist. literar. T. 1. ubi de Eustathio Antioch. agit, minus verisimiliter suspicatur totam illam ex Protevangelio fabulam à recentiore manu accessisse. Addit etiam neminem sani judicii affirmaturum quod Evangelium Jacobi ætatem Eustathii sapiat, quod vehementer miror, cum ex Origenis Epiphanii aliorumque testimoniis supra adductis ignorare non potuerit vir in his literis apprime versatus, antiquissimos

Le même Monsieur Du Pin dans le même Ouvrage T. 1. p. 3.

Outre ces deux Evangiles celebres parmi les Anciens, qui sont perdus (l'Evangile selon les Egyptiens & selon les Hebreux) *nous avons à present un livre intitulé le Proto-Evangile de S. Jacques, donné au public par Neander & inseré dans les Orthodoxographes. C'est un livre plein de contes & d'histoires badines, touchant la Nativité, la Vie & l'accouchement de la Vierge. - - - Mais quoique ces Evangiles soient indignes de foy & pleins de folies, ils ne contiennent toute fois pas d'erreurs grossieres comme ceux qui avoient été supposez par les Heretiques, dont il ne nous reste plus rien à present.*

Thomas Ittigius in Heptade dissertationum p. 121.

Sane ex anilibus fabulis quibus protevangelium Jacobi scatet, abunde patet ab Apostolo scriptum non fuisse. Fabulas autem istas imprimis ex putidis Gnosti-

fuisse hosce impostores qui sub Jacobi nomine Evangelium Apocryphum Ecclesiæ obtruserunt. Cæterum Labbeus in Bibl. nova MSS. qui p. 22. Eustathium in Hexaëmeron à Joh. Mariana Jesuita latine redditum memorat, p. 77. testatur in Bibl. Regis Christianissimi codice 1027. extare idem scriptum Græce cum Auctario hactenus non edito usque ad Alexandri M. tempora. Unde suspicor illud in Hexaëmeron scriptum esse partem sive fragmentum operis cujusdam Chronologici, autorem vero alium quendam Eustathium Juniorem, Syrum, qui Antiochiæ scripsit, illum fortasse qui à Joh. Malela parte 2. P. 115. Εὐσέβιος ὁ σοφώτατος χρονογράφος appellatur. Ejus mentio apud Evagrium lib. III. cap. 26. sq. & 29. & 37. Nicephorum. Suidam aliosque.

Digitized by Google

sticorum lacunis hausta esse animadvertit Simonius *in Critica Historia N. T. lib. 1. cap. 3. p. 32. & 33. ubi etiam sibi displicere indicat, quod Hieronymus Xavierius Historiam Christi Persicè à se scriptam, tot fabulis ex hoc librorum genere depromtis contaminaverit. Fallitur autem* Leusdenius, (a) *cum in Philologo Hebraeo graeco p. 23. de Iacobi protevangelio agens sæpe Origenem illius meminisse, & Hieronymum illud ex Hebraeo in Græcum sermonem transtulisse scribit.*

Johannes Henricus Majus in Examine Historiæ Criticæ N. T. à Simonio scriptæ p. 37.

Mirari se dicit Simonius, *quod Protestantes hoc Protevangelium Iacobi edentes dignum judicaverint publica luce, una cum aliis ejusdem generis scriptis, quæ sub Orthodoxographorum titulo semel iterumque prodierint. Et Bibliandrum imprimis carpit, quod in*

(a) Videtur Leusdenius secutus Sixtum Senensem & ipsum male intellectum. Ita vero ille lib. 2. Bibl. S. p. 86. *Jacobus frater Domini -- pleraque magna sanctitatis scripta reliquit, in quibus excellit Evangelium quod à quibusdam Iacobi à quibusdam secundum Hebraeos inscribitur, cujus sæpe meminit Origenes & cui Hieronymus qui illud ex Hebraeo Græcè transtulit egregium præbet testimonium in Catalogo scriptorum illustrium* Hieronymus in Catalogo c. 2. tantum refert Jacobi mentionem factam in illo secundum Hebræos Evangelio, at hujus non Jacobus sed Matthæus autor à Nazaræis habebatur, quamvis Athanasius in Synopsi Scripturæ Græcum quod habemus Matthæi Evangelium putat à Jacobo ex Hebraica lingva in Græcum idioma conversum fuisse.

Digitized by Google

in censura sua Postelli judicium probet ac nihil omittat quo fidem conciliare fabuloso scripto queat, hac præcipue mixus ratione, quod à Gelasio (b) *in numerum Apocryphorum haud relatum sit una cum Evangelio Nicodemi, Thomæ aliorum - - Ad quæ respondet nihil probari hinc amplius, quàm quod Protevangelium nondum innotuerit vel latine traductum fuerit Gelasii tempore. Interim Gelasium in Apocryphis numerasse librum aliquem ejusdem argumenti.* Liber de Nativitate Salvatoris, & de S. Maria & de obstetrice Salvatoris Apocryphus - - - *Nos defensionem Postelli aut Bibliandri non suscipimus, miramur tamen, quod unius hominis vel nonnullorum etiam errorem omnibus Protestantibus adscribere Simonius audeat. Multi ex Pontificiis quoque eruditi parum periti sunt: Postellus ipse Pontificius, &c.*

E ΠΡΩ-

(b) Nescio quodnam Originale crepet Sandius, qui in nucleo Hist. Eccles. p. 10 *Gelasius*, inquit, in Originali inter apocrypha recensuit Evangelium Jacobi. In iis sane quas inspexi editionibus *Gelasiani* decreti plurimis & diversis nihil tale reperi, nisi quod in codice Jurensi, ex quo *Petrus* Franciscus Chifletius decretum de Apocryphis vulgavit p. 140. ad Vigilium Tapsensem, diserte legitur: *Evangelia nomine Jacobi minoris Apocrypha.* Testatur autem Chifletius tribui in isto codice decretum hoc non Gelasio sed Hormisdæ Papæ quod & in aliis quibusdam MSS. fieri observarunt viri docti. Vide Steph. Baluzium notis ad Gratian. p. 715. edit. Clarissimi Mastrichtii, Joh. Pearsonium Vindic. Ignat. p. 44. sq. Rev. Ittigium de hæresiarchis p. 207. & in Heptade diss. p. 125. seq. *Plurimos* tamen codices Gelasium autorem agnoscere hujus decreti, contendit Matthæus Larroquanus Observatt. ad Pearsonii Vindicias p. 29. Confer Mabillonium parte 1. Itin. Ital. p. 111. & Schelstratenum Antiqv. illustratæ p. 369. Cæterum Evangelium Jacobi rejicitur etiam in decreto Gelasiano quale legitur in Tomis Conciliorum & apud Vincentium Bellovacensem.

ΠΡΩΤΕΥΑΓΓΕΛΙΟΝ, ἢ περὶ γεννήσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ τῆς ἀειπαρθένου Μαρίας, λόγος ἱστορικὸς ἁγίου ΙΑΚΩΒΟΥ τοῦ μείονος, συγγενοῦς τε καὶ ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, Ἀποστόλου πρώτου καὶ Ἐπισκόπου πρώτου χριστιανῶν τῶν ἐν Ἱερουσαλήμ.

PROTEVANGELIUM *Sive de Natalibus Jesu Christi & ipsius matris Virginis Mariæ sermo historicus Divi Jacobi minoris* consobrini & fratris Domini Jesu, Apostoli primarii & Episcopi Christianorum primi Hierosolymis,*

GVILELMO POSTELLO **Interprete.

I.

ΕΝ ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα Φύλων τοῦ

I.

IN historiis (a) duodecim tribuum Israël

Ισραηλ

**Male in prioribus editt. μείζονος.

Versionem Postelli retinui à Theodoro Bibliandro primum cum notulis quibusdam marginal. editam A. 1552. 8o. & in Orthodoxographis Joh. Heroldi A. 1555. fol. iterum vulgatam: licet interdum discrepat à Græco, quod cum eadem versione & notulis quibusdam suis primus in lucem edidit vir optimus Mich. Neander adjunctum aliis nonnullis scriptis Basil. 1564. 8. Recusum postea est Græce & latine in altera auctiore Orthodoxographorum editione, curante Joh. Jac. Grynaeo. A. 1569. fol. Ubi vero plura in Græco sunt, addidi ego illa latine alio charactere; ubi Postelli versio quædam adjecit, ea inclusi signis [...] ubi alium sensum exhibet, de eo in notis meis monui. (a) Neander putat h. l. respici ad Diarium publicum, in quo scriptæ 12. tribuum generationes. Dici vero ἐν ταῖς ἱστορίαις ἦν, non ἐστὶ, quod illæ ἀναγραφαὶ jam essent combustæ ab Herode, ut autor Africanus apud Eusebium lib. 1. cap. 7. Hist. Sed ne dicam Josephum, qui diu post Herodem fuit, testari se reperisse scriptum genus suum ἐν δημοσίαις δέλτοις, durum mihi videtur

Ισραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ πλήσιον σφόδρα, καὶ προσέφερε τὰ δῶρα αὐτοῦ διπλᾶ κυρίῳ τῷ Θεῷ, λέγων ἐν ἑαυτῷ: Ἔσται τὸ τῆς περισσείας παντὶ τῷ λαῷ, καὶ τὸ τῆς ἀφέσεώς μου κυρίῳ τῷ Θεῷ εἰς ἱλασμὸν ἐμοί. Ἤγγικε δὲ ἡμέρα ἐν ταῖς ἱερείαις ἦν Ἰωακεὶμ

erat Joachim (b) dives valdè, & offerebat ipsi Deo dupla munera (c) dicens apud se ipsum: sint facultates meæ totius populi in remissionem peccatorum meorum apud Deum, (d) ut misereatur mei.

positum pro: ἦν γεγραμμένον, ὅτι Ἰωακεὶμ. Itaque putat nonnemo vel illud ὅτι supplendum, aut pro: ἐν ταῖς ἱερείαις legendum ὑστερείοις: *in reliquiis duodecim tribuum.* Gregorius tamen Nicomedienſis quoque legit ἐν ἱερείαις, & exponit ἐν ταῖς γενεαλογίαις ſerm. 3. p. 1054. Sed Euſtathius Antiochenus: ἐν ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραήλ. Cæterum ejuſmodi ἀναγραφαὶ publicæ genealogiarum in uſu fuêre etiam apud alias gentes, ita Syneſius Cyrenæus ep. 57. f. 197. narrat ſe διαδοχὰς generis ſui ab Euryſthene usque ad parentem ſuum reperiſſe ἐν ταῖς δημοσίαις κέρβεσιν.

(b) Uti parum certa videntur, quæ de Joachimo & Anna Mariæ Parentibus feruntur omnia, ita nomina ipſa quoque hæc de quibus jam diu dubitavit Hieron. & Auguſtinus, conficta nonnulli ſuſpicantur. Tillemontius tamen T. 1. Memor. ad H. E. p. 266. non male notat autores Apocrypharum fabularum ita fuiſſe antiquos, ut vera nomina ſcire potuerint, nec neceſſe illis fuerit nova confingere. A Græca Eccleſia Joachimi & Annæ memoria recolitur IX. Sept. & XXV. Jul. In latina Eccleſia IX. Dec. & XXVI. Jul. vel ex Julii II. decreto XX. Martii. Joachimi nomen quod breviario Romano exemit Pius V. reſtituit XX. Martii Gregorius XV. A C. 1620. Cantica duo Eccleſiaſtica Græca in memoriam SS Joachimi & Annæ MSta memorat Lambecius lib. 3. p. 207. (c) מנחות

(d) Apud Euſtathium Antioch. pro περισσείας legitur

Digitized by Google

ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη, καὶ προσέφερον οἱ υἱοὶ τοῦ Ἰσραὴλ τὰ δῶρα αὐτῶν, ὁμοίως δὲ καὶ Ἰωακεὶμ τὰ δῶρα αὐτοῦ. καὶ ἔστη κατ' ἀναντι αὐτοῦ Ῥουβὴν ὁ ἀρχιερεὺς, λέγων· οὐκ ἔξεστί σοι προσενέγκειν τὰ δῶρα σου, καθότι σπέρμα οὐκ ἐποίησας ἐν Ἰσραήλ. Καὶ ἐλυπήθη Ἰωακεὶμ σφόδρα, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ δωδεκάφυλον τοῦ λαοῦ, λέγων ἐν ἑαυτῷ· εἰ ἐγὼ

Appropinquavit autem Dies Domini magna (e), offerebantque filii Israël sua munera; & stetit contra ipsum Ruben (f) dicens: Non licet tibi (g) offerre munus tuum, quia semen (h) in Israël non feciſti. Et contriſtatus eſt Joachim valdè, & accesſit ad duodecim tribuum Genealogiam, (i) dicens in, μόνῳ

περισσίας. Sensus eſt: *Abundet hoc pro toto populo, & ſit mihi in remiſſionem, ut Deus mihi ſit propitius.* Non loquitur de eleemoſynis, ut ad h. l. notat Bibliander: ſed de ſacrificiis ac muneribus in templo oblatis. (e) Dies Domini magna eſt dies quisque primus vel ultimus ſolemnis feſti. Eſ. 1 13 in verſione Græca & Joh. VII. 37. μεγίστην ἑορτὴν vocat Euſtathius Antioch. (f) *Ruben ſummus ſacerdos* nullus apud Joſephum memoratur. Neque *Iſaſchar*, quod nomen legitur Rubenis loco in libello de nativitate Mariæ. Neque Ruben ſummus ſacerdos vocatur Euſtathio, apud quem tandem legas Ῥουβήν τις. (g) Georgius Nicomedienſis p. 1054. teſtatur in quibusdam exemplaribus Protevangelii ſcriptum olim fuiſſe: *οὐκ ἔξεστί σοι πρώτῳ προσενεγκεῖν non licet tibi primo offerre munus tuum.* Atque ita legit Euſtathius Antioch. πάντων -- δῶρα τῷ Θεῷ προσκομιζόντων προσενεγκεῖν πρῶτος αὐτὸς ὥρμησεν. Καὶ Ῥουβήν τις διεκώλυσεν αὐτὸν προσῆσαι πρῶτον. (h) Vide quæ ad jam dictum libellum notavi c. 2. (i) *Gr. Abiit ad duodecim tribus populi* i. e. cœtum publicum adiit.

Digitized by Google

μόνος· ἐγὼ ἐποίησα σπέρμα ἐν τῷ Ισραήλ. Ηρεύνησε δὲ καὶ ἔυρε πάντας δικαίους, ὅτι σπέρμα ἀνέστησαν ἐν τῷ Ισραήλ: καὶ ἐμνήσθη τῶν παλαιάρχων. Αβραὰμ, ὅτι ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἔδωσεν αὐτῷ θεὸς υἱὸν τὸν Ισαάκ. Καὶ ἐλυπήθη Ιωακεὶμ σφόδρα, καὶ οὐκ ἐφάνη τῇ γυναικὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ἔδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸν ἔρημον, καὶ ἔπηξε τὴν σκευὴν αὐτοῦ ἐκεῖ, καὶ ἐνήστευσεν ἡμέρας τεσσαράκοντα, καὶ νύκτας τεσσαράκοντα, λέγων ἐν ἑαυτῷ: οὐ καταβήσομαι οὔτε ἐπὶ βρῶμα, οὔτε ἐπὶ ποτὸν,

tra se. Videbo in tribubus Israël, si ego solus non edidi semen in Israel. Scrutans itaque vidit omnes justos (k) semen habuisse. Meminit (l) itaque Patriarchæ Abrahami, quod in ultimis diebus Deus dedisset illi filium Isaac. Constristatus itaque Joachim *Vehementer*, non fuit visus uxori suæ, sed in eremum abiit, ibique fixit tentoria, & jejunavit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, (m) dicens apud se ipsum: Non ascendam

spectaturus, essent ne alii etiam steriles inter Israëlitas. Nihil hic de 12. tribuum genealogiis, scripto comprehensis. (k) Omnes Israëlitas in publico cœtu comparentes, qui munera Deo obtulerant. (l) En, *meminit* ex Gen. 21. non ex commentariis genealogicis legit. (m) Nihil scilicet cedens Mosi Exod. XXIV. 18. XXXIV. 28. & Deut. IX. 9. & 11. vel Eliæ 3. Reg. XIX. 8. vel futuro nepoti suo Matth. IV. 2. Etiam Danieli Prophetæ simile jejunium tribuunt Basilius homil. 3. de jejunio, Chrysost. 2. contra Judæos, Theodori tus ad Dan. X. Damascenus. IV. 24. Pythagoram per 40. dies ἀστήσασθαι obiisse ait apud Laërtium & Porphyrium Dicæarchus, Themistius orat. 4. & Joh. Tzetzes Chil. XI. hist. 366. De viri cujusdam Harlemensis jejunio totidem dierum vide

Digitized by Google

ἕως ἂν ἐπισκέψηταί με κύριος ὁ θεός μου, καὶ ἔσται μοι ἡ ἐυχὴ μου βρῶμα καὶ πῶμα.

ad cibum aut ad potum, *donec respexerit ad me Dominus Deus meus:* sed erit meus cibus (n) oratio mea.

II. Ἡ δὲ γυνὴ αὐτῆς Ἄννα δύο θρήνοις ἐθρήνει, καὶ δύο κοπετοῖς ἐκόπετο, λέγουσα. κόψομαι τὴν χηρείαν μου, καὶ κόψομαι τὴν ἀτεκνίαν μου. Ἤγγικε δὲ ἡμέρα Κυρίου ἡ μεγάλη, καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ ἡ παιδίσκη αὐτῆς: ἕως πότε ταπεινοῖς τὴν ψυχήν σου; ἤγγικεν ἡμέρα Κυρίου, καὶ οὐκ ἔξεστί σοι πενθεῖν. ἀλλὰ λάβε τὸ στεφανοδέσμιον τοῦτο, ὃ ἔδωκέ μοι ἡ κυρία τῆς ἔρ-

II. Uxor autem ejus Anna duobus lugebat luctibus, duplicique angebatur anguſtia, dicens: Plango viduitatem meam (o) & meam ſterilitatem. Venit autem dies Domini magna, & dixit Judith ancilla ejus: Quousque tandem affliges animam tuam (p)? non licet tibi lugere, (q) quia dies Domini [magna] eſt. Cape itaque

γυ

quæ narrat autor Epiſtolæ editæ in Novellis Reip literar. anni 1685. menſe Februar. Idem de Joh. Engelbrechto aliisque ſed incerta fide ferri memini. Porro Bibliander ad h. l. notat Joachimum in eremo tentoria fixiſſe quod greges ibi haberet. Vide infra cap. 4. (n) Simile quid leges Joh. IV. 34. (o) Quod nempe maritus Joachimus illam deſeruiſſet. (p) נפשך i. e. *te ipſam.* Jejunium Hebræis תענית in quo vocabulo ſignificatio ταπεινώσεως. Vid. Druſium ad Sirach. II. 17. (q) *Pſ.* CXVIII. 24. & quæ viri docti ad Judith VIII. 6. Damaſcen. IV. 24. de O. F. ubi ait legem jubere die Sabbati atque adeo feſto μὴ κακῶν ἐαυτοὺς. Apud Chriſtianos quoque diebus feſtis jejunare nefas. Εὐφραινθῆναι γὰρ δεῖ ἐν αὐταῖς, ἀλλ' οὐ πενθῆναι. Vide Cotelerium ad lib. V.

Digitized by Google

γυ, ὅτι ουκ ἔξεστί μοι δῆσαθαι αὐτὸ, καθότι παιδίσκη εἰμὶ σὴ, καὶ χαρακτῆρα ἔχεις βασιλικόν. Καὶ εἶπεν Ἄννα, ἀπόστα ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ταῦτα οὐκ ἐποίησα, καὶ ὁ Κύριος ἐταπείνωσέ με σφόδρα, μήπως παρῆλθέ τις ἔδωκέ σοι τοῦτο, καὶ ἦλθες κοινωνῆσαι με τῇ ἁμαρτίᾳ σου. Καὶ εἶπεν Ἰουδὶθ ἡ παιδίσκη αὐτῇ, τί ἀράσομαί σοι, μήτι μεῖζον ἀράσομαί σοι, καθότι οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς μου, ἀπέκλεισε γὰρ ὁ Θεὸς τὴν μήτραν σου, τοῦ μὴ δοῦναί σοι

hunc peplum (r) *quem dedit mihi Domina* (s) *operis mercenarii*, & orna caput tuum. Sicut enim sum ancilla tua, formam regiam (t) habes. Et dixit Anna: Recede à me, (u) hoc enim non faciam: Deus enim me vehementer humiliavit. Vide sis, ne forte *versutus quidam hoc tibi dederit*, & inficiat me Deus (x) tuo peccato. Respondit ancilla Judith: Quid dicam tibi, *numquid majus* (y) *aliquid tibi imprecer*, cum vocem meam non audias?

Const. Apostol. cap. ult. (r) *Diadema*, regium insigne, non *Peplum*, ut interpres. (s) Κυρίαν ἔργων reddidi *Dominam operis mercenarii*, puto enim hæc effingendi ansam petitam è Tob. II. 19. ubi de Anna Tobiæ uxore legas, quod ad opus textrinum quotidie abiret. (t) *Siquidem ancilla tua sum, tu autem regio charactere gaudes.* Respicit genus Annæ, quod à Rege Davide. Neque opus cum Bibliandro pro formula asseverandi vel jurandi accipere verba *sicut sum ancilla tua.* (u) Facessse hinc, ut Matth. IV. 10. ὕπαγε. (x) Ne forte acceperis à fure, venerisque, ut me participem peccati tui redderes. Sic Tobias de hœdulo, quem Anna uxor dono acceperat: μὴ κλεψίμαχόν ἐστιν, *num furto ablatum est?* (y) *Quodnam imprecer tibi majus malum*

Digitized by Google

καρπὸν ἐν τῷ Ἰσραήλ. Καὶ ἐλυπήθη Ἄννα σφόδρα, καὶ περιείλατο τὰ ἱμάτια αὐτῆς τὰ νυμφικὰ, καὶ περὶ ὥραν ἐννάτην κατέβη ἐν τῷ παραδείσῳ αὐτῆς τοῦ περιπατῆσαι. Καὶ εἶδε δάφνιδέαν καὶ ἐκάθισεν ὑποκάτω αὐτῆς, καὶ ἐλιτάνευσε τὸν δεσπότην λέγουσα. Ὦ θεὸς τῶν πατέρων μου, εὐλόγησόν με καὶ ἐπάκουσόν μου, καθὼς εὐλόγησας τὴν μήτραν τῆς Σάρρας, καὶ ἔδωκας αὐτῇ υἱὸν τὸν Ἰσαάκ.

III. Καὶ ἤνεγκεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶδε καλιὰν στρουθίων ἐν τῇ δάφνῃ, καὶ ἐποίησε θρῆνον ἐν ἑαυτῇ λέγουσα. Οἴμοι τίς μοι ἐγέννησε, ποῖα δὲ μήτρα ἐξέφυσέ με, ὅτι ἐγὼ κατάρα ἐγενήθην ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ;

Nam [meritò sanè] clausit Deus vulvam tuam, ut non daret tibi filium in Israël. Et tristata est Anna valdè, & deposuit vestimenta sua luctuosa, & ornavit caput suum, & induta est vestibus nuptialibus (z) Et circa horam nonam descendit in hortum (a) ut ambularet: & videns laurum sedit sub ea, & fudit preces Domino Deo dicens: Deus Patrum meorum, benedic mihi, & audi orationem meam: sicut benedixisti vulvam Saræ (b) & dedisti illi filium Isaac.

III. Et intuens in cœlum vidit in lauro nidum passeris, & ejulavit in seipsa, & ait: Hei mihi, [cui possum assimilari] aut quæ matrix genuit (c) ut ita in

quam sterilitatem. (z) Τὰ ἱμάτια τῆς εὐφροσύνης αὐτῆς Judith. X. 3. (a) Gr. *in Paradisum*, quo nomine significatur hortus quilibet amœnior. Vide P. *Moll.* ad Longum p. 48. (b) Gen. XXI. (c) Gr. *Quis me genet-*

Digitized by Google

ἦλ ; καὶ ὠνείδισαν καὶ ἐξεμυκτήρισάν με ἐν τῷ ναῷ τῦ Θεῦ μȣ. Οἵ μοι τίνι ὡμοιώθην ; ȣ̓χ ὡμοιώθην ἐγὼ τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, ὅτι αὐτὰ τὰ θηρία τῆς γῆς γόνιμά ἐστι ἐνώπιόν σȣ Κύριε. Οἵ μοι τίνι ὡμοιώθην ἐγὼ ; ȣ̓χ ὡμοιώθην ἐγὼ τοῖς ὕδασι τȣ̃τοις, ὅτι αὐτὰ τὰ ὕδατα γόνιμά ἐστιν ἐνώπιόν σȣ Κύριε. οἵμοι τίνι ὡμοιώθην ἐγὼ ; ȣ̓χ ὡμοιώθην ἐγὼ τῇ γῇ τάυτῃ ὅτι καὶ ἡ γῆ προσφέρει

conſpectu filiorum Iſraël maledicta (d) naſcerer ? exprobrant enim me & ſubſannant, [ejecerunt] me ex templo [Domini] Dei mei. Hei mihi, cui ſimilis facta ſum ? [non poſſum cœli avibus comparari : quia volucres fœcundæ ſunt in conſpectu tuo Domine : Etenim quæ in me ſunt, in te repono. Hei mihi cuinam æquiparari poſſum ?] Comparari cum ipſis terræ animantibus non poſſum, quia & ipſa fœcunda ſunt in conſpectu tuo Domine. Hei mihi cui ſum ſimilis ?

vavit Pater, quis uterus protulit ? Geminum eſt IV. Æneid. 366.

- - - duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Similiter Manetho 1. Apoteleſm. v. 150. & ante utrosque Homerus Iliad ε. 812. & π. 33. (d) Gr. *maledictum* Καταρα pro ἐπικαταρατὸν ut Gal. III. 13. & apud Senecam cap. 17. conſolat. ad Marciam ; *propone tamen & tan-*

Digitized by Google

τῆς καρπὸς αὐτῆς, καὶ εὐλογῆσί σε Κύριε.

IV. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη λέγων αὐτῇ: Ἄννα, Ἄννα, ἐπήκουσε Κύριος ὁ Θεός τῆς δεήσεώς σου. συλλήψῃ καὶ γεννήσεις, καὶ λαληθήσεται τὸ σπέρμα σου ἐν ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. Καὶ ἔπεσεν Ἄννα: ζῇ κύριος ὁ Θεός μου, ὅτι ἐὰν γεννήσω εἴτε ἄρρεν εἴτε θῆλυ, προσ-

non possum cum aquis componi: quia & ipsæ sunt fœcundæ in conspectu tuo. [Etenim ipsæ aquæ tam serenæ quã fluctuabundæ cum maris piscibus te laudant.] Sed hei mihi! cui possum componi? cum terra conferri non valeo: quia terra fert fructus suos in tempore suo, & benedicit tibi Domine.

IV. Et ecce Angelus Domini advolavit, (e) dicens ei: Anna, Deus exaudivit orationem tuam: concipies & paries (f) & celebrabitur

ἀξω

ea fore turpitudinis, ut ipsi maledictum sint. (e) Gr. *Adstitit.* Sic Isaac promittitur Gen. XVII. 16. & Samson Judic. XIII. 3. & Johannes Baptista Luc. I. 13. (f) E marito tuo, non alia via miraculosa. Vide Epiphan. T. 1. p. 1062. Quanquam παραδόξως ut ait Nazianzenus, sive quisquis est scriptor Christi Patientis p. 276. h. e. præter omnium opinionem. utpote sterilis. A. 1677. à Pontifice Innocentio XI. condemnatus est Neapolitanus quidam nomine *Imperialis*, qui contendit, Annam, etiam postquam Mariam enixa fuisset, virginem mansisse. Festum *conceptionis* Mariæ medio Sec. XII. celebrari cœptum est die VIII. vel IX. Decembris. Festum *Nativitatis* die VIII. Septemb. à Seculo usque octavo. Festum *præsentationis* die XXI. Nov. itidem à Seculo

Digitized by Google

ἐξῆ αὐτὸ δῶρον κυρίῳ τῷ θεῷ μου, καὶ ἔσται λειτουργοῦν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ. Καὶ ἰδοὺ δύο ἄγγελοι ἦλθον, ἀπαγγέλλοντες αὐτῇ: ἰδοὺ Ἰωακεὶμ ἔρχεται μετὰ τῶν ποιμένων αὐτοῦ. ἄγγελος γὰρ κυρίου καθέζετο πρὸς αὐτὸν, καὶ εἶπεν αὐτῷ: ἐπήκουσε Κύριος ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς σου,

semen tuum (g) in toto mundo. Dixit autem Anna: Vivit Dominus Deus meus, quod sive masculum sive fœminam genuero, offeram illud munus Domino Deo nostro (h) & in sacris rebus illi ministrabit omnibus diebus vitæ suæ. Et ecce Angeli duo venerunt, dicentes ipsi: Joachim vir tuus cum gregibus suis (i) Angelus enim Domini descendit (k) ad ipsum di-

medio XII. in *Græca* Ecclesia, & in latina ab extremis temporibus Seculi XIV. Vide Tillemontium in vita Mariæ, & Thomassinum libro de festis, Gallice edito. (g) Apud Georgium Nicomediensem: λαλη θήσεται γὰρ πᾶσι τὰ τῆς τόκου σου. (h) Eodem modo vovet Anna, mater Samuelis 1. Sam. I. ult. Confer etiam Nyssenum de nativ. Mariæ T. 3. p. 346. & Niceph. lib. 1. cap 7. (i) Gr. *Cum pastoribus suis*, ποιμένων, non ποιμνίων ut legit Interpres. Joachim inducitur ut vir dives, plures sub se habens pastores. Mariam ἐν τῷ τῆς προβατικῆς τοῦ Ἰωακεὶμ οἴκῳ natam leges apud *Damascenum* lib. IV. de Orthodoxa Fide cap. 15. Equidem Manichæi olim in suis Apocryphis scriptis Joachimum hunc venditabant non pro pastore sed pro sacerdote, ut è tribu Levi non è tribu Juda ortum esse Mariam possent inde confirmare. Sed his fidem merito detrahit Augustinus lib. 23. contra Faustum cap. 9. (k) *Descenderat*, Cujus rei me-

Digitized by Google

σπεῦσον, καταβηθι ἐνταῦθεν. ἰδοὺ γὰρ Ἄννα ἡ γυνή σου, ἐν γαστρὶ λήψεται. Καὶ καταβὰς Ἰωακεὶμ καὶ ἐκάλεσε τοὺς ποιμένας αὐτοῦ λέγων; Φέρετέ μοι ὧδε δέκα ἀμνάδας κυρίῳ τῷ θεῷ μου, καὶ φέρετέ μοι δεκαδύο μόσχους ἀπαλούς, καὶ ἔσονται τοῖς ἱερεῦσι καὶ τῇ γερουσίᾳ, καὶ ἕκατον χιμάρους, καὶ ἄσονται ἑκατὸν χίμαροι πανδημεὶ τῷ λαῷ. Καὶ κατέβη Ἰωακεὶμ μετὰ τῶν ποιμένων αὐτοῦ, καὶ ἔστη Ἄννα παρὰ τὴν πύλην, καὶ ἰδοὺ τὸν Ἰωακεὶμ

cens: Joachim, Joachim, exaudivit Deus orationem tuam, descende hinc. Ecce Anna uxor tua in utero concipiet. Et descendit Joachim, & vocavit pastores suos, dicens: Afferte mihi huc decem agnas [puras immaculatas] & erunt Domini *Dei* mei. Et adducite mihi duodecim vitulos mundos, & erunt sacerdotũ & cleri, seu senilis ordinis, (gerusiæ): & adferte mihi centum hircos, & erunt centum hirci totius populi. Et ecce Joachim venit cum gregibus suis, (l) & stabat Anna in porta, viditq; Joachim venientem cum gregibus suis (m) & accurrens apprehendit

minit *Epiphanius* quoque loco laudato hæres. 79. 5. In monte significatum Joachimo partum uxoris ab Angelo ait *Eustathius* Antioch. quod ni fallor collegit sed non satis firmiter ex verbo quod sequitur καταβηθι, & mox καταβὰς Ἰωακεὶμ.

(l) (m) utrobique iterum in *Gr. cum pastoribus suis.*

Digitized by Google

κείμε ἐρχόμενον μετὰ τῶν ποιμένων, καὶ ὀφαμῆσα ἐφεμιάσθη ἐν τῷ τραχήλῳ αὐτῆ, λέγουσα: νῦν οἶδα, ὅτι κύριος εὐλόγησέ με σφόδρα. Ἰδοὺ γὰρ ἡ χήρα, οὐκέτι χήρα: καὶ ἄτεκνος, ἐν γαστρὶ λήψομαι. Καὶ ἀνεπαύσατο Ἰωακεὶμ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆ.

pensa est de collo ejus, dicens: Nunc cognosco, quod Dominus Deus benedixit mihi vehementer. Ecce enim quæ vidua eram, amplius vidua non sum: & quæ eram sterilis, in utero habebo. Et requievit Joachim in domo sua prima die.

V. Τῇ δὲ ἐπαύριον προσέφερε τὰ δῶρα αὐτῆ λέγων: εἰ κύριος ἱλάσθη μοι, τὸ πεταλὸν τῆ ἱερέως φανερὸν ποιήσει: καὶ προσῆλθε τῷ πετάλῳ τῆ ἱερέως, ὡς ἀνέβη ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον τῆ Κυρίῳ, καὶ εἶδε, καὶ ἰδοὺ ἁμαρτία οὐχ εὑ-

V. Crastino autem obtulit sua dona dicens in seipso: si Dominus Deus benedixerit mihi, lamina sacerdotis (n) hoc faciet mihi manifestum. [Et obtulit dona sua Joachim] & attendit laminæ [seu ephod aut rationali]

(n) πέταλον χρυσῆν. Exod. XXVIII. 36. lamina aurea in fronte Sacerdotis Summi, cui insculpta erat *Sanctitas Domini*. Eam Mich. Neander hic perperam confundit cum λογείῳ τῆς κρίσεως sive pectorali *Urim & Thummim*, de quo in eodem Exodi cap. v. 30. Laminam illam gerebat summus Sacerdos cum peccatorum remissionem impertiretur iis, qui sacrificia Deo obtulerant vid. v. 38. Itaque adire lamioam Sacerdotis Summi nihil aliud est, quam peccatorum remissionem petere. Videtur autem creditum, laminam splendore suo singulari remissa peccata indicare, qui nullus vel obscurior erat præsenti-

Digitized by Google

ρέθην αὐτῷ. Καὶ εἶπεν Ἰωακείμ, νῦν οἶδα, ὅτι ὁ Κύριος ἱλάσθη μοι, καὶ ἀφῆκε πάντα τὰ ἁμαρτήματά μου. Καὶ κατέβη ἐκ τοῦ ναοῦ Κυρίου δεδικαιωμένος, καὶ ἦλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ ἐπληρώθησαν τῇ Ἄννῃ μῆνες ἐννέα, καὶ ἐγέννησεν Ἄννα, καὶ εἶπε τῇ μαίᾳ: τί ἐγέννησα; καὶ εἶπεν αὐτῇ, Θῆλυ. Καὶ εἶπεν Ἄννα. Ἐμεγάλυνε ὁ Κύριος τὴν ψυχήν μου τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ, καὶ ἀνέκλινεν αὐτήν. Πληρωθεισῶν δὲ τῶν ἡμερῶν, ἀπε-

sacerdotis, cum est admissus ad altare Domini, & non vidit peccatum (o) in se ipso, & dixit Joachim: nunc novi quod Deus est propitiatus mihi & remisit mihi omnia peccata mea. Et descendit à domo Domini justificatus, (p) & venit in domum suam. Concepit itaque Anna, & completi sunt illi menses sex. Mense autem nono peperit Anna & dixit obstetrici: quid peperi? Ipsa autem dixit, fœminam. Et dixit Anna: Magnificata est anima mea (q) in hora ista, & reclinavit eam. (r) Impletis autem die-

σμέ-

bus impiis. (o) Gr. *Et vidit, atque ecce nullum in eo peccatum fuit inventum.* h. e. peccata sibi remissa intellexit. Vide Jerem. *L.* 20. (p) Sic Luc. XVIII. 14. (q) i. e. *me hac die magnam fecit,* magno beneficio dignatus est *Dominus.* (r) Gr. ἀνέκλινεν αὐτήν quod vertendum est: *sese reclinavit,* sive lectum puerperii petiit. Nihil enim frequentius apud Hebraizantes, quam pronomina demonstrativa &

Digitized by Google

σμήξασα Ἄννα, καὶ ἔδωκε μαθὸν τῇ παιδὶ, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαρία.

VI. Ἡμέρα δὲ καὶ ἡμέρα ἐκραταιοῦτο ἡ παῖς: γενομένης δὲ αὐτῆς ἐννεαμηνιαίας χρόνος ἔστησεν αὐτὴν χαμαὶ ἡ μήτηρ αὐτῆς, τοῦ πειράσαι εἰ ἴσταται. Καὶ ἐνέβη βήματα περιπατήσασα ἦλθεν εἰς κόλπον τῆς μητρὸς αὐτῆς. Καὶ ἤρπασεν αὐτὴν ἡ μήτηρ αὐτῆς λέγουσα: Ζῇ κύριός ὁ θεός μου, μὴ περιπατήσεις ἐν τῇ γῇ ταύτῃ, ἕως ἂν ἀπάξω σε ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. Καὶ ἐποίησεν ἁγίασμα ἐν τῷ κοιτῶνι αὐτῆς: καὶ κοινὸν καὶ ἀκάθαρ-

bus, (s) divisa est (t) Anna, & dabat ubera natæ, & nominavit nomen ejus Mariam.

VI. De die autem in diem roborabatur puella. cum vero facta est sex mensium, deposuit eam mater ejus humi, ut experiretur illâ, si erecta staret. Et septem gressus fecit ambulando, (u) & venit in sinum matris suæ. Et dixit Anna: Vivit Dominus Deus meus, quia non ambulabis super terram, donec te obtulero in templum Domini. Et fecit sanctificationem in cubili suo; (x) & quicquid est coinquinatum, (y) sata-

tom

reciproca inter se permutari. (s) *Purificationis* scilicet. (t) Postellus & cum eo Neander divisionem intelligit à thoro conjugali per dies LXVI. secundum præceptum Levit. XII, 5. sed rectius reddes: *mundata est*, ab ἀποσμήχω. Merito enim ἀποσμήχειν *separare* verbum est suspectum doctis. (u) Geminum est, quod in libello de nativitate *Mariæ* c. 6. legas trimulam quindecim gradus in templo ascendisse. (x) i. e. cubile ejus instar Sacrarii habuit. (y) pro καινὸν quod

τον ἠκ ἦια διελθεῖν δι' αὐτῆς, καὶ ἐκάλεσε τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων ταὶς ἀμιάντοις, καὶ διεπλήνων αὐτήν. Ἐγένετο δὲ πρῶτον ἐνιαυτὸς τῇ παιδὶ, καὶ ἐποίησεν Ἰωακεὶμ δοχὴν μεγάλην, καὶ ἐκάλεσε τοὺς ἱερεῖς, καὶ τοὺς γραμματεῖς, καὶ τὴν γερουσίαν, καὶ πάντα τὸν λαὸν Ἰσραὴλ, καὶ προσήνεγκεν Ἰωακεὶμ τὴν παῖδα τοῖς ἀρχιερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες: ὁ θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν εὐλόγησον τὴν παῖδα ταύτην, καὶ δὸς αὐτῇ ὄνομα ὀνομαστὸν αἰώνιον πάσαις ταῖς γενεαῖς. Καὶ εἶπε πᾶς

gebat ab ea segregare propter illam, & vocavit filias Hebræorum immaculatas, & seducebant (z) eam. Factusque est puellæ primus annus. Fecitque magnum convivium (a) Joachim, & vocavit sacerdotum principes & scribas & totum senatum & omnem populum Israël. Et obtulit [munera ipsis sacerdotum principibus, & benedixerunt illi, dicentes: Deus Patrum nostrorum benedic huic puellæ, & da illi nomen celebratum æternum in omnibus (b) generationibus. Et di-

o

erat in Græco, scripsi ex interpretis quoque sententia κοινὸν, quod eum ἀκαθάρτῳ jungitur Act. X. 14. & alibi. Ad verbum sonat: *propter illam nihil commune nec impuritas transire permisit.* (z) pro διεπλήνων scriberem διέπλυνον *turabant, perlavabant.* Nam Interpretis *seducebant*, quod à verbo διαπλανᾶσθαι ut videtur, repetit, nimis absonum est & alienum ab hoc loco. Neque rem expedit nota Bibliandri: *seducebant potius in alienum locum quam à via sanctorum.* (a) Ut Abraham, quo die ablactabatur Isaac Gen. XXI, 8. (b) In posteris nempe ejus, per omnem hominum

Digitized by Google

ὁ λαὸς, γένοιτο, γένοιτο. Ἀμήν. Καὶ πάλιν προσήνεγκε αὐτὴν τοῖς ἱερεῦσι, καὶ εὐλόγησαν αὐτὴν λέγοντες· ὁ Θεὸς τῶν ὑψωμάτων ἐπίβλεψον ἐπὶ τὴν παῖδα ταύτην, καὶ εὐλόγησον αὐτὴν εὐλογίαν ἣν διαδοχὴν οὐκ ἔχει. Καὶ ἀνήρπασεν αὐτὴν ἡ μήτηρ αὐτῆς καὶ ἔδωκεν αὐτῇ μαθόν. Καὶ ἐπείσεν Ἄννα ἄσμα Κυρίῳ λέγουσα· ἄσω ᾠδὴν Κυρίῳ τῷ Θεῷ μου, ὅτι ἐπεσκέψατό με καὶ ἀφεῖλεν ἀπ' ἐμοῦ τὸ ὄνειδος τῶν ἐχθρῶν μου. Καὶ

xit totus populus: Fiat, fiat, Amen. Et obtulerunt (c) illam sacerdotibus, & benedixerunt eam dicentes: Deus altitudinum (d) respice super hanc puellam, & benedic illi benedictione, quæ intermissionem (e) non habeat. Arripuit eam mater sua, & dedit illi uber, (f) & fecit Anna canticum (g) Domino Deo dicens: Cantabo laudem Domino Deo meo, quia visitavit me, & abstulit à me opprobrium inimicorum meorum. Et dedit mihi Dominus Deus fructum justitiæ (h) multiplicem in conspectu suo. Quis annunciabit

memoriam. (c) Gr. *Obtulit* idem puta Joachim. (d) עליון (e) Ad verbum *quæ successionem non habet*, cui nulla alia succedit, h. e. benedictione sempiterna. (f) Postrema vice uber præbuit infanti deinceps ablactando. (g) Quale Annæ 1. Sam. II. Elisabethæ & Mariæ Luc. I. (h) *Fructum misericordiæ ejus.* צדקה χρηστότης, benignitas, ut ad Matth. I. 19. docuêre Viri docti. Terentius: *nunc hoc te obsecro ut: mea stultitia in justitia tua sit ali-*

Digitized by Google

δώκέ μοι καρπὸν δικαιοσύνης αὐτῆς. ὅτι ἀναγγελῶ τοῖς υἱοῖς Ῥουβείμ, ὅτι θηλάζει Ἄννα. Καὶ ἀνέπαυσεν αὐτὴν ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτῆς, καὶ ἐξῆλθε, καὶ διηκόνει αὐτοῖς. τελεσθέντος δὲ τοῦ δείπνου, καταβάντων εὐφραινόμενοι καὶ δοξάζοντες τὸν θεὸν Ἰσραήλ.

VII. Τῇ δὲ παιδὶ προσετίθεντο οἱ μῆνες αὐτῆς. Ἐγένετο δὲ διετὴς ἡ παῖς, καὶ εἶπεν

(i) filiis Reuben (k) quod Anna lactet? [Audite, audite, duodecim tribus Israël, quia Anna lactat.] Et reclinavit eam in loco sanctificationis suæ, (l) & exivit, & ministrabat ipsis. (m) Completo autem convivio discesserunt lætabundi [& posuerunt illi nomen (n) Mariam] glorificantes Deum Israël.

VII. Puellæ autem apponebantur menses ejus. (o) Facta autem biennis puella dixit Jo-

Ἰωακείμ

quid præsidii. (i) *Quia annunciabitur.* ἀναγγελῶ, scil. ὁ δεῖνα. Interpres legit τίς ἀναγγελεῖ; ut Gen. XXI. 7. (k) Respicit summum Sacerdotem, quem Ruben ante vocaverat. cap. 1. (l) In cubili dedicato, de quo paulo ante. (m) Hospitibus suis. (n) Hæc non sunt in græco, & sunt ab hoc loco aliena, quia nomen, ut hodieque à Judæis fit, imponebatur in circumcisione, non in ablactione. Vid. Grotium ad Luc. l. 59. Doughteii Analect. ad N. T. excursu XXX. Herm. Witsium T. 2. Misc. sacr. p. 498. Sic & Græci ac Romani die lustrico nomina infantibus imponebant, ut docent Casaubonus ad Sat. 2. Persii, Meursius Græciæ feriat. p. 21. Stuckius lib. 1. c. 16. Antiquitat. Convival. De aliis gentibus Pineda de rebus Salomon. lib. 1. c. 16. De Christianis consules Josephum Vicecomitem de ritibus baptismi l. 2. c. 12. Edm. Martene, aliosque. (o) i. e. crescebat

Digitized by Google

Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα; ἀπάξωμεν αὐτὴν εἰς τὸν ναὸν τοῦ Κυρίου, ὥστε ἀποδῶμεν τὴν ἐπαγγελίαν, ἣν ἐπηγγειλάμεθα Κυρίῳ τῷ Θεῷ, μήποτε ἀποστρέψῃ ἀφ' ἡμῶν, καὶ ἀπρόσδεκτον γένοιτο τὸ δῶρον ἡμῶν. Καὶ εἶπεν Ἄννα, ἀναμείνωμεν τὸ τρίτον ἔτος, ὅπως μὴ ἐπιζητήσῃ πατέρα ἢ μητέρα. Καὶ εἶπεν Ἰωακεὶμ, ἀναμείνωμεν. Ἐγένετο δὲ τριετὴς ἡ παῖς, καὶ εἶπεν Ἰωακεὶμ: καλέσωμεν τὰς θυγατέρας τῶν Ἑβραίων τὰς ἀμιάντους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔστωσαν καιόμεναι, ἵνα μὴ στραφῇ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἀχμαλωτισθῇ

achim Annæ uxori suæ: Introducamus eam in templum Dei, ut reddamus votum nostrum, quod promisimus; ne forsan à nobis auferat Deus, (p) succenseatve in nos. Et dixit Anna: Exspectemus tertium annum, ne forsan requirat puella (q) Patrem & Matrem. Et dixit Joachim, exspectemus. Et facta est triennis (r) puella, & dixit Joachim: Vocate puellas Ebræorum immaculatas, & accipiant singillatim lampades, (s) & sint accensæ, ne convertatur puella in posteriora (t) & abduca-

catur. (p) Gr. *ne avertat à nobis faciem suam Dominus, & inacceptum sit donum nostrum.* (q) Ne queratur se in tam tenella ætate jam ab ope necessaria parentum suorum destitui, nolitque in templo manere. (r) Conf. Evangelii de nativitate Mariæ cap. 6. (s) ἀνὰ λαμπάδα, ut ἀνὰ δηνάριον *singuli denarium* Matth. XX. 9. & infra apud nostrum ἀνὰ ῥάβδον. Lampades ardentes *symbolum Virginitatis* ex Matth. XXV. Neque ignotus apud Romanos Vestalium *ignis sempiternus.* (t) Ne Maria redeat ad Parentes

ἡ ψυχὴ αὐτῆς ἐκ ναῶν Κυρίου. Καὶ ἐποίησαν οὕτως, ἕως ἀνέβησαν εἰς τὸν ναὸν Κυρίου. Καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ὁ ἱερεὺς καὶ ηὐλόγησεν αὐτὴν καὶ εἶπε: Μαρία ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ Θεὸς τὸ ὄνομά σου ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς: ἐπί σοι γὰρ ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν φανερώσει Κύριος τὸ λύτρον αὐτοῦ τοῖς υἱοῖς Ισραήλ. Καὶ ἐκάθισεν αὐτὴν ἐν τῷ τρίτῳ βαθμῷ τοῦ θυσιαστηρίου καὶ ἔδωκεν αὐτῇ χάριν Κύριος ὁ Θεός, καὶ κατεχόρευσε τοῖς ποσὶν αὐτῆς, καὶ ἠγάπησεν αὐτὴν πᾶς οἶκος Ισραήλ.

turmens ejus ex templo Dei. Et fecerunt sic, donec ingressæ sunt templum. Et recepit eam Princeps Sacerdotum, (u) & osculatus est eam, & dixit: Maria, magnificavit Dominus nomen tuum in cunctis generationibus: & in ultimis diebus manifestabit in te Dominus pretium redemtionis suæ (x) filiis Israël. Et constituit illam super tertium (y) gradum altaris, & immisit Dominus Deus gratiam super ipsam, exsultabatque subsiliendo pedibus suis: & dilexit eam tota domus Israël.

VIII. καὶ κατέβησαν γονεῖς αὐτῆς θαυμάζοντες, καὶ αἰνοῦντες τὸν Θεὸν, ὅτι οὐκ ἐστράφη ἡ παῖς πρὸς

VIII. Et descenderunt Parentes ejus admirantes & laudantes Deum, quia non est πρὸς

suos, votumque initum faciat. (u) Sic recte interpretatur licet in Gr. *Sacerdos*. Nam ita ponitur κατ' ἐξοχὴν pro ἀρχιερεῖ ut Matth. VIII. 4. & alibi passim, etiam in hoc scripto. (x) Matth. XX. 28. (y) Vide quæ ad Evangelium de Nativ.

Digitized by Google

πρὸς αὐτήν. Ἦν δὲ Μαρία ἐν τῷ ναῷ Κυρίου ὡς περιστερὰ νεμομένη, καὶ ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς Ἀγγέλου. Γενομένης δὲ αὐτῆς δώδεκα ἐτῶν συμβούλιον ἐγένετο τῶν ἱερέων λεγόντων: ἰδοὺ Μαρία γέγονε δώδεκαετὴς, τί ἂν αὐτῇ ποιήσωμεν, μήπως μιανθῇ τὸ ἁγίασμα τοῦ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν: καὶ εἶπον τοῖς ἱερεῦσι πρὸς Ζαχαρίαν τὸν Ἀρχιερέα: σὺ στῆθι ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ εἴσελθε εἰς τὸ ἁγίασμα, καὶ προσεύξαι περὶ αὐτῆς: καὶ ὃ ἐὰν φανερώσῃ σοι Κύριος, τοῦτο ποίησον.

converſa puella erga illos. Erat autem Maria inſtar columbæ educata in templo Domini, (z) & accipiebat cibum de manu Angeli. (a) Duodecim autem annorum facta, (b) [in templo Domini] concilium Sacerdotum factum eſt dicentium: Ecce Maria facta eſt annorum decem (c) [in templo Domini] quid faciemus illi? ne forſan maculetur ſanctificatio Domini Dei noſtri? Et dixere Sacerdotes Principi Sacerdotum *Zacharia*: (d) Tu ſta ad altare Do-

καὶ

G 3

Mariæ cap. 6. (z) Conferquæ dicta ibid. & Montacut. Apparat. p. 319. ſq. Analect. Exerc. 7. ſect. 4. Tillemontium in Memoriis ad Hiſt. Eccleſ. T. 1. p. 274. ſeq. (a) Maria apud Nazianzenum ſive Apollinarem in Chriſto patiente p. 276.

Τρέφει με πατὴρ ὡς βροτέαν ἐσχάραν,
Μήτηρ τ' ἔδωκεν ἱερὰς ἀμφὶ δόμους,
Ἐνθ' ἐκτραφεῖσαν χερσὶν ἀγγέλου ξένως,

Ab angelo nutritam Mariam tradit etiam Cedrenus, aliique. (b) Quatuordecim annorum fuiſſe ait libellus de Nativit. Mariæ cap. 7. (c) Hic iterum in græco eſt *duodecim annorum*. (d) Ambroſius in Lucam, Chryſoſtomus & mul-

Digitized by Google

καὶ ἐστήλθεν ὁ ἱερεὺς λαβὼν τὸν δωδεκακώδωνα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ ἠύξατο περὶ αὐτῆς. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐπέστη, λέγων αὐτῷ. Ζαχαρία, Ζαχαρία, ἔξελθε, καὶ ἐκκλησίασον πάντας τοὺς χηρεύοντας τοῦ λαοῦ, καὶ ἐνεγκάτωσαν ἀνὰ ῥάβδον, καὶ ᾧ ἂν ἐπιδείξῃ κύριος ὁ θεὸς σημεῖον, τούτου ἔσται γυνή. Καὶ

mini, & ora pro ea, & quicquid manifestaverit Deus, hoc faciemus. Intravitque Princeps Sacerdotum, accepto dodecacadone (e) in Sancta Sanctorum & oravit pro ea. Et ecce Angelus Domini adstitit, dicens ipsi: Zacharia, Zacharia, exi & convoca viduos populi (f) & adferant singuli virgam, (g) & cui o-

ἐξῆλ-

ti alii veteres cum autore hujus Protevangelii, Zachariam Johannis Baptistæ Parentem putant summi Pontificis munere functum fuisse. Perperam sanè, ut ostendit Scaliger p. 545. de emendat. temporum. Quod vero Augustinus tractat. 49. in Joh. negat incensum licuisse ponere nisi summo sacerdoti, non advertit quod duplex esset incensum sive θυμίαμα unum in sancto sanctorum soli summo sacerdoti semel per annum offerendum Hebr. IX. 4. alterum quotidie bis adolendum à sacerdotibus Exod. XXX. 8. in altari θυμιάματος extra sanctum sanctorum constituto ut patet vel ex Josepho lib. 6. de bello Jud. cap. 14. (latin. c. 6.) (e) Hunc iterum Vir optimus Mich. Neander confundit cum pectorali Urim & Thummim. Sed intelligitur tunica talaris hyacinthina Pontificis, in cujus imo π. κώδωνες sive tintinnabula totidemque ῥοΐσκοι sive mala punica Exod. XXVIII. 33. Vide præter interpretes Clariss. Braunium de vestibus Hebræor. & quæ de ῥόσκους sive ῥοΐσκους Ægid. Menagius p. 219. 220. ad Laërtium. (f) Conferquæ ad libellum de Nativit. Mariæ cap. 7. (g) Divinationis genus, quale Num. 17. Unde ansam forte

Digitized by Google

ἐξῆλθον οἱ κήρυκες καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, καὶ ἤχησεν ἡ σάλπιγξ κυρίου, καὶ ἰδοὺ συνέδραμον πάντες εἰς ἀπάντησιν.

stenderit Deus signum, hujus erit uxor in custodiam. Exiverunt autem præcones per universam regionem Judææ, & sonuit tuba Domini, (h) & occurrerunt universi.

IX. Ἰωσὴφ δὲ ῥίψας τὸ σκέπαρνον, ἐξῆλθεν εἰς συνάντησιν αὐτῶν, καὶ συναχθέντες ἀπῆλθον πρὸς τὸν ἀρχιερέα, λαβόντες τὰς ῥαβδους. Δεξάμενος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τὰς

IX. Joseph autem abjecta securi (i) exiit obviam illis, congregatique abierunt ad summum sacerdotem, acceptis virgis. Ab ipsis itaque accipiens

famisse superstitiosa ῥαβδομαντεία, cujus varia genera apud diversas gentes olim hodieque usitata, quæ tangunt interpretes ad Ezech. XXI. 21. Hos. IV. 21. Casaub. ad Strabon. p. 209. Lindenbrog. ad Ammian. p. 78. Bulengerus de divinat. lib. 3. c. 26. Ant. van Dalen de Oraculis p. 350. & de divinationibus idololatricis p. 455. ut præteream, quæ multis voluminibus disputarunt scriptores nuperi Gallici & nostrates, occasione virgulæ divinæ, qua ante paucos annos pluribus imposuit Jac. Aymarus Delphinas, fraudem denique confessus, ut novissime docuit elegantissimus Bulius in additionibus ad Tomum primum Dictionarii Historico-Critici, edit. secundæ.

(h) תְּרוּעָה ut Levit. XXV. 9. & alibi. (i) utpote τέκτων h. e. faber lignarius & architectus qualem agnoscit etiam Muhammedes in Corano, qui ex Christianorum, ut videtur, traditione addit in domo Sanctuarii artem suam exercuisse. Hilarius & alii quidam veteres Josephum habuere pro fabro ferrario. Sed lignarium fuisse svadent præter vocabulum τέκτων, Justini Martyris aliorumque scriptorum antiquiss.

Digitized by Google

ῥάβδων αὐτῶν, εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν προσεύξασθαι. Τελέσας δὲ τὴν εὐχὴν ἔλαβε τὰς ῥάβδους, καὶ ἐξελθὼν ἐδωκεν αὐτοῖς, καὶ σημεῖον οὐκ ἦν ἐπ' αὐτοῖς. τὴν δὲ ἐσχάτην ῥάβδον ἔλαβεν Ἰωσήφ. καὶ ἰδοὺ περιστερὰ ἦλθεν ἐκ τῆς ῥάβδου, καὶ ἐπετάσθη ἐπάνω τῆς κεφαλῆς Ἰωσήφ. καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωσήφ σὺ κεκλήρωσαι τὴν παρθένον κυρίου παραλαβεῖν εἰς τήρησιν αὐτῷ: καὶ ἀντέπεν ὁ Ἰωσὴφ λέγων. υἱοὺς ἔχω, καὶ πρεσβύτης εἰμὶ, αὐτὴ δὲ νεανίς, μήπως ἔσομαι καταγέλως τοῖς Ἰσραήλ. καὶ

virgas intravit in templum & oravit. Completaque oratione accepit virgas, & exivit. Reddidit itaque singulis eorum, & signum in illis non apparuit. Ultimam autem virgam accepit Joseph, & ecce columba exiit de virga, & volavit in caput Joseph. (k) Et dixit sacerdos *summus* Josepho: Tu es sorte divina electus, ut accipias virginem Domini in custodiam apud te. Et contradixit Joseph, dicens: Filios habeo, (l) & sum senex, ipsa autem est juvencula: unde timeo, ne forte ridi-

εἶπεν

morum testimonia. Confer. Acta Sanctorum Martii T. 3. p. 17.

(k) Paulo aliter libellus de nativit. Mariæ c. 7. ubi dicta vide. Eustatius Antioch. qui Protevangelium in Epitomen redactum suo in Hexaëm. commentario inseruit: τελευταῖον δὲ ἐπιδιδοὺς (ὁ ἀρχιερεὺς) τὴν ῥάβδον τῷ Ἰωσὴφ, σημεῖον μέγα ἐγένετο. ἀθρόως γὰρ ἦν ῥάβδον αὐτοῦ παρὰ τοῦ ἱερέως λαμβάνοντος περιστερὰ ἐξέπτη ἀπὸ τῆς ῥάβδου καὶ ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐκαθίσθη τοῦ Ἰωσήφ. (l) Vid. ibid. ad cap. 8. (m) Num. XVI. (n)

Digitized by Google

εἶπεν ὁ ἀρχιερεὺς Ἰωσὴφ· Φοβήθητι Κύριον τὸν Θεόν σου, καὶ μνήσθητι, ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοῖς Δαθὰν, Καὶ Ἀβειρὼμ, πῶς ἐδιχάσθη ἡ γῆ καὶ κατέπιεν αὐτοὺς διὰ τὴν ἀντιλογίαν αὐτῶν. Καὶ νῦν φοβήθητι τὸν Θεὸν Ἰωσὴφ, μήπως ἔσται ταῦτα ἐν τῷ οἴκῳ σου. Καὶ φοβηθεὶς Ἰωσὴφ παρέλαβεν αὐτὴν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Καὶ εἶπεν Ἰωσὴφ τῇ Μαρίᾳ, ἰδοὺ παρέλαβόν σε ἐκ ναοῦ Κυρίου. καὶ νῦν καταλείπω σε ἐν τῷ οἴκῳ μου. ἀπέρχομαι γὰρ οἰκοδομῆσαι τὰς οἰκοδομάς μου. Κύριος δὲ σε διαφυλάξει.

culus fiam filiis Israël. Dixit autem summus sacerdos Josepho: Timeas Dominum Deum tuum, & recordare, quanta fecit Deus (m) Erant Dathan & Abirom & Core quomodo aperta est terra & devoravit eos propter contradictionem suam Nunc ergo time Deum Joseph, ne forte & ista sint in domo tua. Territus Joseph illam accepit & dixit illi: Mariam, ecce ego te accipio de templo Domini, & derelinquam te domi, & vadam ad exercendum meam œcodomicam, (n) fabrilemve artem, [& redibo adte.] Et Dominus custodiat te [in omnibus diebus.]

X. Ἐγένετο δὲ συμβούλιον τῶν ἱερέων λεγόντων: ποιήσωμεν καταπέτασμα τῷ ναῷ Κυρίου, καὶ εἶπεν ὁ ἀρχιερεὺς:

X. Factum est autem concilium Sacerdotum dicentium: Faciamus velum (o) [seu operimentum] pro

H κα-

(m) Ut ædificiis struendis operam collocem, quemadmodum fabrum decet. (o) Duplicis καταπετάσματος sive au-

Digitized by Google

καλέσας έμοι έπτα παρθένους ἀμιάντους ἀπὸ τῆς φυλῆς Δαβὶδ, καὶ ἀπῆλθον οἱ ὑπηρέται, καὶ ἤνεγκαν τὰς παρθένους, καὶ εἰσήγαγον αὐτὰς εἰς τὸν ναὸν Κυρίου, καὶ εἶπεν αὐταῖς ὁ ἀρχιερεύς· λάχετέ μοι ὧδε, τίς νήσεται χρυσὸν, καὶ τὸν ὑάκινθον, καὶ τὸν κόκκινον, καὶ τὴν βύσσον καὶ τὴν ἀληθινὴν πορφύραν. Καὶ ἐμνήσθη Ζαχαρίας περὶ τῆς Μαρίας, ὅτι ἐκ φυλῆς Δαυὶδ ἐστι. Καὶ ἐκάλεσεν αὐτήν, καὶ ἔλαχεν αὐτῇ ἡ ἀληθινὴ πορφύρα καὶ ἀπίει εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ

templo Domini, & dixit Princeps sacerdotum: Vocatemihi virgines immaculatas (p) de tribu David. Abeuntes itaque & disquirentes invenere septem virgines. Et meminit Princeps sacerdotum ipsius Mariam, quod ipsa esset detribu David, & immaculata erat ante Deum. Et dixit Princeps sacerdotum: Sortiamini mihi, quænam nebit aureum filum [amianthum] & byssum [& sericum,] & hyacinthum & coccinum & veram (q) purpuram. Et recordatus

ἐκείνου

dei in templo usus erat. Vid. Casaub. ad Baron. Exerc. 16. num. 91. (p) Ne res sacra ab impuris manibus conficiatur. Septem virgines in hoc e tribu Juda delectas refert Eustatius Antioch. (q) Qvia multi gradus purpuræ, multæ item mentientes, hinc splendida maximè & genuina dicitur *vera*, unde *verus color* pro purpureo. Vide Salmas. ad Hist. Aug. T. 2. p. 4[illegible] & ad Tertull. de pallio & ad Solinum, ubi etiam de cocco, byssо, hyacintho, &c. Eustathius Antioch. κλῆρον βαλεῖν προσέταξεν, ποίαν εἴσαι (leg. νῆσαι) τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἀμίαντον καὶ τὴν βύσσον καὶ τὸ σπυρικὸν καὶ τὴν ἀληθῆ πορφύραν καὶ τὸν ὑάκινθον καὶ τὸν κόκ-

Digitized by Google

ἐκείνῳ ζαχαρίας ἐσίγησε, καὶ ἐγένετο ἀντ' αὐτοῦ Σαμουὴλ, μέχρις οὗ ἐλάλησε ζαχαρίας. Μαρία δὲ λαβοῦσα τὴν ἀληθινὴν πορφύραν ἔνηθε.

tus est Zacharias Mariæ quod ex tribu David (r) *esset, & sorte* ipsi Mariæ contigit vera purpura [& coccinus] & [acceptis illis] abiit in domum suam. In illo autem tempore siluit (s) Zacharias, & factus est pro illo Samuel. (t) Usque ad [te vero, ô Maria,] locutus est Zacharias. Maria accepta purpura [& cocco] filavit.

XI. Καὶ λαβοῦσα τὴν κάλπην ἐξῆλθε δὲ γεμίσαι ὕδωρ, καὶ ἤκουσε φωνὴν λέγουσαν αὐτῇ: χαῖρε κεχαριτωμένη...

XI. Et accepta hydria (u) exiit haurire aquam. Et ecce vox dicens illi: Ave, gratia

H 2 χαῖρε

...κον. Καὶ ἐκληρώθη Μαρία τὴν πορφύραν καὶ τὸν κόκκον ἐργάζεσθαι.

(r) Vide quæ ad lib. de nativit. Mariæ statim sub init. (s) Mutus fuit secundum dictum Angeli Luc. I. 20. (t) Hujus Samuelis Pontificis nulla mentio apud Josephum non magis quam Zachariæ aut Rubenis, vel etiam Isascharis, quem memorat liber de nativit Mariæ. Porro pro verbis *usque ad te vero Maria locutus est*, in Græco habetur, *donec locutus est* sive *loqui iterum cœpit Zacharias.* (u) Ut Rebecca Gen. XXIV. 15. Apud Phocam quoque in Allatii συμμίκτοις p. 11. legas Mariam ab Angelo salutatam, cum ad fontem pro more aquatum ivisset. Quod ex hoc Protevangelio vel potius Pseudevangelio petitum esse apparet. Sed aliter rem narrat testis fide dignior Lucas. ait enim angelum ingressum esse ad Mariam. Ad quem locum Ambrosius: *Solam in penetralibus, quam nemo virorum videret, solus angelus reperit.* Et lib. 2. de virginibus. *Denique & Gabriel eam ubi revisere solebat, invenit, & angelum Maria quasi viri specie mota trepida quasi non incognitum audito nomine recognovit.*

Digitized by Google

χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετά σου, εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί. Καὶ περιεβλέπετο δεξιὰ καὶ ἀριστερά, πόθεν αὐτῇ ἡ φωνή. Καὶ σύνοχος γενομένη, εἰσῆλθεν ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, καὶ ἀνέπαυσε τὴν κάλπην, καὶ λαβοῦσα τὴν πορφύραν, ἐκαθέσθη ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτῆς καὶ ἔλικεν αὐτήν. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος Κυρίου ἐστὼς λέγων αὐτῇ: μὴ φοβοῦ Μαρία, εὗρες γὰρ χάριν ἐνώπιον Κυρίου. Ἡ δὲ ἀκούσασα διεκρίθη ἐν ἑαυτῇ λέγουσα, ποταπός μοι ὁ ἀσπασμὸς οὗτος. Καὶ ὁ ἄγγελος εἶπε πρὸς αὐτήν, ὁ Κύριος μετά σου, καὶ συλλήψῃ ἐν γαστρί. Καὶ ἐγὼ, φησὶ, συλλήψομαι ἀπὸ θεοῦ ζῶντος, καὶ γενήσω, ὡς πᾶσα γυνὴ γεννᾷ; Εἶπε δὲ ὁ ἄγγελος, οὐχ οὕτως, Μαρία, ἀλλὰ

plena,(x) Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Circumspiciebat autem Maria in dextra & sinistra, ut sciret, unde nam ista vox facta esset. Et tremefacta intravit in domum suam, & deposuit hydriam, & accepta purpura sedit super sedem suam, ut operaretur. Et ecce Angelus Domini adstitit in conspectu ejus, dicens: ne timeas, Maria, inveniſti gratiam apud Dominum. Et audiens Maria cogitando disceptabat apud se: si concipiam â(y) Deo *vivente*, & pariam ut generat quævis mulier? Et dixit Angelus Domini: Non sic, ô Mariam, *Spiritus Sanctus enim super te veniet*, & virtus Dei obumbrabit tibi, ideò & quod nascetur ex te

(x) Luc. I. 28. Hieronymus de locis Hebr. restatur sua ætate templum eo in loco conditum fuisse ubi Angelus Mariæ appa-

Digitized by Google

ἀλλὰ Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σε, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι: διὸ καὶ τὸ γενόμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς θεοῦ ζῶντος. Καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν: αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Καὶ ἰδοὺ ἡ συγγενής σου Ἐλισαβὲτ συνειληφεῖα ἐστὶ υἱὸν ἐν γήρει αὐτῆς. Καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῇ, τῇ καλουμένῃ στείρᾳ: ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει πᾶν ῥῆμα παρὰ τῷ θεῷ. καὶ εἶπε Μαριάμ: ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου.

(z) sanctum, vocabitur (a) filius Dei *viventis*. Et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim faciet salvum populum suum à peccatis eorum: Et ecce cognata tua Elisabet concepit filium suum in senectute sua. Et hic mensis sextus est ipsi, quæ vocabatur sterilis quia non impossibile erit omne (b) verbum apud Deum. *Et* dixit Mariam; Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

XII. Καὶ ποιήσασα τὴν πορφύραν ἀπήγαγε

XII. Et confecta purpura & cocco attu-

ruisset. (y) *Numquid concipiam Deo benedicente.* (z) Vides etiam autorem hujus PseudEvangelii legisse verba ἅγιον ἐκ σοῦ Luc. *I.* 35. quæ in codicibus pluribus græcis & latinis & apud Theophylactum desiderari notat, adeoque abesse malebat Erasmus. Sed recte illa Grotius retinenda censet cum Irenæo, Tertull. Novatiano c. 19. de Trinit. aliisque antiquis Scriptoribus & versionibus Syr. Arab. (a) i. e. *erit*, ut paulo post, *quæ vocabatur sterilis*, i. e. *quæ erat*. Sic Amos VI. 1. Vide Druf. 1. Miscell. c. 5. Selden. 2. de Synedr. c. 7. p. 216. seqq. (b) *Non omne verbum* i. e. nihil, notissimo He-

Digitized by Google

ταύτην τῷ ἀρχιερεῖ. καὶ ηὐλόγησε ταύτην ὁ ἀρχιερεὺς λέγων: Μαρία, ἐμεγάλυνε Κύριος ὁ θεός τὸ ὄνομά σου, καὶ ἔσῃ εὐλογημένη ἐν πάσαις ταῖς γενεαῖς τῆς γῆς. χαρὰν δὲ λαβοῦσα Μαρία ἀπῆλθε πρὸς Ἐλισάβετ τὴν συγγενίδα αὐτῆς καὶ ἤνοιξε τὴν θύραν. καὶ ἀκούσασα ἡ Ἐλισάβετ δραμοῦσα ἤνοιξεν αὐτῇ, καὶ εὐλόγησεν αὐτὴν, καὶ εἶπε: καὶ πόθεν μοι τοῦτο; ἵνα ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου ἔλθῃ πρός με. ἰδοὺ γὰρ ὡς ἐγένετο ὁ ἀσπασμός σου εἰς τὰ ὦτα μου, τὸ ἔμβρυόν μου ἐσκίρτησε, καὶ εὐλόγησέ σε. καὶ Μαρία ἐπελάθετο τῶν μυστηρίων, ὧν ἐλάλησεν αὐτῇ Γαβριὴλ ὁ ἀρχάγγελος. καὶ ἀνέπεμψεν εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ εἶπε: κύριε, τίς εἰμὶ ἐγὼ, ὅτι πᾶσαι

lit ad sacerdotem *summum*. Et benedixit illi & ait: O Mariam, magnificatum est nomen tuum (c), & eris benedicta in universa (d) terra. Concepta autem exsultatione Maria abiit ad Elisabet cognatam suam, & pulsavit ad portam ejus. Et audiens Elisabet accurrit ad portam, & aperuit illi & ait: (e) Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Quod enim in me est, exsiliit, & benedixit tibi. Latebant (f) autem ipsam Mariam illa mysteria, quæ locutus fuerat illi Archangelus Gabriel. Et intuens in cœlum dixit: quænam sum ego? ut omnes generationes me ita beatam (g) di-

braismo. (c) *Magnam te & beatam reddidit Deus.* (d) Gr. *In omnibus generationibus terra* i.e. quamdiu erunt homines. (e) Luc. I. 43. (f) Vid. Luc. II. 33. & 50. (g)

Digitized by Google

σαι αἱ γενεαὶ τῆς γῆς ἐμὲ μακαρίζουσιν; Ἡμέρα δὲ ᾗ ἡμέρᾳ ἡ γαστὴρ αὐτῆς ὠγκᾶτο, καὶ φοβηθεῖσα ἦλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς, καὶ ἔκρυβεν ἑαυτὴν ἀπὸ τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ἦν δὲ ἐτῶν δεκατεσσάρων, ὅτι ταῦτα ἐγένετο τὰ μυστήρια.

XIII. Ἐγένετο δὲ αὐτῇ ἕκτῳ μήν. Καὶ ἰδοὺ ἦλθεν Ἰωσὴφ ἀπὸ τῶν οἰκοδομιῶν αὐτοῦ, καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, εὗρε τὴν παρθένον ἐγκυμονοῦσαν, καὶ ἐτύπησε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ λέγων: ποίῳ προσώπῳ ἀτενίσω πρὸς κύριον τὸν θεόν μου: τί δὲ λέξω περὶ παιδὸς ταύτης, ὅτι παρθένον αὐτὴν παρέλαβον ἐκ ναοῦ Κυρίου τοῦ θεοῦ μου, καὶ οὐκ ἐφύλαξα αὐτήν; τίς ὁ θηρεύσας με; τὶς

cant? De die autem in diẽ (h) venter ejus intumescebat, & timore perculsa Maria abiit in domum suam, & occultavit se (i) à filiis Israël. Erat autem annorum sedecim, quando hæc fiebant *mysteria*.

XIII. Facto autem illi sexto mense, ecce venit Joseph à suis oicodomiis (k), & intrans in domum suam vidit eam gravidam, & demissa (l) facie sua [projecit se ipsum in terram & planxit vehementer] dicens: quanam facie intuebor *Dominum* DEUM? quid autem orabo (m) pro hac puella? quam virginem accepi ex templo *Domini* Dei, & quis

Me debeant beatam prædicare, ut angelus dixit. (h) Interjecto tempore. (i) Ut solebant gravidæ Luc. I. 24. (k) A laboribus suis & ædificiis, quæ faber struebat. (l) Vide libellum de nativ. Mariæ cap. ult. Pro ἐτύπησε τὸ πρόσωπον Interpres recte videtur legisse ἐταπείνωσε. (m) Gs.

Digitized by Google

Τίς τὸ πονηρὸν τοῦτο ἐποίησεν ἐν τῷ οἴκῳ μου, καὶ ἠχμαλώτευσε τὴν παρθένον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐμίανεν αὐτήν; μήτι ἐν ἐμοὶ ἀνεκεφαλαιώθη ἡ ἱστορία τοῦ Ἀδάμ; ἐν γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς δοξολογίας αὐτοῦ ἦλθεν ὁ ὄφις καὶ εὗρε τὴν Εὔαν μόνην, καὶ ἐξηπάτησεν αὐτήν: οὕτω καὶ μοὶ συνέβη. Καὶ ἀνέστη Ἰωσὴφ ἀπὸ τοῦ ἐδάφους, καὶ καλέσας αὐτὴν εἶπε: μεμελημένη τῷ θεῷ τί τοῦτο πεποίηκας; Πῶς ἐταπείνωσας τὴν ψυχήν σου; ἡ ἀνατραφεῖσα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τροφὴν λαβοῦσα ἐκ χειρὸς τοῦ ἀγγέλου. Ἡ δὲ ἔκλαυσε πικρῶς, λέγουσα: καθαρά εἰμι καὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Καὶ εἶπεν αὐτῇ Μαρία:

non custodivi? quis mihi imposuit? quis hoc mali fecit in domo mea, *captivamque duxit a me* & vitiavit virginem? nonne in me est recapitulatione (n) consummata historia Adami? quoniam in hora gloriæ (o) ejus intravit serpens, & invenit Evam solam (p) & decepit eam: sic, sic revera mihi contigit. *Et* surrexit Joseph de sacro (q) & accepta Mariam dixit illi: ô quæ tantæ curæ Deo eras, cur hoc feciſti? & oblita es Domini Dei tui? tu quæ es educata in Sancto Sanctorum? quid dejeciſti animam tuam, (r) quæ cibum de manu Angelorum

ζῇ

Quid dicam, quo culpam hanc purgem. (n) Gr. *Repetita in me est*, i. e. idem mihi accidit, quod Adamo olim. (o) Tempore ſtatus felicis, quo tunc primus homo fruebatur δόξῃ & imagine Dei 1. Cor. XI. 7. (p) Hinc Paulus 1. Tim. II. 14. *Adam non est seductus.* (q) In Græco est, *de solo*, ſive *de terra* in quam nempe ſe præ luctu proſtraverat. (r) Quare teipſum in conditionem deteſtandam meretricum abjeciſti?

Digitized by Google

ἔχῃ κύριός ὁ θεός μου, ὅτι δὲ γινώσκω πόθεν ἐστὶ τὸ ἐν ἐμοί.

(s) capiebas; cur hoc feciſti? Ipſa autem flebat amariſſimè dicens: Munda ſum, & virum non cognovi: Dixit autem illi Joſeph: Et undenam eſt ergo, quod in utero habes? Et reſpondit Maria: Vivit Dominus Deus meus, quod non ſcio, unde hoc mihi eſt.

XIV. Καὶ ἐφοβήθη Ἰωσὴφ σφόδρα, καὶ ἠρέμησεν ἐξαυτῆς, διαλογιζόμενος τὸ τί ἂν αὐτῇ ποιήσῃ. Καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ Ἰωσὴφ: ἐὰν κρύψω τὸ ἁμάρτημα αὐτῆς, εὑρεθήσομαι ἐναντίος τῷ νόμῳ κυρίου: καὶ ἐὰν αὐτὴν φανερώσω τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, φοβοῦμαι μήπως ἄγγελικόν ἐστι τὸ ἐν αὐτῇ, καὶ εὑρεθήσομαι παραδιδοὺς αἷμα ἀθῷον εἰς κρίμα θανάτου.

XIV. Et ſtupefactus eſt (t) Joſeph & perſiſtebat cogitans, quid de ea faciam? Et dixit Joſeph *apud ſe*: ſi illius abſcondam peccatum, inveniar reus in lege (u) Domini: ſi ipſam traducam & propalem filiis Iſraël (x) timeo ne parum juſtum (y) ſit, & inveniar tradens ſanguinem innocentem in judicium mortis. Quid

I Τί

(s) ſupra cap. VIII. (t) In Græco eſt: *Et timuit Joſeph, & ſeceſſit ab ipſa cogitabundus, quid de illa faceret.* Cum enim nihil aliud quam adulteram credidiſſet, ut ait Auguſtinus ep. 54. (153. in edit. Benedictin.) *puniri eam noluit, nec approbator flagitii fuit.* (u) Deuter. XXII. 13. ſeq. Add. de Selden. lib. 3. Uxor Hebr. cap. 1. ſeq. & cap. 23. p. 368. (x) Ita noſter circumſcribit verbum παραδειγματίσαι Matth. I. 19. *diffamare, denunciare.* (y) In græco eſt: *vereor, ne quod eſt in illa, ex angelo ſit.* Photius ep. 181.

Digitized by Google

τί ὖν αὐτῇ ποιήσω; λάθρα ἀπολύσω αὐτὴν. Καὶ κατέλαβεν αὐτὸν νύξ. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου φάνεται αὐτῷ κατ' ὄναρ, λέγων: μὴ φοβηθῇς τὴν παιδα αὐτὴν παραλαβεῖν: τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ ὸν, ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. τέξεται δὲ υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτῦ Ἰησῦν; αὐτὸς γὰρ σώσει τὸν λαὸν αὐτῦ ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν. Καὶ ἀνέστη Ἰωσὴφ ἀπὸ τῦ ὕπνυ, καὶ ἐδόξασε τὸν θεὸν Ἰσραὴλ τὸν δόντα αὐτῷ τὴν χάριν ταύτην, καὶ διεφύλαξε τὴν παῖδα.

igitur de illa faciam? equidem clam illam relinquam. Et occupavit eum nox. Et ecce Angelus Domini apparet illi in somnis, dicens: ne timeas hanc puellam recipere: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est, *pariet igitur filium* & vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum. Surrexit itaque Joseph à somno & glorificavit Deum Israël, qui dedit illi *hanc* gratiam, & custodivit *puellam*.

XV. Καὶ ἦλθεν Ἄννας ὁ γραμματεὺς, καὶ εἶπε τῷ Ἰωσὴφ. Διὰ τί οὐκ ἐφάνης τῇ εἰσόδῳ

XV. Venit autem Annas scriba (z) ad Joseph, & ait illi: Quare non adfuisti synaxi

ad Eulampium Epiſc. negat Joſephum ſuſpicatum fuiſſe. Mariam gravidam ex adulterio, cum eſſet eximia deſponſatæ virtus & proci congruens cuſtodia, hoc enim ſi feciſſet, inquit, ad leges & ſupplicium illam tranſcripſiſſet. Sed nec intelligere potuiſſe, quod conceptio à divino Spiritu eſſet, itaque fluctuaſſe cogitabundum, donec ab Angelo rem edoceretur. (z) Annas è Doctoribus ac legisperitis, qui apud Judæos dicuntur

καὶ συνοδία ἡμῶν; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἰωσήφ, ὅτι ἔκαμον ἀπὸ τῆς ὁδῶ, καὶ ἀνεπαυσάμην πρώτην ἡμέραν. Ἐξελθὼν δὲ Ἄννας, καὶ εἶδε τὴν παρθένον ὀγκωμένην, καὶ ἀπῆλθε πρὸς τὸν ἱερέα, καὶ εἶπεν αὐτῷ: Ἰωσήφ, ὃν συμμεμαρτύρησας, ἠνόμισε σφόδρα. Τὴν γὰρ παρθένον, ἣν παρέλαβε ἐκ ναῶ κυρίου, ἐμίανεν αὐτὴν, καὶ ἔκλεψε τὰς γάμους αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐφανέρωσε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεύς: Ἰωσὴφ τοῦτο πεποίηκε; καὶ εἶπεν αὐτῷ Ἄννας, ἀπόστειλον ὑπηρέτας, καὶ ἐυρήσεις τὴν παρθένον ὀγκωμένην. καὶ ἐπορεύθησαν οἱ ὑπηρέ-

do (a)? Et ait illi Joseph. Fessus eram de via, & quievi prima die. Et conversus scriba vidit Mariam gravidam, abiitque currens ad sacerdotem, (b) & ait illi: Joseph, cui testimonium (c) præbes, vehementer peccavit. Aitque sacerdos: quid hoc? & ait illi: Virginem, quam acceperat ex templo Domini, fœdavit, (d) & furatus est ejus nuptias, & non indicavit filiis Israël. (e) Et respondens Princeps Sacerdotum ait: Joseph hoc fecit? Et ait Annas scriba: Mitte ministros, & invenient ipsam gravi-

סוֹפְרִים Vide Fesselium in limine Adversariorum sacrorum. (a) Nihil Josepho fabro cum Synodo, sed sensus græcorum verborum est: quare post reditum tuum non conspiciendum te præbuisti nobis? Εἴσοδος καὶ συνοδία dicitur h. l. ut Hebræis *ingredi & egredi*. (b) *Sacerdotem summum*, ut paulo antea. (c) i. e. cujus fidei credidisti virginem. (d) in Græco: *vitiavit eam*, ut pronomen repetatur, noto Hebraismo. (e) non solennia nuptialia celebravit, nec benedictionem solennem adhibuit. Cæterum Neander ad h. l. Po-

Digitized by Google

ται, καὶ εὗρον καθὼς εἶπεν. Καὶ ἤγαγον αὐτὴν καὶ τὸν Ἰωσὴφ εἰς τὸ κριτήριον, καὶ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἱερεύς: μαρία, τί τοῦτο ἐποίησας: τί ἐταπείνωσας τὴν ψυχήν σου, καὶ ἐπελάθου κυρίου τοῦ θεοῦ σου; ἡ ἀναθρέψασα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ λαβοῦσα τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου, καὶ ἀκούσασα τῶν ὕμνων αὐτῶν; τί δὲ τοῦτο ἐποίησας; ἡ δὲ ἐδάκρυσε πικρῶς, λέγουσα: ζῇ κύριος ὁ θεός μου, καθότι καθαρά εἰμι ἐνώπιον αὐτοῦ, καὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω. Εἶπε δὲ ἱερεὺς πρὸς Ἰωσήφ. Τί τοῦτο ἐποίησας; εἶπε δὲ ὁ Ἰωσὴφ, ζῇ κύριος ὁ θεός

dam. Et abiere ministri, & inverunt, sicut dixit illis. Et adduxere illam & Joseph in judicium (f) & dixit sacerdos: Mariam, quid hoc feciſti? & cur dejeciſti animam tuam, *& oblita es Domini Dei tui*, quæ es educata in ſancto ſanctorum, quæ ex angeli manu cibum ſumſiſti, & audiviſti myſteria (g) ipſius, [& exultaſti (h) in conſpectu ejus] quid hoc feciſti? Ipſa autem flebat amarè dicens; Vivit Dominus Deus meus quia munda in conſpectu Domini, & virum non cognoſco. Et dixit ſacerdos ad Jo-

μυ-

ſtellum ſecutus ait Pontificem ideo tam ſolicitum fuiſſe de Maria, quod ob ſummam illius temporis Meſſiæ exſpectationem lege cautum eſſet, ut quæcunque fœmina è tribu Juda peperiſſet, aut ferret uterum, ad Principem Sacerdotum referretur, idque Poſtellum etiam ex Judæorum libris adnotaſſe. Cujus rei fides eſto penes autorem. (f) Synedrium magnum, cujus præſes Sacerdos ſummus. (g) In græco eſt, *& audiviſti hymnos ipſorum*, angelorum puta Deum celebrantium. (h) Reſpicit, quod ſupra legitur, c. 7. Mariam trimulam in gradi-

Digitized by Google

μὲ καθάρ, καθαρός εἰμι ἐξ αὐτῆς. Εἶπε δὲ ὁ ἱερεύς. μὴ ψευδομαρτύρει, εἰπὲ τὸ ἀληθές. Ἔκλεψας τὰς γάμους αὐτῆς, καὶ οὐκ ἐφανέρωσας τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ: οὐκ ἔκλινας τὴν κεφαλήν σου ὑπὸ κραταιὰν χεῖρα, ὅπερ εὐλογηθῇ τὸ σπέρμα σου. Ἐσίγησε δὲ Ἰωσήφ·

seph: Quid hoc fecisti? Dixitque Joseph: Vivit Dominus Deus, [& vivit Christus (i) ejus] quia purus sum ab ipsâ. Et dixit sacerdos: Ne dicas falsum testimonium (k) sed dicito verum: Suffuratus es nuptias ejus, & non manifestâsti filiis Israël, & non inclinasti caput tuum sub omnipotenti manu (l), ut benediceretur (m) semen tuum. *Et Josephus tacuit.*

XVI. Καὶ εἶπεν ὁ ἱερεύς: ἀπόδος τὴν παρθένον, ἣν παρέλαβες ἐκ ναοῦ Κυρίου. Καὶ περίδακρυς γενόμενος εἶπεν ὁ ἱερεὺς τῷ Ἰωσήφ: πότιῶ ὑμᾶς τὸ ὕδωρ τῆς ἐλέγξεως κυρίου, καὶ φανερώσει

XVI. Et [rursus] dixit sacerdos: Restitue virginem, (*) quam accepisti à templo Domini: Et perfundebatur lacrymis Joseph (n), & dixit sacerdos: Potabo vos

bus altaris subsiliisse. (i) Sic 1 Sam. XII. 3. & 5. (k) Præceptum Exodi XX. 14. nec de se permittit falsa coram judicio testari. (l) ex 1 Petri V. 6. (m) Benedictione solenni Sacerdotali. Vid. Seldeni Uxor Ebr. lib. 2. c. 12. *Non jubet Mariam reddere, sed virginem qualem acceperat, restituere, qua ratione exprobrat ipsi magnitudinem criminis, cujus culpam reparare esset ἀδύνατον. (n) Recte ita vertit interpres etsi in Græco videtur non Josephus, verum Sacerdos lacrymis persusus induci. Sed est Heterosis casus: περίδακρυς γε-

Digitized by Google

ρώσει τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν. Λαβὼν δὲ ὁ ἱερεὺς ἐπότισε τὸν Ἰωσὴφ καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ ἐπανῆλθεν ὁλόκληρος. Ἐθαύμασεν δὲ πᾶς ὁ λαὸς, ὅτι ἁμαρτία οὐκ ἐφάνη ἐπ' αὐτὸν, καὶ εἶπεν ὁ ἱερεὺς: εἰ κύριος οὐκ ἐφανέρωσε τὸ ἁμάρτημα ὑμῶν, οὐδὲ ἐγὼ κρίνω ὑμᾶς, καὶ ἀπέλυσεν αὐτούς. Παραλαβὼν δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὴν Μαρίαν, ἦλθεν εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ χαίρων καὶ ὑμνῶν τὸν θεὸν Ἰσραήλ.

aqua redargutionis (o) Domini, & manifestabitur peccatum vestrum in oculis vestris. Et accepta aqua, sacerdos potavit Josephum, & misit eum ad montana (p), & rediit sanus: [Potavit & Mariam ipsam, & misit eam etiam ad montana, & rediit incolumis.] Et miratus est totus populus, quod peccatum non sit manifestatum in ipsis. Et dixit sacerdos: Deus non manifestavit peccatum vestrum, nec ego judico vos, Et absolvit eos. Accepta itaque Mariam Joseph abiit in domum suam gaudens & glorificans Deum Israël.

XVII.

νόμενος, pro περιδάκρυος γενομένης. (o) ὕδωρ ἐλεγμοῦ Num. V. 18. ποτὸν ἐλέγχου vocat Philo de legg. special p. 607. de eodem præter interpretes loci Mosaici Ed. Bernhardus ad Josephi Antiqu. lib. 3. c. 11. Seldenus Uxor. Hebr. lib. 3 cap. 13. seq. Clariss. Andr. Acoluthus de aquis amaris & Wagenseilius ad Sotam. Geminum morem obtinere hodieque apud Tunquinenses docuit nuper Gvilelmus Dampier tomo tertio Itinerarii. (p) Quia aquæ amaræ in quibusdam non continuo in templo, sed post tempus aliquod demum ef-

Digitized by Google

XVII. Ἐγένετο δὲ κέλευσις ὑπὸ τῦ Βασιλέως Αὐγούστου ἀπογράφεσθαι πάντας τὰς Ιουδαίους, οἱ ἦσαν ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. Εἶπε δὲ Ιωσὴφ, ἐγὼ ἀπογράψομαι τὰς υἱάς μου. Τὰυτην δὲ τὴν παῖδα τί ποιήσω; ἀπογράψασθαι αὐτὴν γυναῖκα ἐμὴν αἰσχύνομαι, ἀλλὰ θυγατέρα; Ὁίδασι δὲ οἱ υἱοὶ Ισραὴλ, ὅτι οὐκ ἐστί μου θυγάτηρ. Αὐτὴ ἡ ἡμέρα κυρίῳ πληρώσει ὡς βούλεται.

XVII. Factum est autem decretum ab Augusto Cæsare, ut describerentur omnes, qui erant in Bethleem. (q) Et dixit Joseph: ego describi curabo filios meos (r): de hac autem puella quid faciam? [quomodo illam inscribam?] Uxorem ipsam (s) inscribam? [Atqui uxor mea non est: ipsam enim in conservationem accepi ex templo Domini] Non-

fectus edebant. Conf. Sotam Wagenseilii p. 432. (q) Lucas ait πᾶσαν τὴν οἰκουμένην II. 1. hoc est ut cum Viris doctissimis intelligendum mihi persvadeo, *totam Judæam*. Vid. Rob. Keuchenium ad locum Lucæ, & Henr. Christ. Henninium notis ad Bergierium de publicis ac militaribus Populi Romani viis, Tom. X. Antiqv. Rom. p. 647. Quod vero Neander annotat instigante Herode descriptionem Bethleemitanam potissimum factam sub prætextu ἀπογραφῆς universalis, ut Rex magnus, quem ex oriente venturum fata præsagire credebantur, intercipi posset, tanquam parum verisimile omitto. (r) Ex priore uxore, puta Escha vel Salome susceptos, quorum mox bini nominantur. A pluribus enim veterum Scriptorum Josepho uxor ante Mariam tribuitur, ex qua susceperit Jacobum minorem, aliosque qui ab Evangelistis fratres Jesu appellantur. Vide Vossium de Genealog. Christi & Tillemontii Memorias in vita Josephi & Jacobi minoris, itemque Allatii notas ad Eustathii Antiocheni Hexaëmeron. (s) In Græco est: *uxorem meam inscribere erubesco*.

Digitized by Google

λεσμ. Καὶ ἔσεωσε τὴν ὄνον, καὶ ἐκάθισεν αὐτήν. Ἰωσὴφ δὲ καὶ Σιμὼν ἠκολούθουν, καὶ ἦγγισαν ἐπὶ μίλια τρία. καὶ ἐστράφη Ἰωσὴφ, καὶ εἶδε τὴν Μαρίαν συγνὺς, καὶ εἶπεν ἐν ἑαυτῷ Ἰωσὴφ: ἴσως τὸ ἐν αὐτῇ χειμάζει αὐτήν. Καὶ πάλιν ἐστράφη Ἰωσὴφ, καὶ εἶδεν αὐτὴν γελῶσαν, καὶ εἶπεν αὐτῇ. μαρία, τί ἐστιν, ὅτι τὸ πρόσωπόν σου βλέπω ποτὲ μὲν συγνὸν, ποτὲ δὲ γελῶν καὶ ἀγαλλιώμενον; καὶ εἶπεν πρὸς αὐτὸν μαρία. δύο λαοὺς βλέπω τοῖς ὀφθαλμοῖς μου, ἕνα κλαίοντα καὶ κοπτόμενον, καὶ ἕνα γελῶντα, καὶ ἀγαλλιώμενον. Ἦλθε δὲ πάλιν ἀνὰ μέσον

ne filiam? sed noverunt [omnes] filii Israël, quod non est mihi (t) filia. [Quid de hac faciam?] equidem in ipsa Domini die (u) faciam, sicut voluerit Dominus. Et stravit Joseph asinam, & fecit eam conscendere super asinam. Joseph autem & Simon (x) sequebantur a milibus tribus. Et conversus Joseph vidit eam moestam, & dixit in se ipso: Forsan quod in ea est, ipsam contristat. Et rursus conversus Joseph vidit eam ridentem, & dixit illi: ô Maria, quid hoc rei tibi est, quod faciem tuo-

σον

(t) Gr. *filia mea*. Nam alioqui filias Josepho sunt quoque qui tribuunt, Mariam & Salomen, vel Esther & Thamar sive Martham, ut dixi ad Evangelium de nativ. Mariæ cap. 8. quibus adde Cotelerii observationes ad Const. Apost. lib. 3. cap. 6.

(u) In Gr. *ipsa dies Domini* (h. e. Dominus ipse suo tempore) *ostendet, quomodo factum velit.*

(x) Duo ex filiis Josephi, Christi fratribus Marc. VI. 3. quo in loco alterum filiorum nomen legitur non *Joseph*, sed *Joses*. Verum idem nomen est, & promiscue posita reperiuntur, *Joseph, Jose, Joses*.

Digitized by Google

σον τῆς ὁδῆ· καὶ εἶπεν Μαρία τῷ Ιωσὴφ· χαθέλόν με, ὅτι ἐπείγει τὸ ἐν ἐμοὶ προελθεῖν. Καὶ εἶπεν Ἰωσὴφ· πῆ ἀπάξω σε; ὅτι ὁ τόπος ἔρημός ἐστι. Καὶ εἶπε πάλιν Μαρία τῷ Ιωσὴφ· κατάγαγέμε, λίαν γὰρ τὸ ἐν ἐμοὶ ἐπείγει με. Καὶ εὐθὺς καθήγαγεν αὐτὴν Ιωσήφ.

am video quandoque hilarem, quandoque mœstam. Et dixit Mariam Joseph: Quoniam duos populos (y) video in oculis meis, unum quidem flentem & gemebundum, alium autem exsultantem & ridentem. Et venit media in via: & dixit illi Mariam: Depone me ab asina, quia quod in me est, me urget ut progrediatur. Et deposuit eam ab asina, & dixit illi: Ubi te inducam? quia locus desertus est. *Atque iterum dixit Maria ad Josephum, Deducito me, valde enim, quod in me est, me urget. Et statim illam deduxit.*

XVIII. Εὗρε δὲ ἐκεῖ σπήλαιον, καὶ εἰσήγα-

XVIII. Et inveniens ibi speluncam (z)

K γεν

Vide Drusii præterita ad Marci VI. 3. & XV. 47. Cæterum quatuor fratres Servatoris apud Evangelistam hoc ordine nominantur: *Jacobus, Joses, Judas, Simon.* (y) Instar Rebeccæ Gen. XXV. 23. Puto autem his verbis respici, quod nasciturus ex Maria Jesus esset ponendus in ruinam pariter & resurrectionem multorum in Israël Luc. II. 34. (z) Hæc spelunca sive naturale antrum ut vocat Beda de locis sanctis, etiamnum ostenditur peregrinantibus, ad ortum opidi Bethlehem novem gradibus infra terram, & jam olim celebratum fuit etiam inter infideles teste Origene I. contra Celsum p. 39. Utrum vero ἐν Βηθλεὲμ an σύνεγγυς τῆς κώμης, quod utrumque legitur apud Justinum Martyrem, an in via, in agro Bethleemitico, ἐν χωρᾳ Βηθλεὲμ ut noster tradit, an in ipso

Digitized by Google

γεν αὐτὴν ἐκεῖ. Καὶ παραστήσας αὐτὴν τῷ σπηλαίῳ, καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐξῆλθε ζητῆσαι μαῖαν ἐβραίαν ἐν χώρᾳ Βηθλεέμ. Ἐγὼ δὲ (λέγει Ἰωσὴφ) περιπατῶν ἀνέβλεψα εἰς τὸν ἀέρα, καὶ εἶδον τὸν ἀέρα ἔκθαμβον, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ ἠρεμοῦντα. Καὶ ἐπέβλεψα ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ εἶδον σκάφην κειμένην, καὶ ἐργάτας ἀνακειμένους, καὶ αἱ χεῖρες αὐτῶν ἦσαν ἐπὶ τὴν σκάφην. Καὶ οἱ μασσόμενοι

introduxit eam, & præfecit illi filium suum, & exiens (a) perquirebat obstetricem *Hebræam* in regione Bethleem. Cum autem obambularet Joseph (b) vidit polum cœlumve stantem, & aërem obstupefactum, & volatilia *cœli* in medio cursu cessantia. Et aspiciens in terram scapham cibariam positam vidit (c) & operatores recumbentes, quorum manus in scapha erant.

vos

opido Servatorem pepererit *Maria* multis disceptatur in utramque partem à Viris doctis Casaubono, Lanselio, aliisque. Mihi jam sufficerit annotasse quod ex verbis Matth. II. 1. & Luc. II. 4. difficilius illa controversia deciditur. Vide, quomodo interpretes eruditissimi exponunt Jos. V. 13. *in Jericho*, & X. 10. *in Gabaon*, X. 17. *in Maceda*. (a) Gr. *Collocans* (relinquens) *eam filiosque suos in spelunca abiit investigatum obstetricem* &c. (b) Gr. *Ego vero, inquit Joseph, ambulans suspexi in cœlo & vidi aërem* &c. Mira hæc & incredibilis fabula de tota rerum natura stupente, omnium rerum cursu intercepto, cum Christus nasceretur. Verius est, & longè præstat quod notante Origene οἱ δαίμονες ἠτόνησαν καὶ ἐξησθένησαν, ἐλεγχθείσης αὐτῶν τῆς γοητείας καὶ καταλυθείσης τῆς ἐνεργείας. *Damones debilitati obtorpuere, deprehensis eorum præstigiis efficaciaque destructa.* Contra Celsum lib. I. p. 46. (c) Gr. *vidi.*

Digitized by Google

καὶ οὐκ ἐμάσσοντο: καὶ οἱ ἀναφέροντες ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, οὐκ ἀνέφερον. καὶ οἱ προσφέροντες τῷ στόματι οὐ προσέφερον: ἀλλὰ πάντων ἦν τὰ πρόσωπα ἄνω βλέποντα. Καὶ εἶδον πρόβατα ἐλαυνόμενα, καὶ τὰ πρόβατα ἐστήκεισαν. Καὶ ἦρεν ὁ ποιμὴν τὴν χεῖρα αὐτοῦ, παταξαι αὐτά, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἔστη ἄνω. καὶ ἔβλεψα εἰς τὸν χείμαρρον ποταμὸν καὶ εἶδον τὰς ἐρίφους καὶ τὰ στόματα αὐτῶν ἐπικείμενα τῷ ὕδατι, καὶ μὴ πίνοντα.

Et mandentes non mandebant, & qui manus attollebant *ad caput*, nil capiebant: & qui offerebant ori suo nil afferebant, sed omnium facies erant intentae sursum. Et ecce oves erant dispersæ, [nec progrediebantur, sed] stabant. Et elevans pastor manum ut percuteret eas cum virga, manus ejus stabat sursum. Et aspiciens in torrentem fluminis, vidit (d) ora hircorum imminentia quidem aquæ, sed non potantia, [sed omnia sub momento ab ipso cursu erant impulsa.]

XIX. Καὶ εἶδον γυναῖκα καταβαίνουσαν ἀπὸ τῆς ὀρεινῆς, καὶ εἶπέ μοι: ἄνθρωπε, πῦ πορεύῃ; καὶ εἶπον αὐτῇ· μαῖαν ζητῶ ἑβραίαν ἐξ Ἰσραήλ. Καὶ εἶπέ μοι, πῦ ἐστὶν ἡ γεννῶσα; καὶ

XIX. Et ecce mulier descendens à montanis, ait illi: Tibi, dico, ô homo, quo vadis? & ait: obstetricem quæro hebræam, & dixit illi: (e) Ex Israel es tu? Ait-

K 2 εἶπον

(d) Iterum Gr. *vidi*, atque ita deinceps: *& vidi mulierem — & dixit mihi* &c. (e) Ita rectius videtur legisse interpres

εἶπον: ἐν τῷ σπηλαίῳ, καὶ μεμνησευμένη μοί ἐστιν. Εἶπε δὲ ἡ μαῖα: οὐκ ἐστί σε γυνή; καὶ εἶπεν Ιωσὴφ: Μαρία ἐστὶν, ἡ ἀνατραφεῖσα εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ἐν τῷ οἴκῳ κυρίου. καὶ ἐκληρωσάμην αὐτὴν, καὶ οὐκ ἔστί μου γυνή: ἀλλὰ σύλλημμα ἔχει ἐκ πνεύματος ἁγίου. Καὶ εἶπεν ἡ μαῖα: τοῦτο ἀληθές ἐστι; καὶ εἶπεν αὐτῇ δεῦρο κὴ ἰδέ. Καὶ ἐπορεύθη ἡ μαῖα μετ' αὐτῆς, καὶ ἔστη ἐν τῷ σπηλαίῳ. Καὶ ἦν νεφέλη φωτεινὴ ἐπισκιάζουσα τὸ σπηλαῖον. κὴ εἶπεν ἡ μαῖα· ἐμεγαλύνθη ἡ ψυχή μου ἡμέ-

que illi: sic. Illa autem dixit: Et quæ est quæ parit (f) in spelunca? Et ait illi: Quæ mihi est desponsata. Et ait illi: Nonne est uxor tua? dixitque Joseph: Non est mea uxor, (g) sed est Mariam, educata in sancto sanctorum in templo Domini, & sorte obtigit mihi, & habet conceptum ex Spiritu Sancto. Dixitque illi obstetrix: Hocné verum est? Dixit ei: Veni & vide. (h) Et abiit obstetrix cum ipso. Et stetit in conspectu speluncæ. Et ecce nubes lucida (i) obum-

ρον,

quam in Græco editum est: *Obstetricem quæro Hebræam ex Israël.* Cæterum Hieronymus, contra Helvidium totam hanc de obstetrice fabulam refutat his verbis: *Nulla ibi obstetrix, nulla mulierculatarum sedulitas intercessit. Ipsa* (Maria) *pannis involvit infantem, ipsa & mater & obstetrix fuit. Nam ipsa collocavit eum in præsepi, ipsa pannis involvebat.* (Luc. II. 4.) *unde commenta refelluntur Apocryphorum.* In decreto Gelasiano inter Apocrypha rejicitur singularis *liber de S. Maria & obstetrice.* (f) Rectius in Gr. *ubi est puerpera? & dixi in spelunca, & desponsata mihi est.* (g) quæ scilicet ex me conceperit. (h) ut Joh. I. 47. XI. 34. (i) Idem memorat Evangelium Infantiæ ex Ara-

Digitized by Google

ρον, ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου παράδοξα, καὶ ὅτι τῷ Ισραὴλ σωτηρία ἐγεννήθη. Παραχρῆμα δὲ ἡ νεφέλη ἐγένετο φῶς μέγα ἐν τῷ σπηλαίῳ, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν μὴ φέρειν. Καὶ κατ' ὀλίγον τὸ φῶς ἐκεῖ ὑπεστέλλετο, ἕως οὗ τὸ βρέφος ἐφάνη, καὶ ἔλαβε μαθὸν ἐκ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας. Καὶ ἀνεβόησεν ἡ μαῖα, καὶ εἶπεν: ὡς μεγάλη αὐτὴ ἡ ἡμέρα ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου καινὸν θέαμα. Καὶ ἐξῆλθεν ἡ μαῖα ἀπὸ τοῦ σπηλαίου, καὶ ἀπήντησεν αὐτῇ Σαλώμη, καὶ εἶπεν αὐτῇ ἡ μαῖα: Σαλώμη, Σαλώμη, καινόν σοι θέαμα

brabat ſpeluncam. Et dixit obſtetrix: Magnificata eſt anima mea (k) hodiè, quia viderunt oculi mei ſtupenda, & *Iſraëli ſalus nata eſt.* Repente autem fuit nubes (l) in ſpelunca, & lux magna, ita ut oculi noſtri (m) non ferrent: paulatim vero lux ſeſe ſubduxit, quousque viſus eſt infans, & accipiebat ubera ab ipſius matre Mariam. Et clamavit obſtetrix, & ait: Magna (n) mihi hodiè dies eſt, quia vidi hoc ſpectaculum magnum. (o) Exiitq; obſtetrix ex ſpelunca, & obviavit illi Salome. (p) Et dixit obſtetrix ipſi Salomæ:

bico verſum à Cl. Sikio quod vide c. I. Νεφέλη φῶς ἐγενὴ ut Joh. XVII. 5. (k) i. e. res magna mihi contigit hodie. Sic Maria ſupra: ἐμεγάλυνε ὁ Κύριός τὴν ψυχήν μου τῇ ἡμέρᾳ ταύτῃ. (l) Gr. *ex nubecilla lux magna facta eſt.* (m) Gr. *illorum.* (n) h. e. læta ac fauſtiſſima, quo ſenſu *magnos menſes* in Virgilii Ecl. IV. accipi poſſe notat Servius. (o) Gr. *novum.* (p) Mariæ ſoror Cleopæ filia uxor Zebedæi, ac mater Jacobi majoris & Johannis Evangeliſtæ, de

Digitized by Google

ἐξηγήσομαί σοι παρθένος ἐγέννησεν, ὃ ἡ χωρεῖ ἡ φύσις αὐτῆς. Εἶπε δὲ Σαλώμη· ζῇ κύριός ὁ θεός μου, ὅτι ἐὰν μὴ κατανοήσω τὴν φύσιν αὐτῆς, οὐ μὴ πιστεύσω, ὅτι ἡ παρθένος ἐγέννησε.

(q) Magnum tibi spectaculum habeo narrare: Virgo genuit, quem non capit natura (r) ipsius [& virgo manet virgo] Dixitque Salome: Vivit Dominus Deus meus, nisi scrutata fuero naturam (s) ejus, non credam, quod peperit.

XX. Ἦλθε δὲ Σαλώμη, καὶ εἶπεν ἡ μαῖα· Μαρία, σχημάτισον σεαυτήν

XX. Et ingrediens obstetrix, (t) dixit ipsi Mariæ: Reclina te-

qua mentio Joh. XIX. 25. Marc. XV. 40. Matth. XX. 20. Quanquam Sophronius Hierosol. Salomen hanc uxorem Zebedæi facit filiam non Cleopæ sed Josephi, susceptam è priore uxore sua Salome filiâ Augæi, Zachariæ, qui Johannis Baptistæ Pater fuit, fratris. Vide Cotelerium ad Patres Apostolicos T. 1. p. 278. (q) Gr. *Salome, Salome.* (r) Gr. *quod non admittit natura* sive conditio *ejus quod non recipit natura ejus*, ut nempe virgo pariat. Aut potius *natura* vocabulum eodem sensu accipiendum, quo mox. Si corpus ejus explores, neutiquam peperisse dixeris. (s) Hieronymus Ep. 61. *pars corporis nostri secretior à nobis natura dicitur.* Epistola Ignatio adscripta ad Philippens. Τί δὲ κακίζεις τὴν φύσιν τῆς παρθένου καὶ τὰ μόρια ἀποκαλεῖς αἰσχρά; Sic Artemidorus IV. 85. & V. 63. & Græci scriptores passim. Eodem sensu *natura* vocabulo usi Cicero, Celsus, Plinius, Apulejus, Minutius, Schol. Juvenalis III. 97. & VI. 73. *naturalia* vocat idem Plinius & Justinus lib. 1. c. 4. &c. (t) Gr. *Accessitque Salome, & dixit obstetrix: Maria compone te, non leve enim de te certamen præsto est. Et exploravit Salome, & exaruit manus ejus. Et acerbè ejulabunda Væ, inquit, impietati meæ &c.* At in Evangelio Infantiæ

Digitized by Google

αὐτὴν δ γὰρ μικρὸς ἄγων περίκειται περί σε. Καὶ ἐσημειώσατο Σαλώμη, καὶ ἐξηράνθη ἡ χεὶρ αὐτῆς, καὶ ἠλάλαξε πικρῶς, καὶ εἶπεν Οὐαὶ τῇ ἀνομίᾳ μου, ὅτι ἐξεπείρασα ζῶντα θεόν. Ἰδοὺ γὰρ ἡ χεὶρ μου ἀποπίπτει ἀπ' ἐμοῦ. Καὶ κλίνασα Σαλώμη τὰ γόνατα αὐτῆς πρὸς τὸν δεσπότην, εἶπεν· ὦ θεὸς τῶν πατέρων μου, μνήσθητί μου, σπέρμα γὰρ Ἀβραάμ, καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ εἰμὶ ἐγώ. Μὴ παραδειγματίσῃς με τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ἀλλὰ ἀπόδος με τοῖς γονεῦσί μου. Εὖ σὺ οἶδας, δέσποτα, ὅτι ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι

ipsum, magnum enim tibi certamen incumbit. Cum autem in ipso loco palpavit eam Salome, egressa est dicens: Væ mihi impiæ & perfidæ, quoniam tentavi Deum viventem. Et ecce manus mea [igne ardens] cadit à me. Et flexit genua ad Deum, & ait: Deus Patrum nostrorum memento mei, quoniam semen Abrahami, & Isaac & Jacob sum. Et ne traducas me (u) apud filios Israël, sed redde me parentibus. Tu enim nosti, Domine, quod in nomine tuo [omnes]

τὰς

Sikiano hoc non Salomæ sed obstetrici accidisse legitur. Atque ita Zeno quoque Veronensis Homil. 6. de nativ. *Obstetricis incredulæ persiclitantis enixa in testimonium reperta ejusdem esse virginitatis incenditur manus, in qua tacto infante statim edax illa flamma sopitur. Sicque illa medica feliciter curiosa, dum admirata mulierem virginem admirata infantem Deum, ingenti gaudio exultans, qua curatum venerat, curata recessit.* (u) *Noli in me exemplum facere* iræ ac vindictæ tuæ. Plautus Mostellar. *Exempla adepol faciam ego in te.* Vide quæ Viri docti ad

τὰς θεραπείας ἐπεζέλγον, καὶ τὸν μισθόν μου παρά σου ἐλάμβανον. Καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἐπέστη πρὸς Σαλώμην λέγων· ἐπήκουσε κύριος ὁ θεὸς τῆς δεήσεώς σου, πρόσαξον τῇ χειρί σου τὸ παιδίον, καὶ βάσασον αὐτὸ, καὶ ἔσαι σοὶ εἰς σωτηρίαν. Λαβοῦσα δὲ χαρὰν μεγάλην Σαλώμη, προσῆλθε τῷ παιδίῳ λέγουσα. ἄψομαι αὐτοῦ; καὶ διενοήθη Σαλώμη προσκυνῆσαι τῷ παιδίῳ. Καὶ εἶπε Σαλώμη. βασιλεὺς γέγονε μέγας ἐγεννήθη τῷ Ισραήλ. Παραχρῆμα δὲ ἰάθη Σαλώμη. Ἐξῆλθε

curas (x) [& operationes meas] complebam, & mercedem *meam* abs te recipiebam. Et Angelus Domini adstitit dicens ad eam: [Salome, Salome] audivit te dominus offer manum tuam puero, & gesta illum: erit enim tibi salus & gaudium. Et accessit Salome, (y) & gestavit eum dicens: Adorabo ipsum, quia *Rex* magnus (z) natus est in Israël. Et [gestato puero] repente sanata est Salome, & exiit *Obstetrix* è spelunca justificata (a) Et ecce

δὲ

Matth. I. 19. ubi eadem vox παραδειγματίσαι quæ occurrit etiam in græca versione Num. XXV. 4. Ezech. XXVIII. 18. & Esther XIV. 9. (x) De curatione Medica hanc vocem præsenti in loco intellexit etiam Zeno Veronensis. Sane officium atque opem innuere videtur, quam Salome præstare solita laborantibus & malè habentibus. (y) Gr. *cum magno itaque gaudio Salome accessit ad puerum dicens: quidni amplectar ipsum? Et animo concepit Salome puerum adorare, & rex magnus, inquit, natus est iste Israeli.* (z) i.e. Messias. (a) Obstetricis vox ab interprete omissa, Clarissimum Sikium, cui græca forte ad manum

Digitized by Google

δὲ ἡ μαῖα ἐκ τῆ σπηλαίῃ δεδικαωμένη. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ γέγονε πρὸς Σαλώμην· μὴ ἀναγγέλῃς ὅσα σὺ εἶδες παράδοξα, ἕως ἂν ἔλθῃ τὸ παιδίον εἰς τὰ Ιεροσόλυμα. Καὶ ἐπορεύθη Σαλώμη δεδικαωμένη.

vox ad eam (b) dicens: Ne annuncies, quæ vidisti magna, (c) donec ingrediatur puer in Jerusalem, & discessit Salome justificata.

XXI. Ιωσὴφ δὲ ἡτοιμάσθη τῆ ἐξελθεῖν. Θόρυβος γὰρ γέγονεν ἐν βηθλεὲμ, ὅτι παρεγένοντο μάγοι ἀπὸ ἀνατολῶν λέγοντες. Ποῦ ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῶν Ιουδαίων γεννηθεὶς; εἴδομεν γὰρ

XXI. Et ecce Joseph paratus est exire [in Judæam.] Et tumultus magnus factus est in Bethleem; quia venêre Magi *ab oriente* (d) dicentes: ubi est, qui natus est Rex Ju-

L αὐτῆ

non fuêre, ansam dedit, ut p. 14. ad Evangelium infantiæ à se editum scriberet: *Verba* exiit justificata *dum considero, nullus dubito, quin istud quoque Protevangelium ex Arabicâ linguâ saltim orientalium aliqua in Græcum sit translatum. Verbum ambiguum Arabicum* ברי *quod in nostro quoque textu occurrit, cum* sanari *etiam* significet, *per* τὸ justificari *inepte redidit Graculus.* Sed de obstetrice in græco agitur, quæ utpote illæsa, sanatione opus non habuit. Dicitur autem abiisse δεδικαωμένη, quod Salome jam vera reperisset, quæ illi obstetrix dixerat. De Salome idem mox dicitur, quod & ipsa tum pœnâ tum reatu peccati sui libera domum rediisset. Gemina phrasis fuit supra p. 78. (b) Gr. *ad Salomen.* (c) Gr. *mira,* (d) h. e. ex Perside, ut post alios nuper haud absurdis argumentis contendit Tho. Hyde c. XXXI. de relig. Vett. Persarum. Vides vero autorem hujus Protevangelii, apocryphum licet, antiquum tamen, neque Regum nomine Magos appellare,

Digitized by Google

αὐτῷ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. Ακούσας δὲ Ηρώδης ἐταράχθη λίαν, καὶ πέμψας ὑπηρέτας ἐπὶ τοὺς μάγους καὶ ἱερεῖς, ἀνέκρινεν αὐτοὺς ἐν τῷ πραιτωρίῳ λέγων αὐτοῖς· πῶς γέγραπται ὑμῖν περὶ τοῦ βασιλέως χριστοῦ, ἢ ποῦ γεννᾶται; Τότε λέγουσιν αὐτῷ· ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ιουδαίας· οὕτως γὰρ γέγραπται· Καὶ σὺ Βηθλεὲμ, γῆ Ιούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ιούδα· ἐκ σοῦ γὰρ

dæorum ? Vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus adorare ipſum. Et audiens Herodes turbatus eſt *vehementer*, & miſit miniſtros ad Magos. (e) Et accesſivit ſummos ſacerdotes & interrogabat eos dicens : Quomodo ſcribitur de *Rege* Chriſto ? ubi naſcitur ? Dicunt illi, in *Bethleem* Judæ. Sic enim ſcriptum eſt: (f) *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es* (g) *in Primoi*

quod neſcio an quisquam fecerit ante Chryſoſtomum, neque numerum definire, neque nomina tradere, neque alias fabulas adjungere, quæ apud recentiores paſſim reperiuntur. Has toto, quod ajunt, faeco effuſas videre ſi quis geſtiat, is Vipertum, Melch. Inchoferum, & Herm. Crombachium in Hiſtoria Magorum evolvat. (e) Gr. *& miſit Miniſtros ad Magos & Sacerdotes, & rogavit ex iis in prætorio, dicens ad eos: ubinam ſcriptum eſt vobis de Rege Chriſto, aut ubi naſci debet ?* Qui etiam hic ἱερεῖς, mox à noſtro dicuntur ἀρχιερεῖς ut Matth. II. 4. (f) Mich. V. 2. Matth. II. 6. (g) i. e. præſtantiſſima meritò haberis. Sic Herodotus Lacedæmonem vocat πόλιν σὺ ἐλαχίστην σὺ ἀθενεσταίην h. e. maximam & potentiſſimam. De ejusmodi μειώσει freqventiſſima Scriptoribus dixi ad Sirach. XV. 13. Quod vero Michæ צעיר Evangeliſta reddidit *nequaquam minima*, haud

Digitized by Google

μοι ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραήλ. καὶ ἀπολύσας τοὺς ἀρχιερεῖς, ἀνέκρινεν αὐτοὺς ἐν τῷ πραιτωρίῳ τοὺς μάγους, λέγων αὐτοῖς. Τί εἴδετε σημεῖον ἐπὶ τοῦ τεχθέντα βασιλέα; οἱ δὲ εἶπον αὐτῷ.' Εἴδομεν ἀστέρα μεγαλυνόμενον, λάμψαντα ἐν τοῖς ἄστροις τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀμβλύνοντα τοὺς ἄλλους ἀστέρας, ὥστε μὴ φαίνεσθαι αὐτούς. καὶ ἐγνωμεν ὅτι ὁ βασιλεὺς μέγας ἐγεννήθη ἐν τῷ

cipibus (h) *Judæ, ex te enim mihi egredietur dux qui reget populum meum Israel.* Et dimisit eos (i), & interrogavit Magos, dicens ipsis: Quodnam vidistis signum de Rege genito? dicite mihi. Et dixerunt illi Magi: Stella ejus nata est magna (k), & illuxit super stellas cœli, ita ut hebetârit eas usque adeo, ut non viderentur. Et sic novimus, quod natus est Rex

mirum, siquidem vocabulum illud Hebræis & magnum & parvum denotat, ut ostendit Pocockius c. 2. *Misc.* Operæ pretium etiam est conferre locum 1 Sam. XV. 17. & quod Origenes 1. contra Celsum p. 39. Michææ verba ex græca versione profrens laudat: οὐκ ὀλιγοστὸς εἶ. Certe utcunque exponas, sensum verborum Michææ *Matthæus* optimè expressit.

(h) אלפי utrumque significat & chiliades & duces chiliadum, atque inde duces absolute, ut contra Jansenium Iprensem recte observat Simonius lib. 3. Hist. Crit. N. T. p. 664. seq.

(i) Gr. *Et dimissis principibus Sacerdotum, interrogavit in prætorio ipsos Magos.* (k) Gr. *Vidimus stellam ingentem.* Ignatius ad Magnesios num. 19. ἀστὴρ ἐν οὐρανῷ ἔλαμψεν ὑπὲρ πάντας τοὺς ἀστέρας, καὶ τὸ φῶς αὐτοῦ ἀνεκλάλητον ἦν, καὶ ξενισμὸν παρεῖχεν ἡ καινότης αὐτοῦ. Τὰ δὲ λοιπὰ πάντα ἄστρα ἅμα ἡλίῳ

Digitized by Google

Ισραὴλ, καὶ διὰ τοῦτο ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτόν. Εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἡρώδης: πορευθέντες ἀναζητήσατε ἀσφαλῶς. Καὶ ἐὰν εὕρητε, ἀπαγγείλατέ μοι, ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτόν. Ἐξελθόντες δὲ οἱ μάγοι ἐπορεύοντο· καὶ ἰδοὺ ἀστὴρ, ὃν εἶδον ἐν τῇ ἀνατολῇ, προσῆγεν αὐτοῖς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω τοῦ σπηλαίου, ἦν τὸ παιδίον μετὰ Μαρίας τῆς μητέρος αὐτοῦ.

magnus ipsi Israël, & venimus adorare (l) eum. Herodes autem dixit: Ite & *certo* perquirite: & si inveneritis, renunciate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Et exiere Magi, & ecce stella, quam viderant in Oriente conducebat, quousque [intravit in speluncam (m) &.] stetit super caput speluncæ. [Et viderunt (n) Magi puerum cum Maria

Καὶ καὶ σελήνη χορὸς ἐγένετο τῷ ἀστέρι. Αὐτὸς δὲ ἦν ὑπερβάλλων τὸ φῶς αὐτοῦ ὑπὲρ πάντα. Ad quem locum videas licet notas eruditissimi Cotelerii. (l) Chalcidius p. 219. ad Timæum: *Est quoque alia sanctior & venerabilior historia, qua perhibet ortu stella cujusdam non morbos mortesque denunciatas, sed descensum Dei venerabilis ad humanæ conservationis rerumque mortalium gratiam. Quam stellam cum nocturno itinere suspexissent Chaldæorum profecto sapientes Viri, & considerationi rerum cælestium satis exercitati, quæsisse dicuntur recentem ortum Dei, repertaque illa majestate puerili, veneratos esse, & vota tanto Deo convenientia nuncupasse.* (m) Hæc non leguntur in Græco, expresso ex *Matth.* II. 9. & absurdum est stellam intrasse speluncam, nisi forte radiis. Scripserat ni fallor, Postellus: *quousque intrárunt*, Magi scil. Nisi probavit putidam recentiorum quorundam fabulam de stella speluncam ingrediente. (n) Pro omnibus his in Græco nihil aliud

καὶ ἐξέβαλον ἀπὸ τῶν θησαυρῶν αὐτῶν, καὶ προσήνεγκαν αὐτῷ χρυσὸν καὶ λίβανον, καὶ σμύρναν· καὶ χρηματισθέντες κατ' ὄναρ, ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου, μὴ ἀνακάμψαι πρὸς Ηρώδην εἰς τὴν Ιουδαίαν, δι' ἄλλης ὁδοῦ ἀνεχώρησαν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

matre ejus: & adoraverunt eum.] Extrahentesque dona de suis marsupiis, (o) dederunt illi aurum, thus & myrrham. Et responso accepto ab angelo, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam.

XXII. Γνοὺς δὲ Ηρώδης, ὅτι ἐνεπαίχθη ὑπὸ τῶν μάγων, καὶ ὀργισθεὶς ἔπεμψε φονεῦσας, κελεύων αὐτοῖς ἀνελεῖν πάντα τὰ βρέφη ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω. Ακούσας δὲ Μαρία, ὅτι τὰ βρέφη ἀναιρεῖται, φοβηθεῖσα ἔλαβε τὸ παιδίον, καὶ ἐσπαργάνωσεν αὐτό, καὶ ἔθηκεν αὐτὸ εἰ φάτνῃ βοῶν, διὰ ὅτι

XXII. Videns autem Herodes quod illusus esset à Magis, iratus misit illuc homicidas occidere omnes pueros, (p) qui erant in Bethlehem à biennio (q) & infra. Et audiens Mariam, quod occiderentur pueri, timore perculsa accepit puerum: Et fasciis obvolutum ipsum recli-

est, quam: *ubi erat puer cum Maria.* (o) Gr. *è thesauris suis.* Est autem thesaurus propriè receptaculum sive conditorium rerum pretiosarum, ut ad locum Matthæi ostendit præstantissimus Lambertus Bos. (p) Hujus rei quam tacet Josephus mentio etiam apud Macrobium lib. 2. c. 4. Saturn. ut jam multi annotârunt. Simile quid de omnibus infantibus à Rege Persarum ob unum Danielem occisis fabulantur Arabes. Vide Bochartum parte I. Hieroz. bibl. libro & capite tertio,

Digitized by Google

οὐκ ἦν αὐτοῖς τόπος ἐν τῷ καταλύματι. Ἡ δὲ Ἐλισάβετ ἀκούσασα, ὅτι ὁ υἱὸς αὐτῆς μέλλει ζητεῖσθαι, λαβοῦσα αὐτὸν ἀνέβη εἰς τὴν ὀρεινὴν, καὶ περιεβλέπετο τόπον, ἐν ᾧ ἀποκρύψει αὐτόν. καὶ οὐκ ἦν τόπος ἀπόκρυφος. Καὶ στενάξασα λέγει· ὄρος θεοῦ δέξαι μητέρα μετὰ τέκνου. οὐ γὰρ ἠδύνατο ἡ Ἐλισάβετ προσαναβῆναι. Καὶ παραχρῆμα ἐδιχάσθη τὸ ὄρος ἐκεῖνο, καὶ ἦν διαφαίνων αὐτοῖς ἄγγελος κυρίου, καὶ διαφυλάττων αὐτούς.

navit in præsepio bovum, (r) *quoniam non erat ei locus in diversorio.* Elisabet autem audiens, quod *filius suus* (s)[Joannes] requireretur, conscendit in montana & circumspectabat, ubi eam absconderet, & non erat locus absconsionis. Et gemens Elisabet voce magna dixit: O mons Dei, (t) recipe matrem cum filio: nec enim poterat ascendere Elisabet. Et repente divisus est mons (u) & illam recepit. Illuxit autem illis lux: Angelus enim Domini erat cum illis, custodiens illos.

XXIII.

(q) *Intra bimatum*, Macrob. (r) Ex Luc. II. 7. Alii bubus addunt asinos ex Jes. I. 3. Sic jam olim Nyssenus, Nazianzenus, Hieronymus, ut nugas à recentiore ætate adjectas præteream. (s) Qui nondum bimulus, cum Herodes infantes interficeret. Meminit Johannis ab Herode quæsiti & Elisabethæ fugientis Petrus quoque Alexandrinus can. 13. de pœnitentia. (t) Votum quale Apoc VI. 16. (u) Meminit hujus rei è nostro etiam Eustathius Antioch. Similiter fere de Esaia Propheta fabulantes Postellus h. l. inducit Rabbinos, quod cum Rex impius eum ad supplicium quæreret blasphema dicere visum, qui Deum se à facie ad faciem vidisse affirmaverat, rogavit Esaias Dominum, ut illi proxima aperiretur

Digitized by Google

XXIII. ὁ δὲ Ηρώδης ζητήσας τὸν Ιωάννην, ἀπέστειλεν ὑπηρέτας πρὸς Ζαχαρίαν ὄντα ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ εἶπεν αὐτῷ: ποῦ ἀπέκρυψας τὸν υἱόν σου; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς: ἐγὼ λειτουργὸς ὑπάρχω τῷ θεῷ, καὶ προσεδρεύω τῷ θυσιαστηρίῳ, καὶ πόθεν γινώσκω, ποῦ ἐστιν ὁ υἱός μου; πορευθέντες δὲ ὑπηρέται ἀπήγγειλαν τῷ Ηρώδῃ πάντα. ὀργισθεὶς δὲ ὁ Ηρώδης εἶπε, μὴ ὁ υἱὸς αὐτοῦ μέλλει βασιλεύειν ἐν τῷ Ισραήλ; καὶ πέμψας τοὺς ὑπηρέτας αὐτοῦ πρὸς Ζαχαρίαν εἶπε: Εἰπὲ ἡμῖν τὸ ἀληθὲς, ποῦ ἐστιν ὁ υἱός σου; οἶδας γὰρ, ὅτι τὸ αἷμά σου ὑπὸ τὴν χεῖρά μου ἐστίν. Οἱ δὲ ὑπηρέται ἀπελθόντες ἀπήγγειλαν αὐτῷ ταῦτα πάντα. καὶ

XXIII. Herodes autem quærebat Joannem. Et misit ministros ad Zachariam [Patrem ejus] *adsistentem altari*, dicens: Ubi abscondisti filium tuum? Ipse autem respondit, dicens: Ego sum sacerdos ministrans *Deo*, & adsisto templo Domini, non novi (u) ubi est filius meus. Et abiere ministri, & renunciârunt ista *omnia* Herodi. Et iratus dixit: Filius ejus (x) est regnaturus super Israël. Et misit [rursus] ad Zachariam dicens: Dic verum *nobis*, ubi est filius tuus? An nescis, quod sanguis tuus sub manu mea est? Et ivere ministri, & denunciârunt talia ipsi Zachariæ. Di-

εἶπεν

cedrus, in qua delitesceret. Non amplius igitur comparent te Propheta Regem jussisse medium cedri truncum secari, atque sic una delitescentem Esaiam simul fuisse serra dissectum. Æque mirificam de Manasse fabulam præter Eutychium narrat Svidas. (u) Gr. *& unde sciam, ubi sit filius meus.* (x) Gr.

Digitized by Google

εἶπεν αὐτοῖς ὁ Ζαχαρίας· μάρτυς εἰμὶ τῷ θεῷ, καὶ ἐὰν χέηται μου τὸ αἷμα, τὸ πνεῦμά μου ὁ θεὸς λήψεται. Πλὴν ὅτι αἷμα ἐκχεῖτε ἀθῶον. Παρὰ τὰ πρόθυρα τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ περὶ τὸ διάφραγμα ἐφονεύθη Ζαχαρίας. Οἱ δὲ υἱοὶ Ισραὴλ οὐκ ἔγνωσαν πότε ἐφονεύθη.

xit autem: Testis est Deus (y), quod nescio, ubi est filius meus. Tu, si vis, funde sanguinem meum: Spiritum enim Deus recipiet, quia sanguinem innocentem fundis. In templi *Dei & altaris* vestibulis (z) circa interseptum Zacharias est occisus. *Nec sciebant filii Israël quando occisus esset.*

XXIV.

num filius ejus regnaturus est in Israël? (y) Gr. *testis Dei sum, quod si sanguinem meum effunditis, Spiritum meum Deus recipiet.* Quia in nostro est χέητε, fortassis apud Eustathium Antioch. ubi hunc locum describit, pro ἔχε μου τὸ αἷμα, legendum χέε. (z) Vide Grotium ad Matthæi XXIII. 35. quem locum de Zacharia Johannis parente multi veterum acceperunt, ut Origenes, Petrus Alexandrinus, Basilius, Nyssenus, Theophylactus, & alii: primo quod sciam traditionem illam tanquam ex Apocryphorum somniis petitam improbante Hieronymo. Ratio occisi Zachariæ, quod filium Johannem Herodi prodere noluerit, eadem adducitur quoque à Petro Alexandrino can. 13. serm. de pœnit. ut Eustathium Antiochenum omittam. Sed & in libro de vitis Prophetarum quis. Epiphanio adscribitur legas ab Herode occisum fuisse Zachariam. Alii, idemque Eustathius narrant interemtum a Judæis, aliasque necis ejus causas proferunt, quod *Mariam* jam Matrem in templo adhuc inter virgines nutrii voluerit, vel quod Salvatoris prædicaverit adventum Gnosticorum commentum ex Epiphanio attuli supra p. 2. sed profecto verisimilius est à Christo intelligi Zachariam, de quo 2. Pa-

Digitized by Google

XXIV. Ἀλλὰ τῇ ὥρᾳ τῆς ἀσπασμοῦ ἦλθον οἱ ἱερεῖς, καὶ οὐκ ἀπήντησεν αὐτοῖς Ζαχαρίας κατὰ τὸ ἔθος, ὡς εὐλογῶν αὐτούς. Καὶ ἔστησαν οἱ ἱερεῖς προσδοκῶντες τὸν Ζαχαρίαν, τοῦ ἀσπάσασθαι αὐτόν. χρονίζοντος δὲ αὐτοῦ ὀλιμήσας εἷς ἐξ αὐτῶν εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἅγιασμα τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ εἶδε τὸ αἷμα κείμενον καὶ πεπηγός. Καὶ ἰδοὺ φωνὴ λέγουσα: Ζαχαρίας πεφόνευται, καὶ οὐκ ἐξηλείφθησεται τὸ αἷμα αὐτοῦ, ἕως ἂν ἔλθῃ ὁ ἐκδικῶν. Ὁ δὲ ἀκούσας τοῦ λόγου ἐφοβήθη, καὶ ἐξελθὼν ἀνήγγειλε τοῖς ἱε-

XXIV. Et abierunt Sacerdotes ad horam salutationis, (a) & secundum consvetudinem non obviavit illis Zachariæ benedictio. Et fesstârunt (b) sacerdotes salutare illum, & benedicere Altissimo. Tardante autem illo [timebant intrare.] Unus [autem] eorum audens intravit, *in sanctum ubi erat altare, & vidit sanguinem concretum. Et ecce vox edicens: Zacharias occisus est; neque sanguis ejus abolebitur, donec venerit ultor. Quo audito timuit, & egressus* renunciavit (c) sacerdotibus

ralip. XXIV. Cujus veteris facinoris memoria recentanda adhuc erat post Christi effatum, occiso itidem in templo à Judæis paulo ante obsidionem & excidium Hierosolymorum alio Zacharia, quem υἱὸν Βαρὲχ vocat Josephus lib. 4. de Bello Jud. cap. 19. (edit. latin. lib. 5. cap. 1.) In Evangelio Matthæi Hebraico, quo usi sunt Nazareni, pro filio Barachiæ filium Joiadæ reperisse se scriptum testatur Hieron. Lucæ XI. 51. simpliciter vocatur Zacharias. (a) Tempore, quo solebant singulis diebus comparere sacerdotes reliqui coram summo sacerdote, quem Zachariam fuisse autor fingit. (b) Gr. *Stabant exspectantes*, sive *exspectabant*. (c) Gr. *renuncia-*

Digitized by Google

ρεῦσιν, ἃ εἶδε καὶ ἤκουσε. Καὶ εἰσῆλθον καὶ εἶδον τὸ γεγονός. Τότε φαλνώματα τῆς ναοῦ ὠλόλυξαν, αὐλαὶ δὲ περιεσχίσανλο ἀπὸ ἄνωθεν ἕως κάτω. Καὶ τὸ σῶμα αὐλῆς οὐχ εὗρον, ἀλλὰ τὸ αἷμα αὐλῆς μόνον, καὶ γενόμενον ὡσεὶ λίθος. Καὶ ἀπελθόνλες ἀπήγγειλαν τῷ λαῷ, ὅτι ζαχαρίας πεφόνευται. Καὶ ἤκουσαν πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς Ισραὴλ, καὶ ἐπένθησαν αὐλὸν, καὶ ἔκοψαν αὐλὸν τρεῖς ἡμέρας. Καὶ ἐβουλεύσανλο οἱ ἱερεῖς, τίνα ἀναστήσουσιν εἰς τὸν τόπον

[quia Zacharias est occisus. Et audientes audentesque] ingressi sunt, & viderunt factum, & laquearia templi ululantia, & ipsa erant fissa à summo (d) usque deorsum. Corpus autem ejus non est inventum, sed sanguis ejus in templi vestibulis factus erat instar lapidis. (e) Et tremefacti exierunt, & annunciavere populo, quod Zacharias esset occisus. Et audierunt *omnes* tribus populi, & luxerunt ipsum, & planxe-

αὐτῆς

runt sacerdotibus quæ vidissent, & audiissent. Et ingressi rem viderunt. (d) Ut de aulæo templi legitur Matth. XXVII. 51. (e) Vestigiorum sanguinis Zachariæ perennium in saxis relictorum meminit & Tertull. Scorpiaco adversus Gnosticos c. 8. & Athanasius, sive quisquis autor Homiliæ in Patres & Patriarchas T. 2. p. 697. Hieron. in Matth. XXIII. 35. *simpliciores fratres inter ruinas templi & altaris sive in portarum exitibus, quæ silvam ducunt, rubra saxa monstrantes Zachariæ sanguine putant esse polluta. Non condemnamus errorem, qui de odio Judæorum & fidei pietate descendit.* Sed & Judæos ipsos notat Postellus in Talmude tractatu Gittim affirmare Zachariæ sanguinem (priscum autem illum filium Jojadæ intelligunt) qui in ipsâ occasione

Digitized by Google

αὐτῷ. Καὶ ἔβαλε Συμεὼν καὶ οἱ ἱερεῖς κλῆρος αὐτῶν· ἀνέβη ὁ κλῆρος ἐπὶ Συμεών. καὶ γὰρ ἦν χρηματισθεὶς ὑπὸ τοῦ ἁγίου πνεύματος, μὴ

runt tres dies (f) & [tres noctes. Post tres autem dies] concilium fecere sacerdotes, quem pro illo substituerent. Et venit sors

ad instar lapidis sublato divinitus corpore obdurverit, vehementer incitari, fervere & bullire cœpisse cum Titus caperet Hierosolymam: auditamque vocem manium Zachariæ clamantium: Litate milites, litate Zachariæ manibus perfidia populi principumque innocenter interemti, litate inquam, & sanguinem meum sanguine illorum compescite; litate, donec ipse vobis dicam, sufficit, & meum sanguinem quiescentem videritis. Hinc factum esse ut quicquid sacerdotalis, principalis, judiciariique generis & optimatum Hierosolymis esset, jugulatum fuerit super illum sanguinem, nec prius desierit bullire, quam dixerit Imperator, neminem superesse Optimatum, sed solum populum, ac tunc demum sanguinem cessasse. His addegemina in tractatu Sanhedrin Excerpt. Gemaræ cap. XI. num. 24. edit. Cocceji, & quæ è tractatu Taanith tum ex Judæorum Midraschim affert Lightfootus Hor. Talmud. ad Matthæum & Lucam, & quod vetus scriptor Itinerarii à Burdegalia Hierosolymam usque, fabulatur, suâ adhuc ætate in templo præter vestigia cruoris per totam aream exstitisse vestigia clavorum, quibus instructi calcei militum, qui Zachariam occiderunt. (f) Eustathius Antioch. καὶ τρεῖς νυχθήμερα ἐπ' αὐτῷ θρῆνον ἐποίησαν. Maimonides de luctu cap. XIII. §. 1c. *Non deflent mortuum ultra triduum, neque plangunt ultra septiduum.* Addit tamen hoc accipiendum de vulgo. Nam viros eximios pro ratione sapientiæ suæ diutius defleri usque ad diem tricesimum, ut Moses Deuter. XXI. 13. plangi per menses duodecim. Vide Geierum τὸν μακαρίτην cap. 2. libelli de Luctu Hebræo-

Digitized by Google

(g) super Symeon (h). Ille enim oracolo fuerat certificatus à Spiritu Sancto (i), quod non videret mortem, nisi videret Christum in carne.

ἰδεῖν θάνατον, ἕως ἂν ἴδῃ τὸν χριστὸν Κυρίου ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα.

XXV.

rum. (g) Sortis usus apud Judæos tam in cooptandis novis synedrii membris, de quo Seldenus lib. 2. c. 4. de synedr. p. 101. sq. quam distribuendis partibus ministerii & ἐφημερίαις inter sacerdotes, de quo interpretes ad Luc. I. 9. tum denique in sacerdotibus ipsis legendis & Pontifice summo, ut observat Martinus Mautitius libro de Sortitione Veterum Hebr. c. 24. Inde mos transiit ad Christianos, ut ostendi in observationibus sacris ad Act. I. 26. & in libro de ritibus Judaicis N. T. pluribus hoc se demonstraturum olim receperat eruditissimus Gaulminus ad Hist. de morte Mosis p. 305. (h) Commentitio Pontifici Zachariæ alium non minus fictitium auror succedere jubet Simeonem, quanquam hic Sacerdos fuisse dicitur etiam Pseudo Cyrillo Hierosol. oratione de occursu Domini, pseudo-Epiphanio de vitis Prophetarum cap. 24. Athanasio sive quisquis autor libri de communi essentia Patris filii & Spiritus S. T. I. Opp. p. 230. ut alios omittam laudatos Allatio lib. de Simeonibus p 3. Rectius fortasis alii cum Photio quæst. ad Amphilochium c. 156. sacerdotem haud fuisse sed sacerdotem virtutibus plurimum excelluisse affirmant. Οὐκ ἦν ἱερεὺς ὁ Συμεὼν, τῶν δὲ ἱερέων ταῖς ἀρεταῖς πολλὰ προσῆκεν. Neque enim tacuisset hoc Lucas, ubi ejus texit elogium, nisi confictum Simeonis Sacerdotium esset, perinde ut quod Eutychius Simeonem hunc LXX. annumerat interpretibus, & confundit cum Simeone Justo, de quo Josephus XII. 2. Antiqv. & trecentos quinquaginta annos vixisse fabulatur. Neque assis sunt, quæ hic ex Talmude affert Postellus sive Neander, Simeonem desiisse populo benedicere, per nomen Jehova, quia homo, quem comitem in templo assiduè habuisset, albis semper inductum, pullatus aliquando sibi apparens monuisset instare finem, mortemque Synagogæ, ac rei sacræ Judaicæ. (i) Luc. II. 26.

Digitized by Google

XXV. Ἐγὼ δὲ Ἰάκωβος ἔγραψα τὴν ἱστορίαν ταύτην ἐν Ἱεροσολύμοις. Γενομένης δὲ θορύβης συνέστειλα ἐγὼ ἐμαυτὸν ἐν τόπῳ ἐρήμῳ ἕως οὗ ἐξελεύσησεν Ἡρῴδης. Καὶ καταπαύθη ὁ θόρυβος ἐν Ἱεροσολύμοις. Τότε λοιπὸν ἤμην δοξάζων τὸν Θεὸν, τὸν δόντα μοι τοιαύτην σοφίαν, τοῦ γράψαι ἡμῖν τοῖς πνευματικοῖς, καὶ ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, Ἀμήν.

XXV. Ego autem Jacobus (k) qui & historiam scripsi, tumultu facto in Jerusalem, quem quidem suscitavit Herodes, (l) subduxi me ipsum in desertum, quousque (m) sedatus est tumultus in Jerusalem. Glorifico autem Deum, qui dedit mihi hoc munus, ut scriberem historiam hanc. Sit autem gratia cum his, qui timent Dominum [nostrum Jesum Christum] cui gloria (n) & fortitudo [cum æterno Patre, & bono vivificoque Spiritu Sancto, nunc & semper, &] in secula seculorum, Amen.

(k) Autor vult videri Jacobus minor, Servatoris nostri frater, cujus mentio adhuc Act. XII. 17. XV. 13. XXI. 18. (l) Respicit persecutionem ab Herode Agrippa Herodis Magni nepote excitatam, anno Claudii Imp. IV. æræ vulgaris Christianæ XLIV. qua sublatus Jacobus major, Johannis frater, Act. XII. 1. 2. (m) Gr. *Ego Jacobus scripsi hanc historiam Hierosolymis: Factoque tumultu subduxi me in locum desertum, donec obiit Herodes, & tumultus Hierosolymis sedatus est. Inde celebro Deum, qui tantum mihi sapientiæ dedit, quo scriberem hæc ad vos spirituales ac timentes Deum.* Spirituales dixit eo sensu quo 1. Cor. III. 1. (n) In Græco Doxologia longe paucioribus verbis concepta est sic: *timentes Deum, cui gloria & robur in secula seculorum Amen.*

Digitized by Google

Ne Pagina hæc vacaret, placuit narrationem geminam ejus quæ fuit supra p. 122. adscribere ex Æliani Var. Histor. Lib. III. C. 42.

Ἐν Συβάρει κιθαρῳδὸς ἄδον]ος κ. τ. λ. Cum Sybare citharœdus caneret in certamine quod in honorem Iunonis erat institutum, inter Sybaritas propter eum est orta contentio. Cumque mutuo ad arma venirent, citharœdus cum ipsa stola confugit ad aram Junonis. Atilli ne in isto loco quidem manus â citharœdo abstinuerunt. Paulo vero post sangvis videbatur in Junonis templo scaturire, non secus quam ex perenni fonte. Sybaritæ cum Oraculum Delphicum consultum misissent, tale responsum acceperunt:

Cede meis adytis, manibus namque undique multis
Destillans sangvis saxo te liminis arcet:
Non tibi fata canam: stravisti quippe ministrum
Musarum, ipsius casum Junonis ad aras
Vindictam minime veritus vitansque Deorum
At meritis male non longa est dilatio pœna
Nec venia spes est, non, si ipso sint Jove nati
Sed capiti ipsorum incumbet capitique nepotum
Et generi eveniet post cladem mox nova clades.



Evan-

Digitized by Google

Evangelium INFANTIÆ CHRISTI,

Adſcriptum

THOMÆ

Apoſtolo:

Græce, cum verſione

JOH. BAPTISTÆ COTELERII.

Liber ejusdem Argumenti,

Ex Arabico translatus, ab

HENRICO SIKE, Bremenſi.

Digitized by Google

TESTIMONIA ET CENSURÆ

De Evangelio THOMÆ, & libro de Infantia Salvatoris sub Thomæ nomine edito, qui varius fertur etiam sub aliis nominibus *SS. Matthæi* vel *Petri* vel *Jacobi*.

S. Irenæus (a) adversus Hæreses lib. I. Cap. XVII.

Πρὸς δὲ τούτοις ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν ἃς αὐτοὶ (οἱ Μαρκόσιοι) ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων καὶ τῶν τῆς ἀληθείας μὴ ἐπισταμένων γράμματα. Προσπαραλαμβάνουσι δὲ εἰς τοῦτο κἀκεῖνο τὸ ῥαδιούργημα, ὡς τοῦ Κυρίου παιδὸς ὄντος καὶ γράμματα μανθάνοντος, καὶ τοῦ διδασκά-

Super hæc autem innarrabilem multitudinem Apocryphorum & perperarum scripturarum quas ipsi (Marcosii) finxerunt, adferunt ad stuporem insensatorum, & quæ sunt veritatis literas non scientium. Assumunt autem in hoc & illam falsationem, quasi Dominus cum puer esset & disceret literas, cum dixisset Magister ejus, λγ

(a) Græca Irenæi verba servavit Epiphanius hæres. XXXIV.

Digitized by Google

λγ αὐτῷ φήσαν]ϛ καθὼς ἔθ]ϛ ἐστὶν, εἰπὲ ἄλφα, ἀποκρίναθαι τὸ ἄλφα. Πάλιν γε τὸ βῆτα τοῦ διδασκάλου κελεύσαν]ϛ εἰπεῖν, ἀποκρίναθαι τὸν Κύριον· σύ μοι πρότερον εἰπὲ τί ἐστι τὸ ἄλφα, καὶ τότε σοι ἐρῶ τί ἐστι τὸ βῆτα. Καὶ τοῦτο ἐξηγοῦνται, ὡς αὐτοῦ μόνου τὸ ἄγνωστον ἐπισταμένου, ὃ ἐφανέρωσεν ἐν τῷ τύπῳ τοῦ ἄλφα.

(b) *quemadmodum in consuetudine est, dic A, respondit A. Rursum cum Magister jussisset dicere eum B, respondisse Dominum: tu prior dic mihi quid est A, tunc ego dicam tibi quid est B. Et hoc exponunt, quasi ipse solus incognitum scierit quod manifestavit in typum A.*

S. Epiphanius hæresi LI. Alogorum, num. 20.

Τοῦτο πρῶτον σημεῖον (c) πεποίηκε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ τοῦ κηρύγμα]ϛ ἐν Κανᾷ τῆς Γαλιλαίας.

Primum illud in Cana Galilææ miraculum fecit, tertiâ quam prædicare cœperat die. Non enim

N Οὔτε

Marcasior. c. 18. (b) Zachæus vocatur in Evangelio Infantiæ Græco num. 6. & in Altero num. 38. (c) Joh. II. 11. ad quem locum Johannes Chrysostomus hom. 22. p. 143. certum esse contendit ante baptisma nullum à Christo miraculum factum esse. Et hom. 20. in Joh p. 132. hoc argumento utitur, quod non potuisset tamdiu in obscuro latere, si puer miracula edidisset. ὁ τοίνυν ἐν βραχεῖ καιρῷ οὕτω διὰ τοῦ πλήθους τῶν θαυμάτων ἐκλάμψας, ὥστε αὐτοῦ τὸ ὄνομα κατάδηλον γενέσθαι πᾶσι, πολλῷ μᾶλλον εἰ παῖς ὢν ἐκ πρώτης ἡλικίας ἐθαυματούργει ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον οὐκ ἔμελλε λήσεσθαι. Τάτε γὰρ γινόμενα παραδοξότερα ἂν

Digitized by Google

Οὔτε γὰρ πρὸ τῦ πειρασμῦ ἐν γάμῳ φάσκει τὸν χριστὸν ἠκέναι. ἀγαθὸν ὅλως τι τῶν θεοσημείων καὶ τῦ κηρύγματος πρὸ τῦ πειρασμῦ ὁ χριστὸς εἰργάσατο, εἰ μή τι ἃ ἄδεται περὶ αὐτῦ ἐν παιδὶ πεποιηκέναι ὡς ἐν παιγνίῳ, ὡς τινὲς φάσκουσι. Καὶ ἔδει τῷ μὲν ὄντι καὶ παιδαριακὰ αὐτὸν ἔχειν. ἵνα μὴ πρόφασις γένηται ταῖς ἄλλαις αἱρέσεσι ταῖς λεγούσαις ὅτι ἀπὸ τῦ Ἰορδάνυ ἦλθε χριστὸς εἰς αὐτὸν ὅπερ ἐστὶν ἡ περιστερά.

ante tentationem Christus nuptiis interfuisse dicitur, nec ullum omnino prodigium ante illud tempus edidit, nisi quæ forsan ludicra fecisse in pueritia dicitur, quod à nonnullis affirmari vidéo. Atqui nonnulla in puerili quoq; *ætate miranda habere illum oportuit, ne qua hæresibus aliis occasio daretur, qua Christum ad Jordanem Fluvium demum in Jesum descendisse columbæ specie prædicant.*

Ori-

ἔδοξεν εἶναι ἄλλα παρὰ μικρὰ γινόμενα. Ὁ, τε χρόνος διπλασίων καὶ τριπλασίων καὶ πολλῷ πλείων ἦν ἄν. Ἀλλὰ γὰρ ἡδὲν ἐποίησε παῖς ὤν. Addit ibidem aliud argumentum, quod si puer miracula patrasset, homines fuissent putaturi φαντασίαν sive præstigias se videre. Et homil. 16. p. 107. concludit manifestum esse ὅτι καὶ τὰ σημεῖα ἐκεῖνα ἃ παιδικὰ εἶναι φασὶν τῦ χριστῦ, ψευδῆ καὶ πλάσματά τινων ἐπεισαγόντων ἐστίν. Theophylactus p. 599. in Joh. II. παῖς γὰρ ὢν μηδὲν ἐθαυματούργησεν, ἦ γὰρ ἂν ἐπίσημος πᾶσιν ἦν. His adde quod Anastasius Sinaita in Hodego c. 13. p. 260. allatis verbis Melitonis Sardensis de miraculis Christi post baptismum, adjungit τὰ λεγόμενα παιδικὰ θαύματα τῦ χριστῦ, ψευδῆ εἶναι καὶ ἀπόβλητα. *Quale est quod

Digitized by Google

Origenes (d) Homilia 1. in Lucam, ex veteri versione:

Ecclesia quatuor habet Evangelia, hæreses plurima, ê quibus quoddam scribitur secundum Ægyptios, aliud juxta duodecim Apostolos. Ausus fuit & Basilides scribere Evangelium, & suo illud nomine titulare - Scio Evangelium quod appellatur secundum THOMAM, *& juxta Matthiam, & alia plurima legimus, ne quid ignorare videremur, propter eos qui se putant aliquid scire, si ista cognoverint.* Eadem habet Ambrosius in limine commentariorum in Lucæ Evangelium, & Hieronymus præfat. in Matthæum, quorum uterque Evangelii Thomæ mentionem facit.

ex Lucæ II. 47. mox adducit Epiphanius. Unde intelligis à Petavii versione recte me hoc loco discessisse. Notat autem Epiphanius hæresia Cerinthianorum de qua Irenæus lib. 1. c. 25.

(d) In Prologo præmisso Scholiis MSS. Græcis ad Lucam hæc tanquam ex Origenis commentariis petita legi testatur Rich. Simon lib. 3. Hist Crit. N. T. pag. 82. & 430. Ματθαῖος γὰρ οὐκ ἐπεχείρησεν ἀλλ' ἔγραψεν ἐξ ἁγίου πνεύματος κινούμενος. Οὕτως καὶ Μάρκος καὶ Ἰωάννης, παραπλήσιον δὲ καὶ Λουκᾶς. Τὸ μέντοι ἐπιγεγραμμένον τῶν δώδεκα Εὐαγγέλιον οὐ συγγράψαντες ἐπεχείρησαν. Φέρεται δὲ καὶ τὸ κατὰ ΘΩΜΑΝ Εὐαγγέλιον. Ἤδη δέ τόλμησε καὶ Βασιλείδης γράψαι κατὰ Βασιλείδην Εὐαγγέλιον. Πολλοὶ μὲν οὖν ἐπεχείρησαν καὶ τὸ κατὰ Ματθίαν, καὶ ἄλλα πλείονα. Τὰ δὲ τέσσαρα μόνα προκρίνει ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία.

Digitized by Google

Eusebius Cæsariensis lib. III. Hist. Eccles. cap. XXV. post recensitos libros Canonicos dubiosque N. T. ait se hoc fecisse,

Ἵν' εἰδέναι ἔχοιμεν αὐτὰς γε ταύτας καὶ τὰς ὀνόματι τῶν Ἀποστόλων πρὸς τῶν Αἱρετικῶν προφερομένας, ἤτοι ὡς Πέτρου καὶ ΘΩΜΑ καὶ Ματθία, ἢ καί τινων παρὰ τούτους ἄλλων Εὐαγγέλια περιεχούσας, ἢ ὡς Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου καὶ τῶν ἄλλων Ἀποστόλων πράξεις, ὧν οὐδεὶς ὑδαμῶς ἐν συγγράμματι τῶν κατὰ διαδοχὰς Ἐκκλησιαστικῶν τις ἀνὴρ εἰς μνήμην ἀγαγεῖν ἠξίωσεν. Πόρρω δέ που καὶ ὁ τῆς φράσεως παρὰ τὸ ἦθος τὸ Ἀποστολικὸν ἐναλλάττει χαρακτήρ. Ἥτε γνώμη ἢ τῶν ἐν αὐτοῖς φερο-

Ut hoc modo tum hos ipsos libros facilius dignoscere possimus, tum alios sub Apostolorum nomine ab hæreticis evulgatos, qui Petri, THOMÆ, Matthiæ & quorundam aliorum Evangelia, Andreæ quoque, Johannis aliorumque Apostolorum Actus continent: Quos quidem libros nullus unquam qui continuatâ ab Apostolis successione in Ecclesia docuit, in scriptis suis commemorare dignatus est. (e) *Sed & ipsum dicendi genus longe ab Apostolica simplicitate discrepat. Sensus quoque ipse & quæ ibidem*

μένων

(e) Memorarunt quidem unus itemque alter, sed ita ut rejicerent. Neque quisquam veterum Ecclesiæ doctorum usus est illorum librorum testimonis tanquam fide dignis ac divinis, uti interdum laudant Epistolam Barnabæ, Hermam & similes. Sic. lib. III. cap. 3. Idem Eusebius cum similis commatis scripta enumerasset, addit ὅτι παῖς ἀρχαίων, μηδὲ

μένων προαίρεσις, πλεῖσον ὅσον τῆς ἀληθοῦς ὀρθοδοξίας ἀπάδουσα, ὅτι δὴ αἱρετικῶν ἀνδρῶν ἀναπλάσματα τυγχάνει, σαφῶς παρίστησιν. Ὅθεν οὐδ' ἐν νόθοις αὐτὰ καταταχτέον, ἀλλ' ὡς ἄτοπα πάντη καὶ δυσσεβῆ παραιτητέον.

traditur fides, cum à vera & Catholica doctrinâ plurimum quantum aberret, hæc Hæreticorum nominum figmenta esse manifeste coarguit. Quocirca ne quidem inter spurios collocandi sunt hi libri, sed tanquam absurdi & impii prorsus repudiandi.

S. Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi IV. p. 38.

Ἔγραψαν καὶ Μανιχαῖοι κατὰ ΘΩΜΑΝ Εὐαγγέλιον, ὅπερ ὥσπερ εὐωδία τῆς ἐυαγγελικῆς προσωνυμίας διαφθείρει τὰς ψυχὰς τῶν ἁπλουστέρων.

Scripserunt & Manichæi Evangelium secundum THOMAM, quod Evangelico nomine coloratum animas simplicium corrumpit.

Idem S. Cyrillus Catechesi VI. p. 61.

Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ καθ' ΘΩΜΑΝ Εὐαγγέλιον, οὐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν κακῶν τριῶν (f) τῶν Μάνη μαθητῶν.

Nemo legat Evangelium secundum THOMAM, non enim est unius ex duodecim Apostolis, sed unius ex pessimis tribus Manetis discipulis.

S. Atha-

τῶν καθ' ἡμᾶς τις Ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς τῶν ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. (f) Aut aliud fuit Evangelium quod à Manichæis & singillatim à Tho-

Digitized by Google

S. Athanasius sive quisquis autor appendicis ad Synopsin Scripturæ Athanasio adscriptam T. 2. p. 202. edit. Benedictin.

Τῆς Νέας διαθήκης ἀνθιλεγόμενα ταῦτα· περίοδοι Πέτρου, περίοδοι Ἰωάννου, περίοδοι Θωμᾶ, Εὐαγγέλιον κατὰ ΘΩΜΑ, διδαχὴ Ἀποστόλων, Κλημέντια. Ἐξ ὧν μεταφράσθησαν ἐκλεγέντα τὰ ἀληθέστερα καὶ θεόπνευστα ταῦτα τὰ ἀναγινωσκόμενα. Ταῦτα πάντα ἐξετέθησαν μὲν ὅσον πρὸς ἴδησιν· παραγεγραμμένα δέ ἐισι πάντως καὶ νόθα καὶ ἀπόκρυφα.

Novi Testamenti quibus contradicitur libri hi sunt. Circuitus Petri, Circuitus Johannis, circuitus Thomæ, Evangelium THOMÆ, Doctrina Apostolorum, Clementina. Ex quibus veriora & à Deo inspirata versa & electa sunt & ea sunt qua leguntur. Quanquam omnes hosce titulos expositos vides tantum cognitionis gratia, falso enim inscripti sunt, spurii ac

ma Manetis discipulo scriptum affirmat Cyrillus, ab eo quod Origenes memorat, & à libro infantiæ quem legisse se innuit Irenæus; aut potius cum Gelasio dicendum, Thomæ Evangelio tantum usos Manichæos fuisse, licet autores habuerit non Manetis discipulos, verum hæreticos antiquiores. Sed & à libro infantiæ Gelasius & Timotheus Presbyter Evangelium Thomæ distinguit. Tres illi Manetis discipuli fuere Thomas, Buddas, Hermas. In Petri Siculi historia Manichæorum p 30 ubi hæc ipsa verba Cyrilli de Thomæ Evangelio repetuntur & apud Photium MS. lib. 1. contra Manichæos non trium mentio fit sed duodecim. Vide infra Petri Siculi verba à me adducta.

Digitized by Google

ἐκπόβλητα, καὶ ἀδόκιμα τῶν, Ἀποκρύφων μᾶλλον ἔγκριτον ἢ ἐπωφελές, ἐξαιρέτως τῆς ἁγίας διαθήκης, ἀλλὰ πάντα δίχα τῶν ἀνωτέρω διαληφθέντων καὶ ἐγκριθέντων παρὰ τοῖς παλαιοῖς σοφοῖς καὶ πατράσιν, ἀποκρυφῆς μᾶλλον ἢ ἀναγνώσεως ὡς ἀληθῶς ἄξια, τάτε ἄλλα καὶ αὐτὰ τὰ καλούμενα ἐν αὐτοῖς Εὐαγγέλια, ἐκτὸς τῶν παραδοθέντων ἡμῖν τεσσάρων τούτων.

rejiciendi. Et nullus istorum Apocryphorum Novi Testamenti approbatus aut utilis est, sed omnes ab illis qui supra digesti & à vetustis sapientibus ac patribus approbati sunt, diversi quiddam habent, digni qui abscondantur magis quàm qui legantur, tum alii, tum quicunque Evangeliorum nomine veniunt extra quatuor illa quæ tradita nobis sunt.

Innocentii I. testimonium habes supra p. 11.

Gelasius (a) in decreto de libris Apocryphis quod extat in Jure Canonico distinct. XV. can. 3.

Itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appel-

(a) Viri docti testantur in *MSS.* codicibus hoc decretum referri jam ad *Damasum*, jam ad Gelasium, jam ad Hormisdam *Papam*. Ex quo colligunt primum forte autorem ejus Damasum, interpolatores multos non Gelasium modo sed & Hormisdam aliosque recentiores. Vide Caveihist. literar. T. 1. & scriptores à me laudatos supra p. 65. Sententiam hanc mirifice confirmat magna, quæ in exemplaribus hujus decreti occurrit, varietas, præsertim si conferantur Isidorus, Ivo, Regino, Burchardus, Vincentius aliique qui illud descriptum in libros ac collectiones suas præter Gratianum transtuleruat. Operæ pretium autem mihi visum est, ne sæpius

Digitized by Google

latur S. Clementis, libri VIII. (b) *Apocryphum. Actus nomine Andreæ Apostoli, Apocryphi. Actus nomine Philippi Apostoli, Apocryphi. Actus nomine Petri* (c) *Apostoli, Apocryphi. Actus nomine Thomæ Apostoli, Apocryphi. Evangelium nomine* (d) *Thaddæi, apocryphum. Evangelium nomine THOMÆ Apostoli, quo utuntur Manichæi, Apocryphum. Evangelium nomine*

verba decreti repetenda essent, simul semelque illam partem ejus hoc loco exhibere, quæ Apocryphos Novi Testamenti libros spectat, notatis simul præcipuis variis lectionibus, quas in libris quotquot scribenti mihi ad manum exiterunt, observare potui. (b) Al. *novem*. Sed vera lectio quam expressit Jacobus Merlinus & quæ in editt. quibusdam ad oram libri annotatur, est *decem*. Intelliguntur enim libri decem qui ex Rufini versione latine extant sub nomine recognitionum Clementis, & recusæ sunt in Patribus Apostolicis I. B. Cotelerii cum ejusdem viri doctissimi notis, sine his nuper admodum Germanica quoque lingva vulgatæ cum præfatione. Gotfridi Arnoldi, in 8. (c) In prima editione Conciliorum quam curavit Jacobus Merlinus omittuntur Actus Petri, forte quia videntur non diversi fuisse ab Itinerario Petri paulo ante proscripto. In reliqvorum Actuum memoratione nullam aliam observavi varietatem quam ordinis, eamque utpote nullius hoc loco momenti merito prætermittendam duxi. (d) Quidam codices ut Jurentis, quo usus Chifletius, pro *Thaddæi* legunt *Matthiæ*. Sic & Vincentius Bellovacensis. At in ἐκδόσει Regia Conciliorum & aliis quibusdam decreti editionibus utrumque conjungitur *Thaddæi* & *Matthiæ*. Intelligetur itaque Thaddæus Matth. X. 3 qui Luc. VI. 16. vocatur Iudas Jacobi. Qui vero Judæ hujus Evangelium memoret è veteribus, nemo mihi occurrit, licet Judæ Evangelium jactaverint olim Cajani teste Irenæo lib. I. c. 35. Epiphanio hæresi XXXVIII. 1. Theodorito hæret. fab. lib. I. cap. 15. Verum non ad Judam Jacobi sed ad Judam Ischariotem hoc referebant, quem ajebant solum præ cæteris cognovisse verita-

Digitized by Google

mine Barnabæ Apocryphum (e) *Evangelium nomine Bartholomæi Apostoli Apocryphum, Evangelium nomine Andreæ Apostoli Apocryphum. Evangelia quæ falsavit Lucianus, Apocrypha. Evangelia quæ falsavit Hesychius* (f) *Apocrypha. Liber DE* (g) *INFANTIA SALVATORIS, Apocryphus. Liber de Nativitate Salvatoris & de S. Maria & de obstetrice Salvatoris, Apocryphus. Liber qui appellatur Pastoris, Apocryphus. Libri omnes quos fecit Lenticius* (h) *discipulus diaboli, Apocryphi. - - Liber qui appellatur*

O

rem & perfecisse proditionis mysterium, ut idem Irenæus testatur. Forte igitur non erraverit qui Thaddæi nomen pro Matthiæ apud Gelasium perperam intrusum affirmarit. (e) Hoc loco codex Jurensis inserit: *Evangelium*, sive ut semper legit in plurali, quod sit etiam in aliis editionibus: *Evangelia nomine Iacobi minoris Apocrypha*. Mentio Evangelii Jacobi etiam in decreto Gelasiano, in editione Conciliorum Merliniana aliisque, Regia quoque, & apud Vincentium Bellovacensem. In eodem codice Jurensi & apud Reginonem aliosque sequitur: *Evangelia nomine Petri Apostoli Apocrypha*. Quod deest in editione glossata & cæteris quibusdam quas inspexi juris Canonici editionibus. Perperam sane, nisi liber de Infantia Salvatoris idem est cum Evangelio Petri, quo de infra quædam notabo ad verba eruditissimi Theologi Abr. Hinkelmanni. (f) Varie hoc nomen scriptum (sive corruptum potius) reperi, *Hyrcius, Hyricius, Esitius, Ysicius*, cui proximum est *Hesychius*. Intelligitur autem Hesychius Ægyptius de cujus, uti Luciani quoque opera in sacros libros non falsandos sed emendandos impensa legendus Usserius Syntagm. de LXX. Interpretibus cap. 7. (g) In Conciliis Reg. Tomo X. ubi decretum Gelasianum habetur, hujus libri mentio est omissa. (h) Hoc nomen scribitur etiam *Lentium, Leontius, Lucius, Leucius, Leutichius, Seleucus*. Vide supra p. 15. 17. 41, 42. Photio Cod. 114. Λέντιος Χαρῖνος.

Digitized by Google

latur Actus Theclæ (i) *& Pauli Apostoli, Apocryphus. - - Revelatio quæ appellatur Thomæ Apostoli, Apocrypha. Revelatio quæ appellatur Pauli Apostoli, Apocrypha. Revelatio quæ appellatur Stephani, Apocrypha. Liber qui appellatur transitus S. Mariæ* (k) *Apocryphus. - - Liber qui appellatur sortes* (l) *Apostolorum, Apocryphus. Liber qui appellatur Iaus* (m) *Apostolorum, Apocryphus. Liber Canonum* (n) *Apostolorum Apocryphus - - Epistola JESU ad Agbarum Regem Apocrypha.*

Timotheus presbyter CPolitanus in Epistola, sive libello de iis qui ad Ecclesiam accedunt, edito à Joh. Meursio in Variis Divinis p. 117.

Οἱ δ' ἀπ' αὐτῆς θεσπιγεῖς Μανιχαῖοι καινοτομοῦσιν ἑαυτοῖς δαιμονιώδη βιβλία ἅπερ εἰσὶ τάδε· α'. Τὸ ζῶν Εὐαγγέλιον,

Hunc (Manetem) secuti impii Manichæi novos sibi fingunt libros à dæmone inspiratos, quales sunt (1) *Evangelium* β'.

dicitur hic impostor. (i) male in appendice Reginonis c. 55. *Actus Ecclesiæ* (k) de hoc libro dixi supra p. 45. & 60. Vide & Schelstratenum Antiquitatis illustratæ p. 372. seq. (l) Inter miscellanea posthuma Ecclesiastica Viri summi Petri Pithœi editus est libellus superstitiosus hac inscriptione: *Incipiunt sortes Apostolorum, quæ nunquam fallentur aut mentiuntur.* (m) In plerisque edit. reperio *liber Lusanæ*, sensu nullo, etsi nec alteram lectionem præstare ausim. (n) De Canonibus istis peculiariter agitur in decreto Gratiani dist. 16. neque tamen hoc loco propterea illorum mentio expungenda. Vide Antonium Augustinum de emendat. Gratiani p. 99. seq.

Digitized by Google

β. ὁ θησαυρὸς τῆς ζωῆς. γ. ἡ τῶν Ἐπιστολῶν ὁμιλία. δ. ἡ τῶν μυστηρίων. ε. ἡ ἑπταλόγιος Λόγιος. ϛ. ἡ τῶν εὐχῶν. ζ. ἡ τῶν κεφαλαίων. η. ἡ τῶν Γιγάντων πραγματεία. θ. τὸ καθ' ΘΩΜΑΝ Εὐαγγέλιον. ι. Τὸ καθ' Φίλιππον Εὐαγγέλιον. ια. Αἱ πράξεις Ἀνδρέου τοῦ Ἀποστόλου. ιβ. ἡ πεντεκαιδεκάτη πρὸς Λαοδικεῖς ἐπιστολή. τγ. ΤΑ ΠΑΙΔΙΚΑ ΛΕΓΟΜΕΝΑ ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ἃ συνέταξαν οἱ αὐτοὶ, θέλοντες δόκησιν ἀποφῆναι τὴν σάρκωσιν αὐτοῦ καὶ οὐκ ἐν ἀληθείᾳ. ὅτι δὲ ταῦτα ψευδῆ εἰσὶν, ἄκρως τῶν Ἀποστολικῶν. Ὁρᾶτε οὖν ἐπ' ὀνόματι ἡμῶν παρ' ἀσεβῶν κρατυνθέντα βιβλία, μὴ παραδέχεσθαι. Οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασι χρὴ ὑμᾶς προσέχειν τῶν Ἀποστόλων ἀλλὰ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων, καὶ γνώμῃ τῇ ἀδιαστρόφῳ. Οἴδαμεν γὰρ ὅτι οἱ περὶ Σίμωνα καὶ

vivum, (2) *Thesaurus vitæ*, (3) *farrago Epistolarum*, (4) *Mysteria*, (5) *Alogii Heptalogus*, (6) *preces* (7) *Capitulare* (8) *Tractatio de Gigantibus* (9) *Evangelium secundum THOMAM*, (10) *Evangelium secundum Philippum*, (11) *Acta Andreæ Apostoli*, (12) *Epistola* (*Pauli*) *quintadecima ad Laodicenses*. (13) *Narrationes DE INFANTIA SALVATORIS*, *quas iidem composuerunt*, *volentes Christum specietenus tantum*, *non vere incarnatum esse*. *Quod vero hæc falsa sunt*, *percipe ex Apostolicis* (*Constitutionibus lib.* c. 6. 16.) Cavete vobis, ne libros, qui ab impiis, nominis nostri inscriptione sunt firmati, recipiatis. Non enim attendere debetis nomina Apostolorum, sed naturam rerum & rectam indefle-

Digitized by Google

Κλεόβιον, ἰῶδη συνταξαντες βιβλία ἐπ' ὀνόματι Χριστῦ καὶ τῶν μαθητῶν αὐτῦ, περιφέρουσιν εἰς ἀπάτην ὑμῶν τῶν πεφιλημότων χριστὸν καὶ ἡμᾶς τὺς αὐτῦ δύλυς.

xamque sententiam. Scimus quippe Simonem & Cleobium venenatos libros nomine Christi ac discipulorum ejus composuisse atque circumferre ad decipiendos vos qui Christum nosque servos ejus dilexistis.

Petrus Siculus in Historia Manichæorum p. 30. edit. Raderi.

Μαθηταὶ δὲ τὺ τὺ Ἀντιχρίστυ Μάνεντος γεγόνασι δώδεκα. (a) Σιγίνιος ὁ τὺ διάδοχος καὶ ΘΩΜΑΣ ὁ τὸ κατ' αὐτὸν Μανιχαϊκὸν Εὐαγγέλιον συνταξας, Βαδδᾶς τε καὶ ἑρμᾶς. Ἀδαντος (b) καὶ Ἀδίμαντος, ὃν ἀπέστειλεν εἰς διάφορα κλίματα, κήρυκα τῆς πλάνης. Ἐξηγηταὶ δ' αὐτῷ καὶ ὑπομνηματισταὶ γεγόνασιν Ἱεραξ, καὶ Ἡρακλείδης καὶ Ἀφθόνιος. ὑπῆρχαν δ' αὐτῷ καὶ ἕτεροι μαθηταὶ τρεῖς,

Porro discipuli Manueti Anti-Christo fuere duodeni. Siginius qui Maneti successit, THOMAS qui Evangelium Manichæis novum condidit, Buddas, & Hermas, Adantus, & Adamantus, quem in diversas orbis partes erroris præconem amandavit. Manetis interpretes & explanatores extitere Hierax & Heraclides, atque Aphthonius. Adjuncti his & alii terni hujus sectatores, Agapius qui

Ἀγά-

(a) Apud Epiphan. LXVI. 5. pro κβ legendum ιβ'.
(b) Photio Ἀδάμαντος, qui Buddam quoque ait ab aliis dictum Addam.

Digitized by Google

Ἀγάπιος ὁ τὴν ἑπταλόγον συνταξας καὶ Ζαρέας, καὶ Γαβριάβιος. Μηδεὶς ἀναγινωσκέτω τὸ καλὰ ΘΩΜΑΝ εὐαγγέλιον (c), ἐ γάρ ἐστιν ἑνὸς τῶν δώδεκα Ἀποστόλων, ἀλλ' ἑνὸς τῶν δώδεκα κακῶν τῦ Ἀντιχρίστε Μάνητος μαθητῶν· μὴ ἐ τὴν ἑπταλόγον Ἀγαπίε, μήτε κ. τ. λ.

Heptalogum commentus est, Zarvas & Gabriabium. Nemo legat Evangelium hoc secundum THOMAM, neque enim est ullius ex duodecim Apostolis, sed unius ex damnatis Antichristi Manetis asseclis, Neque quisquam attingat Agapii Heptalogum, neque &c.

O 3 Leon-

(c) De alio Manichæorum Evangelio Photius MS. lib. 1. contra Manichæos: Σκυθιανός τις τὴν παρῳδίαν Αἰγύπτιος τὸ δὲ ἐξ ἀνθρώπων γένος Σαρακηνὸς τὴν Ἀλεξανδρέων ὤκει, ὅτε χριστιανοῖς συμφερόμενος, καὶ τὰ Ἰουδαίων ἐ προσιέμενος. Οὗτος ἐκ τῶν Ἀριστοτελικῶν παρακυσμάτων ἐντριβὴς τὴν γλῶσσαν γεγονὼς τέσσαρας συνετάξει βίβλους, ὧν τὴν μὲν εὐαγγέλιον ἐπωνόμασεν, ἐν ᾗ πράξεις χρισῦ τῦ θεῦ ἡμῶν φθοροποιοί τινες καὶ ἀποτρόπαιοι θεομάχῳ γνώμῃ διαπλάττονται. Τῇ δευτέρᾳ τὸ κεφάλαιον τὴν κλῆσιν ἐπέθετο. Καὶ τὴν τρίτην τῷ τῶν μυστηρίων ἐσέμνυνεν ὀνόματι, ἐν ᾗ ὡς ἔδοξεν αὐτῷ τῦ νόμῳ καὶ τῶν προφητῶν διασκευάζινες καὶ διαβολὰς πραγματεύονται. Ἡ δὲ τετάρτη ψυχικῦ θανάτε πρόξενος ἅπασι, θησαυρὸς ζωῆς ἐπιγέγραπται. Eadem fere habet Cyrillus Hierosol Catechesi sexta p. 57, & Epiphan. LXVI. 2. Nempe Hoc erat *Evangelium vivum*, quod inter XIII. Manichæorum libros primo nominat loco Timotheus presbyter, sive qui ejus scriptum interpolavit, in qui-

Digitized by Google

Leontius de sectis, lectione (d) tertia p. 432.

Οὗτοι (Μανιχαῖοι) καὶ βιβλία τινὰ ἑαυτοῖς καινοτομοῦσι. Λέγουσι γὰρ εὐαγγελιον κατὰ ΘΩΜᾶΝ καὶ Φίλιππον, ἅπερ ἡμεῖς οὐκ ἴσμεν. Δι' οὓς καὶ ἐκάλεσαν οἱ ἅγιοι πατέρες ποῖα βιβλία δεῖ δέχεσθαι ἡμᾶς.

Præterea novos quosdam sibi libros excogitant (Manichæi.) Quippe commemorant Evangelium scriptum à THOMA, & alterum à Philippo, quæ nos ignoramus. Atque horum gratiâ sancti Patres expressere nomina-tum, quos libros recipere debeamus.

Stichobusdam enim editionibus & codicibus totus iste locus desideratur. Aliud præter hoc, Manichæorum Evangelium memorat Photius in Bibl. cod. LXXXV. ab Adda scriptum & μόδιον appellatum impugnatumque à Diodoro in libris XXV. adversus Manichæos. Titulus petitus è Marc. IV. 21. quod sub hoc velut modio lux occultaretur. Fallitur Johannes Meursius, qui in glossario Græcobarbaro p. 172. idem esse putat Evangelium Thomæ & hoc Manichæorum Evangelium Photio in Bibl. memoratum.

(d) Vulgò reddunt *Actione*, quasi de actis Concilii cujusdam ageretur. Sed Leontius hoc libro digessit quæ studiosus ex ore Abbatis Theodori exceperat. Itaque πράξεις sunt pensa lectionum, quantum nempe una tractatione inter docendum prælegendo absolvisset Theodorus. Sic Olympiodori commentarius in Alcibiadem Platonis qui MS. extat rum alibi tum in Bibliotheca hujus urbis Johanneâ, digestus est in πράξεις sive lectiones. Vide quæ notavi ad vitam Procli scriptam à Marino c. 22.

Digitized by Google

Stichometria (a) vetus ad Calcem Chronographiæ Nicephori Patriarchæ CPpolitani p. 312. edit. Scalig.

Καὶ ὅσα τῆς νέας εἰσὶν Ἀπόκρυφα, Περίοδοι (b) Πέτρου στίχων βψν. (c) Περίοδος Ἰωάννου στίχων γχ. (d) Περίοδος Θωμᾶ στίχων αχ. Εὐαγγέλιον κατὰ ΘΩΜΑΝ στίχων ᾱτ. Διδαχὴ

Novi Testamenti Apocrypha, Periodi Petri, versuum 2750. *Periodus Johannis versuum* 3600 *Periodus Thomæ, versuum* 1600. *Evangelium secundum THOMAM versuum* 1300. *Doctrina*

Ἀπο-

(a) Hanc Stichometriam habes etiam in Operibus posthumis Petri Pithœi, cum versione latina Anastasii Bibliothecarii. Inde eam recudi curavit in Criticis sacris Anglis Johannes Pearsonius, Tomo octavo. Nicephori esse negat idem Pearsonius in Vindiciis Ignatii, & sane videtur Nicephoro antiquior esse, libros enim recenset eodem ordine quo in calce Synopseos Athanasianæ leguntur, etsi in editis, στίχων enumeratio ibi est omissa. Chronographiæ Nicephori MS. codex cum subjecta Stichometria extat Jenæ, ut alias Bibliothecas omittam. Ediderunt Stichometriam quoque Jacobus Goar ad calcem Syncelli, & latine Fabrottus ad calcem Historiæ Eccles. Anastasii. Alias στιχομετρίας & indiculos librorum sacrorum è MSS. codicibus vulgavere Cotelerius ad Patres Apostolicos, Josephus Maria Carus, Joh. Morinus, Rich. Simon & alii. Quia in nonnullis variant, quæ ad Apocrypha Novi Test. faciunt, hoc loco à me breviter notabuntur. Interim de στίχων veterum ratione consulendi Salmasius prolegom. ad Solin. & Johannes Crojus Exercitatt. ad N.T. (b) Apud Anastasium Itinerario Petri præmittitur *Itinerarium Pauli versuum* 3600. (c) Anastas. 2800. *nisi* pro IIDCCC scribendum IIDCCL. Pithœus edidit βψ sive 2700. (d) Pith. στ sive 6600 Anastas. 2500. Additur in aliis: Ἀποκάλυψις Ἰωάννου

Digitized by Google

Ἀποστόλων στίχων σ. (e) Κλήμεντος κβ. (f) Ἰγνατίου, Πολυκάρπου, Ποιμένος καὶ (g) ἑρμᾶ.

Apostolorum, versuum 6000. *Clementis - - - versuum* 2600. *Ignatii, Polycarpi, Pastoris.*

Johan-

στίχων αε. Ἀποκάλυψις Πέτρου στίχων δω. Βαρνάβα ἐπιστολὴ στίχων ατς. Εὐαγγέλιον καθ' Ἑβραίους στίχων, βσ. *Apocalypsis Johannis versuum* 1005. *Apocalypsis Petri versuum* 4800. *Barnabæ Epistola versuum* 1306. *Evangelium secundum Hebræos versuum* 2200. (e) Crotius reperit ϛ hoc est 6000. Et in numeris passim signa ponitur pro ϛ ut pluribus exemplis ostenderunt Grotius ad Apoc. XIII. ult. & de Antichristo & part. 2. Epist. 480. ad Salmas. Illustris Henricus Noris de Epochis Syro Maced. p. 302. quibus adde quod in MS. Florentino Manethonis liber sextus inscribitur βιβλίον Σ. (f) Hæ literæ tollendæ sunt, & male crucem fixerunt eruditis Pearsonio, Usserio, Dodwello ac præsertim Lemonio quem vide in notis ad varia sacra p. 1066. seq. Nam qui contulerit indiculum à Cotelerio editum ante Constitutiones Apostolicas, videbit libros ibi numeratos ita, ut post διδασκαλίαν κλήμεντος sequatur κβ sive vigesimus secundus liber. Ἰγνατίου διδασκαλία. κγ πολυκάρπου διδασκαλία. κδ Εὐαγγέλιον κατὰ Βαρνάβα, κε Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον. (Nazaræor.) Ex his numeris in Nicephori στιχομετρία omissis unus qui forte descriptoris vitio reliquus mansit post vocem Κλήμεντος ita male torsit viros præstantissimos. Cæterum ex eodem Cotelerii indiculo dissertissime apparet in hac Nicephori στιχομετρία non rejici inter Apocrypha Epistolas Clementis quæ in alio veteri indiculo apud Beveregium lib. 2. Codicis Can. Vindicati cap. 9. sacris scripturis accensentur, neque Epistolas Ignatii, neque Polycarpi denique à tota Antiquitate Christiana pro genuinis habitas, sed διδαχὰς sive διδασκα-

Digitized by Google

Johannes Dallæus Lib. de Vero usu Patrum lib. 1. cap. 3.

Passim occurrunt Patrum voces de hæreticis conquerentium, quod fraudum artifices ut somniis suis autoritatem conciliarent, libros quibus ea in vulgus proseminabant, celeberrimæ cujusque Ecclesiæ Doctoris imo & Apostolorum nominibus inscribere ausi essent. Hac ipsa de re Magno Basilio Cæsarea Archi-Episcopo tanto in pretio habitus Iconii Episcopus Amphilochius commentarium scripserat, ex quo septimæ Synodi Patres actione quinta locum confutant ab Iconoclastis ex inepto quodam opere laudatum quod Itinerarium Apostolorum dicebatur. Atque utinam eruditi istius Antistitis extaret lucubratio! Facile forsan ex ea foret multorum ridiculorum scriptorum quæ celeberrimorum & vetustissimorum inter Christianos virorum nomen falso ementiuntur, revincere vanitatem. Hieronymus varia scripta Apocrypha Apostolorum & eorum qui proximè iis successere, veluti Petri, Clementis, Barnabæ & aliorum nomina præferentia proscribit. Eodem loco habentur à se-

P

pti-

λίας sub illorum nomine editas, de quibus prolixius agendum jure meritoque relinquo doctissimo & humanissimo J. E. Grabio, qui in nova sua quam parat Constitutionum Apostolicarum editione illarum historiam & reliquias ex variis Bibliothecis erutas in lucem clarissimam proferet, & Constitutiones jam dictas nihil esse nisi veterum illarum διδασκαλιῶν corpus Variis interpolationibus & additamentis auctum an corruptum, perspicue demonstrabit. (f) Hoc καὶ tollendum autem pro eo reponendum ἢ. Apud Anastas. *Herma* nomen plane est omissum.

Digitized by Google

ptima Synodo Actione sexta (a) *Evangelium secundum S. THOMAM, & Epistola ad Laodicenses. Si nebulones isti de nominibus Apostolorum sic luserunt, quo licentiæ non prorumperunt in Patres?*

Isaacus (a) Orobius de Castro, Hispanus, Judæus, in scripto tertio adversus Veritatem Religionis Christianæ p. 145.

Fuerunt quidem plurima, præter quatuor Evangelia, quorum aliqua refert Hieronymus & alii Patres, quæ diversarum hæresium fuere principia: ut ad Ægyptios, ad Hebræos, Thomæ, Bartholomæi, duodecim Apostolorum: Basilidis, Harpocræ (b), *& alia quæ referre foret superfluum, quorum singula suos fautores habuerunt, diversisque contentionibus occasionem dedere. Hæc omnia Evangelia inter se de rei veritate contendentia temporis tractu & Conciliorum autoritate rejecta fuere, quatuor duntaxat in Europa admissis, utpote inter se magis conformibus. Sed non à toto Christianismo explosa fuere, quia à THOMA con-*

(a) Concil. Nicæn. II. Act. VI. part. 5. Tom. 7. Concilior. edit. Labbeanæ p. 475. Locum dedi infra ante Epistolam Paulo tributam ad Laodicenses.

(a) In Hispania cum adhuc commoraretur, dictus est *Balthasar*, deinde cum inquisitionem evasisset, *Isaacum* se vocavit. Obiit Amstelodami A. 1687. De hoc Orobio cum quo collationem de veritate Religionis Christianæ instituit insignis Remonstrantium Theologus Philippus à Limborch, Vide Clarissimi Bælii dictionarium & quæ narrat Johannes Clericus Vir doctiss. T. VII. Bibl. Universal. p. 248. seq. (b) *Carpocratis* ni fallor dicere voluit.

Digitized by Google

conscriptum in plurimis Africa & Asia Ecclesiis perseverat, ut unica suæ fidei regula: quod & ego vidi & latine mihi interpretabatur Archi Episcopus nescio cujus Armeniæ Civitatis qui Romæ latinitatem didicerat, cum quo per aliquot menses in hac Civitate (Amstelodami) consuetudinem habui, & vere testor me tot errores, superstitiones & hæretica dogmata ibi legisse, ut valde mirarer Evangelii nomine insigniri. Quod ipse constanter affirmabat esse verbum Dei ab cæteris Occidentalibus Christianis nunquam falsificatum. Bone Deus, quam bella, cætera alia Evangelia continerent, siquidem à majore parte Christianismi fuere rejecta.

Philippus à Limborch in collatione cum erudito Judæo, responsione ad tertium ejus scriptum p. 185.

Sane in initio plures Christi res gestas conscripsisse, mirandum non est: fuere enim tam eximiæ, omnesque in tantam admirationem rapuerunt, ut plures illarum splendore ad eas conscribendas excitati sint. Verum quoniam qui audita tantum & ex rumore percepta narrant, facile veris falsa quædam addere possunt, ea tantum recepta sunt ut genuina, quæ à duobus Apostolis Matthæo & Johanne & duobus viris qui in Apostolorum comitatu longo vixerunt tempore, Marco nimirum & Luca, ac proinde omnia certissime explorata habuere, conscripta sunt. Quod ad Evangelia attinet quæ THOMÆ aliisque adscribuntur, manifestum est ea Apostolorum ævo non extitisse, sed

Digitized by Google

à nugatoribus quibusdam posterioris ævi supposito Apostoli alicujus nomine esse conficta. Verum primi Christiani qui ipsis Apostolorum temporibus vixerunt, diligenti exploratione facta, hæc quatuor ab autoribus quorum nomina præferunt, vere esse scripta indubitato deprehenderunt. Neque ulla justa dubitandi causa, quod hâc in re decepti sint, allegari potest. Quomodo enim credibile est viros adeo salutis suæ studiosos ut quotidie gravissimas afflictiones quin & mortem pro Evangelio sustinerent, tam socordes fuisse & salutis suæ negligentes, ut temere sibi tanquam divinos & fidei, per quam salvi esse debebant, regulam obtrudi passi sint libros, de quorum αὐθεντίᾳ evidentibus documentis persuasi non essent, & eo quidem tempore, quo supposititia à genuinis facile discerni potuissent? Et hæc traditio ab ipsis constantissime per omnes populos & ætates consensu invariato est propagata. Receptiores fabulas quæ à credulis quibusdam receptæ sunt, Thalmudicis annumeramus fabulis, quæ passim inter Judæos recipiuntur. Adde quod nullo testimonio certo constat ullam, nedum plurimas Africæ & Asiæ Ecclesias Evangelium Thomæ tanquam fidei regulam, nedum tanquam unicam fidei regulam recipere.

Sixtus Senensis Bibl. Sanctæ lib. 2. p. 107. & ex eo Antonius Possevinus T. 2. Apparat. S. in voce Matthæus.

MATTHÆUS Evangelista fingitur esse autor duorum librorum, quorum alter de ortu sive stirpe Ma-

Digitized by Google

Mariæ, alter de infantia Salvatoris inscribitur, qui Valentinianorum & Gnosticorum commenta sunt.

Johannes Baptista Cotelerius in notis ad Constitutt. Apostol. lib. VI. c. 17. post allatum fragmentum Græcum Evangelii Thomæ, quod infra exhibemus, e codice Regis Galliæ MS.* 2279.

*Non enim unus duntaxat nebulo circa Servatoris infantiam comminisci sibi permisit: sed ejusdem Bibliothecæ Codice** 2276. *legitur*: Incipit Historia de Joachim & Anna & de nativitate B. Dei genetricis semper Virginis Mariæ, & de infantia Salvatoris. Ego *JACOBUS* filius Joseph &c. *Codice vero* 1697. *exstat liber tanquam* MATTHÆI Evangelistæ de Infantia Salvatoris, *narrationis cum præcedentibus partim similis partim dissimilis, ineptus quidem instar illorum, in eo tamen consideratione dignus, quod etiam continet, non tamen absque interpolatione, responsionem Christi pueri literas discentis ad magistrum, relatam ex [illegible] Scriptura ab Irenæo lib. 1. cap. 17. Sed & in eodem Apocrypho refertur quoque fabella de passeribus, quam lectam fuisse à Mohamede discimus per Nicetam Choniatem atque adeo per impostorem ipsum Alcorani sura 3. & 5.*

P 3 Ri-

* Meminit horum Codicum etiam Labbeus p. 306. Bibl. nov. MSS.

Digitized by Google

Richard Simon dans ses Nouvelles Observations sur le Nouveau Testament liv. 1. chap. 1. p. 5. aprés avoir rapporté le commencement du meme Evangile de St. Thomas du Cod. MS. 2908. du Roy :

Quoique le MS. de la Bibliotheque du Roy ne soit pas vieux, on ne peut douter cependant que cette piece ne soit ancienne & qu' elle n' ait été fabriqué par quelques Gnostiques. On y lit entre autres choses un fait qui a quelque rapport avec ce que dit St. Irenée en parlant de certains Gnostiques - - Et p. 9. *L' Histoire de Marcosiens rapportée par St. Irenée n' est pas tout à fait la méme, ce qui vient apparemment de ce, que toutes ces sortes d' Heretiques avoient pris des dogmes & de fables des premiers Gnostiques : toutes lequelles choses avoient été changées alterées & interpolées par ces sectes qui étoient opposées entre elles sur plusieurs chefs, chacun prenant plaisir à inventer quelque nouveauté. Cela me fait croire que cet Evangile de S. Thomas n' est pas le méme livre que celuy que S. Irenée cite, outre que S. Cyrille de Jerusalem qui vivoit LXX. ans aprés celui qu' il fait auteur, a attribué cet ouvrage à un disciple de Manes.*

Le méme Mr. Simon dans son Histoire Critique des Principaux Commentateurs du N. T. p. 194.

Il est aisé à juger que ce (a) *sont là des contes faits*

à

(a) Respicit hunc locum autoris Operis Imperfecti in Mat-

Digitized by Google

à plaisir. Cependant ces sortes d' histoires qui regardent l' enfance de Jesus Christ, sont tres anciennes, & bien que la plûpart viennent des Gnostiques, les Peres principalement les Grecs (b) *qui lisoient leurs livres*

thæum inter Opera Chrysostomi homilia 2. *Audivi aliquos referentes de quadam Scriptura etsi non certa tamen non destruente fidem sed potius delectante, quoniam erat quadam gens sita in ipso principio Orientis juxta Oceanum apud quos ferebatur quadam Scriptura inscripta nomine Seth, de apparitura hâc stellâ & muneribus ei hujusmodi offerendis, quæ per generationes studiosorum hominum, patribus referentibus filiis suis habebatur deducta. Itaque elegerunt seipsos duodecim quidam ex ipsis studiosiores & amatores mysteriorum cælestium, & posuerunt seipsos ad expectationem stellæ illius. Et si quis moriebatur ex eis, filius ejus aut aliquis propinquorum qui ejusdem voluntatis inveniebatur, in loco constituebatur defuncti. Dicebantur autem Magi lingua eorum, quia in silentio & voce tacitâ Deum glorificabant. Hi ergo per singulos annos post messem triturationam ascendebant in montem aliquem positum ibi qui vocabatur lingua ipsorum Mons Victorialis, habens in se quandam spelunçam in saxo, fontibus & electis arboribus amœnissimus, in quem ascendentes & lavantes se orabant & laudabant in silentio Deum tribus diebus. Et sic faciebant per singulas generationes, expectantes semper ne forte in generatione suâ stella illa beatitudinis oriretur, donec apparuit eis descendens super montem illum Victorialem, habens in se formam quasi pueri parvuli & super se similitudinem crucis: & locuta est eis, & docuit eos & præcepit eis ut proficiscerentur in Judæam. Proficiscentibus autem eis per biennium, præcedebat stella, & neque esca neque potus defecit in peris eorum. Cætera autem quæ referuntur ab eis, in Evangelio compendiosè posita sunt. Tamen cum reversi fuissent, manserunt colentes & glorificantes Deum studiosius magi quam primum, & prædicarunt omnibus in genere suo & multos erudierunt.* (b) Quanquam incertum est scriptum

Digitized by Google

livres ecrits en leur langue, en ont inseré des extraits dans leurs ouvrages. Ce qui me fait juger, que cette histoire est aussi de la façon des Gnostiques, c' est qu' il ajoute (c) *en suite que l' Apôtre* Thomas *étant allé en ce pays-la aprés la resurrection de nôtre Seigneur, ces Mages se joignirent à luy, & apres avoir été batisez ils l' accompagnerent pour precher l' Evangile. Il est certain que les Gnostiques ont eu un* Evangile *qu' ils attribuoient à saint* Thomas, *ou ils debitoient bien des fables sur la naissance de Jesus Christ. I' en ay même lû un fragment MS. qui est dans la Bibliotheque du Roy. Les Manicheens ont aussi eu un* Evangile *sous le nom de* Thomas *qu' on trouve encore* (d) *presentement dans la même Bibliotheque.*

Ahmed

ne sit Opus Imperfectum illud primum ab autore Græce, ut videtur persuasum Simonio, an potius latine, ut putant Savilius, Pearsonius, Caveus; tamen certum est Græcos ab illo lectos, ex iisque varia in Homilias istas translata. (c) Ibid. *Denique cum post resurrectionem Domini Thomas Apostolus isset in provinciam illam, adjuncti sunt ei & baptizati ab eo, facti sunt adjutores prædicationis illius.* (d) Donec proferatur in lucem, fas erit interim addubitare quod extet in Bibl. Regis Christianissimi vel quacunque alia duplex ejusmodi Evangelium MS. sub Thomæ nomine, quorum alterum Gnosticos alterum Manichæos autores habeat. Certe hâc in parte memoria lapsum esse Simonium, non præterrem videor mihi suspicari ex altero loco quem produxi ex novis ipsius Observationibus, diu post Historiam Criticam N T. editis. In hoc enim non nisi unius fragmentum inspectum à se profitetur, id ipsum nempe quod infra exhibui, & quale etiam in codice Viadobonensi Lambecius reperit, quem vide lib. 7. Commentar. p. 270. seq. Neque Periodos Thomæ infra proferendas cum Evangelio confuderit vir doctissimus.

Digitized by Google

Ahmed Ibn Edris apud Joh. Henr. Hottingerum (a) Histor. Eccles. Seculi XVI. parte 2. p. 76. 77.

Quinque Evangelia sunt nota Christianis, ex quibus quatuor celebriora sunt, quintum pauci recipiunt. - - - Evangelium quintum appellatur Evangelium Pueritiæ, *ubi ea commemorantur quæ à Messia profecta sunt in statu juventutis, tributum* Petro, *de Maria piæ mem. habetque redundantia & defectum. Relinquuntur autem multa in eo de signis Messiæ piæ mem. & Matris ejus, cui Deus propitius sit, & Josepho fabro, cui Deus propitius sit, de itinere ejus Zaidum in Ægypto & reditu ejus Nazarethum urbem in terra sancta unde & (Christiani) Nazareni denominantur.*

Abrahamus Hinkelmannus præfat. ad Alcoranum Arabice à se editum.

Circumferebatur eo tempore (Arabice) libellus de miraculis Christi infantis, vulgo sub titulo Evangelii à PETRO conscripti satis celebris. Titulus integer est: Miracula & res gestæ Domini nostri & Servatoris Jesu Christi filii Dei vivi, vulgo Evangelium Infantiæ dicta. *In hunc infelici suo & aliorum fato cum adjutoribus suis incidit impostor (Mahomedes) & passim, præcipue cap. tertio multa ex eodem in Coranum suum transcripsit, magno suo opprobrio & novæ religionis detrimento. Si quis enim li-*

(a) Eundem locum Ebnedrisi præter Hottingerum affert Lud. Maracci prodrom. in refutat. Alcorani part. 1. p. 58.

Digitized by Google

ber fabulosius reperiri posset in Christiano orbe, certe quintum hoc est Evangelium. Deinde post specimina quædam ex illo Arabice & latine adducta, *Liber ipse*, subjungit, *molis non ad eo magnæ est. Certe exemplar meum A. C. 1442. in Oriente descriptum 24. tantum pagellas in octava quam vocant forma implet. De hoc Evangelio præterea vide Eusebium* (a) *lib. VI. Hist. Eccles. cap. 12. ubi à Serapione Episcopo Antiocheno qui à Docetis id acceperat, refutatum fuisse refert: item Ahmed Ibn Edris apud Hottingerum disc. III. p. 197. 198. Baronium ad A. C. 1. sect. 46. & ibi citatum Gelasium. Rich. Simonium Hist. Crit. N. T. c. 3. p. 29. 30. Ludov. de Dieu ad Historiam Christi à Xaverio Persicè scriptam p. 588. Ludov. Maraccium parte 1. prodromi Confutat. Alcorani p. 59.*

Hen-

(a) Quanquam ex allatis paulo ante Ahmedis verbis perspicuum est, in Oriente Evangelium Infantiæ tributum esse Petro, tamen aliud fuisse videtur Evangelium καθ' Πέτρον, Docetis olim probatum, & memoratum Origeni (supra p. 41.) & Eusebio lib. III. cap. 3. & 25. Hieronymoque de Script. Eccles. in Petro & Serapione. Non tantum quia Eusebius, Athanasius & Nicephorus CPol. diserte distinguunt Evangelium Petri ab Evangelio Thomæ, sed & quia ex Origene & Eusebio conjicio diversum fuisse libri infantiæ & Evangelii Petri argumentum. Gelasii decretum, in quo tanquam tria diversa referuntur Evangelium Thomæ, Evangelium Petri & liber infantiæ, prætereo, quia totum illud parum mihi accuratum videtur, neque scriptum ab eo qui libros singulos quos damnat inspexerit. Sed & Timotheus presbyter tanquam duo diversa scripta memorat librum de infantia & Evangelium Thomæ, supra p. 139.

Digitized by Google

Henricus Sike in præfatione ad Evangelium Infantiæ, Arabice & latine à se editum Trajecti ad Rhen. A. 1697. 8.

Mohammedem ejusque asseclas Apocryphum hoc Evangelium varie compilasse, è notis nostris abunde patebit: nequaquam tamen inde conjicias textum hunc Arabicum qualis hic tibi exhibetur ante Mohamedis tempora jam extitisse: Neque enim stylus, ei quo Novum Testam. Arabice versum & ab Erpenio editum habemus haud multum dissimilis, eam præ se ferre antiquitatem videtur. Fieri potest ut sive ex Græca sive ex Syriaca lingua aut alia quacunque Orientalium, aliquot post seculis in Arabicum Idioma liber sit translatus. Caterum is quo usi sumus Codex est ex libris Clarissimi Golii, publica nuper auctione Lugduni Batavorum divenditis: quò cum ad alia quædam comparanda me contulissem, hunc quoque librum negligere non potui, cum duo ejus loca quæ in præfatione Alcorani allegaverat Hinkelmannus ὁ μαχαιρτης, legissem. - - - Quo anno exaratus sit codex noster, nequeo dicere, cum id librarius non adscripserit - - Nihil vero notarum adjicere initio constitueram, quippe cum narrationes nugatissimæ nullo commentatore egere viderentur: sed postea animadvertens Abu Mohammedem Abd-Allam, Kessæi nomine eruditis jam notum, autorem hactenus non editum, qui religione Mohammedanus vitas Patriarcharum & Prophetarum ex sententia Magistrorum suorum descripsit, partem earum fabularum mutatis tamen circumstantiis excerpsisse ac pro veris vendi-

Digitized by Google

tasse, non potui non illas quoque seorsim exhibere, ut cum Pseud Evangelista nostri verbis conferrentur, sicque Κρὴς Κρῆτα, *mendax mendacem mutuo dissidio convinceret & refutaret.*

Idem in notis p. 55.

Apud Persas quoque παιδικὰ ista Christi miracula pererebuisse, patet ex iis quæ leguntur in Angeli de la Brosse Lexico Persico ad vocem Tinctoria ars; Refertur, *inquit*, in Apocrypho Persarum libro *de infantia Christi*, quod Salvator tinctoriam artem exercuerit. Item quod unicâ tinctura pannos cujuslibet coloris exhibueret. Quapropter hunc tinctores Persæ pro Patrono venerantur, & tinctoriam domum Officinam Christi appellant. *Liber iste Persicus mihi hactenus non visus; ex eo tamen quod in eo Salvator tinctoriam artem exercuisse dicitur, conjicio illum Mohammedanis potius concinere quam nostro huic auctori. Audiamus Kessaum &c.*

Melchisedech Nicolaus Thevenotus parte 1. Itinerarii lib. 2. capite LXXV. ubi de Coptis, p. 361.

Es gehen viel aus denen *Apocryphi*schen Büchern derer sie sich noch bedienen/bey ihnen im Schwange. Uns ist von dem Leben unsers Heylandes in seiner Kindheit nichts bewust/allein sie haben viel *particularitäten* davon/und sagen es sey alle Tage ein Engel vom Himmel kommen und demselben zu essen gebracht/ingleichen/daß er zu seiner Zeitvertreib kleine Vögel aus der Erden gemacht/nachmahls

mahls darauf geblasen/ in die Luft geworffen und davon fliegen lassen. Sie geben vor/ man habe am Tage der Einsetzung des Heil. Abendmahls dem HErrn Christo einen gebratenen Hahn aufgetragen/ und als Judas weggegangen wäre den HErrn zu verkauffen/ hätte er ihm befohlen aufzustehen und dem Judas nachzufolgen/ welches der Hahn gethan/ und nachmahln dem HErrn Christo verkündiget wie ihn Judas verkauffet/ und deßhalben würde derselbe ins Paradieß mit eingehen.

Wilhelmus Ernestus Tentzelius in dialogis menstruis Anni M DC XCVII. p. 539. seq.

Es ist eine uhralte und gemeine Sage von dem Buch *de infantia Christi*, und findet man es noch heute zutage in mancherley Sprachen. Ein Griechisch *MS.* ist in der Käyserlichen *Bibl.* zu Wien . . . Man findet auch ein alt Buch in deutschen Reimen unter dem Titul: Hie hebt sich an unsers HErrn Kindheit und sein Leben. Ich habe ein *MS.* davon auf Pergament in der Fürstl. *Bibliothec* zu Gotha gesehen/ und ist von eben der Art wie *Matthias Friedericus Beckius in Notis ad Martyrologium Ecclesiæ Germanicæ p. 64. 65. extrahiret*/ stehen auch am Ende des fünfften Blats die von ihm angeführten Reime/ nur daß die Worte bey ihm etwas mehr nach der ältern Red und Schreibart schmecken. Es ist das deutsche geschriebene Reimbüchlein gleichsam ein kurtzer Begrif aller so wohl wahren und aus der Bibel flies-

Digitized by Google

senden/als falschen und aus den *libris Apocryphis* genommenen *relationen* von Christo und seiner Mutter Marien / wie sie vormahls im Pabstuhm öffentlich gelehret und geglaubet worden. Nun sind auch viel Mährlein darinnen die mit dem *Arabischen Evangelio Infantiæ* übereinkommen / aber was in diesen kurtz zusammen gefasset / haben die deutschen Reime weitläufftiger *paraphrasiret*. Post varia deinde specimina producta, aliaque erudite observata, hæc addit p. 566. seq. So ist Herr *Sike* dem Herrn *Seb. Gotfrid Starkio* zuvorkommen / welcher am Ende der Vorrede über die *Sapientiam Indorum Veterum* versprochen hat *Pseudo Evangeliorum Veterum Corpus, quibus inseremus Arabice & latine Evangelium Infantiæ, quod D. Petro à quibusdam attributum est.* Allein es kan doch nicht schaden alle diese *Pseudo Evangelia*, als *Nicodemi*, *Jacobi* und dergleichen sampt den *Fragmentis* der andern aus alten *Scribenten* nach *Hallo-xii* (a) *exempel* fleissig *colligiret* beysammen zuhaben / damit man den hierunter begangenen Betrug auf einmahl erkennen / und nicht aus hundert Büchern mit grossen Verdruß und Zeitverlust suchen müsse.

(a) Ut nempe is in Viris illustrium Ecclesiæ Otiental. Scriptorum collegit fragmenta Polycarpi, Justini Martyris, Hegesippi & aliorum.

B. Lutheri & Stephani Chauvini Censuras de Evangelio Infantiæ habes supra in præfatione quam toti huic Collectioni præmisi.

Λόγος.

Digitized by Google

Λόγος εἰς τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Liber de pueritia & miraculis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi.

JOHANNE BAPT. COTELERIO (a) Interprete.

I. Ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης, πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν ἀδελφοῖς γνωρῖσαι τὰ παιδικὰ καὶ μεγαλεῖα τοῦ Χριστοῦ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς Ἰησοῦς Χριστὸς γεννηθεὶς ἐν τῇ χώρᾳ ἡμῶν ἐν τῇ Βηθλεέμ, ἐξίσταμαι· ὧν ἡ ἀρχή ἐστιν αὕτη.

I. Necessarium duxi ego Thomas Israëlita cunctis inter gentes fratribus nota facere puerilia & magnifica Christi opera, quæ edidit *D*ominus noster ac *D*eus Jesus Christus, natus in regione nostra, apud Bethlehemam: ego iis obstupefactus: quorum hoc est initium.

II. Τὸ γὰρ παιδίον Ἰησοῦς πενταετὴς γενόμενος· βροχῆς δὲ γενομένης, καὶ παυσάσης τῆς βροχῆς, ὁ Ἰησοῦς ἔπαιζεν ἐπὶ διοδεύσει ῥύακος, καὶ τὰ παραῤῥέοντα ὕδατα συνηγάγετο εἰς

II. Puer Jesus annum ætatis quintum agebat. Cum autem pluisset, ac pluvia cessasset, Jesus cum aliis pueris Hebræis ludebat ad decursum (b) rivi; & aquæ præterflu-

(a) In notis ad Const. Apost. lib. VI. c. 16. (b) *M.S.* Cæsarcum ap. Lambec. lib. VII. p. 270. ἔπαιζεν ἐπὶ διάβα-

Digitized by Google

εἰς λάκκους, μεθ' ἑτέρων παιδῶν τῶν Ἑβραίων. Καὶ αὐτὰ τὰ ὕδατα παραχρῆμα ἐγένοντο καθαρὰ καὶ ἐναρέτα. Λόγῳ δὲ μόνῳ ἐπέταξεν αὐτοῖς, καὶ πάντως ὑπεῖκόσσοντο αὐτῷ. Ἐπάραντος δὲ ἐκ τῆς χείλεως αὐτοῦ πηλὸν τρυφερὸν, ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ τρισκαίδεκα, τὸν ἀριθμὸν ιβ'. Ἦσαν δὲ καὶ τὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ. Ἰδὼν δὲ Ἰουδαῖος, ἃ ἐποίησεν Ἰησοῦς ἐν σαββάτῳ πλάττων τὸν πηλὸν, ἀπῆλθεν εὐθέως, καὶ ἀπήγγειλε τῷ πατρὶ αὐτοῦ Ἰωσὴφ, λέγων· ἰδοὺ τὸ παιδίον σου παίζον ἐπὶ τοῦ ῥύακος, καὶ ἦρε πηλὸν καὶ ἔπλασεν ἐξ αὐτοῦ τρισκαίδεκα ιβ', καὶ

entes congregabantur in foveas. Tum ipsæ aquæ confestim factæ sunt puræ ac efficaces (c). Solo autem sermone percussit eas, atque omnino ei obtemperabant. Cumque ex ipsarum ripa molle lutum sustulisset, ex illo formavit passerculos numero duodecim. Erant itaque una cum eo pueri ludentes. (d) Quidam vero Judæus, postquam vidit, quæ fecerat Jesus die Sabbati in fingendo luto, statim discessit, nunciavitque Patri ejus Josepho, dicens: Ecce filius tuus, dum secus rivos ludit, tulit lu-

καὶ

σιν ῥύακος, καὶ τὰ ῥέοντα ὕδατα ῥυπαρὰ ὄντα συνήγαγεν εἰς λάκκους, καὶ ἐποίει αὐτὰ καθαρὰ εὐθέως καὶ ἐναρέτα εἶναι, λόγῳ δὲ μόνῳ καὶ οὐκ ἔργῳ ἐπιτάξας αὐτοῖς. (c) Possit etiam reddi, bene. (d) Idem MS. ἦν δὲ σάββατον ὅτε ταῦτα ἐποίησεν παίζων καὶ πολλὰ παιδία παίζοντα σὺν αὐτῷ κ. τ. λ.

Digitized by Google

καὶ βεβηλεῖ τὸ σάββατον. Καὶ ἐλθὼν ὁ Ἰωσὴφ ἐπὶ τὸν τόπον, καὶ ἰδὼν, ἀνέκραξεν αὐτὸν λέγων· διατί ταῦτα ποιεῖς ἐν σαββάτῳ, ὃ οὐκ ἔξεστι ποιεῖν; ὁ δὲ Ἰησοῦς συγκροτήσας τὰς παλάμας αὐτοῦ, ἀνέκραξε τοῖς στρουθίοις. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς. ὑπάγετε, πετάσθητε, καὶ μέμνησθέ μου ζῶντες. Καὶ πεταθέντων τῶν στρουθίων ἐξῆλθον κράζοντα. Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ἐθαμβήθησαν, καὶ ἀπελθόντες διηγήσαντο τοῖς πρώτοις αὐτῶν ὅπερ εἶδον, σημεῖον πεποιηκὼς ὁ Ἰησοῦς.

tum, (e) finxitque ex eo passeres duodecim, & Sabbatum profanat. Igitur accedens Joseph ad locum, & cernens inclamavit ipsum his verbis: Qua de causa hæc agis in Sabbato, quando non licet? Jesus autem complosis manibus suis acclamavit passeribus, dixitq; illis: Ite, volate, ac mei viventes memores sitis. Tunc avolaverunt passerculi, & cum clamore egressi sunt. Id vero videntes Judæi, valdè admirati sunt; atque abeuntes narraverunt primoribus inter ipsos miraculum, quod coram ipsis ediderat Jesus.

III. ὁ δὲ υἱὸς Ἄννα τοῦ γραμματέως ἦν ἑστὼς ἐκεῖ μετὰ Ἰωσὴφ, καὶ λαβὼν κλάδον ἰτέας, ἐξ-

III. Porro filius Annæ scribæ stabat illic cum Joseph; acceptoque ramo salicis effu-

R ἔχεε

(e) Negant Judæi fas esse extra domum vel hilum portare die Sabbati. Vide quæ de hâc superstitiosa illorum observatione notat eruditissimus, ingeniosissimus & candidissimus Wagenseilius lib. de civitate Norimbergensi p. 127. seq.

Digitized by Google

εχβε τὰ ὕδατα, ἃ συνήγαγεν ὁ Ἰησῦς. Ἰδὼν δὲ τὸ παιδίον Ἰησῦς τὸ γενόμενον ὑπ' αὐτῦ, ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ ἀνόητε, τί ἠδίκησάν σε οἱ λάκκοι, καὶ ἐξέχεας τὰ ὕδατα; Ἰδὲ νῦν καὶ σὺ ὡς δένδρον ἀποξηρανθῆς, καὶ ἀ μὴ ἐνέγκῃς φύλλα, ἤτε πλάδυς, ἤτε καρπόν. Καὶ εὐθέως ἐξηράνθη ὅλον. Ὁ δὲ Ἰησῦς ἀνεχώρησε, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸν ὶκον αὐτῦ. Οἱ δὲ γονεῖς τῦ ξηρανθέντος ἐβάσασαν φέροντες αὐτὸν θρηνῦντες τὴν νεότητα αὐτῦ. Καὶ ἤγοντο πρὸς τὸν Ιωσὴφ, καὶ ἐνεγκάλυν αὐτὸν, ὅτι τοιῦτον ἔχεις παιδίον ἐρ-

dit aquas (f), quas congregaverat Jesus. Hoc ab ipso perpetratum aspiciens puer Jesus, molestè tulit, dixitque illi; stulte, qua te injuria affecerunt fossæ, ut aquas diffunderes? Ecce jam tu quoque tanquam arbor (g) arescas, nec afferas folia, neque ramos, neque fructum. Et illicotus aridus factus est. At Jesus secessit, abiitque in domum suam. Cæterum Parentes illius qui aruerat, sublatum portaverunt eum, lugentes ipsius juventutem: & duxerunt ad Josephum, quem incusa-

γαζό

(f) Percussis aquis & motitatis dissipavit atque effluere fecit. Aut salicis ramo perforavit foveam & aquis viam aperuit qua effluerent. (g) Marc. XI. 14. ubi est de ficu arefactâ Christo jubente. Quod unicum est miraculum à genuinis Evangelistis relatum non beneficium. Reliqua enim omnia Christi miracula sunt ἀγαθοποιά. Neque usquam legitur Christus potentia suâ usus fuisse ut homini noceret qui non ut perderet venerat sed ut salvaret mortales. Luc. IX. 56. Joh. III. 17. XII. 47.

Digitized by Google

γαζόμενον τοιαῦτα; εἶτα ὁ Ἰησοῦς παρακληθεὶς παρὰ πάντων, ἰάτρευσεν αὐτὸν, ἐάσαντός τι μέλος γινὰ ἀργὸν ὀλίγον εἰς τὸ προσέχειν αὐτούς.

bant, cur ejusmodi habes puerum talia operantem? Postea Jesus obsecratus à cunctis sanavit illum; reliquit tamen aliquod parvum membrum (h) motûs ac operationis expers, ut ii attenderent.

IV. Πάλιν οὖν ὁ Ἰησοῦς ἐπορεύετο διὰ τῆς κώμης, καὶ παιδίον τρέχον διερράγη εἰς τὸν ὦμον αὐτοῦ, καὶ πικραν θεὶς ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ. οὐκ ἀπελεύσῃ τὴν ὁδόν σου. Καὶ παραχρῆμα πεσὼν ἀπέθανεν. Ἰδόντες δέ τινες τὸ γινόμενον εἶπον· πόθεν τοῦτο τὸ παιδίον ἐγεννήθη, ὅτι πᾶν ῥῆμα αὐτοῦ ἔργον ἐστὶν ἕτοιμον. Καὶ προσελθόντες οἱ γονεῖς τοῦ τεθνεῶτος τῷ Ἰωσὴφ, κατεμέμφοντο, λέγοντες, σὺ τοῦτο τὸ παιδίον ἔχων, οὐ

IV. Rursus itaque Jesus per vicum proficiscebatur; & puer currens irrupit in ejus humerum. Unde exacerbatus Jesus dixit illi; Non abibis viam tuam, (i) statimque cecidit puer ac mortuus est. Aspicientes autem nonnulli rem gestam dixerunt: Unde natus est iste puer, quod omne verbum ipsius opus (k) est promptum? Et accedentes ad Josephum Parentes illius, qui interierat,

(h) Manum. Puto enim id effictum esse, ut credas eundem hîc notari cujus aridam manum deinde à Christo adulto sanitati restitutam refert Lucas VI. 8. seq. (i) Non vivus hinc abibis. Similis phrasis 1. Sam. XXIV, 19. (k) Dictum factum, ut de Deo David Ps. XXXIII. 9. CXLVIII. 5.

Digitized by Google

δύνασαι μεθ' ἡμῶν οἰκεῖν ἐν τῇ πόλει ἡμῶν, ἢ δίδασκε τὸ παιδίον σὺ αὐτῷ εὐλογεῖν καὶ μὴ καταρᾶσθαι ἢ ἔξελθε σὺν αὐτῷ τῶν ὧδε. Τάχα γὰρ παιδία ἡμῶν θανατοῖ.

conquerebantur dicentes; Tu cum puerum hunc habeas, non potes nobiscum habitare in civitate nostra. Aut doce puerum tuum ut ipse benedicat, (l) non autem imprecetur, aut cum eo egredere ex his locis. Nam pueros nostros interficit.

V. Προσκαλεσάμενος δὲ ὁ Ἰωσὴφ τὸ παιδίον κατ' ἰδίαν ἐνεθύμει αὐτὸ λέγων. Ἵνα τί τοιαῦτα κακουργάζῃ, καὶ πάσχουσιν οὕτως, καὶ μισοῦσιν ἡμᾶς, καὶ διώκουσιν; εἶπεν δὲ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγὼ οἶδα, ὅτι τὰ ῥήματά σου ταῦτα οὐκ εἰσὶν σά, ἀλλὰ διά σε σιγήσω. ἐκεῖνοι δὲ οἱ εἰρηκότες σοι ταῦτα εἴσονται τὴν κόλασιν τὴν αἰώνιον· καὶ εὐθέως οἱ ἐγκαλοῦντες αὐτὸν ἐτυφλώθησαν. καὶ

V. Advocato igitur puero seorsum Josephus illum admonebat dicens: Quare hujusmodi facis, & sic patiuntur, oderuntque nos ac persequuntur? Respondit Jesus; Ego novi hæc tua verba non esse, (m) verum propter te tacebo: illi autem, qui hæc tibi suggesserunt, pœnas dabunt sempiternas. (n) Et continuò accusatores ipsius oculis

οἱ

(l) Non erat hoc docendus, qui ex se id unum agebat ut benefaceret Act. X. 38. (m) Utpote à pareutibus pueri interfecti suggesta. (n) Longe mitiorem fuisse Optimi servatoris spiritum, clarissime apparet in re longe majoris momenti Luc. IX. 55.

Digitized by Google

οἱ ἰδόντες ἐφοβήθησαν πάντες φόβῳ, καὶ ἠπόρουν καὶ ἔλεγον περὶ αὐτοῦ, ὅτι πᾶν ῥῆμα, ὃ λέγει, εἴτε καλὸν, εἴτε κακὸν, ἔργον γίνεται, καὶ ἐθαύμαζον. Ἰδοὺσα δὲ ὅτι τοῦτο ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, ἐγερθεὶς ὁ Ἰωσὴφ, ἐπελάβετο αὐτοῦ τοῦ ὠτίου, καὶ ἔτιλεν αὐτό. Τὸ δὲ παιδίον ἠγανάκτησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ, ἀρκετόν σοι ἐστὶ, ζητεῖν καὶ μὴ εὑρίσκειν αὐτὸς, καὶ μάλιστα σοφῶς ἔπραξας. οὐκ οἶδας, ὅτι σός εἰμι; μήμε λύπει.

privati sunt. Quique hoc viderunt, valde cuncti sunt perterriti, & hæsitabant, dicebantque de illo, omnem sermonem qui ab ipso proferretur, sive bonum sive malum, in opus procedere; atque mirabantur. Viso autem hoc Jesu opere, surgens Josephus auriculam ejus apprehensam vellicavit. (o) Puer vero indignatus est, aitque illi; sufficiat tibi, quod illi quærant, & non inveniant. (p) Minimè feciſti sapienter. Nonne scis me tuum esse (q)? Ne me molestiâ afficias.

VI. Καθηγητὴς δέ τις ὀνόματι Ζακχαῖος ἐτύγχανεν ἐν μέσῃ τινὶ ἥκουσε τοῦ Ἰη-

VI. Porro quidam Præceptor nomine Zacchæus (r), cum

(o) h. e. in memoriam ipsi revocavit superius monitum. Vide Erasmum proverbio *aurem vellere*. Mos ille usitatus etiam apud Germanos, ut nuper ostendit autor Historiæ Coburgicæ lib. 1. c. 20. occasione diplomatis cujusdam in quo testes & alii præsentes plurimi Bavarico more memoriæ causa per aurem tracti dicuntur. (p) Si nempe nocere nobis velint. (q) Adeoque pro te staturum, neque in ulla re tibi hucusque adversum. (r) Hoc nomen occurrit etiam in Evangelio infantiæ ex Arabico translato, c. 48. sed omittitur apud Irenæum, si-

Digitized by Google

σῦ τᾶῦ]α λαλᾶν]Θ· τῦ πα]ρὸς αὐ]ῦ, καὶ ἐθάυμασε σΦόδρα, ὅ]ι παιδίον ὂν]οιαῦτα Φθέγγε]αι. Καὶ με]' ὀλίγας ημέρας, προσήγγισε τῷ Ιωσὴφ, καὶ ἔιπεν αὐτῷ, ὅτι παιδίον Φρόνιμον ἔχεις, καὶ νᾶν ἔχει. Δεῦρο ἂν, παράδ]Θ· μοι αὐτὸ, ὅπως μάθῃ γράμματα. Καθίσαντ]Θ· δε αὐτῦ τῦ διδάξαι γράμματα τῷ Ιησῦ, ἤρξατο τὸ πρῶ]ον σοιχεῖον τὸ ἌλεΦ· ὁ δὲ Ιησῦς λέγει τὸ δεύτερον σοιχεῖον, μπὲθ, γκίμελ. καὶ ἔιπεν αὐτῷ πάν]α τὰ σοιχεῖα ἕως]έλῃς. Καὶ ἀναπτύξας βιβλίον, τῦς προΦήτας ἐδίδασκε]ὸν καθηγητήν. Αὐτὸς δὲ ἀισχυνθεὶς ἠπόρησεν ὅ]ι ᾔκ ὅιδε, πόθεν αὐτὸς οἶδε τὰ γράμμα]α.

staret in aliquo loco, audivit hæc de Jesu ex ore Patris ipsius; & miratus est valdè, quod qui puer erat, talia loqueretur. Paucosque post dies accessit ad Josephum, eique dixit; Puerum cordatum habes, qui mente præditus est: Age ergo, trade mihi illum, ut discat litteras. Et cum sederet Magister, quo Jesum doceret litteras, coepit à primo elemento Aleph. Jesus vero pronunciavit secundum elementum Beth, & Ghimel, (s) reliquasque literas ad finem usque ei protulit. Atque aperto libro, Prophetas docebat Præceptorem. Qui

Καὶ

mile quid narrantem in loco quem exhibui supra p. 129. & apud scriptorem Arabem Kessæum è quo narrationem geminam affert Clarisſ. Sikius in notis p. 68. (s) Græci quidam recentiores ita pronunciant literas hasce uti in Græco expressum vides & è MS. edidere Cotelerius loco laudato, ac Simonius lib. 1. Novarum Observatt. in N. T. c. 1. p. 5. μπὲθ, γκίμελ.

Digitized by Google

Καὶ ἐγερθεὶς ἀνεχώρησεν οἴκαδε θαυμάζων ἐξισάμενος τὸ παράδοξον.

pudore affectus hæsit, quod nesciret unde is litteras cognovisset: surgensque reversus est domum, admirans, stupefactus de re incredibili.

VII. Πορευομένῳ δὲ τῷ Ἰησοῦ εἶδέ τινα ἐργαστήριον καί τινα νεανίσκον βάπτοντα εἰς λέβητας ἱμάτια καὶ τζόχας τινὰς διαφόρους φαιὰς, τὸ καθέκαστον ἐκλελῶν κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἑκάστου βούλησιν. Εἰσελθὼν οὖν τὸ παιδίον Ἰησοῦς τῶν ποιούντων τὸν νεανίαν λαβὼν καὶ αὐτὸς ἓν τῶν προκειμένων ὑφασμάτων **

VII. Postea cum Jesus iter faceret, vidit officinam, (t) & juvenem quendam, qui in lebetes immergebat vestes, & soccos (u) diversos coloris fusci, singula peragens juxta unius cujusque voluntatem. Ingressus itaque puer Jesus ad juvenem sic facientem, ipse etiam accepit de appositis pannis **

EVAN-

(t) Tinctoriam. Confer. Evangelium Infantiæ ex Arabico versum c. 37. (u) pannos. Vide Cangii glossarium in τζόχα.



EVANGELIUM INFANTIÆ

Ex Arabico translatum.

HENRICO SIKIO Interprete.

IN NOMINE PATRIS ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, DEI UNIUS.

Auxiliante & favente summo Numine, incipimus scribere librum miraculorum Heri & Domini & Servatoris nostri Jesu Christi, qui vocatur *Evangelium infantiæ*, in pace Domini, Amen.

I.

INvenimus in libro (a Josephi Pontificis, qui vixit tempore Christi (dicuntque nonnulli eum esse Cajapham, dixit is) Jesum locutum esse, & quidem cum in cunis (b) jaceret, dixisseque

(a) In Actis quæ de Christo consignanda curasse fingitur Caiphas, Simonis in Pontificatu successor qui *Josephus Caiphas* dicitur Flavio Josepho lib. XVIII. Antiquitatt. c. 3.

(b) Christi in cunis loquentis plus simplici vice mentionem facit in Corano Mahomedes, quem & ipsum in cunis præclara fabulantem Arabes referunt, ut fuse ostendit Clariss. Sikius ad

Digitized by Google

que Matri ſuæ Mariæ: Ego ſum Jeſus, filius Dei, verbum illud, quod peperiſti, quemadmodum annunciavit Tibi Angelus Gabriel, miſitque me Pater meus ad ſalutem mundi.

II. Anno autem trecenteſimo nono æræ (c) Alexandri edixit Auguſtus, ut deſcriberetur unusquisque in patria ſua. Surrexit itaque Joſephus, & aſſumpta Maria ſponſa ſua Hieroſolymam (d) abiit, venitque Bethlehemum, ut cum familia ſua in urbe Patria deſcriberetur. Cumque ad ſpeluncam (e) perveniſſent, faſſa eſt Maria Joſepho, inſtare ſibi tempus pariendi, neque ſe poſſe in urbem proficiſci, ſed hanc, inquit, ſpeluncam intremus. Sol autem præceps in occaſum ferebatur. At Joſephus propere abiens, ut mulierem, quæ (in partu) ipſi adeſſet, accerſeret: anum Hebræam conſpicit, Hieroſolymis oriundam, &, Heus benedicta inquit, huc ades, & ſpeluncam iſtam ingredere, in qua mulierem partui vicinam invenies.

S III.

h. l. in notis. Sed & ex utero matris locutum Chriſtum narrat Keſarius, perinde ut Julius Obſequens infantem in utero matris clamaſſe tradit. p. 18 lib. de prodigiis, & apud Callimachum hymno in Delum v. 86. ſequ. & 162. ſeq. vaticinatur Apollo adhuc ὑπογαστόλωτος. (c) Hæc Epocha Rumæa ſive Græca Alexandrea Seleucidarum incipit Anno Per. Jul. 4402. decimotertio poſt Alexandri obitum. Anni ſinguli conſtant diebus 365. horis 6. perinde ut Juliani. Vide Vlug Beigum à Gravio editum de Epochis celebrioribus c. 2. p. 18. (d) Plane extra viam erat Bethlehemum Galileæ Nazaretho tendentibus, Hieroſolymam prius petere, neque ejus rei meminit Lucas II. 4. (e) Confer. Protevangel. Jacobi cap. 18. ſeq. & ibi dicta.

Digitized by Google

III. Post solis itaque occasum anus, & cum illa Josephus, ad speluncam pervenit, eamque ambo intraverunt. Et ecce! repleta illa erat luminibus, lucernarum & candelarum fulgorem excedentibus, & solari luce majoribus; Infans fasciis involutus divæ Mariæ matris suæ ubera sugebat, in præsepi repositus. Hanc lucem cum ambo mirarentur, rogat Vetula Divam Mariam: Tune hujus Prolis es Mater? & annuente Diva Maria, Nequaquam, ait, similis es filiabus (f) Evæ. Dicebat diva Maria: Sicuti filio meo nemo inter pueros similis exstitit, ita ipsius genetrix nullam inter mulieres parem habet. Respondente vero anu & dicente: Hera mea, veni ego, ut præmium perpetuo duraturum acquirerem. Inquit illi Domina nostra Diva Maria: Impone manus tuas infanti, quod cum feciisset anus, ex tempore munda (g) evasit. Egressa itaque dicebat: ab hoc tempore famula & ministra ero hujus. Infantis, omnibus diebus vitæ meæ.

IV. Deindè cum adveniissent Pastores, (h) & succenso igne, admodum lætarentur apparuerunt illis exercitus cœlestes laudantes & celebrantes Deum supremum, idemque facientibus Pastoribus spelunca ista tunc temporis augusto

(f) Longe præstas aliis fœminis. (g) à lepra sive vitiligine. Aliter hæc narrantur in Protevangelio c. 20. (h) tres fuisse ex incerta traditione narrant Beda, Haymo & alii. Cæterum in campo adhuc apud greges suos erant pastores cum illis Angeli apparerent, quo facto demum Bethlehemum accesserunt ad Mariam Luc. II. 15.

Digitized by Google

gusto templo similima videbatur, quoniam ora cœlestia pariter, & terrestria celebrabant & magnificabant Deum ob nativitatem Domini Christi. Videns vero anus illa Hebræa manifesta illa miracula, gratias Deo agebat, dicens: Gratias Tibi ago, o Deus, Deus Israëlis, propterea quod viderunt oculi mei nativitatem Servatoris mundi.

V. Cumque adesset tempus circumcisionis, dies scilicet octavus, quo circumcidendum esse puellum lex (i) præcipit, circumciderunt illum in spelunca (k) sumsitque anus illa Hebræa pelliculam istam (l) (dicunt vero alii ipsam sumsisse præsegmem umbilici) eamque in alabastro olei nardini vetusti recondidit. Erat autem illi filius seplasiarius, cui tradens illud, cave, inquit, vendas alabastrum hoc ungenti nardini, quamvis trecenti denarii (m) pro illo tibi offerrentur. Atque hoc est alabastrum illud, quod Maria peccatrix sibi comparavit, & in ca-

S 2 put

(i) Gen. XVII. 12. Levit. XII. 3. (k) Epiphanius in hæresi Herodianorum T. 1. p. 47. d. Γεγεννημένου δὲ ἐν Βηθλεὲμ περιτμηθέντα ἐν τῷ σπηλαίῳ, προσενεχθέντα ἐν Ἱεροσολύμοις κ. τ. λ. (l) De reliquiis præputii Christi quæ adhuc servari feruntur Romæ in æde S. Johannis Lateranensis vide quæ è Toleto in c. 2. Lucæ annot. 51. Salianus ad A. 4053. num. 5. seq. & è schedis Rosweidi Bollandus in Actis Sanctorum T. 1. Januarii p. 3. seq. Sed & præsegmen umbilici Christi ostenditur itidem Romæ in æde S. Mariæ Populi, & lapis super quo Christus circumcisus est, in templo S. Jacobi Scossacavalli. (m) è Marc. XIV. 5. Joh. XII. 5. summa est thalerorum septem & triginta cum dimidio.

Digitized by Google

put & pedes Domini noſtri Jeſu Chriſti effudit, eosque capillitio capitis ſui exterſit. Tum decem dierum ſpatio interjecto Hieroſolymas eum detulerunt, & quadrageſimo à nativitate die in templo coram facie Domini ſtiterunt offerentes pro ipſo munera, quod in lege Moſis(n) præſcriptum eſt; ſcilicet: *Omnis mas adaperiens vulvam ſanctus Dei* (o) *vocabitur.*

VI. Viditque illum Simeon ſenex, inſtar columnæ (p) lucis refulgentem, cum Diva Maria Virgo, Mater ejus, ulnis ſuis eum geſtaret, magnamque ex ipſo lætitiam perciperet, & circumdabant eum Angeli inſtar circuli, celebrantes illum, tanquam ſatellites (q) Regi adſtantes. Simeon itaque propere ad Divam Mariam accedens, & manus ſuas verſus illam extendens, dicebat Domino Chriſto: (r) *Nunc, o Domine mi, ſervus tuus in pace dimittitur, juxta verbum tuum, nam viderunt oculi mei miſericordiam tuam, quam paraſti ad ſalutem omnium gentium; lucem omnibus populis, & gloriam populo tuo Iſraëli.* Aderat quoque Hanna Prophetiſſa, & accedens, Deo gratias agebat, Dominamque Mariam felicem prædicabat. VII.

(n) Exod. XIII. 2. Luc. II. 23. (o) Senſus eſt omnem primogenitum Deo conſecrandum. (p) Flamma quia petere ſolet alta, ab orientalibus vocatur *columna lucis* uti fumus *columna fumi.* Vide Celeberrimi Hermanni van der Hardt Vindicias Ephemeridum Philologicarum, ubi agit de columna nubis & ignis, etſi hanc aliter, ni fallor, quam Vir doctus explicat, intellexit ſcriptor Pſalmi CV. v. 39. (q) Matth. IV. 11. (r) Luc. II. 28. Καὶ εὐλόγησε θεὸν καὶ εἶπε Νῦν ἀπολύεις κ. τ. λ.

Digitized by Google

VII. Et factum est, cum natus esset Dominus Jesus Bethlehemi, urbe Judææ, tempore Herodis Regis, ecce! Magi venerunt ex Oriente Hierosolymas, quemadmodum prædixerat (s) Zoradaschi (Zoroaster) erantque cum ipsis munera, aurum, thus, & myrrha, & adoraverunt eum, suaque ipsi munera obtulerunt. Tunc Domina Maria sumsit unam ex illis tæniis (t) (quibus involutus erat infans) eamque loco benedictionis illis tradidit, quam ipsi tanquam munus præclarissimum ab ea acceperunt. Eademque hora apparuit illis Angelus in forma (u) stellæ illius, quæ antea dux itineris ipsis fuerat, cujus lucis ductum secuti abierunt, donec in Patriam suam reverterentur.

VIII. Aderant autem Reges & Principes illorum (x) rogantes, ecquidnam vidissent aut egissent? quomodo ivissent ac rediv sent? quos tandem itineris comites habuissent? Hi vero protulerunt illis faciam istam, quam *Diva*

S 3 Ma-

(s) Vide Gregor. Abulpharajum Hist. Dynastiar. p. 81. & 110. cujus loca jam produxit Clarissimus Sike. Georgius Hornius Zoroastrem, sed male ut existimo, eundem esse putat cum Bileamo, cujus vaticinio edoctos fuisse Magos persvasit sibi Origenes lib. 1. contra Celsum p 46. aliique. (t) Fascias Christi ajunt Romæ ostendi ad S. Pauli, & insignem ex illis particulam in Hispania ad S. Salvatoris, ubi & Christi cunæ & indusium monstrari feruntur. (u) Nam & stellam quæ Magis apparuit pro angelo habent Cæsarius, Chrysostomus, Euthymius & alii. Et è recentioribus Montacutius hanc sibi sententiam præ omnibus reliquis maxime probabilem videri testatus est T. 1. Originum Eccles. p. 424. (x) Non itaque pro Regibus Magos habuit autor hujus Pseud Evangelii.

Digitized by Google

Maria ipsis tradiderat: quapropter celebrarunt festum, ignemque pro more suo (y) succenderunt, eumque adoraverunt, & fasciam istam in illum conjecerunt, corripuitque eam ignis & in sese comprehendit. Exstincto autem igne fasciam extraxerunt illæsam, ac si ignis eam non attigisset. Itaque cœperunt illam osculari, capitibusque suis & oculis imponere, dicentes: Hæc sanè indubitata est Veritas! utique magna res est, quod ignis comburere illam aut perdere nequiverit. Inde sumserunt eam, & magna cum veneratione in Thesauris suis reposuerunt.

IX. Herodes autem videns Magos cunctari, nec ad sese reverti, accersivit (z) Sacerdotes & Sapientes & dixit illis: Docete me, ubi nasciturus sit Christus; cumque illi respondissent: Bethlehemi, urbe Judææ, cœpit animo volvere cædem Domini Jesu Christi. Tunc apparuit Angelus Domini Josepho in somnis, dixitque: Surge, accipe Puerum & Matrem ejus, & abi in Ægyptum sub galli cantum: itaque surrexit & profectus est.

X. Cumque reputaret secum, quale futurum esset iter suum, supervenit ipsi aurora, ruperatque defatigatio itineris sellæ(a) cingulum. Jamque appropinquabat urbi magnæ, (b) in qua Ido-

(y) Notissimus cultus à Persis igni exhibitus, è quibus Magos venisse autor potat. (z) Hoc jam ante factum antequam Magi in patriam reversi essent testatur Matthæus II. 4. seq. (a) Cingulum quo ephippium alligatum erat, ita ut Josepho esset de equo vel asina descendendum. (b) Alexandriæ in qua Idolum & templum celeberrimum Serapidis.

Digitized by Google

Idolum erat, cui reliqua Ægypti Idola & numina munera & vota offerebant: aderatque huic Idolo sacerdos ministrans ipsi, qui, quotiescunque Satanas ex Idolo isto loqueretur, incolis Ægypti & plagarum ejus illa referebat. Erat huic sacerdoti filius triennis, à magna Dæmonum multitudine (c) obsessus, qui plurima loquebatur & proferebat, & cum corriperent illum dæmones, laceratis vestibus suis nudus obambulabat, & homines lapidibus petebat. In vicinia autem istius Idoli erat nosocomium illius urbis, quam cum ingressi essent Josephus & Diva Maria, & in nosocomium istud divertissent, valdè consternati sunt cives ejus (d) convenerunt; omnes Principes & sacerdotes Idolorum ad idolum illud, rogantes: Ecquænam est ista consternatio & trepidatio, quæ regionem nostram invasit? Respondit eis idolum: Appulit huc Deus (e) ignotus, qui revera est Deus, neque quisquam præter illum divino cultu dignus est, quoniam revera est Filius Dei; (f) ejus ad famam hæc Regio contremuit, ejusque adventu commota est & concussa, & nos à magnitudine imperii ejus valde timemus. Eademque

(c) Ut ille de quo Marc. V. 9. Luc. VIII. 30. (d) Urbis puta, Alexandriæ. (e) Θεὸς ἀγνώστων ἀναστασιν ut est in oraculo apud Suidam in Αὔγουστος, Malelam, Cedrenum, Nicephorum &c. de quorum fide consules si placet Antonium van Dale de Oraculis p. 442. edit. secundæ. (f) confessio Dæmonis gemina sed fide dignioribus autoribus descripta extat Marc. V. 7. Matth. VIII. 29. Luc. IV. 41. &c.

Digitized by Google

hora idolum hoc (g) corruit, & ad ruinam ejus, præter cæteros, omnes Ægypti incolæ concurrerunt.

XI. Filius autem Sacerdotis, cum solitus illum morbus invaderet, nosocomium ingressus Josephum ibi & Divam Mariam offendit, quos ceteri omnes fuga deseruerant: & quoniam Diva Domina Maria laverat fascias Domini Christi, easque in tigillo suspenderat, puer iste Dæmoniacus unam harum fasciarum detraxit, eamque capiti suo imposuit, statimque Dæmones ex ore ipsius egredi, & corvorum ac Serpentum figura fugere cœperunt. Ex tempore igitur imperio Domini Christi sanatus est puer, & Domino, qui ipsum sanaverat, laudes canere & gratias agere cœpit. Quem cum sanitati pristinæ restitutum Pater cerneret, Mi Fili inquit, quid tibi accidit? & qua ratione sanatus es? Respondit filius: Cum agitarent me Dæmones, in nosocomium abii, ibique fœminam decori vultus cum puero inveni, cujus illa fascias recens lotas in tigillo suspenderat: harum unam dereptam dum capiti meo impono, reliquerunt me dæmones & fugerunt. Gaudio exsultans Pater, Mi Fili, ait, fieri potest, ut hic Puer sit filius Dei vivi, qui cœlos & terram

(g) Et una cum illo cætera Ægypti idola. Confer Euseb. demonstrat. Evang. lib. 6. c. 20. & lib. 9. c. 2. Athanas. de incarnat. verbi T. 1. p. 89. Τίς δὲ τῶν δικαίων ἢ τῶν βασιλέων καʃῆλθεν εἰς Αἴγυπʃον, καὶ τῇ τότε καθόδῳ τὰ τῶν Αἰγυπʃίων εἴδωλα πέπʃωκεν;

Digitized by Google

terram creavit, simulatque enim ad nos transiit, fractum est idolum, ceciderunt cunctaque numina, & à vi majore destructa sunt.

XII. Hic impleta est Prophetia, (h) quæ dicit: *Ex Ægypto vocavi filium meum.* Josephum vero & Mariam, cum idolum illud corruisse & periisse audirent, terror & tremor invasit, adeo ut dicerent: Cum essemus in terra Israelis, Herodes Jesum interficere voluit, & propterea omnes infantes Bethlehemi ejusque viciniæ occidit, neque dubium est, quin Ægyptii, si idolum hoc fractum corruisse audiverint, nos igne sint crematuri.

XIII. Hinc ergo digressi ad latibula latronum pervenerunt, qui prætereuntes viatores sarcinis modo & vestibus exspoliaverant, eosque vinctos, ducebant. Audiebant vero latrones isti strepitum ingentem, qualis esse solet strepitus Regis, magno cum exercitu & equitatu reboantibus tympanis ex urbe sua egredientis; qua re perculsi relicta omni præda propere fugiebant. Surgentes itaque captivi, alter alterius vincula solvebant, & receptis sarcinis suis abeuntes, cum Josephum & Mariam accedentes viderent, rogabant: Ubinam ille Rex, cujus adventantis strepitum audientes latrones nos reliquerunt, ita ut salvi evaserimus? Respondebat Josephus: Pone nos veniet. (i)

(h) Num. XXIV. 8. Oseæ II. 1. Matth. II. 15. (i) Si textu Arabico haud invito scribamus *venit*, & ex autoris mente ponamus quod puer Jesus in itinere parentes suos est insc-

Digitized by Google

XIV. *D*einde in aliam urbem venerunt, ubi mulier erat dæmoniaca, quam, cum noctu aliquando aquatum processisset, Satanas maledictus & rebellis insederat. Hæc neque vestimenta pati, (u) neque in ædibus durare poterat, & quotiescunque catenis illam aut loris constringerent, disruptis illis, nuda, in loca deserta fugiebat, triviisque & sepulchretis insistens homines lapidibus impetebat, ita ut propinquis suis magnæ calamitati esset. Hanc igitur conspicata *D*iva Maria, misserta est; & confestim dereliquit eam Satanas, & in forma juvenis fugiens abiit, dicens: Væ mihi à Te, Maria, & à Filio tuo! sic sanata est ista mulier à cruciatu suo, resipiscensque & propter nuditatem suam erubescens ad suos abiit, conspectum hominum fugitans, indutaque vestes suas Patri & propinquis rationem status sui exposuit: qui, quoniam ex optimatibus civitatis erant, Divam Mariam & Josephum magna cum veneratione hospitio exceperunt.

XV. Proxima luce, viatico probe instructi, ab illis digressi sunt, & circa vesperam ejus diei in aliud oppidum, in quo nuptiæ celebrabantur, devenerunt; sed technis Satanæ maledictis, & opera veneficorum obmutuerat sponsa, ita ut hiscere amplius nequiret. Divam itaque Dominam Mariam, cum filium suum Dominum

cutus, non necesse erit dicere Josephum hic induci mentientem. (u) Ita *D*æmoniacus describitur Luc. VIII. 27. seq. Marc. V. 2. seq.

Digitized by Google

minum Christum ulnis gestans oppidum intraret, conspicata muta ista sponsa manus suas versus Dominum Christum extendit, eumque ad se pertractum ulnis excepit, & arcte inhæresens basia frequentia illi impegit, crebro eum motitans suoque corpori apprimens. Extemplo solutus est nodus lingvæ ejus, (x) & apertæ sunt aures ejus; Deoque quod sanitatem ipsi restituisset laudes & grates canere cœpit. Magna itaque hac nocte lætitia inter cives ejus oppidi oriebatur, adeo ut putarent, Deum (y) & Angelos ejus ad sese descendisse.

XVI. Triduum ibi substiterunt, magna in veneratione habiti, & apparatu splendido accepti. Viatico deinde instructi ab illis discesserunt & in aliam urbem devenerunt, in qua quod hominum celebritate floreret, pernoctare desiderabant. Erat vero in hac urbe mulier nobilis, quæ cum aliquando lavatum ad flumen descendisset, ecce tibi! Satanas maledictus in forma serpentis insiluerat in eam, & ventrem ejus circumplicaverat, singulisque noctibus, super illa se extendebat. Hæc mulier conspicata Dominam Divam Mariam, & Dominum Christum infantem in sinu ejus, rogabat Dominam Divam Mariam, ut sibi infantem hunc gestandum & deosculandum traderet. Annuente illa, & vix admoto puero, discessit ab illa Satanas, & fugiens eam reliquit, neque unquam post hunc diem mulier illum vidit. Omnes

(x) Marc. VII. 35. (y) ut Act. XIV. 11.

Digitized by Google

mnes ergo vicini Deum ſupremum laudabant; & mulier iſta magna eos benignitate remunerabatur.

XVII. Poſtero die eadem mulier aquam odoratam ſumpſit, ut Dominum Jeſum lavaret; eoque loto aquam illam penes ſe reſervavit. Eratque ibi puella, cujus corpus lepra album erat, quæ cum aqua hac perfunderetur & lavaretur, munda fuit ex tempore à lepra ſua. Dicebat ergo populus: Nullum eſt dubium, quin Joſephus, & Maria, & Puer iſte Dii ſint, neque enim mortales videntur. Cum vero diſceſſum pararent, accedens puella iſta, quam lepra infeſtaverat, rogabat illos ut ſe viæ comitem adſumerent.

XVIII. Annuebant, ibatque cum eis puella, donec in urbem venirent, in qua arx erat magni Principis, cujus haud procul à diverſorio ædes erant. Huc divertebant, cumque abiens puella ad uxorem Principis intraſſet, eamque triſtem & plorantem reperiret, cauſam fletus ſciſcitabatur. Ne mirare, inquit illa, ſingultus meos; magna enim calamitate premor, quam nulli hominum narrare auſim. Atqui, ait puella, forte, ſi malum tuum ſecretum mihi commiſeris, ejus apud me remedium invenietur. Tu ergo, reſpondit uxor Principis, ſecretum hoc abſcondens nulli mortalium narrabis. Ego nupta huic Principi, Regis inſtar multis terris imperitanti, diu ita cum ipſo vixi, ut nullam ex me prolem ſuſciperet. Tandem ex eo concepi,

Digitized by Google

cepi, ſed filium (eheu!) leproſum peperi; quem ille conſpectum pro ſuo non agnovit, mihique, vel tu, ait, hunc interfice, vel nutrici cuipiam trade, tali loco educandum, unde nulla ejus fama audiatur. Jamque res tuas tibi habe, nunquam te rurſus videbo. Itaque mœrorem meum & conditionem miſeram deplorans contabui. Heu filium meum, heu conjugem! Dixine tibi? inquit puella, morbo tuo medicinam reperi, quam tibi ſpondeo. Nam ego quoque leproſa fui, ſed mundavit me Deus, qui eſt Jeſus, filius Dominæ *Mariæ*. Rogante autem muliere, ubinam hic eſſet Deus, quem memoraret? Hic Tecum, inquit puella, in eadem domo verſatur. At qua ratione hoc fieri poteſt, ait ille, ubinam eſt? Ecce, regerit puella, Joſephum & Mariam; infans vero, qui cum illis eſt, Jeſus vocatur, atque is eſt, qui morbum meum & cruciatum ſanavit. At qua ratione, ait illa, mundata es à lepra tua? nonne id mihi indicabis? quidni? inquit puella, aquam, qua lotum fuerat corpus ejus, accepi, & in me effudi, & evanuit lepra mea. Surgens itaque uxor Principis hoſpitio illos excepit, & ſplendidum Joſepho convivium in magno virorum cœtu paravit. Poſtera vero luce aquam odoratam ſumſit, qua Dominum Jeſum ablueret, & filium ſuum quem ſecum aſſumpſerat, eandem deinde aqua perfudit, & extemplo filius ejus mundatus eſt à lepra ſua. Grates ergo & laudes Deo canens, beata, inquit,

Digitized by Google

quit, mater, * quæ Te peperit, O Jesu! itane homines, ejusdem tecum naturæ participes, aqua, qua corpus tuum perfusum fuit, mundas? ingentia porro munera Dominæ Mariæ obtulit, eamque eximio cum honore dimisit.

XIX. Ad aliam deinde urbem pervenientes, in illa pernoctare desiderabant. Diverte-bant itaque ad Virum recenti matrimonio devinctum, sed qui veneficio tactus (z) uxore frui non poterat; cumque ea nocte penes ipsum pernoctassent, solutum est vinculum ejus. At oriente luce cum ad iter sese accingerent, prohibuit eos sponsus, (a) magnumque illis convivium apparavit.

XX. Postero ergo die profecti, & novæ urbi appropinquantes, tres conspiciunt mulieres à sepulchro quodam, magno cum fletu procedentes. Quas conspicata Diva Maria, inquit puellæ, quæ ipsam comitabatur: Abi, & quære ex illis, quæ sit ipsarum conditio, & quid ipsis calamitatis acciderit. Cumque à Puella rogarentur, nihil respondentes, vicissim interrogabant: Unde vos, & quo tenditis? jam enim præteriit dies, & nox ingruit. Nos viatores sumus, inquit puella, & diversorium, in quo pernoctemus, quærimus. Dicebant illæ: Ite nobiscum, & apud nos pernoctate. Secuti ergo illas, in domum novam, ornatam, & varia suppellectile instructam introducebantur.

Erat

* Luc. XI. 27. (z) De hoc maleficii genere Delrio Disquis. Mag. lib. 3. part. 1. qv. 4. sect. 8. (a) γάμον.

Digitized by Google

Erat vero tempus brumale, & puella mulierum istarum conclave ingressa rursus eas flentes & lamentantes inveniebat. Adstabat eis mulus, tegumento serico instratus, ebeno ex collo ejus dependente, cui oscula dabant, & pabulum subministrabant. Dicente autem puella ista: Quam pulcher, o Dominæ meæ, hic mulus est! respondebant illæ flentes & dicebant: mulus hic, quem cernis, noster fuit frater, eadem hac matre nostra natus, cum enim fato functus Parens noster magnas nobis opes reliquisset, atque hunc unicum fratrem haberemus, commodum illi matrimonium quærebamus, nuptias ei, more hominum, parare gestientes. Sed mulieres Zelotypiæ œstro percitæ illum nobis insciis fascinarunt: (b) Et nos quadam nocte, paulo ante auroram foribus ædium nostrarum probè occlusis, fratrem hunc nostrum mulum factum esse vidimus, qualem hodie illum cernis. Nos vero tristes, sicuti vides, quia Pater non erat nobis, quo nos solaremur, nullum in mundo sapientem, aut Magum, aut incantatorem omisimus, quin illum accerseremus, sed nihil omnino nobis profuit, Itaque, quoties pectora nostra mœrore opprimuntur, surgimus, & cum Matre hac nostra sepulchrum Patris nostri adimus, & postquam ibi flevimus, revertimur.

XXI. Hæc cum audivisset puella ista, animum recipite, inquit, & fletus omittite; etenim

(b) Perinde, ut *carminibus Circe socios mutavit Ulysses.*

Digitized by Google

nim medicina mali vestri propinqua est, imo vobiscum est, & in medio ædium vestrarum. Nam ego quoque leprosa fui, sed ut istam vidi mulierem, & cum illa infantem hunc parvulum, cujus nomen est Jesus, aqua, qua illum abluerat mater, corpus meum perfudi, & munda evasi. Novi autem, illum vestro quoque malo posse mederi; quare surgite, Dominam meam Mariam adite, atque ei in mansiunculam vestram deductæ secretum vestrum revelate, suppliciter illam rogantes, ut vestrûm misereatur. Postquam mulieres sermonem puellæ audiverant, properè Dominam divam Mariam adibant & ad sese introducebant, & coram ea considentes flebant, & dicebant: O Domina nostra, *D*iva Maria, miserere ancillarum tuarum; neque enim senior nobis supereſt, aut familiæ Princeps, neque Pater aut frater, qui coram nobis intret & exeat: Sed mulus hic, quem vides, frater noster fuit, quem mulieres fascino talem, qualem cernis, effecerunt, te itaque rogamus, ut nostrum miserearis. Tunc sortem illarum dolens Diva Maria sublatum Dominum Jesum dorso muli imponit, & filio suo, heus, inquit, Jesu Christe, sana hunc mulum eximia tua potentia, & formam illi humanam & rationalem, quali antea fuit præditus, restitue. Vix egressa erat vox ex ore Dominæ *D*ivæ Mariæ, cum immutatus subito mulus, in formam humanam transiret, ac Vir Juvenis, & ab omni labe integer evaderet. Tunc

Digitized by Google

Tunc ipſe, ac Mater ejus & ſorores Dominam Divam Mariam adorabant, ac Puerum ſuper capita ſua elatum oſculabantur, dicentes: Beata eſt genetrix tua, (c) O Jeſu, O Servator mundi! beati ſunt oculi, (d) qui felicitate aſpectus tui fruuntur.

XXII. Dicebant porro ambæ ſorores matri ſuæ: Equidem frater noſter auxilio Domini Jeſu Chriſti, & benedictione puellæ iſtius, quæ Mariæ & filii ejus indicium nobis fecit, in priſtinam formam reſtitutus eſt. Nunc igitur, cum frater noſter ſit cœlebs, convenit ut puellam hanc, famulam illorum, nuptum ipſi demus. Hoc cum à Diva Maria petiiſſent, ipſaque annuiſſet illis, ſplendidas huic puellæ nuptias paraverunt; & mœrore in lætitiam, planctuque in riſum commutato, gaudere, lætari, exſultare & canere cœperunt, ob exceſſum lætitiæ ſplendidiſſimis veſtibus & monilibus ornatæ. Deinde Deum commemorantes & laudantes, dicebant: O Jeſu, fili Davidis, qui mœrorem in lætitiam & lamenta in riſum convertis! Manſeruntque ibi Joſephus & Maria decem dies. Deinde profecti ſunt, magnis honoribus ab hiſce hominibus affecti; qui, cum illis valedixiſſent, & a valedicendo revertiſſent, flebant, & præ cæteris puella.

XXIII. Hinc digreſſi cum in terram deſertam perveniſſent, eamque latrociniis infeſtam eſſe audirent, Joſephus & Diva Maria regionem

T hanc

(c) Luc. XI. 27. (d) Luc. X. 23.

Digitized by Google

hanc noctu trajicere parabant. At inter eundum, ecce! duos in via latrones conſpiciunt dormientes, & cum illis multitudinem latronum, qui illorum ſocii erant, itidem ſtertentium. Erantque duo iſti latrones in quos incidebant, *Titus* & *Dumachus*, (e) dicebatque Titus Dumacho: Rogo te, ut iſtos libere ſinas abire, ne ſocii noſtri illos animadvertant. Recuſante autem Dumacho, rurſus Titus, cape tibi, inquit, à me quadraginta drachmas, & pignus habe zonam hanc meam, quam dicto citius illi porrigebat, ut ne hiſceret aut loqueretur. Videnſque Domina Diva Maria hunc latronem ipſis benefacere, ait illi: Dominus Deus te ad dextram ſuam recipiet, & remiſſionem peccatorum tibi largietur. Et reſpondit Dominus Jeſus & dixit matri ſuæ: Poſt triginta annos, o Mater, crucifigent me Judæi Hieroſolymis, & duo iſti latrones mecum una in crucem tollentur, Titus ad dextram meam, & Dumachus ad ſiniſtram; & ab illo die præcedet me Titus in Paradiſum. (f) Cumque dixiſſet illa: Avertat hoc à Te Deus (g) mi fili! abierunt illinc ad urbem Idolorum, (h) quæ, poſtquam

(e) In Evangelio Pſeudo-Nicodemi c. 9. latronum horum nomina feruntur *Demas* & *Geſtas*, in Hiſtoria Chriſti Xaveriana p. 480. *Ygcimus* & *Juſtinus*, in floribus ſive collectaneis Bedæ vulgo adſcriptis, *Matha* & *Joca*. Dumachi nomen videtur effictum ex Græco θεόμαχος. (f) Luc. XXIII. 43. (g) Formula qualis Matth. XVI. 22. (h) Hermupolin Thebaidis. Adde vitas Patrum edit. Roſweydi pag. 460.

Digitized by Google

quam illi appropinquassent, in colles arenarum fuit mutata.

XXIV. Hinc ad Sycomorum illam digressi sunt, quæ hodie Matarea (i) vocatur, & produxit Dominus Jesus fontem (k) in Matarea, in quo diva Maria tunicam ejus lavit, ex sudore autem, qui à Domino Jesu ibi defluxit, balsamum (l) in illa regione provenit.

XXV. Inde Memphin descenderunt, visoque Pharaone, triennium (m) in Ægypto sub-

T 2

(i) Totus pagus, qui ab Alcairo binis miliaribus distat, à copia aquarum *Matarea* vocatur, ut jam observatum Clarissimo Sikio ex Golio ad Alferganum p. 157. Ibi hodieque ostenditur sycomorus Pharaonis quam apertam perfugium præbuisse ajunt Mariæ una cum filio suo Jesulo persequentes fugienti. Vide Thevenotii lib. 2. Itinerarii Orientalis cap. 8. (k) Martinus Polonus lib. 3. Chronici p. 104. edit. Suffridi Petri: *Legitur in quodam libro de infantia Salvatoris, quod Jesu fugiente in Ægyptum, cum sub una palma recubuissent, beata virgine, matre pueri fame laborante, ad præceptum pueri se palma ad terram usque inclinavit,* (confer geminam fere narrationem apud Sozom. lib. 5. c. 21. Hist.) *& post collectionem ipsius fructus ad pristinum statum se palma erexit. Et sitiente Josepho, ibidem ex præcepto pueri Jesu, arida terra fontem produxit. Legitur quoque ibidem, quod cum in eodem itinere in ore cujusdam speluncæ hospitati fuissent, de eadem spelunca duo magni dracones sunt egressi, ad quorum contuitum dum beata virgo & Joseph tenerentur, ad nutum pueri Jesu dracones cum omni mansuetudine inclinatis capitibus deserta petierunt. Et etiam quod unus leo in ipso itinere adveniens, usque in Ægyptum ipsis obsequens fuit.* (l) Confer Historiam Christi à Xaverio interpolatam p. 102. (m) Hoc neutiquam credibile, nam Herodes eodem annò est mortuus quo Josephus eum Maria & Christo in Ægyptum fugit, & hic statim ab He-

Digitized by Google

substiterunt, fecitque Dominus Jesus plurima in Ægypto miracula, quæ neque in Evangelio Infantiæ, neque in Evangelio perfecto (n) scripta reperiuntur.

XXVI. Exacto vero triennio rediit ex Ægypto & reversus est, cumque Judæam attigissent, timuit Josephus illam intrare; audiens enim decessisse Herodem, & Archelaum filium in locum ejus successisse, metuit, & in Judæam abiit, apparuitque (o) illi Angelus Dei, & dixit: O Josephe, abi in urbem Nazareth, atque ibi subsiste. (Mirum sane, gestari sic & circumferri per Regiones Dominum Regionum)!

XXVII. Ingressi deinde urbem Bethlehemum (p) videbant ibi morbos plurimos & difficiles, oculos infantum infestantes, (q) ita ut plerique morerentur. Aderat ibi mulier, ægrotum habens filium, quem morti jam vicinum ad Dominam Divam Mariam adduxit; quæ cum Jesum Christum lavaret, illam conspexit. Dicebat vero mulier ista: O Domina mea Maria, respice filium hunc meum, qui diris

rodis morte iterum per Angelum jussus est reverti in Judæam. (n) Puto notari hoc nomine Evangelium καθ' ἐξοχὴν h. e. quatuor Evangelia Matthæi, Marci, Lucæ & Johannis. Vide infra c. 30. (o) Hæc perverso ordine narrantur si conferas cum Matth. II. 20. seq. Forte tamen conciliare possis, si ita vertas: *In Judæam tamen abiit, cum apparuisset illi Angelus Dei & dixisset* &c. Neque Arabica huic versioni refragari existimo. (p) Postquam nempe Nazarethi aliquamdiu substitissent. Aut dicendum pro Bethlehemo hic reponendum Nazarethum. Sed Bethlehemi iterum mentio infra c. 32. (q) Variolarum morbum denotare videtur.

Digitized by Google

ris cruciatibus torquetur. Et exaudiens illam Diva Maria, cape, inquit, aliquantum istius aquæ qua filium meum ablui, eaque illum consperge. Accipiens ergo illa paululum de ista aqua, prout jusserat Diva Maria, illâ filium suum perfudit, qui vehementi agitatione lassatus in soporem lapsus est, & cum paululum dormiisset, salvus postea & sanus evigilavit. Mater hoc eventu admodum læta, *Divam* Mariam rursus adibat, dicebatque illi Diva Maria: Gratias age Deo, qui filium hunc tuum sanavit.

XXVIII. Erat ibidem alia mulier, vicina ejus, cujus modo filius sanatus erat. Hujus filius, cum eodem morbo laboraret, jamque fere clausi essent ejus oculi, dies noctesque ejulabat. Huic sanati infantis genetrix, quare, inquit, non defers filium tuum ad Divam Mariam, sicuti ego filium meum ad illam detuli, cum in agone mortis versaretur? qui sanatus est aqua illa, qua corpus Jesu filii ejus ablutum fuerat. Quæ cum ex ea audivisset mulier ista, ipsa quoque abiit, sumptaque eadem aqua filium suum abluit, cujus extemplo corpus & oculi ad sanitatem pristinam redierunt. Hanc quoque Diva Maria, cum filium suum ad ipsam detulisset, ejusque casum ipsi aperuisset, gratias *Deo* pro recuperata filii valetudine agere, neque cuiquam, (r) quod evenerat, narrare jussit.

XXIX. Erant in eadem urbe duæ fœminæ unius viri uxores, quarum utrique erat filius

(r) Ut Matth. VIII. 4. IX. 30. XII. 16.

Digitized by Google

ægrotus. Harum altera Maria vocabatur, & filio ejus Kaljufo (s) erat nomen. Surgebat ista, & adsumpto filio suo *D*ominam *D*ivam Mariam matrem Jesu adibat, oblatoque ei perpulchro mantili, O *D*omina mea Maria, inquit, accipe à me hoc mantile, & pro illo fasciolam unam mihi redde. Faciebat hoc Maria, abiensque Mater Kaljusi confectam ex illa tunicam filio suo induebat. Sic sanatus est morbus ejus, at filius rivalis (t) diem obiit. Hinc orto inter illas dissidio, cum alternis hebdomadibus (u) munia domestica obirent, adessentque vices Mariæ Matris Kaljusi, hæc panem coctura furnum calefaciebat, & farinam petitura, filio suo Kaljufo ad furnum relicto, foras prodibat. Hunc æmula ejus, solum conspicata (furnus autem succenso igne æstuabat) prehendit & in furnum conjecit, ac sese inde subduxit. Rediens Maria, vidensque filium suum Kaljusum, in medio furno (x) jacentem, ridere, furnumque refriguisse, ac si nihil in eum ignis conjectum foret, cognovit æmulam suam in ignem immisisse. Extractum ergo eum ad Divam Dominam Mariam detulit, eidemque casum ejus narravit. Cui illa, Tace inquit, nam metuo tibi, si ista divulgaveris. Postea æmu-

(s) Calebo. (t) Alterius fœminæ sive pellicis. (u) Ex more Polygamorum. (x) Perinde ut tres viri *D*an. III. 23. seq ne dicam de Abrahamo & Mose, quos similiter in furno candente servatos incerta & fabulosa refert Judæorum Muhamedanorumque traditio.

Digitized by Google

æmula ejus aquam hauſtura ad puteum proceſſit, & conſpicata Kaljuſum juxta puteum ludentem, neque quemquam mortalium adeſſe, prehenſum illum in puteum deturbavit. Cumque homines aquam ex puteo petituri acceſſiſſent, videbant puerum iſtum in ſuperficie aquæ ſedentem, quem demiſſis funibus extrahebant. Ceperatque eos magna admiratio iſtius pueri, ita ut Deum celebrarent. Accedens vero mater ejus, ſublatum illum ad Dominam *D*ivam Mariam detulit, plorans & dicens: O Domina mea, vide, quid æmula mea filio meo fecerit, & quomodo in puteum illum deturbaverit; neque dubium mihi eſt, quin aliquando exitii cauſa ipſi ſit futura. Inquit illi *D*iva Maria: *D*eus injuriam tibi factam vindicabit. Paucis diebus interjectis, cum aquam hauſtura ad puteum æmula proceſſiſſet, pes ejus funi implicabatur, ita ut præceps in puteum decideret; quique ad auxilium ipſi ferendum accurrerant, caput ejus fractum & oſſa contuſa inveniebant. Sic malo fato periit, & impletum in ea fuit dictum illud authoris: (y) *Puteum foderunt, & alte humum egeſſerunt; ſed ceciderunt in foveam, quam paraverant.*

XXX. Alia illic mulier geminos habeat filios, morbo pariter langventes: defunctoque altero, alter quoque in vicinia mortis verſabatur, quem in ulnas ſuſceptum ad *D*ominam Di-

T 4 vam

(y) Salomonis Prov. XXVI. 27. & Cohel. X. 8. adde Sir. XXVII. 29.

vam Mariam, vim lacrymarum effundens, detulit, &, O Domina mea inquit, opem mihi fer, & succurre, nam duos habui filios, quorum alterum modo sepelivi, alterum vero invicinia mortis constitutum cerno, vide quomodo gratiam à *D*eo petam, eumque supplex rogem, cœpitque dicere: O Domine, tu es clemens & misericors & pius! duos mihi dedisti filios, quorum alterum cum ad te receperis, hunc saltem mihi relinque. Diva itaque Maria, ardorem lacrymarum ejus conspiciens, misertа est ejus, & heus tu ait, filium tuum in lecto filii mei colloca, ejusque vestibus ipsum contege. Cumque collocasset eum in lecto, in quo Christus jacebat, (modo autem oculi ejus in æternam noctem claudebantur) simul atque odor vestium *D*omini Jesu Christi puerum hunc contigit, oculi ejus aperiebantur, (z) magnaque voce matrem inclamans panem poscebat, eumque acceptum sugebat. Tunc Mater ejus, O Domina Maria, inquit, nunc cognovi virtutem Dei in Te habitare, adeo, ut filius tuus sanet pueros, ejusdem cum ipso naturæ participes, simulatque vestes ejus attigerint. Hic puer ista ratione sanatus, is est, qui in Evangelio (a) Bartholomæus vocatur.

XXXI. Erat porro ibi mulier leprosa, quæ adiens Dominam Divam Mariam Matrem Jesu, dicebat: Domina mea, juva me. Respondebat

(z) Ut Tabitæ *Act.* IX. 40. (a) Matth. X. 3. Marc. III. 18. & Luc. VI. 14.

Digitized by Google

bat vero Diva Maria: Ecquodnam auxilium petis? aurumne, an argentum, an ut corpus tuum a lepra mundetur? Quis autem, rogabat mulier ista, hoc mihi dare posset? Cui *Diva Maria*, paululum, inquit, exspecta, donec filium meum Jesum laverim, & in lecto reposuerim. Exspectabat mulier, prout jussa erat; & Maria cum Jesum in lecto collocasset, aquam, qua corpus ejus abluerat, mulieri porrigens, cape, inquit, aliquantum istius aquæ, & in corpus tuum effunde, quod cum feciſſet, ex tempore mundata Deum celebrabat, & grates ipsi agebat.

XXXII. Abiit ergo, postquam triduum apud illam mansisset, & in urbem perveniens vidit ibi Virum Principem, qui alterius Principis filiam duxerat uxorem: sed cum vidisset mulierem, conspexit inter oculos ejus signa lepræ, stellæ instar, adeoque matrimonium dissolutum (b), & irritum declaratum fuerat. Has mulier ista in eo statu conspicata, mœstas admodum & fletu largo ora rigantes, causam ex illis lachrymarum quærebat. At illæ, Ne, inquiunt, in statum nostrum inquirito; malum enim nostrū nulli mortalium narrare, aut alieno cuiquam aperire possúmus. Instabat tamen illa, utque illud sibi committerent, rogabat, se

(b) Lepra inter causas apud Judæos divortii. Si vero jam nuptæ demum accidisset, aut retinenda erat uxor, aut cum dote repudianda, ut observat Seldenus lib. 3. Uxor. Hebr. c. 17.

Digitized by Google

se enim fortasse remedium ejus commonstraturam. Cum ergo monstrarent ipsi puellam, & signa lepræ, quæ inter ejus oculos apparebant; Ego quoque, inquit mulier, quam hic videtis, eodem morbo laboravi, & Bethlehemum negotiorum causa profecta sum. Ibi speluncam(c) quandam ingressa, mulierem nomine Mariam vidi, cui filius erat, qui Jesus vocabatur, hæc leprosam me videns indoluit, aquamque qua filii sui corpus laverat, mihi porrexit, ea corpus meum perfudi, & munda evasi. Dicebant ergo fœminæ illæ: Numquid, ô Domina, surges, & nobiscum proficiscens Dominam *D*ivam Mariam nobis commonstrabis? Annuente illa surrexerunt & ad Dominam Divam Mariam pervenerunt, splendida secum munera ferentes. Cumque intrassent, & munera illa ipsi obtulissent, puellam istam leprosam, quam adduxerant ipsi monstrabant. Dicebat ergo Diva Maria: Misericordia Domini Jesu Christi habitet super vos, & paululum aquæ illius, qua corpus Jesu Christi abluerat, illis porrigens, hac miseram lavare jubebat, quod cum fecissent extemplo sanata est, ipsique & omnes adstantes Deum celebrabant. Læti ergo & in urbem suam reduces Domino propterea laudes canebant. Audiens vero Princeps sanatam esse uxorem suam, domum illam recipiebat, & secundas nuptias celebrans, pro recuperata uxoris sanitate grates Deo agebat.

XXXIII.

(c) Vide supra p. 105.

Digitized by Google

XXXIII. Erat quoque ibi puella, quæ à Satana affligebatur; maledictus enim iſte formæ ingentis Draconis ſubinde illi apparebat, eamque deglutire cupiebat; omnem quoque ejus ſanguinem exſuxerat, ita ut cadaveri ſimilis remaneret. Ipſa ergo quotiescunque ad illam accederet, manibus ſuper capite conſtrictis, voci ferabatur & dicebat: Væ, væ, mihi! quod nemo adeſt qui à peſſimo iſto Dracone me liberet. Pater autem & *Mater* ejus, & omnes qui circa ipſam erant, aut ipſam videbant, contriſtabantur ſuper illa & flebant, omnesque qui aderant, flebant & lamentabantur, præſertim cum ploraret ipſa, & diceret: O fratres mei & Amici, nemone eſt, qui ab homicida iſto me liberet? Filia vero Principis, quæ à lepra ſua mundata fuerat, audiens vocem puellæ iſtius, adſcendit in caſtelli ſui tectum, viditque illam manibus ſuper capite complicatis fletus largos edentem, totumque circumſtantium cœtum pariter ploxantem. Rogabat itaque maritum iſtius obſeſſæ, viveret ne mater uxoris ipſius? Qui cum utrumque ejus Parentem vivere dixiſſet, matrem ejus, inquit illa, ad me mitte. Quam ut veniſſe vidit, hæccine, inquit obſeſſa filia tua eſt? ita, inquit illa triſtis & plorans; ex me, ô Domina, eſt genita. Reſpondebat filia Principis: Occulta ſecretum meum: nam fateor tibi, me fuiſſe leprоſam: ſed mundavit me Domina *Maria*, Mater Jeſu Chriſti. Quod ſi filiam tuam ſanitati priſtinæ reſtitui deſideras, Bethlehe-

lehemum illam abducens Mariam Matrem Jesu require, & filiam tuam sanatum iri confide; credo enim te, sanatâ filia, lætam reversuram. Statim ab extrema parte verbi surrexit illa, & cum filia sua ad locum designatum profecta, *Dominam Divam* Mariam adiit, eique filiæ suæ statum aperuit. Audita oratione ejus *Diva* Maria obtulit illi paululum aquæ illius, qua corpus filii sui Jesu abluerat, idque in corpus filiæ effundere jussit. Data quoque ipsi fasciola expanniculis *Domini* Jesu, cape, inquit, hanc fasciolam, eamque hosti tuo, quotiescunque illum videris, ostende; & in pace illas dimisit.

XXXIV. Cum ergo digressæ ab illa in civitatem suam rediissent, adessetque tempus, quo Satanas iste percellere eam solebat, eadem hora apparuit illi hic maledictus sub forma ingentis *Draconis*, eumque videns puella expavit. Cui *Mater*: Abjice timorem, ô filia, & sine illum, donec propius ad te accesserit; tum fasciolam, quam dedit nobis *Domina* Maria, ipsi obverte, & quid futurum sit, videamus. Accedente itaque Satana isto, qui *Draconem* terribilem referebat, corpus puellæ præ timore inhorruit; sed simulatque fasciolam istam capiti suo superimpositam & oculis obvolutam ostenderet, exibant ex fasciola flammæ & prunæ ignis, atque in *Draconem* spargebantur. Hem! quantum hoc miraculum, quod accidebat, simulatque *Draco* fasciolam *Domini* Jesu adspiceret! exibat enim ignis, & in caput ejus

Digitized by Google

ejus atque oculos ſpargebatur, ita ut magna voce exclamaret: Quid mihi tecum eſt, (d) O Jeſu, fili Mariæ? quo à Te fugiam? ac territus admodum & retrocedens puellam relinqueret. Sic Puellæ huic negotium facesſere deſiit; quæ grates *Deo* & laudes canebat, & cum ipſa omnes, qui miraculo iſti præſentes affuerant.

XXXV. Alia ibidem mulier degebat, cujus filius à Satana vexabatur. Hic Judas (e) nomine, quotiescunque Satanas iſte illum corripiebat, quosvis præſentes dentibus appetebat, ac ſi neminem juxta ſe inveniret, ſuas ipſe manus & cætera membra morſu vexabat. Audiens ergo mater hujus miſeri, famam Divæ Mariæ & filii ejus Jeſu, ſurrexit propere, ac filium ſuum Judam in ulnas ſublatum ad Dominam Mariam detulit. Interim Jacobus & Joſes (f) commodum Dominum Jeſum infantem abduxerant, ut cum cæteris infantibus colluderent, ac domo egreſſi conſederant, & cum illis Dominus Jeſus. Accedebat vero Judas obſeſſus, & ad dextram Jeſu aſſidens, cum agitaret eum pro conſvetudine ſua Satanas, dentibus Dominum Jeſum appetebat, &, quoniam attingere non poterat, latus ipſius dextrum per-

(d) Ut Marc. I. 24 Luc. IV. 34. &c. (e) Judas puta Iſchariotes. Occaſio hanc fabulam fingendi ſumta è Luc. XXII. 3. & Joh. XIII. 27. uti recte obſervatum Clariſſimo Sikio. In iis enim locis Satanas in Judam ingreſſus eſſe dicitur (f) Duo filii Joſephi, Jeſu fratres Marc. VI. 3. Jacobi iterum mentio infra c. 43.

Digitized by Google

percutiebat, ita ut Jesus ploraret. Eademque hora fugiens exivit ex puero isto Satanas, cani rabido similis. Hic autem Puer, qui Jesum percussit, & ex quo Satanas sub forma canis exivit, fuit Judas Ischariotes, qui illum Judæis prodidit; & idem ejus latus, (g) in quo percusserat illum Judas, Judæi lanceâ confixerunt.

XXXVI. Cum vero Dominus Jesus septimum à nativitate sua annum compleviſſet, die quodam cum aliis pueris sodalibus suis coætaneis, versabatur, qui ludentes, varias ex luto formas fingebant, asinos, boves, volucres, & alia his similia; & unusquisque suum jactans opus super cæterorum plasmate efferre conabatur. Tunc Dominus Jesus dicebat pueris: Ego illis, quas feci, figuris præcipiam ut incedant. Rogantibus vero pueris, numquid ipse creatoris esset filius? præcipiebat illis Dominus Jesus ut incederent; eademque hora subsiliebant, & cum reverti illas juberet revertebantur. Fecerat autem avium passerumque figuras, (h) quæ cum volare ipsas juberet, vole-

(g) Dextrum puta. Vide quæ ad Evangel. Nicodemi c. 10. (h) Confer infra cap. 46. & Evangelium Infantiæ Græce editum c. 2. Harum aviculatum e luto formatarum & postea vitâ à Jesu donatarum, meminit etiam liber Judæorum blasphemus *Toldos Jeschu* apud Raymundum Martini parte 2. pug. fidei c. 8. & Muhamed in Corano Sura 3. & 5. unde fortasis fabula hæc ad Judæos manavit notante Wagenseilio in confutatione alterius libri pariter blasphemi, quem sub titulo *Toldos Jeschu* edidit p. 5. ubi & consulere jubet Schickardum in Deo orbo Saracenorum p. 18. & in Tarich p. 100. Gvadagnolum in Apologia pro Christiana religione adversus Ah-

Digitized by Google

volabant, & cum ſtare juberentur, conſiſtebant; quod ſi cibum & potum illis porrigeret, edebant & bibebant. Cum deinde abiiſſent pueri, & parentibus iſta ſuis retuliſſent, dicebant illis patres ipſorum: Cavete in poſterum, O filii, à conſortio ejus, quoniam Veneficus eſt; fugite illum & vitate, neque ab hoc momento unquam cum ipſo colludite.

XXXVII. Quodam etiam die Dominus Jeſus cum pueris ludens & diſcurrens officinam tinctoris (i) præteribat, cujus nomen erat Salem; erantque in officina ejus panni plurimi civium illius urbis, quos variis coloribus imbuere parabant. Ingreſſus vero Dominus Jeſus officinam tinctoris, pannos hoſce univerſos ſuſtulit, & in cortinam tinctoriam conjecit. Rediens Salem, pannosque perditos cernens, voce maxima exclamare cœpit, & Dominum Jeſum objurgare, dicens: Quid feciſti mihi, O fili Mariæ? & me, & cives meos injuriâ affeciſti; quilibet enim commodum ſibi colorem expetit, tu vero adveniens omnia perdidiſti. Re-

med filium Zin tract. 2. c. 2. ſect. 1. p. 158. Vide & Bochartum parte 2. Hieroz. lib. 2. c. 32. In Sylburgii Saracenicis p. 82. Ἀναθεματίζω τὴν τῆς Μαχμεδ Φλυαρίαν τὴν λέγουσαν ὅτι ὁ Κύριος καὶ Θεὸς Ἰησοῦς ὁ χριστὸς ἀπὸ Μαρίας τῆς ἀδελφῆς τοῦ Μωυσέως καὶ Ἀαρὼν ἐγεννήθη ἄνευ σπορᾶς ἐκ τοῦ λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ πνεύματος, καὶ ἔτι νήπιος ὢν πεσοῦσα ἐκ πηλοῦ ἐπλαστούργει καὶ ἐμφυσῶν ἐποίει αὐτὰ ζῶα. (i) Vide ſupra p. 156. & 167.

Digitized by Google

Respondebat Dominus Jesus : Cujuscunque panni colorem mutare volueris, hunc ego tibi immutabo ; statimque pannos ex cortina producere cœpit, singulos illo colore imbutos, quem tinctor desiderabat, donec omnes eduxisset. Hoc prodigium atque miraculum videntes Judæi Deum celebrabant.

XXXVIII. Josephus autem per totam urbem circumiens Dominum Jesum secum ducebat, cum propter artificium ejus homines illum accerserent, ut portas ipsis, aut mulctralia, aut cribra, aut arcas (k) conficeret; eratque cum ipso Dominus Jesus, quocunque proficisceretur. Quotiescunque ergo Josepho aliquid operis sui, longius aut brevius, latius sive angustius faciendum esset, Dominus Jesus manum suam versus illud extendebat, ac statim, prout vellet Josephus, res succedebat ; ita ut opus non esset ipsi quidquam manu sua perficere, quia nec admodum peritus erat artis fabrilis.

XXXIX.

(k) Tanquam fabrilem artem edoctus, unde ὁ τέκτων dicitur Marc. VI. 3. quanquam codices nonnulli eo quoque loco ut Matth. XIII. 55. legunt ὁ τοῦ τέκτονος. Quomodo legisse videtur etiam Origenes, qui lib. 6. adversus Celsum p. 299. diserte negat Christum unquam in Evangeliis ab Ecclesia receptis τέκτονα appellari. Aratra & juga aliaque τεκτονικὰ ἔργα à Jesu elaborata tradit Justinus Martyr dialogo cum Tryphone p. 316. Libanius rogans ex pædagogo Christiano quid faceret ὁ τοῦ τέκτονος, responsum tulit, fabricare Juliano feretrum, ut narrat Theodoritus lib. 3. hist. c. 23.

Digitized by Google

XXXIX. Quodam vero die accersivit illum Rex Hierosolymæ, (l) & volo, inquit, Josephe, ut solium mihi construas ad mensuram loci illius, in quo sedere consvevi. Paruit Josephus, ac statim operi manum admovens biennium in Regia mansit, donec fabricam istius solii absolvisset. Cum itaque illud in sede sua collocaret, ab unoquoque latere duas illud spithamas à præfinita mensura deficere advertit. Quo viso Rex Josepho admodum irascebatur, & Josephus iram Regis metuens incœnatus dormiebat, cum nihil omnino gustasset. Tunc rogante Domino Jesu, quare metueret? quoniam, inquit Josephus, opus, in quo biennium integrum elaboravi, perdidi. Cui *Do*minus Jesus, omitte, inquit, timorem, neque animum abjice, tu unum istius solii latus apprehendes, & ego alterum, ut ad justam illud mensuram redigamus. Cumque fecisset Josephus, quemadmodum dixerat *Do*minus Jesus, & uterque à latere suo valide traheret, paruit solium, & ad justam loci illius mensuram redactum fuit. Quod prodigium cum cernerent adstantes, obstupescebant, & *De*um celebrabant. Fabricatum vero erat solium hoc ex ligno illo, quod exstiterat tempore *So*leimanis, (m) ligno scilicet variis formis & figuris insignito.

XL. Alio quodam die Dominus Jesus in plateam egressus, & pueros, qui ad ludendum

Ll con-

(l) Nullus tunc Rex Hierosolymæ præter Imperatorem Romanum Joh. XIX. 15. (m) Salomonis.

Digitized by Google

convenerant, conſpicatus, eorum ſe turbæ admiſcuit. Qui viſo illo cum ſeſe occultarent, ipſique inveſtigandos præberent, pervenit Dominus Jeſus ad portam domus cujusdam, & ſtantes ibi mulieres rogavit, quonam pueri iſti abiiſſent? cumque neminem ibi adeſſe reſponderent, iterum Dominus Jeſus, Hi, inquit, quos in fornace videtis, quinam ſunt? Reſpondentibus illis, hædos eſſe triennes; exclamavit Dominus Jeſus, dixitque: Huc exite, O hædi, ad Paſtorem (n) veſtrum. Et confeſtim egrediebantur pueri hædis ſimiles, & circa ipſum exſultabant; quod conſpicatæ mulieres iſtæ obſtupuerunt admodum, terrorque ipſas & tremor occupavit. Propere igitur Dominum Jeſum adorabant & obſecrabant dicentes: O Domine noſter Jeſu, fili Mariæ, tu revera es Paſtor ille bonus (o) Iſraelis! miſerere ancillarum tuarum, quæ coram te conſiſtunt, quæ minime dubitant, quin tu, O Domine noſter, ad ſanandum, non vero ad perdendum (p) veneris. Deinde, cum reſpondiſſet Dominus Jeſus, filios Iſraelis eſſe inter populos, tanquam Æthiopes; (q) dicebant mulieres: Tu Domine, omnia noſti, neque Te quidquam latet; (r) nunc vero te rogamus, & à pietate tua petimus, ut pueros iſtos, ſervos tuos, in priſtinum ipſorum ſtatum reſtituas. Dicebat ergo Domi-

(n) Doctiſſimus Sikius putat hæc fingendi anſam eſſe petitam ex Joh X ubi Chriſtus ſe paſtorem appellat. (o) Joh. X. 11. (p) Joh. III. 17. (q) Jerem. XIII. 23. (r) Joh. II. 24. ſeq. XVI. 30. XXI. 17.

Digitized by Google

Dominus Jesus: Adeste, O Pueri, ut abeamus & ludamus: & extemplo, adstantibus hisce fœminis, hædi immutati sunt, & in formam puerorum redierunt.

XLI. Mense autem Adar (s) congregavit Jesus pueros, eosque tanquam Rex disposuit; straverant enim vestes suas in terra, (t) ut super illas consideret, & coronam è floribus consertam capiti ejus imposuerant, & satellitum instar, Regi adstantium, à dextris & sinistris coram ipso consistebant. Si quis autem per viam illam transiret, illum vi abstrahebant pueri, dicentes: Huc ades, & Regem adora, ut felix tibi iter contingat.

XLII. Interea, dum hæc gerebantur, accedebant viri, qui puerum lectica gestabant. Hic enim puer ligna petiturus cum æqualibus suis in montem discesserat; ibi vero cum perdicis nidum inveniisset, & manum suam, ut ova exinde tolleret, extendisset, serpens eum malignus, ex medio nidi prorepens, pupugit, ita ut sodalium suorum auxilium imploraret. Qui cum propere accessissent, invenerunt illum in terra jacentem, mortui instar; venerantque propinqui ejus & sublatum in urbem referebant. Postquam vero pervenerant ad locum illum, in quo Dominus Jesus more Regis residebat, cæterique pueri ministrorum instar circumstabant, pueri propere obviam procedebant

(s) Mensis Judæorum duodecimus, qui partim Februario nostro partim Martio respondet. (t) Ut Matth. XXI. 8.

Digitized by Google

ei, qui à ſerpente morſus erat, & dicebant propinquis ejus: Accedite, & ſalutate Regem. Sed cum propter mœrorem in quo verſabantur, accedere nollent, pueri illos invitos vi abſtrahebant. Et cum ad Dominum Jeſum perveniſſent, rogabat ille, quare hunc puerum geſtarent? Atque illis reſpondentibus, quod ſerpens ipſum momordiſſet; dicebat Dominus Jeſus pueris: Ite nobiſcum, ut ſerpentem iſtum interficiamus. Rogantibus vero Parentibus Pueri, ut dimitterentur, quod filius ipſorum in agone mortis verſaretur; reſpondebant pueri dicentes: annon audiviſtis, quid Rex dixerit? Eamus & occidamus ſerpentem, & vos morem ipſi non geritis? & ſic ipſis nolentibus lecticam retro abducebant. Cumque ad nidum illum perveniſſent, dicebat Dominus Jeſus pueris: Hoccine eſt latibulum ſerpentis? Atque illis annuentibus, ſerpens, à Domino Jeſu vocatus, confeſtim prodibat, ſeſeque ipſi ſubmittebat. Cui ille, abi, inquit, & omne venenum, quod huic puero inſinuaſti, exſuge. Itaque ſerpens iſte ad puerum adrepens omne ſuum venenum rurſus abſtulit; & tunc maledixit illi Dominus Jeſus, ut extemplo diſruptus moreretur; puerumque manu ſua tetigit, ut valetudini priſtinæ reſtitueretur: & cum flere inciperet, reprime fletum, inquit Dominus Jeſus; mox enim meus eris diſcipulus, & hic eſt Simon Cananites, cujus in Evangelio (u) fit mentio. XLIII.

(u) Matth. X. 4.

Digitized by Google

XLIII. Alio die Josephus filium suum Jacobum lignatum miserat, & comitem se illi Dominus Jesus adjunxerat: cumque pervenissent ad locum, in quo ligna erant, cœpissetque Jacobus illa colligere, ecce vipera maligna illum momordit, ita ut flere & vociferari inciperet. Eum igitur in hoc statu cernens Dominus Jesus, accessit ad ipsum, locumque in quo vipera eum momorderat, afflavit, ut extemplo sanaretur.

XLIV. Quodam etiam die, cum Dominus Jesus versaretur inter pueros, qui in tecto ludebant, quidam puerorum ex alto decidens (x) confestim exspiravit. Diffugientibus vero cæteris pueris, Dominus Jesus solus in tecto remansit, cumque adveniissent propinqui istius pueri, dicebant Domino Jesu: Tu filium nostrum ex tecto præcipitem dedisti. Illo autem id negante, vociferabantur dicentes: Filius noster mortuus est, & hic est, qui illum interfecit. Quibus Dominus Jesus, Ne me, inquit, arguite facinoris, cujus neutiquam me convincere poteritis; sed agite, rogemus puerum ipsum, qui veritatem in lucem producat. Tunc descendens Dominus Jesus stetit super capite mortui, & voce magna, *Zeinune*, inquit, *Zeinune*, quis te de tecto præcipitavit? tunc respondens mortuus, Domine, ait, non tu me dejecisti, sed ὁ δεῖνα me ex illo deturbavit. Et

(x) Ab uno ex pueris dejectus, ut addit Kessæus eandem fabellam narrans apud Sikium in notis p. 63. seq.

Digitized by Google

cum præcepiſſet Dominus adſtantibus, ut ad verba ejus attenderent; omnes qui aderant, Deum pro hoc miraculo laudabant.

XLV. Juſſerat aliquando Diva Domina Maria *D*ominum Jeſum abire, & aquam ipſi ex puteo afferre. Cum ergo petitum aquam abiiſſet, hydria, jam impleta, cum ſurſum attolleretur, fracta eſt. Expandens vero *D*ominus Jeſus mantile ſuum, illo collectam aquam ad matrem ſuam deferebat, quæ ſtupens rem totam miram, omnia tamen quæ viderat, recondebat, & conſervabat in corde ſuo.

XLVI. Rurſus alio die *D*ominus Jeſus ad rivum aquæ verſabatur cum pueris, eduxerantque per ſulcos aquam ex rivo illo, piſcinulas ſibi conſtruentes; feceratque *D*ominus Jeſus duodecim paſſeres, (y) eosque circa piſcinam ſuam, ad ſingula latera, ternos, inſtruxerat. Erat autem dies Sabbathi, & accedens filius Hanani Judæi, eosque conſpiciens talia molientes, itane, inquit, die Sabbathi figuras ex luto fingitis? & propere accurrens piſcinas eorum deſtruebat. Cum vero *D*ominus Jeſus manus ſuas ſuper paſſeres, quos finxerat, complosiſſet, avolabant illi pipientes. *D*einde filio Hanani ad Jeſu quoque piſcinam accedente; ut illam deſtrueret, evanuit aqua ejus, dixitque illi *D*ominus Jeſus: Quemadmodum evanuit aqua iſta, ſic tua quoque vita evaneſcet, & extemplo puer iſte exaruit. (z)

XLVII.

(y) Supra p. 160. ſeq. (z) Supra p. 162.

Digitized by Google

XLVII. Alio tempore, cum vesperi Dominus Jesus cum Joseph domum reverteretur, obviam habuit puerum, qui cursu rapido concitatus, impellebat ipsum, ut caderet. Cui Dominus Jesus: Quemadmodum me impulisti, ita cades, neque surges, eademque hora corruit puer & exspiravit.

XLVIII. Erat porro Hierosolymis quidam Zachæus (a) nomine, qui juventutem erudiebat. Dicebat hic Josepho: Quare, O Josephe, non mittis ad me Jesum, ut literas discat? Annuebat illi Josephus, & ad Divam Mariam hoc referebat. Ad Magistrum itaque illum deducebant; qui simulatque eum conspexerat, Alphabetum ipsi conscripsit, utque Aleph diceret præcepit. Et cum dixisset Aleph, Magister ipsum Beth pronunciare jubebat. Cui *Dominus* Jesus: Dic mihi prius significationem literæ Aleph, & tum Beth pronunciabo. Cumque Magister verbera ipsi intentaret, exponebat illi Dominus Jesus significationes* literarum Aleph & Beth; item quænam literarum figuræ essent rectæ, quænam obliquæ, quænam duplicatæ; quæ punctis insignitæ, quæ iisdem carentes; quare una litera aliam præcederet; aliaque plurima enarrare cœpit & elucidare, quæ Magister ipse nec audiverat unquam, nec in libro ullo legerat. Dixit porro Magistro *Dominus* Jesus: Attende, ut dicam tibi, cœpitque clarè & distinctè recitare, Aleph, Beth, Gimel, Daleth,

(a) Supra p. 175. seq. * Eas vide apud Eusebium præparat. p. 474. & 519. Hieron. Epist. 155. Druf. Alphab. Hebr. p. 29. seq.

Digitized by Google

usque ad finem Alphabeti. Quod miratus Magister, hunc, inquit, puerum ante Noachum (b) natum esse existimo, conversusque ad Josephum, adduxisti, ait, ad me erudiendum puerum, Magistris omnibus doctiorem. Divæ quoque Mariæ inquit: Filio huic tuo nullâ doctrinâ opus est.

XLIX. Ad alium deinde Magistrum doctiorem eum deduxerunt, qui, ut eum conspexit, *D*ic Aleph, inquit. Cumque dixisset Aleph, *M*agister ipsum Beth pronunciare jubebat. Cui respondens *D*ominus Jesus, dic mihi, inquit, prius significationem literæ Aleph, & tunc Beth pronunciabo. Hic cum sublata manu eum verberaret Magister, confestim manus ipsius exaruit & mortuus est. Tunc dicebat Josephus Divæ Mariæ: Ab hoc tempore non sinemus eum domo exire; quoniam quisquis ipsi adversatur, morte plectitur.

L. Et cum factus esset annorum duodecim, duxerunt eum Hierosolymas ad festum, (c) finito autem festo ipsi quidem revertebantur, sed Dominus Jesus retro manebat in templo inter Doctores & Seniores, & eruditos ex filiis Israelis, quos de scientiis varia interrogabat, & vicissim eis respondebat. *D*icebat enim illis: Messias cujus est filius? (d) Respondebant illi: Filius Davidis. Quare ergo, inquit, in Spiritu vocat illum *D*ominum suum? quando

(b) Quovis sene prudentiorem & doctiorem. (c) Luc. II. 42. (d) Matth. XXII. 41.

Digitized by Google

do dicit: (e) *Dixit Dominus Domino meo, sede ad dextram meam, ut hostes tuos vestigiis pedum tuorum subjiciam.* Tum interrogabat eum Princeps quidam Magistrorum: Legistine libros? Et libros, inquit Dominus Jesus, & ea, quæ in libris continentur; & explicabat libros (f) & legem, & Præcepta, & statuta, & Mysteria, quæ in libris Prohetarum continentur, res, quas nullius creaturæ intellectus percepit. Dicebat ergo Magister iste: Ego hactenus talem scientiam nec vidi, neque audivi: quis, putas, puer iste erit? (g)

LI. Cumque adesset ibidem Philosophus, Astronomiæ peritus, rogaretque Dominum Jesum num Astronomiæ studuisset? respondebat ipsi Dominus Jesus, exponebatque numerum Sphærarum, & corporum cœlestium, Eorumque naturas & operationes, oppositionem, aspectum triquetrum, qnadratum & sextilem, progressionem eorundem & retrogradationem, computum denique & prognosticationem, aliaque, quæ nullius unquam hominis ratio pervestigavit.

LII. Aderat quoque inter illos Philosophus, medicinæ & naturalis scientiæ peritissimus; qui cum rogasset Dominum Jesum, an Medicinæ studuisset? respondens ille exposuit ipsi Physica & Metaphysica, Hyperphysica &

(e) Ps. CX. 1. (f) Clarissimus Sikius suspicatur per libros b. l. singillatim intelligi ἁγιόγραφα, quia statim mentio Legis & Prophetarum. (g) Luc. I. 66.

Digitized by Google

Hypophysica; Virtutes quoque corporis & humores, eorundemque effectus; numerum item membrorum & ossium, venarum, arteriarum & nervorum, temperamenta etiam, calidum & siccum, frigidum & humidum, quæque ex hisce orirentur: quænam esset operatio animæ in corpus, ejusque sensationes & virtutes; facultates loquendi, irascendi, appetendi: denique congregationem & dissipationem: aliaque, quæ nullius creaturæ intellectus unquam penetravit. Tunc surgebat Philosophus iste, & Dominum Jesum adorabat, &, ô Domine Jesu, inquit, ab hoc tempore ero discipulus tuus & servus.

LIII. Dum hæc & alia inter sese loquebantur, aderat Domina Diva Maria, postquam ipsum quærens triduum cum Josepho circumivisset: Videns ergo eum inter Doctores sedentem, (h) perque vices ipsos rogantem & respondentem, dicebat illi: Mi Fili, quare ita fecisti nobis? ecce Ego & Pater tuus te magnó cum labore quæsivimus: At ille, quare, inquit, me quærebatis? an nesciebatis, decere me, ut in domo Patris mei versér? Sed ipsi non intelligebant verba, quæ cum ipsis loquebatur. Tunc Doctores isti rogabant Mariam, hiccine ipsius esset filius? & annuente ipsa, O te felicem, ajebant, Maria, quæ hunc talem peperisti. Revertebatur autem cum eis Nazaretham (i), & in omnibus rebus morem ipsis gerebat. Et Mater

(h) Luc. II, 46. (i) Luc. II. 51.

Digitized by Google

Mater ejus conſervabat omnia verba iſta in corde ſuo. Dominus vero Jeſus proficiebat ſtatura, & ſapientia, & gratia apud Deum & homines.

LIV. Atque ab hoc die miracula, arcana & ſecreta ſua occulere cœpit, & Legi operam dare, donec annum trigeſimum (k) compleret; quando Pater publice illum ad Jordanem declaravit, hac cœlitus voce demiſſa: (l) *Hic eſt filius meus dilectus in quo acquieſco*: præſente Spiritu Sancto in forma columbæ candidæ. (m)

LV. Hic eſt, quem ſupplices adoramus, quoniam eſſentiam nobis & vitam dedit, & ex uteris Matrum noſtrarum nos eduxit; (n) qui corpus humanum propter nos aſſumpſit, nosque redemit, ut complecteretur nos æterna miſericordia, & gratiam ſuam ex liberalitate & beneficentia, ex generoſitate & benevolentia nobis exhiberet. Ipſi ſit gloria, & laus, & potentia, & imperium, ab hoc tempore in ſempiterna ſecula. Amen.

Explicit Evangelium Infantiæ totum, auxilio Dei Supremi, ſecundum ea, quæ in Archetypo invenimus.

Ne

(k) Luc. III. 23. (l) ibid. v. 22. (m) Lactantius lib. 4. c. 15. *Spiritus Dei deſcendit ſuper eum formatus in ſpeciem columbæ candidæ.* (n) Pſ. CXXXIX. 13.

Digitized by Google

Ne pagina hæc vacaret, visum fuit adponere specimen quoddam ex libro Infantiæ, versibus Germanicis ante tria vel quatuor secula descripto, quod MS. occurrit in variis Bibliothecis.

Joseph seinen Acker wolde
Seen mit Chorn/ als er scholde:
Mit seinen Knechten fur er aus/
Und mit in fur das Kind Jesus.
Do sie auf den Acker chomen/
Das Chorn aus dem Sacke nahmen.
Jesus zu dem Sacke ginch/
Drey Handvol in sein Schoß gevinch/
Das Chorn auf den Acker sete.
Das Chorn an derselben Stete
Begon da wachsen und aufgan/
Und den Acker gar umbvahn/
Also dick und also geleich
Sam es wer gewönlich
Und recht geseet mit voller Art
Des Jars so vil Chorens wart/
Daß alle die Leut die das sahen
Und horten das gemein jehen/
Das Wunder da geschehen
Wer das nimmer wer gesehen.

Digitized by Google

Evangelium
Quod vulgo tribuitur

S. NICODEMO,
Et in pluribus codd. MSS. inſcribitur

ACTA PILATI
DE PASSIONE ET RESURRECTIONE JESU CHRISTI:
Una cum Epiſtolis eidem PILATO adſcriptis ad Claudium * Imp.
Et LENTULO, ad Senatum Rom.

* i. e. *Tiberium*, qui e Claudia gente Patricia fuit, unde per jocum pro *Claudio* dicebatur à quibusdam *Caldius*, ut *Biberius* pro *Tiberio*, & pro *Nerone*, *Mero*. Vide Sveton. c. 1. & 42. in ejus vita.

Digitized by Google

Judicia & Censuræ de Evangelio sub NICODEMI nomine vulgato, sive de ACTIS PILATI.

S. Justinus Martyr Apologia I. pro Christianis p. 76.

Καὶ μετὰ τὸ σταυρῶσαι αὐτὸν ἔβαλον κλῆρον ἐπὶ τὸν ἱματισμὸν αὐτοῦ, καὶ ἐμερίσαντο ἑαυτοῖς οἱ σταυρώσαντες αὐτόν. Καὶ ταῦτα ὅτι γέγονε, δύνασθε μαθεῖν ἐκ τῶν ἐπὶ (a) Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων.

Et cum jam in crucem egissent eum, aleam super vestitu ejus luserunt, & inter se partiti sunt illum, qui crucifigendi supplicium peregerant. Atque hac ita gesta esse, cognoscere ex Actis quæ sub Pilato sunt conscripta potestis.

Ὅτι

(a) Haud dubium est, Pilatum ad Tiberium Imp. referre debuisse, atque adeo retulisse, quæ circa Christum gesta fuerunt. Is enim mos præsidum Provinciarum, ut vel ex Plinii ad Trajanum Epistolis, & multis aliis antiquis monumentis constat. Utrum vero ista, quæ in Actis Pilati extitisse h. l. ait Justinus, etiam vere fuerint in commentariis a Pilato ad Imp. missis, & unde commentarii illi in vulgus manaverint, alia quæstio est. Neque prorsus incredibile, Christianos quosdam ejus ætatis, qui pessimo consilio sub Apostolorum, sub Sibyllæ, Hermetis & similium nominibus scripta supposuerunt, etiam sub Actorum Pilati titulo fucum facere ausos fuisse, atque ita fecisse, ut Justinum, Tertullianum aliosque deceperint. Et falsis quidem actis usum Justinum, cæterosque, auda-

Digitized by Google

Idem, in eadem Apologia p. 84.

Ὅτι δὲ καὶ θεραπεύσειν πάσας νόσους καὶ νεκροὺς ἀνεγερεῖν ὁ ἡμέτερος

Quod insuper, Christum curaturum morbos omnes & defun-

cter affirmant Tan. Faber lib. 2. Epist. 12. & Antonius Van Dalen in Diss. de Actis Pilati, subjecta editioni secundæ libri de Oraculis p. 609. seq. Isaaco tamen Casaubono Exerc. XVI. num. 154. p. 679. recte observatum est, ex Justini & aliorum veterum verbis colligi non posse, vel Epistolam Pilati, vel Acta extitisse primum statim evulgata sic, ut in manibus hominum versarentur. *Putem verius*, inquit, *notitiam hujus rei pervenisse ad Christianos per aliquem è Cæsarum ministris, qui ad Christum conversus quæ ipse scrinia tractans Augustorum comperisset, fidelibus narravit.* Cui adde, rem amplificatam deinde dicendo scribendoque, donec Acta denique ejusmodi, literæque Pilati per Christianos confictæ & jactatæ pro genuinis monumentis. Cæterum omnia quæ in Actis Pilati lecta esse veteres referunt, hodie leguntur in Evangelio quod hîc damus Pseudo Nicodemi, unde Acta Pilati commentitia hoc ipsũ vel plane simile fuisse scriptum, non absurde colligas, ad mentem eorum qui talia in commentariis Pilati putabant contineri, antiquissimis temporibus expressum. Hoc certe quod de sorte super vestimento Christi missa præsenti loco refert Justinus, legitur infra cap. 10. Nicodemi autem nomini postremis demum seculis inscribi cœpit ab Anglo Saxonibus maxime ac Britannis, quorum Apostolum fuisse Nicodemum fabulantur. Inter vetustiores autem nemo est qui memoret sive verum sive falsum Nicodemi Evangelium. Et Græci recentes in Synaxario, cujus locum infra afferemus, de Evangelio Nicodemi veluti de re per rumorem tantum sibi comperta loqvuntur, cum Acta Pilati non possent ignorare. Quibus jam olim Ethnici sub Maximino tyranno alia Acta Pilati opposuere, plena blasphemiis in Servatorem nostrum, ut narrat Eusebius lib. IX. cap. 5. Hist. Eccles. & Nicephorus lib. 7. cap. 26. qui postremus *interrogationes Pilati cum Christo*

Digitized by Google

ξ& χριστὸς προεφητεύθη, ακηκοατε τῶν λελεγμένων - - - ὅτι δὲ ταῦτα ἐπεποίησεν, (b) ἐκ τῶν ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου γενομένων ἄκτων (c) μαθεῖν δύνασθε.

Etos excitaturum prædictum sit, verba vaticinii audite - - - Et quod ista fecerit, ex eis qui sub Pontio Pilato conscripti sunt commentariis cognoscere potestis.

Tertullianus Apologet. cap. XXI. cum de miraculis Christi, de passione, de prodigiis quæ tum contigerunt, de resurrectione & adscensione in cœlos egisset, subjungit:

Ea omnia super Christo Pilatus & ipse jam pro sua conscientiâ Christianus, Cæsari tum Tiberio nuncia-

resonsis complexa testatur. Uterque addit, Maximiani jussu usquequaque transmissa & per omnes regiones publicata, pueris que per ludimagistros edisscenda proposita fuisse. Eorum falsitatem convincit Eusebius lib. I. c. 9. & 11. ex eo, quod gesta illa præ se ferrent Consulatum quartum Tiberii sive annum Imperii ejus VII. cum anno demum XII. Tiberii in Judæam venisse Pilatum testetur Josephus. De iisdem actis Vir summus Henr. Valesius observavit mentionem fieri in Actis præsidialibus Tarachi, Probi & Andronici cap. 9. ubi Maximus Præses, *iniquè, nonscis*, inquit, *quem invocas Christum, hominem quidem fuisse, factum sub custodia Pontii Pilati & punitum, cujus extant Acta Passionis.* (b) De miraculis à Christo factis agit Evangel. Nicodemi cap. 5. sq. (c) Ita apud Justinum legendum esse pro αὐτῷ, assentiuntur Casaubono Tillemontius T. 1. memor. ad Hist. Eccles. p. 733. & Clarissimus Joh. Ernestus Grabius in sua Apologia Justini editione.

Digitized by Google

ciavit. Sed & Cæsares (d) *credidissent super Christo, si aut Cæsares non essent seculo necessarii, aut si & Christiani potuissent esse Cæsares.*

Eusebius Cæsareensis lib. 2. Chron. ad A. MMLI.

P. 203. edit. Scal.

Πιλάτῳ Τιβερίῳ τὰ κατὰ τὸν Σωτῆρα ἀναγαγόντος (c) καὶ τῆς χριστιανῶν δόγματος, Τι-

Versio Hieron. p. 159.

Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut in

X βέριος

(d) Idem Tertull. cap. 5. ejusd Apologetici: *Tiberius ergo cujus tempore nomen Christianum in seculum introiit, annunciatum sibi ex Syria Palæstina, quod illic veritatem illius Divinitatis revelaverat, detulit ad Senatum cum prærogativa suffragii sui. Senatus quia non ipse* (ita legendum, non *in se*, nam & Euseb. lib. 2. cap. 2. Hist. Eccles. ubi hunc locum affert ex Græca versione Apologetici, habet αὐτὴν, σύγκλητος nempe) *probaverat, respuit.* Idem ex Tertull. referunt Eusebius in Chron. ad A. 1051. Chrysostomus hom. XXVI. in 2. ad Cor. Orosius lib. 7. cap. 4. Gregorius Tur. Haymo, Nicephorus, Cedrenus, Otto Frisingensis aliique juniores quamplurimi. Tertulliani fidem sollicitant præter supradictos Tan. Fabrum & Anton. Van Dale Joh. Owenus lib. 3. Theologum. c. 14. p. 264. Sam. Basnage in Exercitationibus contra Baronium. Asserunt, nec male ut existimo, Is. Vossius cap. XI. de Sibyllinis Oraculis, Joh. Pearsonius in lectionibus ad Acta Apostolor. p. 63. seq. Steph. Lemonius notis ad Varsa sacra p. 146. seq. ut Tillemontium, Huetium, Schelstratenum & universos Ecclesiæ Romanæ socios omittam: è nostratibus Augustanæ Confessi subscriptoribus sufficerit laudasse Conr. Rittershusium lib. 7. sacrar. lect. cap. 22. & Tobiam Pfaunerum Systema. Theol. gentil. c. 4.

(c) ἀνενεγκόντος legit Casaub.

Digitized by Google

βέρι& πρὸς τὴν σύγκλητον ἐκοινολογήσατο περὶ τῆς εἰς Χριςὸν πίςεως. Τῆς δὲ μὴ πειθομένης, ὁ αὐτὸς θάνατον ἐψηφίσατο κατὰ τῶν διωκτῶν τῶν Χριςιανῶν ὡς Τερτυλλιανὸς ἱςορεῖ ἐν τῇ ὑπὲρ Χριςιανῶν ἀπολογίᾳ.

ter cætera sacra reciperetur. Verum cum ex consulto Patrum Christianos eliminari urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus Christianorum comminatus est mortem. Eadem fere leguntur lib. 1. p. 43. & in Græco p. 78. edit. secundæ.

Idem Eusebius (f) Hist. Eccles. libro & capite secundo.

Versio Rufini.

Καὶ δὴ τῆς παραδόξου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀναςάσεώς τε καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀναλήψεως τοῖς πλήςοις ἤδη περιβοήτου καταςώσης, παλαιᾷ κεκρατηκότος ἔθους τοῖς τῶν ἐθνῶν ἄρχουσι, τὰ παρὰ σφίσι καινοτομούμενα τῷ τὴν βασίλειον ἀρχὴν ἐπικρατοῦντι σημαίνειν, ὡς ἂν μηδὲν αὐτὸν διαδιδράσκοι τῶν γινομένων, τὰ περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀνα-

Interea, cum per omnem jam locum de resurrectione & mirabilibus Domini Jesu Christi, & de ascensione ejus ad cœlum felix fama loqueretur, ac per omnium aures beati hujus rumoris volveretur opinio, quoniam antiqui moris erat apud Romanos, ut provinciarium judices si quid forte novi in his quas regebant provinciis accidisset, vel Principi

(f) Eadem fere ex Eusebio Zonaras, Cedrenus, Nicephorus & alii juniores, quorum loca adscribere nihil attinet.

Digitized by Google

σάσεως τῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ εἰς πάντας ἤδη καθ' ὅλης παλαιςίνης βεβοημένα, Πιλάτος Τιβερίῳ βασιλεῖ κοινῦται ὡς ἄλλας τε ἀὐτῦ πυθόμενος τερατείας, καὶ ὡς ὅτι μετὰ θάνατον ἐκ νεκρῶν ἀναςὰς ἤδη θεὸς εἶναι παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐπεπίςευτο. Τὸν δὲ Τιβέριον ἀνενεγκεῖν μὲν τῇ συγκλήτῳ, ἐκείνην τ' ἀπώσασθαι φασὶ τὸν λόγον, κ. τ. λ.

vel Senatui nunciarent, ut ne ex his quæ gerebantur ignorare aliquid viderentur: de resurrectione à mortuis Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ jam in omnem locum fuerat pervulgata, Pilatus Tiberio Principi refert. Sed & de cæteris mirabilibus ejus, & ut post mortem cum resurrexisset, à quam plurimis jam Deus esse crederetur. Tiberius quæ compererat retulit ad Senatum. Senatus autem sprevisse dicitur &c.

S. Epiphanius hæresi L. Quartadecimanorum, num. 1.

Εἶεροι δὲ ἐξ αὐτῶν αὐτὴν μίαν ἡμέραν ἄγοντες καὶ τὴν αὐτὴν μίαν ἡμέραν νηςεύοντες καὶ τὰ μυςήρια ἐπιτελοῦντες ἀπὸ τῶν ἄκτων δῆθεν Πιλάτῳ ἐπιζητῆσι τὴν ἀκρίβειαν εὑρηκέναι, ἐν οἷς ἐμφέρεται τῇ πρὸ ὀκτὼ καλανδῶν

Sunt inter eos nonnulli, qui unam eandemque diem observant & unâ eademque jejunant ac Mysteriis operantur. Nam ex Actis Pilati scilicet accuratam se hujus instituti rationem didicisse gloriantur, in quibus scriptum

δῶν Ἀπριλλίων (g) τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι. - - - ἔτι δὲ εὑρομεν ἀντίγραφα ἐκ τῶν Πιλάτου, ἐν οἷς σημαίνει πρὸ δεκαπέντε (h) καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸ πάθος γεγενῆσθαι, τάληθῆ δὲ, ὡς ἐκ πολλῆς ἀκριβείας ἔγνωμεν, ἐν τῇ πρὸ δεκαεξ ἡμερῶν καλανδῶν Ἀπριλλίων τὸν Σωτῆρα πεπονθέναι κατειλήφαμεν.

est VIII. Kal. Aprilis Salvatorem esse passum. - - - Nos Actorum ejusmodi Pilati exemplaria quædam invenimus, quæ ad diem XV. Kal. Aprilis passionem Christi contigisse narrabant. Verum certo & ex rei veritate comperimus, ad diem XIII. Kal. Aprilis passum esse Salvatorem.

S. Jo.

(g) Hæc dies legitur expressa in Calce Evangelii Nicodemi. Itaque falluntur viri eruditi, qui cum Frid. Spanhemio Hist. Eccles. N. T. p. 582. (edit. in fol.) singularia quædam Acta Pilati a Quartadecimanis supposita putant, eaque distinguunt ab Actis Pilati quæ ex superstione conficta legerunt alii Christiani. Quinimo ex Actis Pilati quæ in omnium manibus erant confirmare volebant Quartadecimani sive Tessareskædecatitæ suam de die passionis atque adeo Paschatos sententiam, ut recte agnoscit eruditissimus Episcopus Cestriensis Joh. Pearsonius lectione 13. ad Acta Apost. p. 50. sq. & comment. ad Symbolum Apost. p. 353. edit. latinæ. Unde nec Epiphanius plura addit ad fidem Actorum tanquam à Quartadecimanis suppositorum in dubium vocandam, sed tantum ad alia eorundem exempla provocat, in quibus dies alius expressus, ut saltem nihil certi ex illis colligi posse ostendat. Sed & Chrysostomus sive quisquis autor Homiliæ octavæ in Pascha ad eadem acta provocat & VIII. Cal. Aprilis Christum passum esse ex illis affirmat, in loco quem statim producam.

(h) Et hanc & priorem sententiam de die passionis Christi refellit Scaliger p. 564. de emendat. temporum.

Digitized by Google

S. Johannes Chryſoſtomus, ſive quisquis autor Homiliæ VII. in Paſcha, Tom. V. edit. Savil. p. 942.

Ὁ μὲν χρόνος καθ' ὃν ἔπαθεν ὁ Σωτὴρ, οὐκ ἠγνόηται. Τὰ γὰρ ὑπομνήματα τὰ ὑπὸ Πιλάτου πραχθέντα καὶ τὴν προθεσμίαν περιέχει τοῦ πάσχα. Ἱστόρηται οὖν ὅτι τῇ πρὸ ὀκτὼ Καλανδῶν Ἀπριλλίων ἔπαθεν ὁ Σωτήρ.

Neque vero ignoratur tempus quo Servator noſter paſſus eſt. Nam commentarii ſub Pilato compoſiti tempus Paſchatis definiunt. Conſtat itaque ex his quod VIII. Cal. Aprilis paſſus fuit Servator.

Paulus Oroſius libro VII. Hiſtor. cap. IV.

Poſtquam paſſus eſt Dominus Chriſtus, atque à mortuis reſurrexit & diſcipulos ſuos ad prædicandum dimiſit, Pilatus præſes Paleſtinæ provinciæ ad Tiberium Imp. atque ad Senatum retulit de paſſione & reſurrectione Chriſti, conſequentibusque virtutibus (h) *quæ vel per ipſum palam factæ fuerant, vel per diſcipulos ipſius in nomine ejus fiebant, & de eo, quod, cerſatim creſcente plurimorum fide, Deus crederetur.*

Georgius Florentius Gregorius, Epiſcopus Turonenſis lib. I. Hiſtor. Francorum cap. XXI.

Adprehenſum autem & Joſeph qui (Dominum) aromatibus conditum in ſuo monumento recondidit,

(h) miraculis.

Digitized by Google

in cellulam includitur, & ab ipsis sacerdotum principibus custoditur, majorem in eum habentes saviziam, ut gesta (i) *Pilati ad Tiberium Imperatorem missa referunt, quam in ipsum Dominum, ut cum ille à militibus, hic ab ipsis sacerdotibus custodiretur: sed resurgente Domino, custodibus visione Angelica territis, cum non inveniretur in tumulo, nocte parietes de cellula in qua Joseph tenebatur, suspenduntur in sublimi, ipse vero de custodia absolvente angelo liberatur, parietibus restitutis in locum suum. Cumque Pontifices custodibus exprobarent & sanctum corpus ab eisdem instanter requirerent, dicunt eis milites: Reddite vos Joseph, & nos reddimus Christum, sed ut verum agnoscimus, neque vos benefactorem Dei, neque nos filium Dei reddere nunc valemus. Tunc illis confusis milites sub hac excusatione liberantur.*

Idem lib. I. Cap. XXIV.

Resurgens autem Dominus per quadraginta dies cum discipulis de regno Dei disputans, videntibus illis in nube susceptus evectusque in cœlos, ad Patris dexteram residet gloriosus. Pilatus autem gesta ad Tiberium Cæsarem mittit, & ei tam de virtutibus Christi quam de passione vel resurrectione ejus insinuat, quæ gesta apud nos hodie retinentur scripta.

* * *

Evangelium Nicodemi jure Canonico damnatum, *Gelasius in decretis* docuit *dist.* 15. si credimus Johanni Reiskio τῷ μαχαίρῃ p. 143. de imaginibus Jesu Christi. Sed nullam ejus mentionem apud Gelasium (sive quisquis illius decreti

(i) Vide Evangel. Nicodemi cap. 13. & 14.

Digitized by Google

decreti interpolator Gelasio longe junior) reperire potui, nec in editione Corporis Canonici glossata, aut Petri Matthæi vel Pithœorum, vel aliis quas consului, neque in editione Regia aliave Conciliorum, nec in appendice Reginonis, nec apud Burchardum, Ivonem, vel Isidorum, nec in editione Chifletii notis ad Vigilium Tapsensem, etsi hi omnes mirè inter se dissentiunt. Neque ejus meminit *Vincentius Bellovacensis* catalogum Apocryphorum librorum ex Gelasio texens in speculo Historiali. Prolog. cap. 14. quamvis ipse ex Evangelio Nicodemi quædam affert lib. VIII. cap. 41. Nulla quoque Evangelii Nicodemi mentio ad calcem Synopseos Scripturæ Athanasio, & στιχομετρίας Nicephoro Constantinopolitano tributæ, etsi ab illis quoque varii libri Apocrypha commemorantur.

Synaxarium Græcorum p. 75.

Λέγεται μέντοι, ὡς ὁ Νικόδημος ἀκριβῶς λεπτομερῶς τὰ καθ' ὁ πάθος τοῦ χριστοῦ καὶ τὴν ἀνάστασιν συντάγματι διεσάφησε πρῶτος πάντων ὡς τῆς συναγωγῆς ὢν καὶ ἀκριβέστερον καὶ τὰς βουλὰς τῶν Ἰουδαίων καὶ λόγους καὶ ἁπλῶς τὰ πάντα εἰδώς.

Dicitur & Nicodemus iste accuratius passionem & resurrectionem Christi exposuisse singulari scripto princeps omnium, utpote Judæus, qui consilia Judæorum & rationes & simpliciter omnia perspecta habuit.

Reprehenditur hoc nomine Synaxarium ab Allatio p. 235 de libris Ecclesiasticis Græcorum.

Joh. Jac. Grynæus præfatione ad Orthodoxographa.

De morte & resurrectione Christi Salvatoris historiam satis prolixam Nicodemus perscripsit. De

Digitized by Google

ejus vitæ genere, institutione, & studio, ac pietate erga Dominum nostrum Jesum Christum, testantur Evangelistæ.

Conradus Gesnerus in Bibliotheca.

Nicodemus descripsit gesta Jesu Christi, quæ invenit Theodosius Magnus Imperator in Jerusalem, in prætorio Pontii Pilati ex Hebraica lingua in latinam translata. Excusa sunt Antverpiæ 1538. 8. Memini videre etiam germanicè redditum Nicodemi Evangelium in 12.

Sixtus Senensis lib. 2. Biblioth. S. p. 110.

Nicodemus Pharisæus & in Israël Magister, qui ad audiendum Christum noctu accedebat, dicitur scripsisse Evangelium de passione & resurrectione Domini, quod à Sancta Ecclesia reprobatur. Ejus initium est: Annas & Caiphas.

* *Hunc Sixti locum laudans Joh. Jac. Hofmannus in Lexico universali, addit,* Evangelium istud ab hæreticis Nicodemo esse suppositum. *Sixtum etiam pro more secutus Ant. Possevinus in Apparatu S. T. 2. p. 143. Nicodemi, inquit, nomine, quod falso inscriptum est Evangelium, quodque incipit Annas & Caiphas, à S. Ecclesia Catholica merito reprobatum est.*

Abrahamus Scultetus T. 1. Medullæ Patrum lib. X. c. 6. p. 422.

Evangelium Nicodemi de passione & resurrectione Christi non fabulosa duntaxat multa, sed historia quo-

Digitized by Google

quoque sacra contraria quædam recitat, adeo ut ad elevandam Evangelicæ veritatis fidem videatur comparatum, dum Christum propter Sabbati violationem à Judæis coram Pilato accusatum dicit, dumque eundem Christum per cursorem Pilati antecedentibus miraculis nonnullis in palatium deductum testatur, & quæ sunt alia hujus generis.

Franciscus Collius lib. IV. de sanguine Christi disp. I. c. 4. p. 500. sq.

Ex Evangelio Nicodemi nihil, quod sacræ doctrinæ adversetur, haberi potest, cum esse illud Apocryphum manifestè constet ex variis erroribus, atque ex multiplici rerum materia, quæ inibi perverso ordine recensentur.

Idem lib. IV. disp. 7. c. 3. p. 663.

Absit igitur ut vel perexiguam fidem præstemus iis, quæ in Apocrypho B. Nicodemi Evangelio narrantur.

Caspar Barthius in notis ad Gallum Confessorem p. 107. 108.

Sepultus ab amicis] *Josepho præcipuè ab Arimathia. Eipostbac magnò ajunt constitisse hanc Domini sepulturam. Sed adscribam ipsa verba Gregorii Turonensis, qui è gestis Pilati videri vult eam historiam sumere: sic igitur scribit Chronicorum lib. 1. c. 20.* Apprehensus autem & Joseph. &c. &c. *Tanti quisque hæc faciat, quanti volet, ego fabulosa esse non dubito. Porrò* gesta *illa* Pilati *in Manuscriptorum*

Digitized by Google

Aula Pembrochiana apud Cantabrigienſes catalogo adſcribuntur ipſi huic Gregorio Turonenſi, ſcriptori ſuperſtitioſiſſimo, licet diligenti & induſtrio, ut videatur liquido, quanta fides illis adhibenda ſit. Eſt autem liber ille qui Evangelium Nicodemi de Paſſione Domini *inſcribitur, & aliquoties editus eſt. Miror vero eruditiſſimum Virum Joh. Jac. Grynæum, qui verum fœtum Nicodemi illius credere potuit, qui Domino collocutus in Evangelio ſcribitur, cum haud dubie vel Gregorii vel alterius talis ſit, qui novis miraculis afflictis veritati, illuſtrare dogma Chriſtianum voluit, quibus tamen opus minime erat. Sed otioſorum Monachorum ſpeculationibus illuſit talibus Satan, quorum pars minime aut erudita aut ſcribendis hiſtoriis apta, aut gnara antiquitatis, dum magnum aliquid conficere voluit, talibus commentis non tam deſerviit Eccleſiæ Dei, quam hoſtibus eam ludendam expoſuit. Dum enim hic talia ſcripta aſſerit, ille convellit, fenestra aperitur malis hominibus etiam ea inceſſendi, de quibus dubitare ſit ſacrilegium. Hac nos de eo libro cenſemus, de quo qui plura cupiet, legat Iſaacum Caſaubonum Exercit. XVI. in Baronium cap. 154. Confirmabitur utique aſſenſu noſtro.*

Gerhardus Joh. Voſſius lib. 2. de Hiſt. Latinis cap. 22. p. 255.

In Catalogo Manuſcriptorum Angliæ codicum p. 127. Gregorio Turonenſi quoque tribuitur libellus de paſſione Domini, quem ipſe geſta Pilati videtur nominaſ-*

* Hic libellus non diverſus eſt à geſtis Pilati ſive Evangelio pſeudo Nicodemi quod hîc exhibemus: ſed Gregorio ſanc

nominasse lib. 1. c. 23. Habes in Orthodoxographis Basil. Anno 1569. editis p. 643. Error iste mihi ex eo videtur obortus, quod codici suarit Gregorii Turonensis à nonnemine subjectus. Sane Trithemius non agnoscit.

Joh. Hoornbeeck Miscell. sacr. pag. 32. 33. 34.

Nicodemi Evangelium legitur inter Orthodoxographa vel potius Pseudepigrapha Patrum, adeo qua in hoc Evangelio narrantur, neque Evangelio neque Nicodemo conveniunt. Dicitur in ejus fine: In nomine Sacrosanctæ Trinitatis expliciunt &c. &c. *Ubi haud un' error falsifi, indicium ostendi potest. 1.) vocabulum* Trinitatis *& mod' hic loquendi* in nomine S. Trinitatis. 2.) *vox* peccati originalis, *qua hic occurrit, posterioribus demum nota. 3.) Non* gesta per Salvatorem Jesum *hoc Evangelio narrantur, sed ut quoque inscriptio habet, de Magistri & Salvatoris nostri Jesu Christi passione & resurrectione eo agitur. 4.) inveniisse hæc demum* Theodosius *Magnus perhibetur: at quomodo illorum nulla mentio quoque facta in sacris N. T. vel Evangeliis, vel Actis? quomodo post Theodosium Patres & commentatores Evangelici nullum de eo unquam verbum? 5.) Invenit hæc Theodosius* in Jerusalem in prætorio Pontii Pilati in codicibus publicis, *quæ omnia tum, ut dinante devastata, nulla erant. 6.) In scriptione sacra ut addatur*

perperam tribuitur. Confer Theodorum Ruinartum §. 76. præf. ad novam operum Gregorii Turonensis editionem, vulgatam Paris. 1699. fol.

Digitized by Google

datur dies Kalendarum Aprilis, *&* dies quotus Martii, *&* annus Olympiadis, *non meris non styli sacri est.* 7.) Hebraicè *ergo scripsit Nicodemus? at non repertus à Theodosio, neque unquam visus est codex Hebraus, sed unus hic Latinus. Ipsum Evangelium quod attinet, non modo hoc in genere contra illud facit, quod præter sancta Evangelia, & contra ea, multa habet, neque ulla hujus ex sacris Canonicis probatio vel testimonium afferri pro eo potest, sed plura etiam contra se falsi & nugarum argumenta continet.* 1.) *Nomina hic occurrant non Annæ & Caiphæ solum, sed & Summas & Datam, Gamaliel, Judas, Levi, Neptinalim, Alexander & Cyrus, Christi apud Pilatum accusatores, quæ etiam illa nomina sunt vulgo in pictura judicii de Christo expressa. Refertur, quod citato in curia coram Pilato, Jesu, eo ingrediente capita signorum, quæ signiferi pro more Romanorum gestabant, sponte & invitis indignantibusque Judæis se Christo incurvârint & demiserint, eumque adorârint.* 3.) *Nomina adducuntur Judæorum pro Christo intercedentium, atque agentium, quæ non Judaica sed Romana vel Græca sunt,* Asterius, Antonius, Crispus, Agrippa. 4.) *Si Nicodemus in publico de Christo Senatu, & postea iterum in Synagoga ea verba tam graviter & cordatè fecisset, quæ hic ejus Evangelio quasi de se prædicantur, utique ejus non oblita mentio fuisset in aliquo nostrorum Evangelistarum, nedum in omnibus.* 5.) *Fidem Evangelio huic etiam derogant quæ hic occurrunt fabulæ & legendæ de* Veronica, *quæ illa mulier fuerit, quæ fluxum sanguinis*

passa

Digitized by Google

passa dicitur ab anno ætatis suæ duodecimo: de Duma *&* Gesta, *latronibus istis cum Christo ab utraque parte crucifixis, de* Longino *milite, lancea Christi latus aperiente, de* Josepho Arimathia, *à Judæis in carcerem conjecto, indeque mirabiliter liberato: de filiis Simeonis fratribus* Charino *&* Lenthio, *profectione Christi ad inferos, Patrumque inde liberationem, & quæ Sancti ibi dixerint, egerintque, & conflictum Satanæ describentibus: de* Enocho *&* Elia *tempore Christi venturis: de* Latrone *salvato crucem humeris suis in Paradiso portante, de resuscitatis ad Christi mortem, quod baptizati in Jordane fluvio, Pascha in Jerusalem cum parentibus & amicis suis celebraverint, sed non nisi tribus diebus hic permissis agere &c.* 6.) *Pilatus introducitur historiam V. T. egregiè callens, ex iisque Judæos convincens & confundens, quod plus est, quam in gentilem istum ceciderit.* 7.) *Quodque duobus in hoc Evangelo locis dicitur, Christum venisse ac natum post annos mundi quinque mille & quingentos, falsum est.*

Claudius Frassenius disquisitt. bibl. p. 656. 657. Hoornbeeckii verba fere integra de Evangelio Nicodemi adscripsit. Christophorus Sandius in Nucleo Hist. Eccles. p. 10.

Evangelium Nicodemi quod latine prodiit Lipsiæ 4. 1516. *spurium esse, evincit Semlerus.* A Co-

pris

*ptis * vero in Missis legitur. Exstat ejus MS. in bibl. Reg. Paris. 451. & Monachii 32. inter MS. græca, sine mutilum.*

Wilh. Ernestus Tenzelius de ritu lectionum sacrarum num. XXXIII.

Præterea Græcos Syri imitantur in usu specialiorum ἀναγνωσμάτων, qualia in ordinibus Ecclesiasticis conferendis apud Nestorianos Jacobitas ac Maronitas adhiberi docuit Morinus in opere de sacris Ecclesiæ ordinationibus. Pari ratione inter ritus baptismi legunt tres pericopas, quarum prima ex Act. Apostolorum c. VIII. à v. 26. ad 40. Secunda ex epistola ad Hebræos c. X. à v. 15. ad 24. desumta. Tertia autem Evangelium de Nicodemo ad Christum noctu veniente, & de salutari baptismi efficacia informato continet ex Joh. III. à v. 1. ad 9. Quod Eduard. Brerevvood Scrutin. relig. c. 13. de Cophtitis p. 109. his verbis enunciat: In liturgiis legunt Evangelium Nicodemi. *Hinc fluxit supinus error Christophori Sandii tract. de Scriptor. Eccles. p. 10.* Evangelium Nicodemi à Coptis in Missis legi; *quod repetit Joh. Hallervordius biblioth. curiosa p. 284. Enimvero Breerevvoodus procul dubio respexit liturgiam sive rituale baptismi, quod sub Severi Alexandrini Patriarchæ nomine Syriace & latine edidit Boderianus, ubi citata Syrorum ἀναγνώσματα*

* Fallitur Sandius. Vide quæ mox adducimus ex Cl. Tenzelio, & Jobi Ludolfi commentarium ad historiam, Æthiopicam p. 18.

Digitized by Google

quæ ta reperiuntur, tertiumque hoc titulo signatur p. 33. Evangelium ex Johanne. *Unde colligitur, quam inepte Sandius de supposititio Evangelio, quod sub Nicodemi nomine circumfertur, & ab omnibus eruditis rejicitur, hoc loco cogitaverit.*

Petrus Daniel Huetius Demonstrat. Evangel. propositi. 1. p. 42.

At enim probasse non satis est, genuinos esse libros Novi Testamenti: nam nec plures esse probandum præterea est. Multa quippe olim circumferebantur Evangelia, velut illa fuerunt secundum Ægyptios, secundum Ebræos, secundum duodecim Apostolos, secundum Petrum, secundum Paulum, secundum Matthiam, secundum Bartholomæum, secundum Thomam, secundum Andream, secundum Philippum, secundum Thaddæum, secundum Barnabam, secundum Nicodemum: Et Syriacum Evangelium, & illa Basilidis, Apellis & Tatiani.

Rich. Simon dans son histoire Critique du N. T. T. 1. p. 31.

Y a-t-il rien de plus ridicule que l' Evangile attribuée à Nicodeme. Il n' y a ausi rien qui approche plus de la fable que le petit livre intitulé Protevangile de Jaques &c.

Lud. Elias du Pin in Biblioth. nova Ecclesiasticorum Autorum Seculi I. p. 5. sq. edit. latinæ.

Nicodemi Evangelium non minus statet fabulis super

Digitized by Google

super passione & resurrectione Christi, quam prius de Vita Maria Virginis. Ecce fabularum in illo Evangelio specimen: Tabellario Dominum accersivit Pilatus, adoravit eum tabellarius & cuncti milites inviti. Bis ipsi prociderunt insignia. Evangelistarum narratio mixta est ibi non paucis fabulis. Inducitur Christus respondens ad illud Pilati, quid est veritas? Inducitur Nicodemus loquens, & qui à Christo sanati fuerant. Ibi Veronica dicitur mulier à sanguinis profluvio curata. Illius autor Evangelii Christi resurrectionem describit, plura de suo addens. Inducit ridiculè loquentes mortuos, qui resurrexerunt, cum Christus obiit, eos crucis signo se signasse ait. Diabolum ridiculè super Christi in inferos descensu ratiocinantem inducit. A Christi resurrectione Bibliotheca Judæorum ad Pilatum ex ipsius imperio allata: Christum noverunt Messiam. Aliaque id genus plura refert commenta.

Gvil. Caveus in Historia Literar. Scriptorum Eccles.

Exstat sub Nicodemi nomine Evangelium de passione & resurrectione Christi Hierosolymis in Pontii Pilati prætorio Theodosio M. imperante reperiri, ac ex Hebraico in latinum sermonem converti dictum (quod tamen spurium esse facile constat.) Saxonicè id in Bibliotheca S. Benedicti Cant. exstare nos docet Welochus not. ad Hist. Beda p. 77. 78.

Christianus Kortholt notis ad Justinum Martyrem p. 29.

Nempe circumferuntur hodieque Acta, ipsaque Pilati

Digitized by Google

Pilati ad Tiberium Epistola, caeterum haud dubie à plano aliquo conficta, uti sane ejusmodi impostoris nihilo olim erat usitatius.

Georg. Matthias König in Biblioth.

Nicodemi Evangelium figmentum esse hominis otio suo abutentis, quivis qui vel leviter judicare potest, deprehendet.

Joh. Reiskius de Imaginibus Jesu Christi Exerc. VI. quæ est de imagine per Nicodemum sculpta p. 143.

*Inducor facile, ut putem, historiam hujus imaginis eodem in loco & pretio ponendam esse, quo Evangelium Nicodemi ponitur. Illud enim de passione & resurrectione Dominica inscriptum & inter haereticos eidem Nicodemo assertum fuit, sed ab veteri Ecclesia improbatum & jure Canonico damnatum Gelasius * in decretis, Sixtus Senensis in biblioth. sacra docuit. Praesertim Hoornbeeckius in Miscellan. hoc spurium opus totum evertit, ut cerebrum & caput perdidisse videatur, cui fraus ea non suboleat. Sed quae hominum quorundam est impotentia, hoc Pseud-Evangelium inter ipsa Patrum orthodoxographica simplicibus obtruditur. Nescio an Cophtitis etiam, qui cum missa illud recitare apud Sandium in libro de*

* Laudant & alii Gelasii decretum, ubi de Evangelio Nicodemi agunt. Vid. Maji examen historiae Crit. N. T. p. 37. sed jam tum supra p. 222. notavi Gelasium ejus non meminisse, non magis sane quam ex lectione ejus profecisse Augustinum. Vide quae ad hoc Evangelium cap. 17.

Digitized by Google

Scriptoribus Eccles. & Hallervordium in Bibliotheca curiosa leguntur.

Tho. Ittigius in diss. de Patribus Apostolicis §. XV. & XVI.

Josepho Arimathæo addimus ejus in Jesu honorifice contumulando socium Nicodemum, cui adscribitur Evangelium inter monumenta Orthodoxographa à Joh. Heroldo Basil. A. 1555. & à Joh. Jac. Grynæo ibidem A. C. 1569. fol. editum. In isto Evangelio inter alia refertur, cursorem, qui Christum in prætorium arcessivit, eum adorasse, & fasciale involutorium, quod in manu ferebat, in terra expandisse, & Domini ad Præsidem ituri pedibus substravisse, capita signorum, qua signiferi pro more manibus gestabant, Christo prætorium ingredienti sponte se incurvasse, eumque ringentibus & indignantibus Judæis salutasse; Henochum & Eliam ante ultimum Christi adventum in terram redituros, & in prælio adversus AntiChristum vitam amissuros esse; latronem cum Christo crucifixum crucem humeris suis portasse, nec prius in Paradisum ab Angelo custode intromissum fuisse, quam ipsi hoc crucis signum ostendisset; resuscitatos cum Christo cum parentibus suis & amicis in urbe Hierosolyma pascha comedisse, & in Jordane baptizatos fuisse, ut alias hujusmodi nugas hoc Evangelio contentas taceamus.

Ad calcem hujus Evangelii sequentia leguntur majoribus literis expressa: In nomine Sanctæ Trinitatis expliciunt *&c. Nec plura addi opus est, ut hoc Evangelium Nicodemo suppositum evincatur.*

Recte

Digitized by Google

Recte sane Hoornbeeckius huic Evangelio neque Evangelii neque Nicodemi nomen convenire asserit. Usque adeo tamen Nicodemi Evangelium nonnullis placuit, ut in alias linguas transtulerint. Versio enim Anglo-Saxonica hoc ipso anno 1698. 4. *Oxonia* (a) *prodiit, germanica autem versio jam pridem lucem publicam adspexit hoc titulo praefixo:* Evangelium Nicodemi aus dem Latein ins Teutsch gebracht/ in welchen viel hüpsche Puncten/ die die andern Evangelisten nicht setzen/ begriffen werden/ (doch ihnen nit wieder) fast nützlich zu lesen. *Nomen suum interpres tacuit, quemadmodum etiam neque annum neque locum editionis indicavit. Videtur tamen germanicus interpres alium codicem ad manus habuisse, quam quo Grynaus in monumentis orthodoxographis usus est. Nam quae Grynaus ad calcem posuit, germanicus interpres nonnullis additis detractis & mutatis in fronte* (b) *collocavit hoc modo:* Es ist geschehen im *XXX.* Jahr des Käyserthums *Tiberii* zu der Zeit *Herodis*, König *Herodis* Sun/ am *VIII.* Kalend. Aprilis/ das ist den 21. Tag des Mertzens/ im vierdten Jahr des Rahts

(a) Editor est Eduardus Thwaites, usus apographo Franciſci Junii. Addidit Heptateuchum ex versione Ælfrici, & librum Jobi, Anglo Saxonicè translatum. Junii codex magnam partem collatus fuit cum MSto Cottoniano & distinctus in capita XXXIV. Mentionem Codicis Saxonici MS in Bibl. Collegii S. Benedicti Cantabrigiæ extantis, fecit Abrah. Whelochus ad hist. Eccles. Bedæ p. 77. seq. Ex illo suum descripserat Junius. (b) Sic etiam factum observo in Versione Anglo Saxonica, in qua porro omittitur totum caput editionis hujus Latinæ XXVIII.

des Sun *Neſtionis* in der *CC. Olimpias* (iſt am Zeyt vier Jahr) *Olimpiade* und Fürſten der Juden *Annæ* und *Caiphæ* nach dem Creutz und Leiden unſers Herrn Jeſu Chriſti hat *Nicodemus* beſchrieben die Werck des Häylandes zu den Fürſten der Juden/ und zu den andern Juden in Hebräiſcher Sprach/ aber der Kaiſer *Theodoſius* hat geſchafft/ daß es gebracht iſt worden in Lateiniſcher Sprach/ &c. *Num forte germanica hæc verſio* (c) *melius conveniat cum aliis latinis editionibus, quæ, antequam Brynæi orthodoxographa prodirent,* (d) *lucem aſpexerunt, alii viderint. Mihi enim nondum oculis uſurpare contigit vel editionem Antverpienſem anni* 1538 *&. cujus Geſnerus bibl. univ. fol.* 517. *meminit, vel Lipſi-*

(c) Extant & aliæ editiones Germanicæ, ut Marpurgenſis *A.* 1555. memorata Chriſtophoro Theodoro Chudenio in Pſeudo Novo Teſtamento ſive diſſ. de pſeudepigraphis N. T. p. 50.

(d) Labbeus p. 276. Bibl. nov. MSS. teſtatur in Bibl. Regis Galliæ cod. 451. præter miracula Mariæ & Evangelium Nazaræorum (illud puta quod ſupra edidit de Nativ. Mariæ & à quo Evangelium Nazaræorum diverſiſſimum fuit) exſtare Evangelium Nicodemi. In Anglia vero in ſola Bibl. Bodlejana Oxoniæ præter verſionem Anglicam & Anglo-Saxonicam exſtant codices *MSti* latini tredecim, quorum unus inſcribitur: *Paſſio Domini à S. Ambroſio de Græco in latinum translata, quæ reperta fuit in prætorio Pontii Pilati à Theodoſio Magno.* Vid. Catalogum Codicum MSS. Angliæ T. 1. p. 131. num. 2513. In codice MS. qui occurrit Cantabrigiæ in Aula Pembrochiana titulo loco præfiguntur hæc verba: *Gregorius Turonenſis de paſſione & reſurrectione Domini.* Sed vide quæ notata ſunt à me ſupra p. 226. 227. In alio Collegii S. Benedicti: *Geſta Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti. Gregorius Turonenſis in geſtis Francorum, de paſſione & reſurrectione refert hæc.* Sequitur in eodem codice Libellus de infantia Salvatoris, latinè

Digitized by Google

Lipsiensem anni 1516. 4. *quam Sandius nucl. histor. Eccl. p.* 10. *memorat. In eo autem fallitur Sandius &c.*

Eduardus Thwaites præfat. ad Anglo-Saxon. Vers.

Hoc nimirum Pseudo Evangelium primum Græce conscriptum, postea latine redditum, à viro quopiam docto ex latino Anglo-Saxonicum factum, cum à celeberrimo Junio in prælum paratum foret, tibi haud invidendum duximus.*

* Acta Pilati Apocrypha Græcé habentur in Bibl. Colbertina, & laudantur a Cangio in glossario mediæ & infimæ Græcitatis voce πρεσπόκων, & alibi. Quæ plane gemina sunt cum hoc Pseud Evangelio, quod Monachii inter MSta Græca num. 32. ab extrema parte mutilum exstare, è Gretsero notavit Sandius in nucleo Hist. Eccles. p. 10.

Digitized by Google

NICODEMI DISCIPULI

De Magistri & Salvatoris nostri JESU Christi Passione & Resurrectione

EVANGELIUM.

I.

ANnas enim & Caiphas & Summas, & Datam, Gamaliel, Judas, Levi, Nephtalim, Alexander & Cyrus, & reliqui Judæi (a) veniunt ad Pilatum propter Jesum, accusantes eum de multis accusationibus malis, & dicentes: Jesum novimus Joseph fabri filium, de Maria natum: & dicit se esse (b) filium Dei & Regem, & non solum hoc dicit, sed (c) sabbatum & paternam legem nostram vult dissolvere. Dicunt ei Judæi: legem habemus (d) in sabbato non curare; Iste autem claudos & surdos, paraly-

(a) Hos infra vocat modo Seniores, modo Archisynagogos, sive Doctores publicos, quales in singulis Synagogis erant singuli. (b) Matth. XVII. 11. Marc. XV. 2. Luc. XXIII. 2. quem locum ita legit olim Marcion: Ζητουν ευρεσιν διαστρέφοντα το ἔθνος και καταλύοντα τον νόμον και τους προφήτας, ἀποστρέφοντα τας γυναῖκας και τα τέκνα. (c) Matth. XII. & alibi. Luc XIII. 14. Joh. V. 18. (d) non differte scriptam, sed traditam, & ex generali de Sabbato sanctificando lege ita determinatam, vid. Lightfoot ad Matth. XII. 10.

Digitized by Google

ralyticos, cœcos & leprosos, & dæmoniacos curavit de (e) malis actibus. Dicit ei Pilatus: Quomodo de malis actibus? Dicunt ei: maleficus est, & in principe dæmoniorum (f) ejicit dæmonia, & omnia ei subjecta (g) sunt. Pilatus dicit: Istud non est in spiritu immundo ejicere dæmonia, sed in (h) virtute Dei. Dicunt & Judæi Pilato: Rogamus magnitudinem vestram, ut eum jubeatis adstare ante vestrum tribunal, & audite eum. Advocans autem Pilatus cursorem dicit ei: Qua ratione adducetur Christus? Exiens vero cursor & agnoscens eum adoravit, & fasciale (i) involutorium, quod ferebat in manu sua expandit in terra, dicens: Domine, super hoc ambula, ingredere, quia Præses te vocat. Videntes autem Judæi, quod fecit cursor, exclamaverunt ad Pilatum, dicentes: Quare sub voce Præconis (k) non jussisti eum introire, & non per cursorem? Cursor enim videns eum adoravit illum, & fasciale, quod tenebat in manu, expandit ante eum in terra, & dixit ei: Domine, vocat te Præses. Advocans autem Pilatus cur-

(e) κακοπαθῶν Joh. XVIII. 30. (f) Matth. IX. 34. & XII. 14. (g) ὑποτάσσεται Luc. X. 17. (h) Matth. XII. 28. Luc. XI. 20. (i) Substratio vestium vel peplorum, similiumque rerum honoris causa usitata apud varias gentes. Vid. Martini de Roa singularia Scripturæ lib. 2. c. 7. sq. & Joh. Nicolai librum nuper editum de hoc argumento. (k) Non per privatum ministrum, sed solenni ritu per præconem publicum. Acta Pilati MSS. in Bibl. Colbertina: Ἰδόντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι ὃ ἐποίησεν ὁ κήρυσσε, κατέκραξαν τῷ Πι-

Digitized by Google

curſorem, dixit: Quare hoc feciſti? *Dixit ei* curſor: quando miſiſti me de Ieroſolyma ad (l) Alexandrum, vidi Jeſum ſedentem ſuper aſinam humilem, & pueri Hebræorum (m) clamabant Oſanna, ramos tenentes in manibus ſuis: alii autem ſternebant veſtimenta ſua in via dicentes: Salva nos, (n) qui es in cœlis, benedictus qui venit in nomine *Domini*. Clamaverunt ergo adverſus curſorem Judæi dicentes: Pueri quidem Hebræorum Hebraicè clamabant, tu autem cum ſis Græcus, quomodò lingvam Ebræam nôſti? *Dicit* eis curſor: interrogavi quendam Judæorum, & dixi ei, quid eſt quod clamant pueri Hebraicè, & iſte mihi diſcernit, dicens: Oſanna enim clamant, quod interpretatur: O Domine, ſalvum fac (o) ſeu Domi-

λαῷ λέγοντες· διαλίπρεσκόπονα αὐτὸν γὰρ ἐκάλεσας ἐλθεῖν ἀλλ' ὑπὸ κύριε σῶσαι κ.τ.λ. (l) cujus mentio Act. IV. 6. (m) Ex hoc loco, ni fallor, Bonifacius VIII. abuſit, ludicræ pueris Hebræorum tribuit, quod πλείσῳ ὄχλῳ Matth. XXI. 8. Nempe pueri ſive filii Ebræorum ponuntur pro Ebræis. (n) Oſanna non ſonat *ſalva nos*, ſed *ſalva quaſo*, neque reſpicit adeo acclamantes, ſed eum, cui hoc acclamatur, ut 2. Sam. XIV. 4. Quod vero apud Matthæum legas: *Oſanna filio Davidi*, eſt locutio Elliptica, qualis apud Lampridium in Alex Severo: *Alexander Auguſte, Dii te ſervent. Iuveni Imperatori, Patri Patriæ, Pontifici Maximo*, ſubintellige, hanc a Deo ſalutem vovemus. Vid. Franc. Bernardin. Ferrarium de veterum acclamation. & plauſu lib. 1. c. 21. Huet. ad Origen. p. 76. Sic apud Dionem legas acclamatum Neroni Imperatori: *Vah Olympice Victor, Vah Pythice Victor, Auguſte, Auguſte, Neroni, Herculi, Neroni, Apollini* &c. l. 63. p. 724. (o) Etiam hic in editis

Digitized by Google

Domine salva. Dicit eis Pilatus: Vos autem cur (p) attestamini voces, quas pueri dixerunt? Quid peccavit cursor? Et ipsi tacuerunt. Dixit cursori Præses: Exi, & quovis (q) ordine introduc eum. Exiens vero cursor fecit, sicut & priori schemate, & dicit ad eum: Domine ingredere, quoniam vocat te Præses. Ingressus autem Jesus ad signiferos, qui signa ferebant, & curvata sunt capita ipsorum (r) & adoraverunt Jesum. Hinc Judæi magis clamabant adversus signiferos. Pilatus vero dicit ad Judæos: Non (s) laudatis, quod ex se curvata sunt capita signorum, & adoraverunt Jesum: Sed quomodo clamatis ad signiferos, quia ipsi se curvaverunt & adoraverunt. Dixerunt illi Pilato: Nos vidimus, quoniam inclinaverunt se signiferi, & adoraverunt Jesum. Advocans vero signiferos Præses dixit eis: Quare sic feciſtis? Dicunt signiferi Pilato: Nos viri Pagani sumus (t) & templorum servi, quomodo habuimus adorare eum? Etenim nos (u) tenentes signa curvaverunt se & adoraverunt. Dicit Pilatus ad Archi Synagogos: Eligite vos viros

erat: *O Domine salvum me fac.* (p) Cur negare rem cum non possitis, tamen servum meum reprehenditis? (q) Quomodocunque cum eo agas, modo eum ad me adduxeris. (r) Signorum puta, ut mox sequitur. Sic apud Sozomenum lib. 5. c. 21. legas Christo puello cum Herodem fugeret, Hermopolin intranti proceram arborem se incurvasse cumque adorasse. (s) Non miror vobis haud placere. (t) Neque Judæi sumus, neque Christiani, sed qui Deos veneramur. (u) *Pro: nobis tenentibus.* Heterosis casus qualis supra p. 101.

Digitized by Google

potentes, & ipsi contineant signa, & videamus, si ex se curventur. Adspicientes autem seniores Judæorum Viros duodecim fortissimos potentesque senes fecerunt continere signa, & steterunt ante conspectum Præsidis. Dicit Pilatus cursori: Ejice Iesum foras, & intromitte eum iterum qualivis ordine, & exivit foras prætorium Jesus & cursor; & advocans Pilatus signiferos, qui tenebant signa priores, jurans eis per (x) salutem Cæsaris, quia si non (y) sic ferant signa ingrediente Jesu, præcidam capita vestra. Et jussit Præses ingredi Jesum secundo, & fecit cursor eodem schemate, sicut & prius, & multum deprecatus est Jesum, ut superascenderet, & ambularet super fasciale suum, & superambulavit, & ingressus est. Introeunte autem Jesu curvaverunt se signa, & adoraverunt eum.

II. Videns autem Pilatus, timor apprehendit eum, & cœpit exsurgere de sede sua. Cogitante autem eo exsurgere de sede sua, matrona ipsius Pilati procul (z) posita, misit ad eum

(x) Per salutem, vitam, genium, σωτηρίαν, τύχην, frequens hoc jusjurandum sub Imperatoribus & aliis Principibus Ethnicis. Sed & sub Christianis animadversum est in *pejerantes per veneratione Principis*, ut patet ex l. 2. C. de reb. cred. & l. 41. de transact. Tertullian. c. 32. Apologet. *Sed & juramus sicut non per genios Cæsarum, ita per salutem eorum, quæ est augustior omnibus geniis.* Sic per salutem Pharaonis jurat Josephus Gen. XLII. 15. πρὸς τῆς σωτηρίας τῦ βασιλέως Jovius ap. Sozom. VII. 9. (y) Quemadmodum nempe Judæi illi. (z) Pilati uxorem Πρόκλαν

eum dicens: (a) Nihil tibi & justo illi: Multa enim passa sum in visu propter eum hac nocte. Audientes autem hæc Judæi dixerunt Pilato: Numquid non diximus tibi, quoniam maleficus est, (b) ecce somnium immisit ad uxorem tuam. Pilatus vero advocans Jesum, dixit: Num audisti, quod isti adversum te testantur? & nihil dicis: Iesus respondit ei: Si non haberent potestatem loquendi, non loquerentur, sed quoniam unusquisque habet potestatem oris sui loqui bona & mala, ipsi videbunt. Respondentes autem seniores Judæorum dicunt ad Jesum: Quid nos videbimus? Nos primum de te vidimus (c) quod ex fornicatione natus es. Secundo, quod pro nativitate tua in Bethlehem infantes interfecti sunt. Tertio, quod pater tuus & mater tua Maria fugerunt in Ægyptum, eo quod non haberent fiduciam in populo. Dicunt quidam de adstantibus (d) benigne ex Judæis:

vocant Malelas, Nicephorus, PseudoDexter & alii, Vincentius quoque Bellovacensis Nicodemi Evangelium allegans lib. 7. c. 41. spec. Historial. (a) Matth. XXVII. 19. (b) Hoc enim putabant in potestate Magorum esse, ut ope Dæmonum somnia quibus vellent & quæ vellent, immitterent. Hinc Dio narrat Tiberium somno monitum, ut homini cuidam pecuniæ summam largiretur, illum jussisse interfici, ὅτι δαίμων ἐις ἐκ γοητείας ὁι ἐπιπέμψειεν, *quod per Magicam artem Dæmonem sibi immissum esse crederet.* lib. 57 p. 612. (c) Nullo testimonio fide digno constat, hanc calumniam unquam objectam fuisse vel Christo à Judæis, cum in terra versaretur, vel Apostolis; ut tanto magis appareat Judæorum recentium malitia, quam in libro תולדות ישו & aliis blasphemis scriptis produnt. (d) Qui bene de Chri-

Digitized by Google

dœis: Nos non dicimus eum esse natum de fornicatione: hic sermo vester non est verus, quoniam desponsatio facta est, sicut ipsi dicunt, qui sunt de gente vestra. Dicunt Pilato Annas & Caiphas: Omnis multitudo audienda est, quæ clamat, quoniam ex fornicatione natus est, & maleficus est. Isti autem, qui negant eum esse natum ex fornicatione, proselyti sunt, & discipuli ejus. Pilatus autem dixit ad Annam & Caipham: Qui sunt proselyti? Dicunt: Illi paganorum filii sunt, & nunc (e) facti sunt Judæi. Dicunt Eliezer, & Asterius, & Antonius, & Jacobus, Caras, (f) & Samuel, Isaac & Phinees, Crippus (g) & Agrippa, Annas & Judas: Nos proselyti non sumus, sed filii Judæorum sumus, & veritatem loquimur, & in desponsalitio Mariæ interfuimus. Alloquens vero Pilatus duodecim viros, (h) qui hæc dixerunt, dixit eis: Adjuro vos (i) per salutem Cæsaris, si non est natus ex fornicatione, aut si vera sunt, quæ dixistis. Dicunt illi Pilato: Legem habemus non jurare (k) quia peccatum est: ipsi jurent per salutem Cæsaris, quoniam non est sicut diximus, & rei sumus mortis. Dicunt Annas & Caiphas ad Pilatum: Isti

sto sentiebant. (e) Male editum erat: *& non facti sunt Judæi.* (f) *Cyrus.* (g) *Crispus.* (h) Jam memoratos. (i) i. e. volo ut per salutem Cæsaris jurati affirmetis. (k) Respicitur Matth. V. 34. & 37. Qui enim loqvuntur, sunt ex iis, quos bene de Christo sentire paulo ante dixerat. Reliqui vero Judæi Christum accusantes per salutem Cæsaris jurare infra inducuntur c. 4.

Digitized by Google

Isti duodecim (l) non credent, quia scimus eum natum de stupro, & maleficum esse, & dicit se ipsum esse filium Dei, & Regem, quod nos (m) credimus, & audire pertimescimus. Jubens ergo Pilatus omnem populum exire foras, absque duodecim viris qui dixerunt quoniam non est ex fornicatione natus, sed & Jesum jussit segregare remote, & dicit eis: Qua ratione volunt Judæi Jesum occidere? Dicunt ei illi: Zelum habent, quoniam Sabbato curat. Dixit Pilatus: de bono (n) opere volunt eum occidere? Dicunt illi: Etiam Domine.

III. Pilatus vero repletus ira exivit prætorium & dixit Judæis: Testem habeo (o) solum, quia nec ullam culpam invenio in homine isto. Dicunt Judæi Pilato: Si non esset maleficus, non tibi eum tradidissemus. Dixit eis Pilatus: Tollite eum vos (p) & secundum legem vestram judicate eum. Dicunt Judæi Pilato: Nobis

(l) *Isti duodecim* scripsi pro *isti duodecimo*. (m) pro *non credimus* scripsi *nos credimus*, subintellige: *dixisse se ipsum filium Dei*, & reliqua, quæ præcesserunt. (n) Joh. X. 32. (o) Jurisjurandi formula per *solum* sive *terram*, cujus mentio Matth. V. 35. Jac. V. 12. & apud Philonem de legibus specialibus p. 594. itemque in Talmude tractatu Schebuoth, atque inde apud Maimonidem. Aut pro *solum* legendum *solem, quia* &c. (p) Joh. XVIII. 31. & XIX. 6. ubi Pilatus: *tollite ipsum, & crucifigete*: ex quoloco perspicuum est, Judæis per Romanos non fuisse ademtum jus capitalium judiciorum, quod Pilatus minime poterat ignorare. Hoc late probatum dedere contra Virorum maximorum sententiam Scaligeri, Casauboni, Seldeni & Lightfooti aliorumque, Bynæus, Emundus Merillius, & inprimis Clariss. Wagenseilius; p. 299. sq. tel. ign. Satanæ.

Digitized by Google

bis licet occidere neminem. (q) Dicit Pilatus Judæis: Vobis ergo dicit: (r) *non occidas*, sed non mihi. Et ingressus est iterum prætorium, & vocavit solum Jesum, & dixit ad eum: Tu es Rex Judæorum? Et respondens Jesus dixit Pilato: A te hoc solum dicis, an alii tibi dixerunt de me? Respondens Pilatus dixit ad Jesum: Numquid ego Judæus sum? Gens & Principes Sacerdotum tradiderunt te mihi: Quid fecisti? Respondens Jesus dixit: Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei resisterent, & non traditus essem Judæis, nunc vero regnum meum non est hinc. Dixit Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Jesus: Tu dicis quia Rex sum ego. Iterum dicit Jesus Pilato: Ego in hoc natus sum, & ad hoc natus sum, & ad hoc veni, ut testimonium perhibeam veritati, & omnis, qui est ex veritate audit meam vocem. Dicit ei Pilatus: Quid est veritas? Dicit Jesus: Veritas de cœlo est. Dicit Pilatus: In terris ergo veritas non est? Dicit Jesus Pilato: Intende (s) veritatem esse in terra inter illos, qui dum potestatem habent judicandi, veritate utuntur, & judicia recte faciunt.

IV.

(q) Religionem prætexunt, non civile interdictum Romanorum. Sic infra dicerte: *Lex nostra mandat nobis non occidere quenquam.* (r) Per ironiam dicere fingitur, (sed inepte) Pilatus præceptum Dei Exod XX. 15. ad se non spectare. (s) *Intende*, ponitur pro *intelligo*, quo sensu Galli utuntur verbo *entendre*.

Digitized by Google

IV. Relinquens ergo Pilatus Jesum in prætorio, exiit foras ad Judæos & dixit ad eos: *Ego* nec unam culpam invenio in Jesum. Dicunt illi Judæi: Ergo (t) ipse dixit: (u) possum dissolvere templum Dei, & in triduo reædificare illud. Dixit eis Pilatus: quale templum est hoc, de quo dicit? *D*icunt ei Judæi: quod ædificavit Salomon in quadraginta sex (x) annis, ipse dixit destruere & in triduo reædificare. Et iterum dicit eis Pilatus: Innocens sum ego à sangvine hominis istius, vos videritis. Dicunt ei Judæi: Sangvis ejus super nos & super filios nostros. Advocans autem Pilatus Seniores & Scribas, Sacerdotes & Levitas dicit eis secretè: Nolite sic facere, nihil in vestra accusatione dignum morte inveni, de curatione infirmorum & violatione sabbati. Dicunt Sacerdotes & Levitæ Pilato: Per salutem Cæsaris, si quis blasphemaverit, (y) dignus est morte. Hic autem adversus Dominum blasphemavit. Jussit vero Præses exire Judæos iterum prætorium, & advocans Jesum dixit ei: Quid faciam tibi? Respondit ei Jesus: Sicut dictum est. Dixit ei Pilatus: quomodo est dictum? Dixit ei Jesus: Moyses & Prophetæ præconizati sunt de passi-

(t) αὐτὸς. (u) Joh. II. 20. (x) Templum Salomonis pridem dirutum erat, quin Zorobabelis etiam ab Herode neque in alterutro horum extruendo 46. anni insumti. Igitur de templo ab Herode instaurato verba Judæorum accepit Scaliger, quem vide 6. de Emend. temporum p. 535. Usserium Annal. ad Annum Per. Jul. 4697. (y) Levit. XXIV. 16

passione mea, & resurrectione. Audientes hæc Judæi exacerbati sunt, & dicunt Pilato: Quid amplius vis blasphemiam istius audire? Dicit Pilatus eis: Si iste sermo blasphemia vobis videtur, tollite eum vos & producite ad vestram Synagogam, & secundum legem vestram judicate eum. Dicunt Judæi Pilato: Lex nostra continet, ut si homo homini peccaverit, dignus sit accipere unam (z) minus quadraginta. Si vero in Dominum blasphemârit (a) hujusmodi lapidari. Dicit ei Pilatus: Si iste sermo blasphemia est, vos judicate eum secundum legem vestram. Dicunt Judæi Pilato: Lex nostra (b) mandat nobis, non occidere quemquam. Nos volumus, ut crucifigatur, quia dignus est morte crucis. Dicit eis Pilatus: Non est bonum, ut crucifigatur, sed tantum corripite (c) eum, & dimittite. Intuitus vero Præ-

(z) Subintellige plagam, ut 2. Cor. XI. 24. ubi vid. interpretes Drusium, Grotiumque. πληγὰς τεσσαράκοντα, μιᾶς λειπούσης Joseph. IV. 8. Antiqu. *quadraginta plagas* numero rotundo vocant Talmudici in tractatu Maccoth. Ex illis 39. plagis tredecim super humerum dextrum, totidem super sinistrum & totidem infra humeros infliguntur, ut præter alios notat Morinus de Sacramento pœnitentiæ p. 231. Illud pœnæ genus adhuc inter Judæos viget, ut constat vel ex celebri Urielis Acostæ exemplo, qui in libello de vita sua p. 350. testatur se 39. plagas à Judæis accepisse propter apostasiam sive secessionem, quam ab iis fecerat. (a) Levit. XXIV. 16. Deut. XIII. 10. Idem supplicium destinatum Pseudoprophetæ, quo nomine Christum morti traditum affirmant Judæi. Vid. Seldenum lib. 3. de Synedr. c. 6. (b) Exod. XX. 15. (c) παιδεύσας ex Luc. XXIII. 16.

Digitized by Google

Præses in populo, & circumstante populo Judæorum vidit plurimos Judæos lacrymantes, & dixit ad Principes Sacerdotum Judæorum: Non omnis multitudo desiderat eum mori. Dicunt Seniores Judæorum ad Pilatum: ideo venimus nos & tota multitudo (d) hic, ut moriatur. Dixit Pilatus ad eos: Quare morietur? Dicunt illi: Quia dicit se ipsum filium Dei esse, & Regem.

V. Nicodemus autem quidam vir Judæus stetit ante Præsidem, & dixit: Rogo te misericors Judex, ut digneris paucos meos audire sermones. Dixit Pilatus ei: Dic. Nicodemus dixit: Ego dixi Senioribus Judæorum, & Scribis, & Sacerdotibus & Levitis, & omni multitudini Judæorum in Synagoga: Quid quæritis (e) cum homine isto? Homo iste multa signa facit bona & glorioſa, qualia nullus fecit in terra homo, (f) nec faciet, dimittite illum, & nolite ei malum facere: Si ex Deo (g) est, stabunt signa ejus; si vero ex hominibus, dissolventur. Quia & Moyses à Deo in Ægyptum missus fecit signa, quæ dixit illi facere Deus ante Pharaonem Regem Ægypti. Erant ibi Magi (h) Janes & Mambres, feceruntque & ipsi

(d) *Venimus hic*, ut supra: *non invenimus culpam in Jesu.* Hæc in scriptis istius generis non emendanda, sed ferenda. (e) scil. facere. (f) Joh. III. 2. (g) Act. V. 38. (h) 2. Tim. III. 8. Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς ubi quidam codices olim Μαμβρῆς, ut vel ex veteri latino interprete patet, & ex conjectu Arnobii cum Serapione sub init. Mambres etiam dici-

Digitized by Google

per incantationes suas signa, quæ fecerat Moyses, sed non per omnia. (i) Et signa quæ fecerant Magi, non erant ex Deo, sicut nostis vos Scribæ & Pharisæi: perierunt ipsi, qui fecerunt, & omnes, qui crediderunt eis. (k) Et nunc dimittite hominem hunc: quia signa, de quibus eum accusatis, ex Deo sunt, & non est dignus morte. Dicunt Judæi Nicodemo: Tu discipulus ejus factus es, & verbum pro ipso facis. Dixit ad eos Nicodemus: Numquid & Præses discipulus ejus factus est, & verbum pro ipso facit? Numquid non constituit eum Cæsar super dignitatem istam? Erant autem Judæi trementes, (l) cum hæc audirent, & stridebant super Nicodemum, & dicebant ei: Veritatem ipsius accipias, & possessionem cum Christo habeas. Dixit Nicodemus: Amen, accipiam sicut dixistis

VI. Ex Judæis quidam alius autem exsiliens rogabat Præsidem, ut vellet audire verbum

tur in Talmude tract. de Oblationibus cap. 9. in *Midrasch* veteri ad Exod XV. 10. & in vita Mosis à Gaulmino illustrata p. 17. Sed Numenio apud Origenem 4 contra Celsum p. 199. & Eusebio IX. 8. præpar. vocatur Ιαμβρῆς. Sic & aliis quamplurimis. Apud Glycam Ζαμβρῆς inversa forte M litera, ut suspicatur Cotelerius ad Constitut. Apostol VIII. 1. Sed & Sambrem alicubi observavi. Nam Gaulminus narrat in Tedac Levi libro de decem numerationibus filios binos Balaami vocari *Ares* & *Sambres*. Alios Scriptores, qui Magorum istorum meminere, vide sis apud Hammondum ad Apostoli locum, Bochart. I. Hierozoic lib. 2. c. 53. & Menardum ad Barnabæ epistolam p. 133. (i) Exod. VIII. 18. (k) Act. V. 3. (l) Alii scribunt: *frementes*.

Digitized by Google

bum. *Dicit Præses*: quicquid vis dicere, dic: Ego per triginta octo (m) annos jacui Ieroſolymis juxta probaticam piſcinam, (n) patiens magnam infirmitatem, expectans ſanitatem, quæ fiebat in adventu Angeli, (o) qui turbabat aquam ſecundum tempus. Et qui prior deſcendiſſet in aquam poſt commotionem aquæ, ſanus fiebat ab omni infirmitate. Et inveniens ibi me Jeſus langvidum, dixit ad me: Vis ſanus fieri? Et reſpondi ego: Domine, non habeo hominem, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinam. Et dixit mihi: Surge, & tolle grabatum tuum, & ambula. Et ſoſpes factus ſtatim tuli grabatum meum & ambulavi. Dicunt Judæi Pilato: Domine Præſes, interroga eum, qualis fuerit dies, in qua langvidus ſanatus eſt. Dixit langvidus ſanatus, Sabbatum. Dicunt Judæi Pilato: Nonne ſic docuimus, quia in Sabbato curat, & in principe Dæmoniorum dæmonia ejicit? Et alius quidam Judæus (p) exiens dixit: Cœcus eram, voces audiebam, & neminem videre poteram, & cum tranſiſſet Jeſus, audivi turbam prætereuntem, & interrogavi, quid eſſet. Et dixe-

(m) Joh. V. (n) Meminit hujus piſcinæ Benjamin Tudelenſis in Itinerario. (o) Hæc de Angelo aquam turbante in codicibus quibusdam Johannis olim prætermiſſa. Vide Hammondum ad Joh. V. 4. Simonium differt. de MStis N. T. p. 69. & Bernardi Lamy Concordiam Evangel. T. 1. p. 656. Legit tamen jam olim Tertullianus, ut Ambroſium, Optatum & alios Latinos, Græcosque univerſos & plurimos codices vetuſtiſſimos, qui etiamnum extant, omittam. (p) Marc. X. 40.

Digitized by Google

runt mihi, quia Jesus transiret. Et clamavi dicens: Jesu fili David, miserere mei. Et stans jussit me adduci ad se, & dixit mihi: Quid vis? Et dixi: Domine, ut videam. Et dixit mihi: Respice, & confestim vidi, & secutus sum eum gaudens & gratias agens. Et alius Judæus exiens dixit: Leprosus eram, & mundavit me solo verbo, dicens: Volo, (q) mundare: & illico mundatus sum à lepra. Et alius Judæus exiens dixit: Curvus eram (r) & erexit me verbo.

VII. Et mulier quædam Veronica (s) nomine dixit: Sangvine fluens eram ab annis duodecim, & tetigi fimbriam vestimenti ejus, & statim

(q) Θέλω, καθαρίσηθι Matth. VIII. 3. (r) Fœminæ verbo erectæ mentio Luc. XIII. 12. (s) Nomen hujus mulieris reticetur Matth. IX. 20. Ambrosius putat fuisse Martham sororem Lazari c. 5. de Salomone. Eusebius Ethnicam fœminam Paneaditidem fuisse testatur, statuamque in miraculi memoriam ab illa positam oculis vidisse se refert, lib. 7. Hist. Eccl. c. 17. Sub Juliano Imperat. eveniam narrat Sozomenus lib. 5. c. 20. & Philostorgius l. 7. c. 3. Mulier illa Βερονίκη appellatur etiam Johanni Malalæ p. 305. Chronographiæ. Georgio Codino & Johanni Damasceno. Cum illa nihil commune habet Veronica, cujus imaginem Christi sive sudarium imagine Christi conspicuum ab annis amplius quingentis jactant Romani. Vid. Baron. ad A. C. 34. n. 133. Bollandum ad 4. Febr p. 449. seq. Mabillonio enim & Papebrochio *Veronica* ista nata videtur literis transpositis ex vocabulis duobus *vera icon*, quamvis non arridet hæc conjectura Joh. Reiskio τῷ μαχαίρῃ sed levibus argumentis nixo in epistola ad Virum summum Jobum Ludolfum. Certum est imaginem ipsam Christi à Scriptoribus non paucis dici *Veronicam* In Chronico Saxone, quem nuper vulgavit Illustris Leibnu-

Digitized by Google

statim fluxus sanguinis mei stetit. Dicunt Judæi: Legem habemus (t) mulierem ad testimonium non venire. Et quidam Judæus post alia dixit: Vidi Jesum (u) vocari ad nuptias cum discipulis suis, & vinum deficere in Cana Galileæ, & cum defecisset vinum, præcepit ministris, ut implerent sex hydrias, quæ ibi erant, aqua, & impleverunt usque ad summum. Et benedixit eas, & convertit aquam in vinum; & biberunt omnes gentes *admirantes super hoc signum. Et alius Judæus stetit in medio, & dixit: Ego vidi Jesum (x) in Capharnaum docentem in Synagoga. Et in Synagoga erat quidam homo habens dæmonium, & clamavit, dicens: Sine me. Quid nobis & tibi Jesu Nazarene? Venisti perdere nos. Scio quia tu es Sanctus Dei. Et increpavit illum Jesus & dixit illi: Obmutesce Spiritus immunde, & exi de homine. Et statim exivit de isto, nihilque illi nocuit. Et hæc quidam Pharisæus dixit: Ego vidi, quod multa turba (y) venit ad Jesum à Galilæa & Judæa, & maritima, & multis regionibus circa Jordanem, & multi infirmi veniebant ad eum, & sanabat (z) omnes. Et audivi Spiritus (a) immundos clamantes & dicentes: Tu es filius Dei. Et vehementer comminabatur eis Jesus, ne illum manifestarent.

tzius ad A. C. 602. scribitur *Unica Domini*. (t) Vid. Selden. lib. 2. de Synedr. c. 13. num. 11. (u) Joh. 2. (x) Marc. I. 23. (y) Marc. III. 7. (z) Matth. XII. 15. (a) Marc. III. 11.

* Eodem sensu dicunt Galli: *toute sorte de gens*.

Digitized by Google

VIII. Post hæc quidam nomine (b) Centurio dixit: Ego in Capharnaum vidi Jesum, & rogavi eum dicens: Domine, puer (c) meus jacet paralyticus in domo. Et dixit mihi Jesus: Vade, & sicut credidisti, fiat tibi, & sanatus est puer ex illa hora. Deinde quidam regulus dixit: Habebam filium (d) in Capharnaum, qui moriebatur, (e) & cum audissem Jesum advenire in Galilæam, abii, & rogavi eum, ut descenderet in domum meam, & sanaret filium meum, incipiebat enim mori. Et dixit mihi: Vade, filius tuus vivit, & sanatus est filius meus ex illa hora. Et alii quidam multi ex Judæis & viri & mulieres clamaverunt dicentes: Vere filius Dei est iste, qui solo verbo omnia sanat, & dæmonia ei per omnia subjiciuntur. Dicunt quidam ex ipsis: Non est hæc potestas nisi à Deo. Dixit Pilatus Judæis: Quare vobis docentibus dæmonia non subjiciuntur? Dicunt quidam ex ipsis: Non est hæc potestas nisi à Deo, ut dæmonia subjiciantur. Alii autem dixe-

(b) Latina vox *Centurio* occurrit etiam in antiqua versione Syra, neque tamen est nomen proprium, sed officii. Matth. VIII. 5. Ἑκατόνταρχος. (c) παῖς μου qui Luc. VII. 2. disertè δοῦλος. Neque enim assentiendum Viro Doctissimo, qui in libro de paralyticis N. T. contendit filium Centurionis fuisse, quem Servator sanavit. Potuit enim servum fidelem quoque tanti facere Centurio, ut pro ejus salute solicitus esset. (d) Joh. IV. 46. βασιλικὸς nostro perperam est *Regulus*. Rectius *Regalis*, ex Regis familia. Vid. Valesius ad Ammian. lib. 16. c. 12. (e) ἤμελλε ἀποθνήσκειν: jam erat in mortis confiniis constitutus.

Digitized by Google

dixerunt Pilato: Quia Lazarum (f) mortuum suscitavit post quatriduum de monumento. Audiens hæc Præses tremefactus dixit ad multitudinem Judæorum: Quid vobis proderit, quod effundatis sanguinem innocentem?

IX. Et convocans Pilatus Nicodemum & duodecim (g) viros, qui dixerunt, quoniam non est natus ex fornicatione, dicit ad eos: Quid faciam, quoniam seditio fit in populo? Dicunt ei illi: Nescimus, ipsi videant, qui seditionem commovent. Iterum Pilatus convocans multitudinem dixit eis: Scitis, quia vobis consvetudo est per (h) diem azymorum ut dimittam vobis unum vinctum; Habeo unum insignem (i) vinctum homicidam, qui dicitur Barrabas, & Iesum, qui dicitur Christus,

(f) Joh. XI. (g) *Duodecim* scripsi, ut supra c. II. etsi hoc loco in editis erat *quindecim*. (h) Joh. XVIII. 39. ἐν τῷ Πάσχα, quod festum ἀζύμων ἑορτὴ etiam Josepho. Morem illum vinctos solvendi, imitati postea Christiani, ut docent Petav. ad Epiphan. p. 365. Godofr. ad cod. Theodos. T. 3. p. 272. Apud Athenienses quoque olim mos similis obtinuit. Marcellinus in Hermogenem: Νόμος ἐν τοῖς δεσμοφορίοις λύεσθαι τὰς δεσμώτας. De Romanis, apud quos lectisternii indicti diebus demta vinctis vincula, jam monuere Viri docti ex Livii lib. 5. c. 13. De Atheniensibus videas licet Sam. Petitum ad Leges Atticas p. 38. seq. (i) ἐπίσημον. Matth. XXVII. 16. Barrabas iste in quibusdam codicibus olim vocatus est *Jesus Barrabas*, quod plurium exemplarium dissensu rejicit Origenes tractatu 35. in Matthæum. *In multis exemplaribus non continetur quod Barrabas etiam Jesus dicebatur, & forsitan recte, ut ne nomen Jesu conveniat alicui iniquorum.*

Digitized by Google

in quo nullam causam mortis invenio. Quem ergo vultis ex his duobus dimitti? Clamaverunt autem omnes dicentes: Barrabam dimitte nobis. Dicit eis Pilatus: quid ergo faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Dicunt ei omnes: Crucifigatur. Iterum clamant dicentes Pilato: (k) Non es amicus Cæsaris, si hunc dimittis, quia dixit se filium Dei esse & Regem: an forte vis hunc esse (l) & non Cæsarem? Tunc repletus furore Pilatus dixit ad eos: Semper gens vestra seditiosa fuit, & qui profuerunt, contrarii eis fuistis. Responderunt Judæi: Qui sunt qui fuerunt pro nobis? Dicit eis Pilatus: (m) Deus vester, qui eruit vos de dura servitute Ægyptiorum & transduxit per mare rubrum, sicut per aridam, & in eremo cibavit vos manna & carne coturnicum, & aquam de petra produxit, & legem de cœlo vobis dedit: & in omnibus irritastis Deum vestrum, & quæsiviſtis vobis vitulum facere conflatilem, & adorâstis & immolâstis, & dixistis: Isti sunt Dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti, & voluit Deus vester disperdere vos: & (n) deprecatus est Moyses pro vobis, ut non moreremini, & audivit Deus vester eum, & transtulit peccatum vestrum. Deinde exacerbati voluistis occidere (o) Prophetas vestros Moysen & Aaron, quando fugerunt in tabernacu-

(k) Joh. XIX. 12. (l) Hunc esse, *Regem* nempe. (m) Valde incongruenter hæc tribuntur *Pilato* ex Act. VII. (n) Exod. XXXII. 31. (o) Num. XIV.

Digitized by Google

naculum, & ſemper contra Deum & ejus Prophetas murmuraſtis. Et exſurgens de tribunali voluit exire foras. Clamaverunt autem omnes Judæi: Regem ſcimus eſſe Cæſarem, non Jeſum. (p) Nam quando hic natus eſt, tunc Magi venerunt, & ei munera obtulerunt. Quod qvum audiſſet Herodes, turbatus eſt valde, & voluit eum occidere. Quod cum cognoviſſet Pater ejus, fugit in Ægyptum, cum Matre ſuâ Maria. Herodes cum audiſſet eum eſſe natum, voluit eum occidere, & mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethlehem, & in omnibus finibus ejus à bimatu & infra. Audiens Pilatus hæc verba timuit, & ſilentio facto in populo, qui clamabat, dixit ad Jeſum: (q) Ergo Rex es tu? Dicunt ad Pilatum omnes Judæi: Iſte eſt, quem Herodes quærebat occidere. Accipiens autem Pilatus aquam (r) lavit manus ſuas coram populo dicens: Innocens ego ſum à ſangvine juſti hujus, Vos videritis. Et reſponderunt Judæi dicentes: Sangvis ejus ſuper nos, & ſuper filios noſtros. Tunc juſſit Pilatus adduci Jeſum ante ſe, & proſecutus eſt eum his verbis: Genus tuum (s) comprobavit te, (t) ut Regem. Propter

Z 5 quod

(p) *Videtur hic aliquid deeſſe in hanc fortè ſententiam, qui jam à tenera ætate uſque viſus eſt regnum affectare.* Sic pulchre cohærent, quæ ſequuntur ex Matth. 2. (q) Joh. XVIII. 37. (r) Matth. XXVII. 24. (s) τὸ ἔθνος τὸ σόν Joh XVIII. 35. (t) i. e. contendit, te ut regni affectatorem eſſe puniendum.

Digitized by Google

quod ego (u) Herodes præcipio flagellari te secundum ſtatuta priorum (x) principum, & in principio te alligari, & in cruce ſuſpendi in eo loco, (y) ubi tentus es, & duos malignos tecum, quorum nomina ſunt hæc (z) Dimas & Geſtas.

X. Et exivit Jeſus de prætorio, & duo latrones cum eo. Et cum perveniſſent ad locum, qui dicitur Golgata (a) exſpoliaverunt eum veſtimento ſuo (b) & præcingunt eum linteo, & coronam de ſpinis imponunt ſuper caput ejus, & dant arundinem in manu ejus. Similiter & duos latrones ſuſpendunt cum eo. Dimas à dextris, & Geſtas à ſiniſtris ejus. Jeſus verò dixit: Pater mi, parce illis, quia neſciunt, quid faciunt. Et diviſerunt veſtimenta ejus, ſuper veſtem

(u) Non Herodes ſed Pilatus Matth. XXVI. 27. (x) Romanorum puta, qui flagellis prius cæſos in cruces agebant. Vid. Lipſium lib. 2. de Cruce cap. 2. ſeq. Lex Romana de ſeditioſis in crucem tollendis exſtat l. 38. *D.* de pœnis. (y) Hieroſolymis. (z) Nomina latronum reticent genuini Evangeliſtæ Matth. XXVII. 38. & reliqui. Sed in *Apocrypho Infantiæ Evangelio*, quod ſupra exhibuimus, c. 23. vocantur *Titus* & *Dumachus*, quaſi Θεόμαχον dicas. Pro *Dimas*, quod nomen occurrit etiam apud Gaufridum Vindocinenſem Sermone 10. extremo, malim *Demas*, Δημᾶς. Sed jampridem eſt quod invalut ignotus ille antiquiſſimus Græcis Jotaciſmus. Gerh. Joh. Voſſius Harmon. Evangel. p. 301. teſtatur ſe in aliis reperiſſe *Diſmam*, & pro *Geſtâ*, Giſmam vel Geſmam. (a) Matth. XXVII. 33. (b) Imo hoc jam ante factum Matth. XXVII. 28. neque linteo apud Evangeliſtas mentio, ſed ἐσθῆτα λαμπρᾶς Luc. XXIII. 11. & πορφύραν Marc. XV. 17. quæ Johanni ἱμάτιον πορφυροῦν XIX. 2.

Digitized by Google

veſtem ejus mittentes ſortem. Et ſteterunt populi, & irridebant eum principes ſacerdotum, & Seniores Judæorum, dicentes: Alios ſalvos fecit, nunc ſe ipſum ſalvum faciat, ſi poteſt. Si filius Dei eſt, deſcendat nunc de cruce. Deludebant ergo eum milites, & accipientes acetum & fel offerebant ei bibere, & dicebant ad illum: Si tu es Rex Judæorum, libera temetipſum. Accipiens autem Longinus miles (c) lanceam, aperuit latus (d) ejus, & continuò exivit ſanguis & aqua. Scripſit autem Pilatus titulum ſuper crucem literis Hebraicis, & Latinis & Græcis,

(c) Sic & in Martyrologio Rom. XV. Martii aliisque plurimis vocatur iſte perſoſſor, cujus nomen reticet Johannes XIX. 34. Videtur autem nomen effictum ex vocabulo λόγχης ſive haſtæ, de qua vide Bartholinum περὶ τοῦ παραδείσου libro de latere Chriſti aperto c. 6. ubi & hoc obſervabis Longino poſitum commentitium epitaphium: *Qui Servatoris latus in cruce tuſpide fixit, Longinus hic jacet.* Alias latinorum fabulas de Longino iſto vide ſis apud Martinum Polonum lib. 3. Chron. p. 113. Græcis quibusdam non hic lateris Chriſti percuſſor λογχοφόρος ſed Centurio, Matth. XXVII. 54. vocatur nomine Longini, de quo conſules Memorias doctiſſimi, accuratiſſimi & modeſtiſſimi Tillemontii ad Sec. I. T. 1. p. 81. & 251. (d) Nullum latus definit Johannes, etſi *latus dextrum* nominant verſio Arabica & Æthiopica & veteres nonnulli Scriptores apud Tho. Cremium parte 2. animadverſ. p. 169. ſeq. & Evangelium infantiæ ex Arabico verſum c. 35. *Latus ſiniſtrum* recentiores quidam ut Lucas Brugenſis, Franciſcus Collius & alii. Prudentium Poëtam ſi audis, trajectus *per utrumque latus* fuit Dominus, itaus vulnere ex utroque hinc cruor effuſus flueret, & inde latex,

Digitized by Google

cis, (e) continentem hæc: *Hic est Rex Judæorum.* Unus autem de duobus latronibus, qui crucifixi erant cum Jesu, nomine Gestas, dixit ad Jesum: Si tu es Christus, libera te ipsum & nos. Respondens autem latro, (f) qui à dextris ejus suspensus erat, nomine Dimas, increpavit eum & dixit: Non times tu Deum, qui in hoc judicio es ex damnatis? Nos autem dignè & justè secundum ea quæ fecimus, recepimus mercedem. Hic autem Jesus quid mali fecit? Et post hæc suspirans dixit ad Jesum: Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum. Respondit autem Jesus, dixit ad illum: Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in paradiso.

XI. Erat autem hora quasi sexta, & tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam. Sole autem obscurante (g) ecce velum templi scissum est à summo usque deorsum, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta

(e) Insignis doctrinæ atque ingenii vir Samuel Reyherus in diatriba de crucifixi Jesu titulis editâ Kiloniæ A. 1694. non absurde contendit titulos in diversis lingvis varie conceptos fuisse, atque inde factum, ut nec ab Evangelistis afferantur verbis prorsus iisdem. Hebr. ישוע הנצרי מלך היהודים Græc. ΟΥΤΟΣ ΕΣΤΙΝ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΤΩΝ ΙΟΥΔΑΙΩΝ Lat. HIC. EST. REX. JUDÆORUM. (f) Hujus pœnitentis ac boni latronis memoriam recolunt *Græci* X. *Latini* VIII. Cal. April. Vide Bollandum in Actis Sanctor. die 25. Martii. (g) Imo cum Dominus Spiritum suum jam emisisset *Matth.* XXVII. 51. Porro *sole obscurante* positum pro *obscurato* vel *deficiente*, ἡλίου ἐκλείποντος. Etiam *mare commotum*, addunt recognitiones Clementis lib. I. c. 41.

Digitized by Google

aperta sunt, & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt. Et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magnâ dicens: (h) *Hely, Hely lama zabathani:* quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Et post hæc dicit Jesus: Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et hæc dicens emisit spiritum. Videns autem Centurio, (i) quia Iesus sic clamans emisisset spiritum, glorificavit *D*eum, & dixit: Verè hic homo justus erat. Et omnes populi circumstantes conturbati sunt vehementer ad spectaculum illud, & considerantes quæ facta sunt, percusserunt pectora sua, & tunc revertebantur in civitatem Ierusalem. Centurio veniens ad Præsidem retulit illi omnia quæ facta sunt. Cum autem Præses audivisset omnia quæ facta erant, contristatus est nimis, & convocans Iudæos simul dixit ad illos: Vidistis signa, quæ facta sunt in sole, & cætera omnia, quæ facta sunt, dum Iesus moriebatur? Quod cum audissent Iudæi, responderunt Præsidi: Eclipsis (k) facta est solis secundum veterem consuetudinem. Stabant autem omnes noti ejus à longè, similiter & mulieres, quæ secutæ fuerant Iesum à Galilæa

(h) Ἡλὶ, Ἡλὶ λαμὰ σαβαχθανί Matth. XXVII. 46. אלי אלי למה שבקתני (i) *In* Epistola 14. earum quas sub Gregorii Nysseni nomine haud ita pridem edidit Laurentius Alexander Zacagnius, legas hunc Centurionem postea factum Episcopum Cappadociæ. Confer Surium & Bollandum ad 15. *Martii.* (k) Inepte editum erat: *Eclypsis facta.*

Digitized by Google

læa hæc videntes. Et ecce vir quidam ab Arimathia nomine Ioseph (l) qui etiam erat discipulus Ioseph occultè tamen propter metum Iudæorum, venit ad Præsidem, rogavitque Præsidem, ut permitteret illi, ut tolleret corpus Iesu de cruce. Et Præses permisit. Venit autem Nicodemus ferens secum mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum & deposuerunt Iesum cum lacrymis de cruce, & ligaverunt illum (m) in linteis cum aromatibus, ut mos sepeliendi est Iudæis, & posuerunt illum in monumentum novum, quod Ioseph construxerat, & de petra excidi curaverat, in quo nullus homo positus fuerat, & advolverunt saxum magnum ad ostium (n) speluncæ.

XII. Audientes autem iniqui Iudæi, quia corpus Iesu petiit & sepeliyit, quærebant & Nicodemum & istos duodecim (o) viros, qui dixerunt ante Præsidem, quia non est natus de fornicatione, & alios bonos, qui opera bona declaraverant. Omnibus autem occultatis (p) præ timore Iudæorum, solus Nicodemus ostendit se eis, (q) quando isti ingressi Synagogam. Et

(l) Joh. XIX. 38. (m) Corpus nempe. (n) Recte vocat σπήλαιον sive specum subterraneum, talia enim Judæorum sepulchra. Vid. Salmas. ad Solin. p. 1108. sq. edit. Paris. Geierum de Luctu Hebr. c. 12. (o) Sic iterum scripsi ex cap. 2. pro eo, quod in editis hic reperi *quindecim*. (p) i. e. sese occultantibus. (q) Ita optimus sensus prodit levi mutatione. In editis erat sensu nullo: *ostendit se eis. Quomodo isti ingressi Synagogam.* Possis etiam legere: *ostendit se eis, quomodo isti, ingressus Synagogam*, quod prope magis placet.

Digitized by Google

Et reſponderunt ei Iudæi: Et tu quomodo auſus es ingredi ſynagogam, quia conſentiens Chriſto eras? Pars illius tecum fiat in futuro Seculo. Et reſpondit Nicodemus: Amen. Sic fiat ut pars mihi ſit cum iſto in regno ſuo. Similiter & Joſeph, cum aſcendiſſet ad Judaeos, dixit eis: Quare contriſtati eſtis adverſum me, quia petii à Pilato corpus Jeſu? Ecce in monumento meo poſui eum, & involvi in ſindone munda, & apposui lapidem magnum ad oſtium ſpeluncæ. Ego benè egi circa iſtum, vos enim non benè egiſtis adverſus juſtum, ut eum crucifigeretis, ſed aceto potâſtis eum, & ſpinis eum coronâſtis, & flagellis lacerâſtis eum, & ſanguinem ejus imprecati eſtis. Hæc audientes Judæi contriſtati ſunt animo & conturbati. Et apprehenderunt Joſeph, & juſſerunt eum cuſtodiri, ante diem Sabbati usque poſt diem Sabbatorum. Et dixerunt ei: Agnoſce, quia hac hora (r) non competit aliquid agere adverſum te mali, donec primum (s) ſabbatum illuceſcat. Scimus autem, quia nec ſepultura dignus eris (t) ſed dabimus carnes tuas volatilibus cœli, & beſtiis terræ. Reſpondit Joſeph: Iſte ſermo ſimilis eſt Goliæ ſuperbo, qui exprobravit Deum (u) vivum adverſus ſanctum David. Scitis autem vos ſcribæ & Doctores, quia Deus dicit per

(r) Hoc tempore feſto Sabbati magno. (s) μία σαββάτων i. e prima dies poſt Sabbatum. (t) De hæreticis impiisque apud Judæos & Chriſtianos ſepultura privatis agit Henr. Spondanus in Cœmeteriis ſacris. (u) 1. Sam. XVII. 27.

Digitized by Google

per Prophetam: (x) Mihi vindictam, & ego retribuam, mihi tantum quod promittis malum: potens est Deus, quem in cruce suspendistis, eripere me de manu vestra. Super vos omne facinus veniet. Præses enim quando lavit manus suas, (y) dixit: Mundus sum ego à sanguine justi hujus. Et vos respondentes clamâstis: *Sanguis ejus super nos & super filios nostros*: Sicut dixistis, & pereatis (z) in æternum. Audientes autem Judæi sermones istos, exacerbati sunt animo nimis. Et apprehendentes Joseph incluserunt eum in cubiculum (a) ubi non erat fenestra. Signaverunt ostium cubilis super clavem, Annas & Caiphas custodes posuerunt, & consilium fecerunt cum sacerdotibus & Levitis, ut congregarentur omnes post diem Sabbati. Et cogitaverunt, quali morte occiderent Joseph. Hoc facto jusserunt principes Annas & Caiphas præsentari Joseph. Hæc audiens omnis congregatio admirantes obstupuerunt, quia signatam invenerunt clavem (b) cubiculi, nec invenerunt Joseph. Annas & Caiphas abierunt.

XIII. Hæc omnibus admirantibus, ecce quidam de militibus, qui sepulchrum custodiebant, in synagoga dixit: Quia nobis custodienti-

(x) Deuter. XXXII. 35. (y) Matth. XXVII. 24. (z) Forte scriptum *perietis*, cujus generis futura etiam in bonis Scriptoribus latinis reperiri notavit Isaac. Vossius ad Ignatium. (a) Φήκαις δημοσίαις vocatur ejusmodi locus carceris Act. V. 18. (b) ut Act. V. 23.

Digitized by Google

dientibus monumentum Jesu, facta est terræ motio (c) & vidimus Angelum Dei, quomodo revolvit monumenti lapidem, & sedebat super eum, & aspectus ejus erat sicut fulgur, & vestimentum ejus, sicut nix. Et præ timore effecti sumus velut mortui. Et audivimus Angelum dicentem mulieribus ad sepulchrum Jesu: Nolite timere: scio, quod Jesum quæritis crucifixum; hic surrexit, sicut prædixit. Venite & videte locum, ubi positus erat, & citò euntes dicite discipulis ejus, quia surrexit á mortuis, & præcedet vos in Galilæam, ibi eam videbitis, sicut dixit vobis. Et convocantes Judæi omnes milites, qui custodierant monumentum Jesu, dixerunt eis. Quæ sunt mulieres illæ, ad quas Angelus locutus est? quare eas non tenuistis? Respondentes milites dixerunt: Mulieres, nescimus quæ fuerunt, & nos ut mortui facti sumus præ timore Angeli, & quomodo potuissemus apprehendere mulieres illas? Dixerunt illis Judæi: Vivit Dominus, quia non credimus vobis. Respondentes milites dixerunt Judæis: Tanta miracula facientem Iesum vidistis & audistis, & non ei creditis, quomodo nobis credituri estis? Bene quidem dixistis: Vivit Dominus, & verè vivit ipse Dominus. Nos audivimus, quia ipsum Joseph, qui sepelivit corpus Jesu, inclusistis in cubiculo, super clavem signantes, & aperientes non inveniistis eum. Date ergo vos Joseph, quem in cubiculo custodistis, &

(c) Matth. XXVIII. 2.

Digitized by Google

nos dabimus Jesum, quem in cubiculo custodistis, & nos dabimus Jesum, quem in sepulchro custodivimus. Respondentes Judæi dixerunt: Joseph nos dabimus, date nobis Jesum. Joseph autem in civitate sua Arimathia est. Respondentes milites dixerunt: Si Joseph in Arimathia est, & Jesus in Galilæa est, sicut audivimus ab Angelo dicente (d) mulieribus, Hæc audientes Judæi timuerunt, dicentes ad semetipsos: Næ quando audientes sermones istos, omnes credent in Jesum. Et congregantes pecuniam multam dederunt militibus dicentes: Dicite, quia vobis dormientibus venerunt discipuli Jesu nocte, & furati sunt corpus Jesu. Et si hoc auditum fuerit à Pilato Præside, nos satisfaciemus pro vobis, & securos vos faciemus. Milites vero accipientes sic (e) dixerunt, ut à Judæis moniti sunt, & diffamatus est omnibus sermo illorum.

XIV. Quidam autem Sacerdos nomine Phinees & Ada Præceptor, & Levita nomine Agæus, isti tres venerunt de Galilæa in Jerusalem, & dixerunt Principibus Sacerdotum, & omnibus, qui in Synagogis erant: Quia Jesum crucifixistis, quem vidimus cum undecim discipulis suis loquentem, & sedentem in medio eorum in monte (f) Oliveti, & dicentem eis: Eun-

(d) Matth. XXVIII. 7. (e) In editis erat: *sicut dixerunt, ut à Judæis mirati sunt*: nullo sensu. Pro *mirati* possis & legere *irritati*, quod vocabulum ad apices literarum propius accedit. (f) Matth. XXVIII. 16.

Digitized by Google

Euntes in mundum universum prædicate omnibus gentibus, baptizantes eos in nomine Patris & Filii, & Spiritus Sancti. Et (g) qui crediderit & baptizatus fuerit, hic salvus erit. Et cum hæc locutus fuisset (h) discipulis suis, vidimus eum ascendentem in cœlum. Et hæc audientes Principes Sacerdotum, & Seniores, & Levitæ, dixerunt tribus Viris illis: Date gloriam (i) Deo Israel, & date ei confessionem si vera sunt, quæ vidistis & audistis. Illi autem respondentes dixerunt: Vivit Dominus Patrum nostrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, sicut audivimus loquentem Jesum cum discipulis suis, & sicut vidimus eum ascendentem in cœlum, sic veritatem dicimus vobis. Et respondentes tres illi Viri dixerunt: *** Et superaddentes sermones hos iidem tres Viri dixerunt: Si verba, quæ audivimus ab Jesu, & quod vidimus eum ascendentem in cœlos, taceamus, peccatum habebimus. Statim exsurgentes Principes Sacerdotum (k) tenentes legem Domini adjuraverunt contra eos, dicentes: Jam enim amplius non nunc ietis verba, quæ locuti estis de Jesu, & dederunt

(g) Marc. XVI. 16. (h) ibid. v. 19. (i) formula petita ex Jos. VII. 19. *** Videntur verba quædam h. l. deesse. (k) Ut Græci & Romani aliarumque gentium homines jurabant & adjurabantur sive jurare jubebantur, tactis sacris; ita Judæi quoque manu tenentes legem, & Christiani tenentes Evangelia. De Judæis vid. Seldenum lib. 2. de Synedr. c. 11. De Christianis Rev. D. Joh. Andr. Schmidium in erudita Diatriba de cultu externo Evangelorum.

Digitized by Google

eis pecuniam (l) multam. Et miserunt cum eis alios viros, qui ducerent eos usque in regionem suam, ut nullo modo starent in Jerusalem. Congregati ergo sunt omnes Judæi, & fecerunt inter se magnam lamentationem, dicentes: Quid est hoc signum, quod factum est in Jerusalem? Annas autem & Caiphas consolantes eos, dixerunt: Numquid militibus, qui custodierunt monumentum Jesu, debemus credere, dicentibus nobis, quoniam Angelus revolvit lapidem de ostio monumenti? Forsitan hæc discipuli ejus dixerunt eis (m) & dederunt pecuniam, ut hæc dicerent, & tollerent corpus Jesu. Hoc autem scitote, quod non est credendum ullo modo alienigenis, quia & à nobis acceperunt pecuniam copiosam. Et secundum quod docuimus eos dicere, sic omnibus dixerunt. Aut nobis habent tenere fidem, aut discipulis Jesu.

XV. Exsurgens vero Nicodemus, dixit: Recte loquimini filii Israel. Vos audistis omnia quæ

(l) ἀργύρια ἱκανά Matth. XXVIII. 12. 13. Perabsurda hæc exceptio Judæorum. Quis enim credat, timidos illos pauperesque, abjecti, contemti, crucifixi Jesu discipulos sive voluisse si potuissent, vel si voluissent, potuisse custodes argento corrumpere, in hunc nempe finem, ut propter doctrinam de Christo, quam ipsi falsam scirent confictamque, & ipsi omni genere ignominiæ & morte ipsa afficerentur. Non minus absurdæ & incredibiles aliæ προφάσεις, quales memorantur in Clementi tributis recognitt. lib. 1. c. 42. *Quidam eorum cum omni custodia servantes locum, quem non potuere resurgentem tenere, magum dicebant, alii furatum.* (m) Romanis militibus.

Digitized by Google

quæ locuti sunt tres illi Viri jurantes in lege (n) *Domini*. Qui dixerunt: Vidimus Jesum loquentem cum discipulis suis super montem oliveti, & vidimus eum ascendentem in cœlum. Et docet nos Scriptura (o) quod Beatus *Elias* Propheta assumtus est, & interrogatus Heliseus à filiis Prophetarum: Ubi est Pater noster Elias? *Dixit* eis, quia assumptus est. Et dixerunt filii Prophetarum ad eum: Forsitan Spiritus rapuit illum in montibus Israel. Sed eligamus viros nobiscum, & circumeuntes montes Israël forsitan inveniemus eum. Et deprecati sunt Heliseum, & ambulavit cum illis tribus diebus, & non invenerunt eum. *Et* nunc audite me filii Israël, & mittamus viros in montes Israel, ne forte rapuerit Spiritus Jesum, & forsitan inveniemus eum, & agemus pœnitentiam. Et placuit omni populo consilium Nicodemi, & miserunt Viros, & quærentes non invenerunt Jesum, & reversi dixerunt: Circumeuntibus nobis non invenimus Jesum, sed invenimus Joseph (p) in civitate sua Arimathia. Hæc audientes Principes & omnes populi gavisi sunt, & glorificaverunt *Deum* Israel, quia inventus est Joseph, quem incluserunt in cubiculo, & non invenerunt. Et facientes congregationem magnam dixerunt Principes Sacerdotum: Quo ordine possumus adducere

(n) i. e. Librum legis manibus tenentes, ut jam monui. (o) 4. Reg. II. (p) De quo paulo ante dixerat, quod è carcere per miraculum evaserit.

Digitized by Google

Joseph ad nos, & loqui cum eo? Et tollens tomum (q) chartæ, scripserunt ad Joseph, dicentes: Pax tecum, & omnibus, qui tecum sunt. Scimus, quia peccavimus tibi, & in Deum. Dignare ergo venire ad patres tuos, quia admirati sumus (r) de assumptione tua. Scimus, quia consilium malignum habuimus adversum te, & Dominus suscepit te, & ipse Dominus liberavit te de consilio nostro. Pax tibi Joseph honorabilis ab omni plebe. Et elegerunt septem viros amicos Joseph, & dixerunt ad eos: dum perveneritis ad Joseph, salutate eum in pace, dantes ei epistolam. Et pervenientes viri ad Joseph, salutantes eum, pacificè dederunt ei libellum epistolæ. Et cum legisset Joseph, dixit: 'Benedictus Dominus Deus, qui liberâsti me ab Israël, ut non effunderet sangvinem meum. Benedictus Deus, qui protexisti me sub alis tuis, & osculatus est eos Joseph, & suscepit in domum suam. Alia autem die ascendens Joseph asinum suum, ambulavit cum illis, & perrexerunt in Jerusalem. Et cum audissent hæc omnes Judæi, occurrerunt

(q) Τόμον χάρτᾳ ut Ef. VIII. 1. adde Scriverium ad illud Martialis lib. 1. epigr. 66. *Scriptura quanti constet & tomus vilis.* (r) i. e. liberatione ἀναλήψει. Mira hæc de Josepho Arimathensi ejusdem prorsus fideisunt cum iis, quæ de ejus in Angliam missione à Philippo Apostolo facta, prædicato ibidem Evangelio & scriptis ad Britanniæ Ecclesias epistolis alii fabulantur. Vid. Rev. Ittigium de Patribus Apostol. §. XIII. Tillemontii notas ad vitam Josephi Arimath. Bollandum ad diem XVII. Martii.

Digitized by Google

runt ei obviam clamantes, & dicentes: Pax in introitum tuum pater (s) Joseph. Quibus respondens ait: Pax Domini omni populo. Et osculati sunt eum omnes. Et suscepit eum Nicodemus in domum suam, faciens magnam (t) susceptionem. Alia autem die (u) paraseeve Annas & Caiphas & Nicodemus dixerunt ad Joseph: Da confessionem *Deo* Israël, & manifesta nobis omnia, de quibus interrogatus fueris, quia contristati sumus, eo quod sepelisti corpus Domini Jesu: includentes te in cubiculo non invenimus te, & admirati sumus nimis, & pavor nos comprehendit, usque dum te suscepimus præsentem. Coram Deo ergò manifesta nobis, quod factum est. Respondens autem Joseph dixit: Bene recluſistis me in die paraseeve (x) ad vesperam. Cum starem in oratione mea die Sabbati media nocte, suspensa est domus à quatuor Angelis, (y) & vidi Jesum sicut fulgorem lucis, & præ timore cecidi in terram. Jesus autem tenens manum meam elevavit me de terrâ, rosque (z) perfudit me. Et extergens faciem meam osculatus est me, & dixit mihi: Noli timere Joseph, respice in me, & vide, quia (a) ego sum: Ego autem

(s) Sic & infra p. 273. *pater honorabilis Joseph.* (t) i. e. magnum convivium, δοχὴν μεγάλην Luc. V. 29. (u) Paraseeve ad diem Sabbati vel aliud festum. (x) Paraseeve ad festum Paschatos. (y) Forte *angulis.* Meminit hujus narrationis etiam Gregorius Turon. lib. 1. c. 21. Hist. (y) Ita scripsi pro eo quod editum erat: *resque perfudit me.* (a) αὐτός ἐγώ εἰμι Luc. XXIV. 39.

Digitized by Google

tem reſpexi & dixi: Rabboni Helias. Et dixit ad me: Non ſum Elias ego, ſed ſum Jeſus Nazarenus, cujus corpus ſepeliſti. Ego autem dixi ad eum: Oſtende mihi monumentum, ubi poſui te. Jeſus vero tenens manum meam deduxit me in locum, ubi poſui eum, & oſtendit mihi ſindonem, & faſciale, in quo (b) caput ejus involveram. Tunc cognovi quia Jeſus eſt, & adoravi eum, & dixi: Benedictus (c) qui venit in nomine Domini. Jeſus vero tenens manum meam, duxit me in Arimathiam, in domum meam, & dixit mihi: Pax tibi, & usque in quadrageſimum (d) diem non exeas de domo tua. Ego autem ambulo ad diſcipulos meos.

XVI. Cum hæc omnia audiſſent principes Sacerdotum & cæteri Sacerdotes, & Levitæ, ſtupefacti ſunt, & veluti mortui ceciderunt in facies ſuas in terram (e) & exclamantes ad ſe dixerunt: Quid eſt hoc ſignum, quod factum eſt in Jeruſalem? Novimus Patrem & Matrem Jeſu. Dixit & quidam Levita: Ego cognovi multos de cognatione ſua timentes Deum, & cum orationibus ſemper in templo hoſtias & holocauſta offerentes Deo Iſrael. Et quando ſuſcepit eum magnus Sacerdos Simeon (f) tenens in manibus, dixit ad eum: *Nunc dimittis ſervum tuum, Domine, ſecundum verbum tuum in pace*

(b) Matth. XXVII. 59. *corpus.* (c) & Matth. c. XXIII. 39. (d) Quo eſſet in cœlum adſcenſurus Act. I. 3. (e) & Joh. XVIII. 6. (f) Luc. II. 29. Supra p. 124.

Digitized by Google

pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium & gloriam plebis tuæ Israel. Similiter & ipse Simeon benedixit Mariam Matrem Jesu, & dixit ei: *Annuncio tibi de puero isto: Hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum contradictionis. Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, & revelabuntur de multis cordibus cogitationes.* Tunc dixerunt omnes Iudæi: Mittamus ad illos tres viros,* qui dixerunt se eum vidisse colloquentem cum discipulis suis in monte Oliveti. Hoc facto interrogaverunt eos, quæ vidissent. Qui respondentes uno ore dixerunt: Vivit (g) Dominus Deus Israel, quia manifestè vidimus Iesum colloquentem cum discipulis suis in monte oliveti, & ascendentem in cœlum. Tunc Annas & Caiphas segregaverunt eos ab invicem, & interrogaverunt eos sigillatim. Qui unanimiter veritatem confitentes dixerunt se vidisse Iesum. Tunc Annas & Caiphas dixerunt: Lex nostra continet: (h) In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Sed quid dicimus? Beatus Enoch placuit Deo (i) & translatus est verbo Dei, & beati Moysi sepultura (k) non invenitur. Jesus autem traditus est Pilato, flagellatus, conspútus, spinis coronatus, lancea percussus & crucifixus, in ligno mortuus & sepultus est, ut corpus ejus pater honorabilis Ioseph

* Supra p. 266. (g) Ita scripsi pro *vidit*. (h) Deuter. XVII. 6. (i) Gen. V. 24. Ebr. XI. 5. (k) Deuter. XXXIV. 6.

Digitized by Google

seph sepelivit in sepulchro novo, & testificatus est eum vidisse vivum. Et tres viri illi testificati sunt vidisse eum colloquentem cum discipulis suis, in monte oliveti, & ascendentem in cœlum.

XVII. Exsurgens autem Joseph dixit ad Annam & Caipham: Vere & bene admiramini, quoniam audistis, quod visus est Jesus de morte vivus ascendisse in cœlum. Vere admirandum est, quia non solum resurrexit à mortuis, sed etiam de monumentis resuscitavit mortuos, & à multis (l) visi sunt in Jerusalem. Et nunc audite me, quia omnes cognovimus beatum Simeonem Sacerdotem* magnum, qui suscepit (m) in manibus suis Jesum infantem in templo. Et ipse Simeon habuit duos filios germanos fratres, & nos omnes in dor-

(l) Matth. XXVII. 53. * Vid. sup. p. 124. (m) Luc. II. 28. Sequitur jam mira narratio de Simeonis filiis à morte per Christi resurrectionem excitatis, & quæ apud inferos viderant, referentibus. Cæterum dogma de fidelibus V. T. ex inferis per Christi prædicationem reductis non multos tantum habuit adstipulatores in Ecclesiâ, sed etiam antiquissimos, ut ostenderunt Allatius de Græcorum libris Ecclesiasticis, Vossius in Theologicis thesibus, Elmenhorstius ad Gennadium, itemque alii. Unde ex aliis monumentis quam ex Evangelio Nicodemi haurire potuit Augustinus quod scripsit Epist. 99. ad Evodium (edit. Benedictin. 164.) de primo homine Patre generis humani ex inferni vinculis per Christum soluto totam fere Ecclesiam consentire, idemque credi de aliis antiquis sanctis, Patriarchis ac Prophetis, *undecunque hoc traditum sit, etiamsi Canonicarum Scripturarum hinc expressa non proferatur auctoritas.*

Digitized by Google

dormitione & in ſepultura eorum fuimus. Ambulate ergo & videte monumenta eorum, aperta enim ſunt, quia ſurrexerunt, & ecce ſunt in civitate Arimathia, ſimul viventes in orationibus. Quidam audiunt clamantes, cum nemine tamen loquentes, ſed ut mortui ſilentes. Sed venite, ambulemus ad iſtos cum omni honore & moderatione, perducamus eos ad nos. Et ſi adjuraverimus eos, forſitan loqventur nobis de reſurrectione eorum myſteria quædam. Hæc audientes Iudæi gaviſi ſunt omnes valde, & euntes Annas & Caiphas, Nicodemus & Joſeph, & Gamaliel non invenerunt eos in ſepulchro eorum, ſed ambulantes in civitatem Arimathia, ibi eos invenerunt in oratione flexis genibus intentos. Et oſculantes eos cum omni veneratione & timore *D*ei perduxerunt eos Jeruſalem in Synagogam. Et clauſis januis tollentes legem *D*omini, & ponentes eam in manibus eorum (n) adjuraverunt eos per *D*eum Adonai, & Deum Iſrael, qui per legem & Prophetas locutus eſt Patribus noſtris dicentes: Si ipſum eſſe creditis Jeſum, qui vos ſuſcitavit à mortuis, dicite nobis quod vidiſtis, & quomodo reſuſcitati eſtis à mortuis. Hanc adjurationem audientes Charinus & Lenthius contremuerunt corpore, & conturbati corde gemuerunt. Et ſimul reſpicientes in cœlum fecerunt ſignaculum (o) crucis digitis

(n). De ſimili adjurationis ritu ſupra cap. XIV. (o) Sic & infra inducitur Servator ipſe faciens ſignum crucis ſuper

Digitized by Google

tis suis in lingvis suis. Et statim sic locuti sunt dicentes: Date nobis singulos (p) tomos chartæ, & scribemus vobis omnia quæ vidimus. Et dederunt eis. Et sedentes singuli scripserunt dicentes:

XVIII. Domine Jesu & pater Deus, (q) mortuorum resurrectio & vita, permitte nobis loqui mysteria tua, quæ post mortem crucis tuæ vidimus, quia per te adjurati sumus. Tu enim prohibuisti servis tuis, ne referent secreta Divinæ majestatis tuæ, quæ apud inferos fecisti. Nos autem, cum essemus cum Patribus nostris positi in profundo inferni, in caligine tenebrarum, subito factus est aureus solis color, (r) purpureaque realis lux illustrans, statim omnis generis humani Pater Adam cum omnibus Patriarchis & Prophetis exsultaverunt, dicentes: Lux ista autor luminis sempiterni est, quæ nobis promisit transmittere lumen coæternum. Et exclamavit Jesaias Propheta, & dixit: Hæc est lux Patris & filii Dei, sicut prædixi, cum essem in terris, vivus: (s) *Terra Zabulon & terra Nephthalim trans Jordanem; populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: Et qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta est eis.* Et nunc advenit & illuxit nobis in

Adam & omnes sanctos. (p) Inepte editum erat: *singulos thomos terræ.* (q) Vitiose interpunctus erat in editis hic locus sic: *Domine Jesu & Pater, Deus mortuorum.* Deus non est Deus mortuorum, Matth. XXII. 32. (r) Ita scripsi, etsi in editis reperi *calor.* (s) Es. IX. 1. Matth. IV. 15.

Digitized by Google

in morte sedentibus. Et cum exsultaremus omnes in lumine, quod superluxit nobis, supervenit nobis genitor noster Simeon, & exsultans omnibus dixit: Glorificate Dominum Jesum Christum filium Dei, quem ego in manibus meis suscepi infantem in templo, & compulsus à Spiritu Sancto dixi ad eum confessus: (t) *Quia nunc viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Hæc audientes omnes Sancti, qui erant in profundo inferni, plus exsultaverunt. Et posthæc supervenit quasi Eremitula (u) & interrogatur ab omnibus: Quis es tu? Quibus respondens dixit: Ego sum vox clamantis in deserto, Johannes Baptista, & Propheta Altissimi, præiens ante faciem adventus ejus præparare vias ejus, ad dandam scientiam salutis plebi ejus, in remissionem peccatorum illorum. Et ego Johannes videns Jesum venientem ad me, compulsus sum à Spiritu Sancto, & dixi: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et baptizavi eum in flumine Jordanis, & vidi Spiritum Sanctum descendentem super eum in specie columbæ. Et audivi vocem de cœlo dicentem: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui ipsum audite. Et nunc præviante (x) me ante faciem ejus, descendi annunciare vobis, quia in proximo visitavit nos ipse filius ejus Dei oriens

(t) Luc. II. 29. (u) Matth. III. (x) Luc. II. 76.

Digitized by Google

oriens ex alto, veniens ad nos sedentes in tenebris, & in umbrâ mortis.

XIX. Cum autem hæc audisset Protoplastus Adam Pater, quia in Jordane baptizatus est Jesus, exclamavit ad filium suum Seth: Enarra filiis tuis Patriarchis & Prophetis omnia, quæcunque audisti à Michäle Archangelo, quando te transmisi ad portas Paradisi, ut deprecareris *D*eum, & ungeret (y) caput meum, cum essem infirmus. Tunc Seth appropinquans sanctis Patriarchis & Prophetis, dixit: Ego Seth, cum essem orans Dominum ad postas Paradisi, ecce angelus *D*omini, Michael apparuit mihi dicens: Ego missus sum ad te à Domino, ego sum constitutus (z) super corpus humanum. Tibi dico Seth: noli in lacrymis Deum orare & deprecari propter oleum misericordiæ (a) ligni, ut perungas Patrem tuum Adam pro dolore capitis ejus, quia nullo modo poteris accipere, nisi in novissimis diebus & temporibus, nisi quando completi

(y) Respicitur hoc loco unctio salutaris ad recuperandam sanitatem, qualem memorant Marcus VI. 13. & Jac. V. 14. ubi vid. interpretes, & Selden. l. 2. c. 7. de Synedriis, Lemonium notis ad Varia Sacra p. 1049. sq. Phil. Jac. Hartmannum de rebus gestis Christianorum sub Apostolis p. 224. sq. Ab hoc sacro oleo in Græca etiamnum Ecclesia receptо & hic ab ipsis si credere fas est, primis hominibus anxie desiderato, differt extrema unctio Latinorum, ut fatetur & præ se fert Vir doctus & candidus Joh. Launojus. (z) ex *J*udæ v. 9. ubi confer Grotium. Vide & infra c. ult. (a) Misericordiæ ex ligno, h. e. è cruce in genus humanum redundaturæ. Memisit & mox arboris misericordiæ in paradiso.

Digitized by Google

pleti fuerint quinque millia & quingenti anni (b) tunc veniet ſuper terram amantiſſimus Dei filius reſuſcitare corpus humanum Adæ (c) & conreſuſcitare corpora mortuorum, & ipſe veniens in Jordanis (d) aqua baptizabitur. Et cum egreſſus fuerit de aqua Jordanis, tunc de oleo miſericordiæ ſuæ unget ex eo (e) omnes credentes in ſe, & erit oleum miſericordiæ ſuæ in generationem eorum, qui naſcituri ſunt, (f) ex aqua & Spiritu Sancto in vitam æternam. Tunc deſcendens in terras amantiſſimus Dei filius Chriſtus Jeſus introducet Patrem noſtrum Adam in paradiſum ad arborem miſericordiæ. Hæc autem omnia audientes à Seth Patriarchæ omnes & Prophetæ exſultaverunt magis.

XX. Et cum exſultarent ſancti omnes, ecce Satan princeps & dux (g) mortis dixit ad principem inferorum: Apparo ſuſcipere ipſum Jeſum Nazarenum, qui gloriatus ſe filium Dei eſſe, & eſt homo timens mortem, & dicens, (h) *Triſtis eſt anima mea usque ad mortem.* Et multa

(b) Tot fere annos à mundo condito ad Chriſtum natum numerant Theophanes, Nicephorus, Cedrenus, & Græci hodie communiter. Conſer infra c. ult. (c) *Matth.* XXVII. 52. (d) Matth. III. 13. (e) Oleo, puta. Pleonaſmus Pronominis, de quo Joh. Vorſtius c. 27. Hebraiſm. N. T. (f) baptizandi. (g) Ut mors ab inferis diſtingvitur Apoc. VI. 8. XX. 14. Sic noſter Principem mortis diſtingvit à Principe inferorum, quaſi duo eſſent diverſi Satan & Diabolus Apoc. XII. 9. (h) *Matth.* XXVI. 38. è Pſ. XLII. 5. Cæterum mortem exhorruiſſe meticuloſe & dolorum ſuſtinendorum pavore hæc dixiſſe Salvatorem, quod & Vaninus blaſphemè ipſi exprobraſſe

Digitized by Google

ta mihi mala inferens, & pluribus aliis, quos ego cœcos feci, & claudos, insuper & quos ego variis dæmoniis vexavi, ipse verbo sanavit. Et quos ad te mortuos perduxi, hos ipse à te (i) abstraxit. Respondens autem princeps inferorum ad Satan dixit: Quis est iste princeps tam potens, cum sit homo mortem timens? Omnes enim potentes terræ meæ potestate subjecti tenentur, quos tu subjectos perduxisti tuâ potentiâ. Si ergò potens est in humanitate, (k) vere dico tibi, omnipotens est & in divinitate, & potentiæ ejus nemo potest resistere. Et cum dicit se timere mortem, capere te vult (l) & væ tibi erit in sempiterna sæcula. Respondens autem Satan dixit ad principem tartari: Quid dubitasti & timuisti suscipere illum Jesum Nazarenum adversarium tuum & meum? Ego enim tentavi illum, & populum meum antiquum Judaicum excitavi zelo & ira adversus eum. Lanceam exacui ad passionem ejus, fel & acetum miscui, & jussi ei dare potum, & lignum præparavi ad crucifigendum eum, & clavos ad perforandum manus ejus & pedes, & in proximo est ejus mors, & perducam eum ad te, subjectum mihi & tibi.

Re-

fertur apud Grammondum, jampridem negârunt Hilarius & Hieronymus, quos vide. (i) In vitam revocando. (k) secundum humanam naturam. (l) Multis veteribus creditum est Christi potentiam & personam Diabolo latuisse. Atque ita interpretati sunt loca Eph. III. 9. & 1 Cor. II. 8. Vide Cotelerium in epist. Ignatii ad Magnesios n. 19. & ad Philippenses num. 8.

Digitized by Google

Respondens autem princeps Tartari dixit: Tu mihi dixisti, quia ipse est, qui mortuos à me abstraxit. Qui hic detenti sunt, dum viverent in terris, non suis potentiis sed divinis precibus ablati sunt, & omnipotens eorum Deus abstraxit eos à me. Quis ergo est iste Iesus Nazarenus, qui suo verbo mortuos à me traxit sine precibus? Forsitan ipse est, qui Lazarum quatuor diebus mortuum fœtentem & dissolutum, (m) quem ego mortuum detinebam, redivivum suo imperio à me traxit. Respondens Satan ad principem inferorum, dixit: Ipse est ille Iesus Nazarenus. Hæc audiens princeps inferorum dixit ad eum: Adjuro te per virtutes tuas & meas, ne perducas eum ad me. Ego enim tunc quando audivi imperium verbi ejus, contremui timore perterritus, & omnia officia (n) mea impia simul mecum conturbata sunt, nec ipsum Lazarum retinere potuimus, sed excutiens se, per omnem malignitatem & celeritatem salvus exivit à nobis, & ipsa terra, quæ tenebat Lazari corpus mortuum, statim reddidit vivum. Ego autem nunc scio, quod hæc ita potuit facere Deus omnipotens, qui potens est in imperio suo, & potens in humanitate, qui & Salvator est generis humani. Hunc ergo ne perduxeris ad me, omnes enim illos, quos hinc (o) detineo sub incredulitate

Bb car-

(m) Nempe putredine. Nam alioqui jacebat in sepulchro δεδεμένον Joh. XI. 44. (n) i. e. officiales mei, sive administri. Sic veteres JCti etiam utuntur hoc vocabulo. (o) *hinc*

Digitized by Google

carceris clausos, & vinculis peccatorum constrictos, solvet, & ad æternam vitam suæ divinitatis perducet.

XXI. Et cum hæc ad invicem loquerentur Satan & princeps inferni, subito facta est vox ut tonitruum (p) & spiritualis (q) clamor: *Tollite portas, principes, vestras; & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.* (r) Hæc autem cum audisset princeps tartari, dixit ad Satan: Recede à me, & exi de meis sedibus foras, si potens es præliator, pugna adversum Regem gloriæ. Sed quid tibi cum isto? Et ejecit foras Satan de sedibus suis. Et dixit princeps ad suos impios ministros: Claudite portas crudeles (s) æreas, & vectes ferreos supponite, & fortiter resistite, ne captivi ducamur (t) in captivitatem. Hæc autem audiens omnis multitudo Sanctorum, cum magna voce increpationis dixerunt ad principem inferorum: Aperi portas tuas, ut intret Rex gloriæ. Et exclamavit Divinus ille Propheta *D*avid, dicens: Nonne cum

pro *hic* solenne ætatis infimæ Scriptoribus. Mox *sub incredulitate carceris* idem est ac si dixisset *sub incredulitate in carcere.* (p) ex Apocal. XIV. 2. (q) Qualis fragor πνευμάτων, ventorum ac turbinum. (r) Psalm. XXIV. 7. ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Angelis & Archangelis hanc vocem tribuit Epiphanius disserens de Christi ad inferos descensu T. 2. p. 270. seq. (s) Immanes, vastas, validissimas. (t) μὴ αἰχμαλωτευώμεθα αἰχμαλωσίαν Eph. IV. 8.

Digitized by Google

cum essem vivus in terris, bene vobis prædixi? (u) *Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum, quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum, propter injustitias enim suas humiliati sunt.* Et post hæc alius Propheta, videlicet Sanctus Esaias, similiter ait ad omnes Sanctos: Nonne cum essem in terris vivus, bene prædixi vobis: (x) *Exsurgent mortui & resurgent, qui in monumentis sunt, & exsultabunt, qui in terris sunt, quoniam ros* (y) *qui est à Domino, sanitas est illis.* Et iterum dixi: *Ubi est mors, victoria tua? ubi est mors stimulus tuus?* Hæc autem audientes omnes Sancti ab Esaia, dixerunt ad principem inferorum: Aperi nunc portas tuas & vectes ferreos submove, quoniam vinctus eris, & nullius potentiæ. Et facta est vox magna tanquam sonus tonitrui, dicens: (a) *Attollite portas, principes, vestras, & elevamini portæ infernales, & introibit Rex gloriæ.* Videns

(u) Ps CVII. 15. 16. 17. (x) Jes. c. XXVI. 19. in edit. Græca. (y) Editum erat *Rex, qui est à Domino*, sed in Esaiæ loco est *ros*. Solenne autem Librariis s & x literas inter se confundere, ut multis ostendi ad Chalcidium. Hinc pro *ros*, scripsere *rox*, denique *rex*. (z) Imo non Esaias sed Hoseas in editione Græca XIII. 14. Error ortus ex eo, quia hæc verba allegans Apostolus 1. Cor. XV. 55. quædam ex Esaiæ XXV. 8. præmittit. (a) Etiam in Ps. XXIV. hæc verba altera vice reperiuntur versu 10. Porro ex præsenti loco Evangelii Nicodemi conficta apparet, quæ de Lazari anima ex inferis, Christo jubente, Tartaro frendente repetita tradit Petrus Ravennas apud Martinum Polonum lib. 3. Chron. p. 108. seq. edit. Suffridi Petri.

Digitized by Google

autem princeps inferorum, quod duabus vicibus clamaverat, quasi ignorans dicit: *Quis est Rex gloriæ?* David vero respondens ad principem inferorum dixit: Ista verba clamoris cognosco, quoniam ego eadem per Spiritum ejus vaticinatus sum. Et nunc, quæ supra dixi, dico tibi. *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, ipse est Rex gloriæ, &* (b) *ipse Dominus in cœlo & in terra prospexit, ut audiret gemitus compeditorum, & ut solveret filios interemptorum.* Et nunc spurcissime & fœtidissime princeps inferi, aperi portas tuas, & intret Rex gloriæ, quia ipse Dominus est cœli & terræ. Hæc dicente David ad principem inferorum, supervenit in forma hominis Dominus majestatis, & æternas tenebras illustravit, & indissolubilia vincula disrupit, & invincibili virtute visitavit sedentes (c) in profundis tenebris delictorum, & in umbra mortis peccatorum.

XXII. Hæc audiens mors impia cum crudelibus ministris suis, expaverunt in propriis regnis agnita luminis claritate, dum Christum in suis repentè sedibus (d) viderunt constitutum, exclamaverunt dicentes: Victi jam sumus à te, ad Dominum (e) dirigis confusionem nostram. Quis es tu, qui sine exitio corruptionis incorruptum argumentum majestatis fulgores habes (f) contemnens? Quis es tam

(b) *Ps.* CII. 19. 20. (c) Luc. I. 79. (d) Mortis, puta, & inferorum. (e) In triumphum nempe ducendos, Coloss. II 15. (f) Quos negligis, & quibus te exuis fulgores divinitatis habes etiam in forma servi Phil. II. 7.

Digitized by Google

tu tam potens aut impotens, magnus & parvus, humilis & excelsus miles, qui imperare potest in forma servi, ut humilis prælator? Et Rex gloriæ mortuus & vivus, quem crux portavit occisum. Qui mortuus jacuisti in sepulchro, vivus ad nos descendisti. Et in tua morte contremuit omnis creatura (g) & universa sidera commota sunt, & nunc tactus es inter mortuos liber, & legiones nostras perturbas. Quis es tu, qui illos, qui originali peccato (h) adstricti tenentur, absolvis captivos, & in libertatem pristinam revocas? Quis es tu, qui peccatorum tenebris excœcatos Divina & splendida & lucifera luce perfundis? Similiter & omnes legiones (i) dæmonum, simili perterritæ pavore, pavida subjectione una voce clamaverunt dicentes: Quomodo & unde tu

(g) *Matth.* XXVII. 51. sq. & 45. (h) Priminius à Mabillonio editus T. 4. Analect. p. 574 *Deinde corpus Christi jacuit in sepulchro, & dum illud sacrum corpus in sepulchro jaceret, anima Christi descendit ad infernum. Idem eripuit Adam primum hominem, & omnes Patriarchas & Prophetas, & justos, qui propter originalia peccata ibidem detinebantur, unde Dominus dicit: Ero mors tua, o mors, ero morsus tuus, o inferne. Deinde alligavit Diabolum, & exspoliavit infernum.* Idem dogma de liberatis, ex inferno, per Christum fidelibus & Sanctis V. T. passim tradunt etiam vetustiores Patres, etsi rationem de originali labe non addunt. Vide loca ipsorum selecta à Pearsonio p. 425. & 443. in Symbolum edit. lat. & quæ ab Ailatio, Vossio aliisque collecta paulo ante monui, imprimis Petavium de incarnat. lib. 13. c. 18. (i) Angelorum pariter & malorum dæmonum multitudo per legiones computatur. *Angelorum* Matth. XXVI. 53. *Dæmonum* Marc. V. 9.

Digitized by Google

Jesu Christe, tam fortis homo & splendidus in majestate, tam præclarus sine macula & mundus à crimine? Ille enim mundus terrenus qui nobis subjectus fuit (k) semper usque nunc, qui in tetris (l) usibus tributa persolvebat, nunquam nobis talem mortuum hominem transmisit, nunquam talia munera principibus inferorum destinavit. Quis ergo es tu, qui sic intrepidus nostros fines ingressus es, & non solum nobis supplicia magna inferre non veteris, sed insuper de nostris vinculis omnes auferre conaris? Forsitan tu es ille Jesus, de quo nunc Satan ad principem nostrum dicebat, quod per mortem tuam crucis totius mortis potestatem accepturus (m) esses? Tunc gloriæ Dominus conculcans mortem, & comprehendens principem inferorum, privavit omni sua potestate, & attraxit patrem nostrum terrenum (n) ad suam claritatem.

XXIII. Tunc principes Tartari suscipientes Satan, cum nimia increpatione dixerunt ad eum: O princeps perditionis, & dux exterminationis Beelzebub, derisio angelorum Dei, spurcitia justorum, quid hic facere voluisti? Regem gloriæ crucifigere voluisti, in cujus exitio tanta spolia nobis promisisti, ignorans ut

(k) κοσμοκράτορες Eph. VI. 12. *mundi tenentes potestates*, Tertull. (l) Alii: *integris* vel *in terris usibus*. Tetri usus sunt peccata hominum rebus creatis abutendum, propter quæ malis dæmonibus veluti tributa in morte pendunturi. (m) i. e *sublaturus*. (n) Adamum.

Digitized by Google

ut insipiens quid egeris? Ecce enim jam iste Jesus Nazarenus glorioſæ ſuæ Divinitatis fulgore fugat omnes horribiles tenebras mortis, ima carcerum, & ſumma confregit, & cunctos ejecit captivos, & univerſos vinctos (o) ſolvit, & omnes, qui præ tormentis gravibus ſuſpirare & gemere ſolebant, inſultant (p) nobis, & deprecationibus eorum expugnamur? Impia regna noſtra vincuntur, & nullum jam genus hominum nobis relinquitur, imo potius & nobis fortiter comminantur, quod (q) nobis nupquam ſuperbi fuerint mortui, nec aliquando potuerunt læti eſſe captivi. O princeps Satan omnium malorum, impiorum & refugarum pater, quid hic facere voluiſti, quod à principio uſque nunc fuerunt deſperati ſalute & vita: modo nullus eorum perſonat gemitus, nec in alicujus eorum facie lacrymarum veſtigium invenitur. O princeps Satan poſſeſſio (r) infernorum, illas tuas divitias, quas acqui-

(o) Univerſos qui Chriſto apud inferos prædicanti fidem haberent, licet in vita fuiſſent infideles. Ita veteres quidam apud Allatium p. 243. ſeq. de libris Eccleſiaſticis Græcorum. Epiphanius T. 2. p. 260. Τί γὰρ; πάντας ἁπλῶς σώζει ἐπιφανεὶς ἐν ᾅδῃ θεός; ἀλλὰ κἀκεῖ τοὺς πιστεύσαντας. (p) *Inſultant* ſcripſi pro *inſultabant*. (q) Locum hunc obſcuriorem ita intelligo: *ſed & comminantur nobis ſuperbi illi, quod & impoſterum neutiquam morituri, aut poteſtati noſtræ ſubjiciendi ſint, neque unquam iterum ſint futuri captivi noſtri, qui jam læti in libertate verſantur.* (r) ὦ πρῶτον κῆπον ᾅδου Σατανᾶ.

Digitized by Google

sieras per lignum prævaricationis, & Paradisi amissionem, & nunc per lignum crucis perdidisti, & periit omnis lætitia tua, dum istum Christum Jesum Regem gloriæ suspendisti, adversum te & adversum me (s) egisti, à modo cognosces, quanta tormenta, æterna & infinita supplicia passurus es. O princeps malorum omnium Satan, auctor mortis, & origo omnis superbiæ, debueras primum istius Jesu Nazareni causam malam inquirere, in quem nullam culpam mortis inveniſti. Quare sine ratione injuste eum crucifigere ausus fuisti, & ad nostram regionem, innocentem & justum perduxisti, & totius mundi noxios, impios, & injustos perdidisti. Et cum loqueretur princeps inferorum ad Satan, tunc Rex gloriæ dixit ad ipsum Principem inferorum Beelzebub: Erit Satan princeps sub potestate tua in perpetua secula substitutus in locum Adæ, & filiorum ejus justorum meorum.

XXIV. Et extendens Jesus manum suam dixit: Venite ad me Sancti mei omnes, qui creati estis ad imaginem meam, qui per lignum (t) & diabolum & mortem damnati estis. Modo vivite per lignum crucis meæ, diabolo mundi principe damnato, & morte prostrata. Tunc statim omnes Sancti Dei sub manu altissimi Dei adunati sunt. Tenens autem Dominus Jesus manum

(s) Modo distingvit noster, modo confundit Satanam & principem tartari, principem mortis & principem inferorum Beelzebub. (t) Lignum arboris vitæ in paradiso.

Digitized by Google

manum Adæ, dixit ad eum: Pax tibi cum omnibus filiis tuis justis meis. Adam (u) vero genibus Domini Jesu Christi advolutus, lacrymabiliter deprecatus est eum obsecratione humili, cum voce magna dicens: (x) *Exaltabo te, Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Domine Deus clamavi ad Te, & sanasti me Domine. Eduxisti ab inferis animam meam, salvasti me a descendentibus in lacum. Psallite Domino omnes Sancti ejus, & confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus.* Similiter & omnes sancti Dei genibus Domini Jesu advoluti, una voce dixerunt: Advenisti redemptor mundi, sicut per legem & Prophetas tuos sanctos prædixisti, jam factis adimplesti. Redemisti vivos per crucem tuam, & per mortem crucis ad nos descendisti, ut eriperes nos ab inferis & morte per majestatem tuam. Domine, sicut posuisti titulum gloriæ tuæ (y) in cœlo &

(u) Confer Epiphan. T. 2. p. 273. (x) Psalm. XXX. 1. 2. 3. 4. 5. (y) Signum filii hominis in cœlo Matth. XXIV. 30. quod Theophylactus & alii veteres de cruce interpretantur. Vide Vossii theses Theol. p. 228. seq. Possis & intelligere in hoc pseudoNicodemi loco Crucem in halouibus lunaribus vel solaribus, cujus postremi generis videtur fuisse, quæ Constantino M. Imperatori in cœlo apparuit. Narrat enim Eusebius fuisse *ἀμφὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας, & ἐν οὐρανῷ ὑπερκείμενον τοῦ ἡλίου σταυροῦ τρόπαιον ἐκ φωτὸς συνεστάμενον* lib. 1. de vit Constant. cap. 28. Similem crucem in cœlo apparuisse refert Nazianzenus Orat. 4. cum Judæi jubente Juliano templum Hierosolymis restaurare volentes

erexisti titulum redemptionis crucem tuam in terris: ita pone, Domine, signum in inferno victoriæ crucis tuæ, ne mors dominetur amplius. Et extendens Dominus Jesus manum suam, fecit signum crucis super Adam, & super omnes Sanctos suos, & apprehendens dextram Adæ, descendit ab inferis. Et omnes Sancti Dei secuti sunt eum. Tunc Propheta ille Regius Sanctus David fortiter clamavit dicens: (z) *Cantate Domino canticum novum, quia mirabilia fecit. Salvavit sibi dextra ejus, & brachium sanctum ejus. Notum fecit Dominus salutare suum, in conspectu gentium revelavit justitiam suam.* Et omnis multitudo Sanctorum respondérunt dicentes: (a) *Hæc est omnis gloria omnibus Sanctis Dei*, Amen, Halleluja. Et posthæc exclamavit Habacuc Propheta (b) dicens: *Existi in salutem populi tui, ad liberandum populos tuos.* Et responderunt omnes Sancti dicentes: (c) Benedictus, qui venit in nomine Domini, Deus Dominus (d) & illuxit nobis. Hic est Deus noster in æternum, & in seculum seculi, ipse reget nos in secula. Amen, Hallelujah. Sic & omnes Prophetæ de suis laudibus sacra referentes, sequebantur Dominum.

XXV.

tempestate horrenda & prorumpentibus è terra ignibus prohiberi fuissent. Φῶς ἐν τῷ σταυρῷ τὸν σταυρὸν περιγράφων. (z) Ps. XCVIII. 1. 2. 3. (a) Ps. CXLIX. 9. (b) Habac. III. 13. ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαοῦ σου, τοῦ σῶσαι τὸν χριστόν σου. Male editum erat *existis*. (c) Matth. XXIII. 39. (d) Κύριος ὁ Θεὸς καὶ ἐφάνη ἡμῖν.

Digitized by Google

XXV. Dominus autem tenens manum Adæ, tradidit Michaeli Archangelo, & omnes Sancti sequebantur Michaelem Archangelum, & introduxit in Paradiso gratia gloriosa, & occurrerunt eis obviam duo viri vetusti dierum, (e) interrogati autem à Sanctis: Qui estis vos, qui nobiscum apud inferos nondum fuistis, & in Paradiso corpore collocati estis? Respondens, unus ex eis dixit: Ego sum Enoch, qui verbo (f) translatus sum. Hic iste, qui mecum est, Elias Thesbites est, qui curru igneo (g) assumptus est. Hic & usque nunc non gustavimus mortem, sed in adventum Christi reversuri sumus (h) divinis signis & prodigiis præcincti ad

(e) Bini senes *Enoch* & *Elias*. Nam neque hos ante Christi adscensionem in cœlestem beatitatem receptos credebant veteres nonnulli. Ambrosius lib. 4. de fide ad Gratian. *Translatus erat Enoch, sed non est servus supra Dominum. Nullus enim adscendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Nam & Moysen, licet corpus ejus non apparuerit in terris, nunquam tamen in gloria cœlesti legimus, nisi postquam Dominus sua resurrectionis pignore vincula solvit inferni, & piorum animas elevavit.* (f) Targum Jonathan & Hierosolymitanum ad Gen. V. 24. (g) 4. Reg. II. 11. (h) De Enocho & Elia multi veterum intellexere locum Apocal. XI. 3. Vid. Natal. Alex. ætate 5. V. T diss. VI. Fevardentium ad Irenæi lib. 4. c. 30. & lib. 5. c. 5. quanquam parum illi expositioni tribuunt Chamier T. 2. lib. 17. cap. 5. Drusius de Henocho c. 16. Rivetus Tom. 1. p. 201. D. Dorscheus in Mysaria Missæ c. 4. §. 46. sq. & p. 568. Pentadecad. Cæterum viderit Aretas quam vere ad laudatum locum Apocalypseos non dubitat sententiam illam de Helia & Henocho redituris & in testimonio suo tempus trium annorum ac dimidii acturis vocare *traditionem concorditer ab Ecclesia receptam.*

Digitized by Google

ad præliandum cum eo, & ab eo occidi in Jerusalem. Et post triduum & dimidium dierum (i) iterum vivi in nubibus assumendi.

XXVI. Et cum hæc loquerentur sanctus Enoch & Elias, ecce supervenit alius Vir miserrimus portans humeris suis signum crucis. Et cum viderunt omnes sancti, dixerunt ad eum: Quis es tu? Quia visio tua latronis est, & propter quod portas crucem humeris? Quibus respondens ait: Verè dixistis, quia latro fui, omnia mala faciens super terram. Et Judæi crucifixerunt me cum Jesu, & vidi creaturarum mirabilia, quæ facta sunt per crucem Domini Jesu crucifixi, & credidi eum esse creatorem omnium creaturarum, & Regem omnipotentem, & deprecatus sum eum dicens: *Memor esto mei Domine, dum veneris in regnum tuum.* Statim suscipiens deprecationem meam, dixit ad me: (k) *Amen dico tibi, hodiè mecum eris in Paradiso*: Et dedit mihi signum istud crucis dicens: Hoc porta & ambula in paradiso, & si non dimiserit te ingredi angelus custos (l) paradisi, ostende illi signum crucis, & dices ad eum, quia Jesus Christus filius Dei, qui nunc crucifixus est, misit me huc ac te. Cum hoc feciissem, dixi ad Angelum custodem Paradisi hæc omnia. Qui cum hæc à me audivit, statim aperiens introduxit me, & collocavit me ad dextram Paradisi

(i) Apocal. XI. 11. (k) Luc. XXIII. 43. ad quem locum confer Origenem in Johannem p. 420. vid. & supra cap. X. (l) cujus mentio Gen. III. 24.

Digitized by Google

radisi dicens: Ecce modicum sustine te hic, ut ingrediatur omnis generis humani Pater Adam cum omnibus filiis suis sanctis & justis Christi *D*omini crucifixi. Cum audissent omnia verba latronis, omnes Patriarchæ unâ voce dixerunt: Benedictus es Deus omnipotens Pater æternorum bonorum, & Pater misericordiarum, qui talem gratiam peccatoribus ejus dedisti, & in gratiam Paradisi reduxisti, & in tua spiritualia & pinguia pascua spirituali vita sanctissima collocâsti. Amen.

XXVII. Hæc sunt divina & sacra mysteria, quæ vidimus & audivimus. *E*go Charinus & Lenthius amplius non sumus permissi enarrare cætera mysteria *D*ei, sicut contestans Michael Archangelus dixit nobis: (m) Euntes cum fratribus meis in Jerusalem eritis in orationibus clamantes, & glorificantes resurrectionem *D*omini Jesu Christi, quos à mortuis resuscitavit secum. Et cum nemine hominum eritis loquentes, & sedebitis ut muti, donec veniat hora, ut permittat vobis ipse *D*ominus referre suæ divinitatis mysteria. Nos autem jussit Michael Archangelus ambulare trans Jordanem in locum optimum & pingvem, ubi sunt multi, qui nobiscum resurrexerunt in testimonium resurrectionis Christi: quia tantum tres dies permissi sumus à mortuis, qui sur-

(m) Male editum erat *vobis*, ut in superiore capite: *quia es tu*? & *vide creaturarum mirabilia*, pro *vidi*, & *hac porta* pro *hac*,

Digitized by Google

surreximus celebrare in Jerusalem Pascha Domini cum Parentibus nostris in testimonium Christi Domini, & baptizati sumus (o) in sancto Jordanis flumine. Et jam à nemine visi sunt. Hæc sunt, quanta nobis jussit Deus referre vobis, & date illi laudem & confessionem, & pœnitentiam agite, & miserebitur vestri. Pax vobis à Domino *Deo* Jesu Christo & Salvatore omnium nostrorum. Amen, Amen, Amen. Et postquam compleverunt omnia scribentes, singulos tomos (p) chartæ scripserunt. Charinus autem quod scripsit, dedit in manibus Annæ (q) & Caiphæ, & Gamalielis. Similiter & Lenthius quod scripsit, dedit in manibus Nicodemi & Joseph, & subitò transfigurati sunt candidati nimis (r) & non sunt amplius visi. Scripta autem illorum inventa sunt æqualia, nihil minus aut majus habentia litera unâ. Ista omnia admiranda Charini & Lenthii dicta audiens omnis Synagoga Judæorum, ad invicem dixerunt: Verè ista omnia à Deo facta sunt, & benedictus Dominus Jesus in secula seculo-

(o) Fabula quæ nititur opinione de absoluta necessitate baptismi ad salutem. (p) i. e. quilibet in peculiari schedio sua scripsit, & tamen deinde uterque deprehensi sunt eadem scripsisse; perinde ut de LXX. fertur Interpretibus, adeo ut ad illos applicarent verba Exod. XXIV. 11. καὶ τῶν ἐπιλέκτων τῆς Ισραὴλ ἐ διεφώνησεν ἐδὲ εἷς. (q) Sic rectè versio Anglo-Sax. pro nominibus ineptis quæ in editis latinis reperi, *Renna* & *Chayfa*. Eadem AngloSax. versio pro *Lenthius* semper habet *Lentricus*. (r) λευκοὶ λίαν ut Marc. IX. 3.

Digitized by Google

culorum Amen. Et exierunt omnes cum magnâ solicitudine, cum timore, & tremore, & percutierunt (s) pectora sua, & abierunt, unusquisque in propria (t) sua. Hæc omnia quæ dicta sunt â Judæis in Synagoga eorum, statim Joseph & Nicodemus annunciaverunt Præsidi, & Pilatus scripsit omnia gesta (u) & ea quæ dicta sunt de Jesu à Judæis, & posuit omnia verba in codicibus prætorii sui publicis.

XXVIII. Post hæc ingressus Pilatus templum Judæorum, congregavit omnes Principes Sacerdotum & scribas & legis doctores, & ingressus est cum eis in sacrarium templi, & jussit ut omnes januæ clauderentur, & dixit eis: Auditum habemus, quod quandam magnam Bibliothecam (x) habetis in templo isto, propter hoc rogo vos, ut ante nos præsentetur, & cum deportassent illam bibliothecam magnam, à quatuor ministris, auro & gemmis pretiosis ornatam, dixit Pilatus ad omnes: Adjuro vos per

(s) Pro percusserunt. (t) εἰς τὰ ἰδία ut Act. XXI. 6.
(u) Hæc ipsa scilicet, quæ præsenti libello continentur. Vide quæ supra p. 214. seq. Cæterum ad Claudium (intellige Tiberium) Imperatorem missa gesta Pilati, addit Versio AngloSaxonica, atque hoc loco totum istud Pseud Evangelium concludit. (x) Scripta Mosis & Prophetarum respici puto. Aliam enim bibliothecam in templo Judæorum frustra quæsieris. Sic Alcimus Avitus ep. 2. *utramque Bibliothecam* vocat libros utriusque Testamenti. Similiter & alii Scriptores seqvioris ævi. Vide Cangii Glossar. mediæ latin. in *Bibliotheca*, Lambec. l. 2. Bibl. Vindob. p. 747. sq. & 403. Joh. Marcianæum prolegom. 1. ad Bibliothecam divinam Hieronymi.

Digitized by Google

per Deum Patrem vestrum, qui fecit ac jussit templum istud ædificari, ne verum mihi taceatis: vos nôstis omnia, quæ scripta sunt in ista bibliotheca, sed nunc dicitote, si vos in Scripturis inveniſtis istum Jesum, quem crucifixiſtis, esse filium Dei venturum pro salute generis humani, & in quantis annis temporum debuisset venire, manifestate mihi. Ita conjurati Annas & Caiphas jusserunt exire de Sacrario cæteros omnes, qui cum ipsis erant, & ipsi clauserunt omnes januas templi & sacrarii, & dixerunt ad Pilatum: Conjurati sumus à te, Judex, per ædificationem templi istius (y) veritatem & rationem manifestam tibi facere. Postquam crucifiximus Jesum ignorantes Dei filium esse (z) putantes per aliquod carmen (a) facere eum virtutes, fecimus Synagogam magnam ad (b) templum istud. Et conferentes ad invicem signa virtutum quæ fecerat Jesus, multos ex genere nostro testes invenimus, qui dixerunt post passionem mortis vivum se vidisse, & duos testes, quorum corpora Jesus à mortuis resuscitavit, vidimus. Qui multa mirabilia, quæ fecit Jesus in mortuis, annunciaverunt nobis, quæ in manibus nostris scripta habemus. Nostraque consuetudo est, quod omni anno ante nostram

(y) i. e. per *Deum*, cujus jussu templum exstructum est. (z) Act. III. 17. (a) Magicum. (b) In editis erat nullo sensu: *Fecimus Synagogam magnam & templum istud.* Sed verborum sententia est, magnam Synodum ab ipsis convocatam ad templum. Sic supra c. 14. *& facientes congregationem magnam* &c.

Digitized by Google

ſtram Synagogam aperientes iſtam ſanctam bibliothecam teſtimonium Dei exquirimus, & invenimus in primo libro de ſeptuaginta (c) ubi locutus eſt Michael Archangelus ad tertium filium Adæ primi hominis (d) de quinque millibus & quingentis annis, in quibus venturus eſſet de cœlis dilectiſſimus Dei filius Chriſtus, & adhuc conſideravimus, quia forſitan iſte eſt Deus Iſrael, qui dixit ad Moyſen (e) *Fac tibi arcam teſtamenti in longitudinem cubitorum duorum & ſemis, in altitudinem cubiti unius & ſemis, in latitudine cubiti unius & ſemis.* In his quinque cubitis & ſemis intelleximus & cognovimus in fabrica arcæ veteris teſtamenti, quia in quinque milibus annorum & ſemis (f) venturus eſſet Jeſus Chriſtus in arca corporis, & ſic Scripturæ noſtræ teſtantur, ipſum filium Dei eſſe, & *D*ominum & Regem Iſrael. Quia poſt paſſionem ejus nos principes Sacerdotum admirantes ſigna, quæ propter eum fiebant, aperuimus bibliothecam iſtam, exquirentes omnes

Cc gene-

(c) LXX. libros ſacros ſic fere numerat ex 4. Esdr. XIV. 47. Iſidorus Hiſpal. l. 1. de offic. Eccleſ. c. 11. Caſſiodorus divin. lect. c. 14. Vide & Alcuini locum ap. Lambec. l. 2. de Bibl. Vindob. p. 404. (d) Hæc ex Apocrypho libro Sethi, vel ex parva Geneſi, è qua Syncellus, Cedrenus, & ſimilis furfuris Scriptores non diſſimilia commenta proferunt. Vide & ſupra cap. XIX. (e) Exod. XXV. 10. (f) Hanc ſententiam memorat & Heſychius εἰς τὴν χριστοῦ γέννησιν, & probat Joh. Malelas, qui enim Euſebio quoque tribuit lib. 10. Chronogr. T. 1. p. 295. etſi in Euſebii Chronico nihil tale hodie legatur.

Digitized by Google

generationes usque ad generationem Joseph & Mariæ matris Jesu, computantes ex semine David esse, invenimus ea, quæ fecit Dominus, & quando fecit cœlum & terram, & primum hominem Adam usque ad diluvium, anni duo millia ducenti & duodecim. Et à diluvio usque ad Abraham anni nongenti duodecim. Et ab Abraham usque ad Moysen anni quadringenti triginta. Et de Moyse usque ad *D*avid Regem anni quingenti decem. Et à David usque ad transmigrationem Babylonis anni quingenti. Et de transmigratione Babylonis usque ad incarnationem Christi, anni quadringenti. Et fiunt simul quinque millia & semis (g) & sic apparet, quod Jesus quem crucifiximus, Jesus Christus Dei filius est, verus & omnipotens Deus. Amen.

In (h) nomine Sanctæ Trinitatis expliciunt gesta per Salvatorem Jesum Christum, quæ invenit Theodosius Magnus Imperator in Jerusalem, in prætorio Pontii Pilati, in codicibus publicis, facta in anno decimo nono Imperatoris Tiberii Cæsaris Romanorum, & Herodis filii Hero-

(g)

ad diluv.	2212.
ad Abr.	912.
ad *Moys.*	430.
ad *Dav.*	510.
ad Captivit.	500.
ad Christum	400
prodeunt anni	4964.
desunt anni	536.

(h) Ad hanc commentitiam subscriptionem quæ in versione Anglo-Saxonica & in *G*ermanicis translationibus huic Pseud Evangelio præmittitur, conferas licet, quæ supra inter testimonia adduxi ex Joh. Hoornbeckii Miscellaneis sacris p. 227. seq.

Digitized by Google

Herodis Regis Galileæ, anno decimoseptimo principatus ejus VIII. Calendas Aprilis (i) quod est XXIII. die mensis Martii, Consultatoriæ Revelationis, in anno CCII. Olympiadis sub Principatu Judæorum, Josephi & Caiphæ: quanta post crucem & passionem Domini historiatus est Nicodemus literis Hebraicis.

(i) Vide locum Epiphanii supra pag. 220. Non omittendum porro quod Johannes Bollandus in Actis Sanctorum ad 4. Febr. pag. 450. testatur in *MS.* quodam Actis Pilati sive Evangelio Nicodemi tractatum quendam subjici hoc titulo: *Incipit notificatio qualiter Tiberius Cæsar pro ipso* (Christo) *Hierosolymam direxerit. Factum est Tiberio & Vitellio Coss. cum eodem tempore Tiberius Cæsar gubernaret Imperium, necesse fuit ut in partibus Hierosolymorum virum prudentem dirigeret, ut Christum Jesum posset videre Tiberius* &c. Multa, inquit Bollandus, displicent in hoc tractatu, fortasis ab aliquo ex relatione S. Methodii (quam ibidem paucis interjectis subjicit Bollandus) similive narratione depravato ejusdemque generis cum Evangelio Nicodemi, cui illum compilator ut appendicem in titulo conjunxit.

Digitized by Google

EPISTOLÆ DUÆ PILATO tributæ ad Tiberium Imperatorem.

Epistola (a) I.

Pontius Pilatus Claudio * Salutem.

NUper accidit & quod ipse probavi Judæos per invidiam se suosque posteros (b) cru-

* Supra p. 213.

deli

(a) Quoniam in Codicibus quibusdam MSS. Evangelii pseudoNicodemi Epistola Pilato adscripta subjicitur, volui & ego utramque quam reperi sub Pilati nomine Epistolam, licet sine dubio pluriumque confessione commentitiam præsenti loco subjungere. Prior hæc extat in *Anacephalæosi* sive autore qui libris quinque de excidio Hierosolymitano sub nomine *Hegesippi* editis subjicitur, & alium recentiorem quam libri illi qvinque autorem agnoscit, ut recte notatum illustris doctrinæ viro Joh. Frid. Gronovio p. 265. Obs. in Script. Eccles. Ita vero Anacephalæoseos autor p. 683. *Intulerunt quoque parricidiales manus, atque autorem vitæ interficiendum ad Pilatum deduxere, reluctantemque cœperunt perurgere judicem, in quo tamen non excusatur Pilatus, sed Judæorum dementia coacervatur. Qui a nec ille adjudicare debuit quem reum minime deprehenderat, nec isti sacrilegium parricidio geminare, ut ab his qui ad redimendos & sanandos eos se obtulerant, damnaretur. Quamvis enim idem Pilatus manus laverit, dicens: mundus sum à sanguine justi hujus, vos videritis, nequaquam tamen minus exitit reus, qui gloriam Dominicæ agnoscens resurrectionis, prædicare invitus studuit, sed credere perfidus contempsit; sicut testatur ejusdem Epistola Cæsari in hunc modum directa: Pontius Pilatus Claudio* &c. Refertur illa ipsa Epistola in Chronico Martini Poloni lib. 4. p. 118. in Ivonis Carnotensis excerptis Chronicis, tum

Digitized by Google

deli condemnatione puniſſe. Denique cum promiſſum (c) haberent Patres eorum quod

 illis

paucis mutatis in libro pſeudoMarcelli de Actibus Petri & Pauli & magicis artibus Simonis Magi, quem edidit Franciſcus Maria Florentinius ad Martyrologium vetus Hieronymianum p. 105. Eandem ſed diverſis verbis conceptam, ita ut aliam verſionem elegantiorem ex eodem Græco fonte te legere exiſtimes, vulgavit Sixtus Senenſis lib. 2. Bibl. S. ubi de Pontio Pilato agit, profeſſus ſe in vetuſtis Bibl. Vaticanæ monumentis eam reperiſſe. Ex Sixto repetiit Marianus Victorinus in indice ad S. Hieronymi opera, verbo *Pilatus*. Joh. Reiskius ὁ μακαρίτης de imaginibus Jeſu Chriſti p. 154. & nuper in novantiquis ſuis relationibus Dn. D. Valentinus Erneſtus Loeſcherus A. 1702. p. 245. Baronius autem ad A. C. 34. num. 223. ex PſeudoHegeſippo deſcripſit, non ex Vaticana Bibliotheca, ut tradit Antonius Van Dalen in Diſſ. de actis Pilati ad calcem libri de Oraculis p. 611. Viciſſim minime differt Epiſtola Pilati in Orthodoxographis vulgata ab ea quæ à Sixto edita eſt, ut affirmat ſcriptor cætera accuratiſſimus & cui velut doctori meo in his literis plurimum debeo p. 9. appendic. de hæreſiarchis. Quin ante Sixtum Senenſem cujus Bibliotheca S. primum lucem adſpexit Venetiis A. 1566. Epiſtolam Pilati iisdem plane verbis editam obſervo in priore Orthodoxographorum editione à Joh. Heroldo curata Baſil. 1555. fol. ac deinde in altera Grynæi A. 1560. Lambecius Lib. 5. commentar. p. 23. & ex eo Neſſelius parte 1. p. 349. teſtantur Pilati Epiſtolam ad Tiberium Græcè Mſtam extare in Bibl. Vindobonenſi. Ἐπιſτολὴ Ποντίου Πιλάτου πρὸς τὸν βασιλέα Τιβέριον παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ. Ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει οὕτως. Ἀναφορὰ Ποντίου Πιλάτου ἡγεμόνος τῆς Ἰουδαίας πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι εἰς Ῥώμην. Κρατίστῳ σεβασμίῳ Φοβερῷ θεοπάτορι Αὐγούστῳ Πιλάτος Ποντίου ὁ τὴν ἀναπολικὴν διέπων ἀρχήν. Μηνύσας κέχρηκα πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν διὰ τῆσδε μὴ τῆς γραφῆς φόβῳ πολ-

illis Deus eorum mitteret de cœlo (d) ſanctum ſuum qui eorum Rex merito diceretur, & hunc ſe promiſerit per virginem (e) miſſurum ad terras: iſtum itaque me Præſide in Judæam Deus Hebræorum cum miſiſſet, & vidiſſent eum

λῷ καὶ τρόμῳ συνεχόμενον κράτιστε βασιλεῦ τὴν τῶν ἐνισταμένων καιρῶν ῥοπὴν κ. τ. λ. Præter hoc initium nihil edidit Lambecius, ſed addit Epiſtolam iſtam plane diverſam eſſe ab aliis quatuor ejusdem argumenti Epiſtolis ſub Pilati nomine publicatis. Incertum tamen eſt num adeo magna ſit illa diverſitas, quia etiam ex quatuor iſtis Lambecio jam memoratis & à Sixto Senenſi Baronio ac Florentinio p. 105. 113. ad Martyrolog. editis tres priores non ſunt diverſæ, ſed una eademque Epiſtola. Sola quarta, quam infra ſubjunxi diverſæ Epiſtolæ nomen meretur. Non tamen eſt prætereundum quod idem Lambecius docet in eodem codice MS. haberi etiam Tiberii Imp. reſcriptum ad Pilatum: Τὰ ἀντιγραφέντα παρὰ Καίσαρος Αὐγούστου καὶ πεμφθέντα πρὸς Πόντιον Πιλᾶτον ἀναζολικὴν ἐπέχοντα ἀρχήν. Incipit his verbis: Ἐπειδήπερ βίαιον καὶ ἀδικίας μεστόν κ. τ. λ. & inter alia refert Mariam Magdalenam ad Tiberium Romam veniſſe & narratis Chriſti miraculis Pilatum ob ejus necem accuſaſſe. Quod idem in Nicephoro lib. 2. & Cedreno à ſe lectum explodit Baronius ad A. C. 41. num. 20. Annectitur & fabuloſa narratio de Pilati & ſummorum Pontificum Annæ atque Caiphæ interitu, diverſa ab iis quæ Svidas in Νέρων. Cæterum cum in iſta Pilati Epiſtola, quam ex Pſeudo Hegeſippo huc adſcripſi, in Pſeudo Marcelli & Sixti Senenſis exemplaribus aliter quædam expreſſa legantur, Volui præſenti loco præcipuas illarum varietatum quæ ſenſum diverſum facere videntur, breviter annotare. (b) Marcell. addit *Jeſum*. (c) Sixt. *ex oraculorum promiſſis majorum ipſorum auctoritate receptis*. (d) Marcell. *filium ſuum*. (e) Sixt. *per virginem juvenculam*.

Digitized by Google

eum cœcos illuminasse, leprosos mundasse, paralyticos curasse, dæmones ab hominibus fugasse, mortuos etiam (f) suscitasse, imperasse ventis, ambulasse siccis pedibus super undas maris, & multa alia (g) fecisse, cum omnis populus Judæorum eum filium Dei esse diceret, invidiam contra eum passi sunt Principes Judæorum, & tenuerunt (h) eum mihique tradiderunt, & alia pro aliis (i) mihi de eo mentientes dixerunt, asserentes istum Magum esse & contra legem eorum agere. Ego autem credidi ita esse, & flagellatum tradidi illum arbitrio eorum. Illi autem crucifixerunt eum & sepulto (k) custodes adhibuerunt. Ille autem militibus meis custodientibus die tertio resurrexit: in tantum autem exarsit nequitia Judæorum, ut darent pecuniam (l) custodibus & dicerent: *Dicite*, quia discipuli ejus corpus ipsius rapuerunt. Sed cum accepissent pecuniam, quod factum fuerat (m) tacere non potuerunt. Nam & illum surrexisse testati sunt se vidisse, & se à Judæis pecuniam accepisse. Hæc ideo ingessi, ne quis aliter mentiatur, & æstimet credendum mendaciis Judæorum.

(f) Marcell. *autoritate suscitasse.* (g) *Mirabilia* addit Marcell. & Sixt. (h) Sixt. *adversabantur illi* (i) *Multa* addit Marcell. (k) Marcell. & Sixt. *sepulchro.* (l) Sixt. *magnam pecuniarum vim.* (m) Sixt. *nihilominus tamen publice ubique professi sunt & testantur se visiones Angelorum vidisse.*

Digitized by Google

Epistola (a) II.

Pilatus Tiberio Cæsari salutem.

DE Jesu Christo quem tibi plane postremis meis declaraveram, nutu tandem populi, acerbum, me quasi invito & subticente, supplicium sumptum est. Virum hercle ita pium ac sincerum nulla unquam ætas habuit, nec habitura est. Sed mirus extitit ipsius populi conatus omniumque scribarum & seniorum consensus, suis Prophetis & more nostro Sibyllis (b) præmonentibus, hunc veritatis legatum crucifixere, signis etiam super naturam apparentibus, dum penderet, & orbi universo Philosophorum judicio lapsum minantibus. Vigent illius discipuli, (c) opere & vitæ continen-

(a) Hanc Epistolam primus quod sciam vulgavit Florentinius in Martyrologium vetustius Romanum sive Hieronymianum, Lucæ editum A. 1668. fol. p. 113. Testatur autem se repetisse illam à notatore quodam in antiqua pagina cum aliis memoratu dignis hinc inde excerptis scriptam circa A. 1480.

(b) In Sibyllinis quæ hodie habemus & qualia veteres legerunt Christiani, diserta extant de Christi crucifixione testimonia, sed quam diserta tam etiam conficta ac supposititia. Quale est lib. 1. p. 188. ἀλλ' ὅταν ἐκπε[τάσῃ χεῖρας &c. lib. 6. p. 347. ὦ ξύλον ὦ μακαριστὸν ἐφ' ᾧ Θεὸς ἐξετανύσθη, quem versum tanquam Sibyllinum laudat etiam Sozomenus lib 2. c. 1. Vide & lib. 8. Sibyllinor. p. 383. seq.

(c) Hæc non potuere scribi nisi aliquo tempore post festum Pentecostes, ut recte observat Tillemontius T. 1. memor. ad Hist. Eccles. p. 735. Et tamen qui hanc Epistolam supposuit vult videri statim postridie passionis eam exaratam à Pilato, ante Christi resurrectionem, cujus ideo nullam mentionem facit,

Digitized by Google

nentia Magistrum non mentientes, imo in ejus nomine beneficentissimi. Nisi ego seditionem populi prope æstuantem (d) pertimuissem, fortasse adhuc nobis ille Vir viveret. Etsi tuæ magis dignitatis fide compulsus quam voluntate mea adductus pro viribus non restiterim sangvinem justum totius accusationis immunem, verum hominum malignitate inique in eorum famen (e) ut Scripturæ (f) interpretantur) exitium pati & venundari. Vale. Quarto Nonas Aprilis.

(d) Ita scripsi pro verbo nihili quod Florentinius ediderat *extuant*. Sic in Julio Celso de vita Cæsaris passim editum *extimant* pro *æstimant*. Est etiam qui suspicetur legendum *extantem*. (e) Hæc paulo obscuriora agnoscunt viri docti. Forte ut flamen à flando, sic *famen*, à fando, ponitur pro sermone ac voluntate Judæorum Christum accusantium & ad mortem rapientium. Ita sensus fuerit Pilatum agnoscere quod non satis pro viribus restiterit quo minus sangvis justus & innocens effunderetur, sed passus fuerit ad hominum malignorum vocem quantumvis iniquam Christum duci ad supplicium. (f) i. e. ut ex actis, quæ addidi, prolixius intelliges.

Extat etiam in Historia Christi Persice scriptâ ab Hieronymo Xaverio Epistola Pilati ad Imp. Tiberium quam confinxisse videtur Xaverius è loco celebri qui de Christo legitur lib. XVIII. Antiqvitatum Josephi c. 4. Quamvis vero nullius est Epistola ihæc vel fidei vel autoritatis, tamen ne quid lector desiderare posset eam cum altera quam sub *Lentuli* nomine idem

Digitized by Google

Xaverius exhibet, præsenti loco subjunxi è versione latina Ludovici de Dieu.

Moris erat, ut quicquid in universo regno fieret, Cæsari & Senatui scriberetur, ut quicquid in mundo contingeret, illi ejus cognitionem haberent. Pilatus itaque Cæsari scripsit, idque tale „*est*: Hoc tempore in hoc territorio vir qui„dam fuit quem discipuli ejus Deum voca„bant, & miracula varia faciebat: quem „multi homines viderunt, & in cœlum vivus „adscendit, & discipuli nunc magna faciunt „in nomine ejus, & testantur eum Deum es„se, & doctorem viæ salutis in veritate. *Tiberius ob hoc nuncium extreme lætatus est, idemque nuncium Senatui dixit, id est cœtui Seniorum & judicum urbis. Scopus ejus erat ut eum quoque pro Deo* * *haberent, quoniam moris erat, ut neminem pro Deo colerent, nisi Senatus confirmasset. Senatus propterea quod hoc nuncium ad ipsos prius quam ad Cæsarem non venisset, iram conceperunt, & postulatum Cæsaris non permiserunt. Et voluit Deus hoc non fieri, ne eum per potentiam hominum colerent. Vice quadam Cæsar jussit, ut quicunque Christum sequeretur, ei nemo molestus esset. Alius ille* LENTULUS *nomine, qui ante Pilatum administrationem istius urbis habuit, Senatui scripsit*: „ Hoc tempore vir apparuit, & adhuc vi„vit, vir præditus potentia magna, nomen „ejus Jesus Christus: Homines eum Prophe„tam potentem dicunt, Discipuli ejus filium Dei

* Vide supra p. 217.

Digitized by Google

Dei vocant. Mortuos vivificat, & ægros, ab omnis generis ægritudinibus & morbis sanat. Vir est altæ staturæ proportionate, & conspectus vultus ejus cum severitate, & plenus efficacia, ut spectatores amare eum, possint, & rursus timere. Pili capitis ejus, vinei coloris usque ad fundamentum aureum, sine radiatione, & erecti, & à fundamento aurium usque ad humeros contorti ac, lucidi, & ab humeris deorsum pendentes, bifido vertice dispositi in morem Nazaræorum. Frons plana & pura, facies ejus sine macula, quam rubor quidam temperatus ornat. Aspectus ejus ingenuus & gratus. Nasus, & os ejus nullo modo reprehensibilia. Barba ejus multa, & colore pilorum capitis bifurcata: oculi ejus cœrulei & extreme lucidi. In reprehendendo & objurgando formidabilis, in docendo & exhortando, blandæ lingvæ & amabilis. Gratia miranda vultus, cum gravitate. Vel semel eum ridentem nemo vidit, sed flentem imo. Protracta statura corporis, manus ejus rectæ & erectæ, brachia ejus delectabilia. In loquendo ponderans & gravis, & parcus loqvela. Pulcherrimus vultu inter homines, satos.

Hæc commentitia Epistola sensu eodem verbis paulum diversis edita pridem in Orthodoxographis sub hoc titulo: *Lentulus Hi-*

Digitized by Google

eroſolymitanorum præſes S. P. Q. Romano S. Porrò in fronte *M*Sti codicis membranacei Evangelior. feſtalium ſcripti ante annos ducentos qui extat in Bibl. Jenenſi hæc inſcribuntur: *Temporibus Octaviani Cæſaris Publius Lentulus Procos. in partibus Judææ & Herodis Regis, Senatoribus Romanis hanc Epiſtolam ſcripſiſſe fertur, quæ poſtea ab Eutropio reperta eſt in annalibus Romanorum.* Sequitur deinde ipſa Epiſtola aureis literis deſcripta, & ſubjecta imagini Servatoris ad proſopographiam hanc affabre depictæ. Utrumque exemplum Epiſtolæ, parum vel nihil inter ſe vel à Xaveriano diſcrepans exhibet Joh. Reiskius Exerc. 7. de imaginibus Jeſu Chriſti c. 1. Habetur præterea manu exarata in variis Bibliothecis Angliæ, Galliæ, Italiæ & Germaniæ, edita etiam plus ſimplici vice Germanico idiomate, cæterum aperte ſpuria atque ut aut Valla in declaratione adverſus donationem Conſtantini M. improbe ementita, quemadmodum præter Reiskium late oſtendit Auguſtus Varenius Roſtochienſis Academiæ quondam decus in rationario de Scriptor. Eccleſ. Sec. I. p. 158. ſq. De Eutropio iſto vide quæ dicam infra p. 391. ſeq.

)o(

De

Digitized by Google

De Scriptis
Quæ ad
JESUM CHRISTUM
Servatorem noſtrum,
tanquam autorem relata ſunt.
Et
De Dictis Ejusdem,
Quæ in quatuor Evangeliis Canonicis non commemorantur.

Notitia & Fragmenta
EVANGELIORUM
Quadraginta circiter
Apocryphorum.

Digitized by Google

De Scriptis quæ ad JESUM CHRISTUM *Salvatorem noſtrum tanquam autorem relata ſunt.*

I.

IN Conſtitutionibus * Apoſtolicis libro VI. cap. 16. dicuntur Simon & Cleobius hæretici antiquiſſimi venenatos libros ſub Chriſti & Apoſtolorum nomine compoſuiſſe ac vulgaſſe. Quales vero illi fuerint vel quid continuerint non conſtat. Hieronymus quoque ad Ezech. XLIV. 29. teſtis eſt Apocryphis nonnullis Chriſti nomen fuiſſe præfixum. *Quærendum cur eadem quæ dicta ſunt repetat. Ut videlicet quæ in mentibus hominum ſunt vel legendi negligentia vel audiendi contemtu & oblivione deleta, viva voce innoventur, quæ non ſit ſcripta calamo & atramento, ſed Spiritu & verbo Dei. Unde & Salvator nullum volumen doctrinæ ſuæ proprium reliquit, quod in plerisque Apocryphorum deliramenta confingunt, ſed Patris & ſuo ſpiritu quotidie loquitur in corde credentium.* Prætereo, quod Papias Hierapolitanus Epiſcopus jactavit ξένας τέ τινας παραβολὰς τῦ Σωτῆρ☉ καὶ διδασκαλίας novas quas-

* Verba habes ſupra p. 140.

Digitized by Google

quasdam Servatoris parabolas ac prædicationes: non enim literis à Christo consignatas sed *ἐκ παραδόσεως ἀγράφῳ* sive sola traditione vocis ab Apostolorum discipulis ad se delatas esse professus est apud Eusebium lib. 3. Hist. Eccles. c. ult. qui non multum illis videtur tribuere, siquidem addit præ se tulisse eundem & alia quædam *μυθικώτερα*, & in his regnum Christi Chiliasticum in terris. Specimina quædam *διδασκαλιῶν* à Papia servatarum ex Irenæo V. 33. Eusebio aliisque collegit Halloixius in vita Papiæ, & tomo secundo Spicilegii Vir Clarissimus J. E. Grabe.

II. S. Augustinus lib. 2. retractationum c. 16. affirmat, se librum primum tetrabibli operis sui de consensu Evangelistarum adversus eos scripsisse, *qui tanquam maxime sapientem Christum vel honorant vel honorare se fingunt, & ideo nolunt Evangelio credere, quia non ab ipso illa conscripta sunt, sed ab ejus discipulis quos existimant ei dignitatem* (a) *qua crederetur Deus, errore tribuisse.* Idem lib. 1. de consensu Evangelistar. c. 7. *Sed illud prius discutiendum est, quod solet nonnullos movere cur ipse Dominus nihil scripserit, ut aliis de illo scribentibus necesse sit credere. Hoc enim dicunt illi vel maxime pagani, qui Dominum ipsum Jesum Christum culpare aut blasphemare non audent, eique attribuunt excellentissimam sapientiam, sed tamen tanquam homini. - - - Cum ergo quærunt quare ipse non scripserit, videntur parati*

(a) al. *divinitatem.*

Digitized by Google

fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisset, non quod alii de illo pro suo arbitrio prædicassent. A quibus quæro, cur de quibusdam nobilissimis Philosophis suis hoc crediderint, quod de illis eorum discipulis scriptum memoriæ reliquerunt, cum de se ipsi nihil scripsissent. Nam Pythagoras, quo in illa contemplativa virtute nihil tunc habuit Gracia clarius, non tantum de se, sed nec de ulla re aliquid scripsisse perhibetur. (b) *Socrates autem, quem rursus in activa &c. - - - - Quid igitur causæ est, cur de istis hoc credant, quod de illis discipuli eorum literis commendarunt, & de Christo nolunt credere, quod ejus de illo discipuli conscripserunt? præsertim cum ab eo cæteros homines sapientia superatos esse fateantur, quamvis cum fateri Deum nolint. An vero illi quos isto multo inferiores esse non dubitant, veraces de se discipulos facere potuerunt, & iste non potuit? Quod si absurdissime dicitur &c.*

III.

(b) Pythagoræ & Socrati plures viros eximios qui nihil scripserunt adjungit Laertius in procœmio sect. 16. Possis & addere Apollonium Tyanensem atque Epictetum de quorum sapientia per solos discipulos eorum admiratoribus constat. Quam vero vanus fuerit iste prætextus infidelium, scripta ipsius Christi desiderantium, patet ex eo quod Moysi de se scribenti fidem habere iidem derrectabant. Non omittendum etiam, quod Origenes lib. 1. contra Celsum p. 34. exprobrat Judæis quod Moysi de se ipso scribenti credentes, nolint Jesu credere μηδὲν περὶ ἑαυτῆ σύγγραμμα καταλελοιπότι, ἀλλ' ὑπὸ τῶν μαθητῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις μεμαρτυρημένῳ *qui nullum de seipso scriptum reliquit, sed discipulorum suorum in Evangeliis de se habet testimonium.*

Digitized by Google

III. Idem lib. eod. c. 9. seq. *Aut si aliquos libros se habere dicunt, quos eum scripsisse asserunt, prodant eos nobis. Profecto enim utilissimi & saluberrimi sunt, quos ut ipsi fatentur vir sapientissimus scripsit. Si autem timent eos proferre, utique mali sunt. Porro si mali sunt, non eos sapientissimus scripsit. Sapientissimum autem Christum fatentur. Non ergo Christus tale aliquid scripsit. Ita vero isti desipiunt, ut in illis libris quos eum scripsisse existimant, dicant contineri eas artes* (c) *quibus eum putant illa fecisse miracula quorum fama ubique percrebuit. Quod existimando, seipsos produnt quid diligant & quid affectent. Quandoquidem Christum propterea sapientissimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita noverat, quæ non solum disciplinæ Christianæ, sed etiam ipsa terrena Reipubl. administratio jure condemnat. Et certe qui tales Christi libros legisse se affirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum de libris talibus fecisse mirantur. Quid quod etiam divino judicio sic errant quidam eorum, qui talia Christum scripsisse vel credunt vel credi volunt, ut eosdem* LIBROS AD PETRUM ET PAULUM *dicant, tanquam Epistolari titulo prænotatos: Et fieri potest, ut sive inimici nominis Christi, sive qui ejusmodi execrabilibus artibus de tam glorioso nomine*

(c) Magicas. Thomas Campanella p. 215. Atheismi triumphati: *Hinc execravi sceleratissimos gentiles, qui librum vendidabant de Magia Christi ad Petrum & Paulum scripta, cum Christus nulla prævia præparatione Magorum more, fecerit miracula, neque hi sancti quicquam tale didicerunt, & Paulus fuerit conversus post adscensionem Christi.*

Digitized by Google

pondus autoritatis dare se posse putaverunt, talia sub Christi & Apostolorum nomine scripserunt. In qua fallacissima audacia sic excœcati sunt, ut etiam à pueris qui adhuc pueriliter in gradu lectorum Christianas literas norunt, merito rideantur. Cum enim vellent tale aliquid fingere Christum scripsisse ad discipulos suos, cogitaverunt ad quos potissimum scribere potuisse facile crederetur, tanquam ad illos qui ei familiarius adhæsissent, quibus illud quasi secretum digne committeretur: & occurrit eis Petrus & Paulus, credo quod pluribus locis simul eos cum illo pictos viderunt, quia merita Petri & Pauli etiam propter eundem passionis diem (d) *celebrius & solenniter Roma commendat. Sic omnino errare meruerunt qui Christum & Apostolos ejus non in sanctis codicibus, sed in pictis parietibus quæsierunt. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt. Toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus ejus - - - quomodo igitur potuit libros, quos antequam moreretur eum scripsisse putari volunt, ad discipulos tanquam familiarissimos Petrum & Paulum scribere, cum Paulus nondum fuerit discipulus ejus. Illud quoque attendant qui Magicis artibus tanta potuisse, & nomen suum ad populos in se convertendos arte ipsa consecrasse delirant, utrum potuerit Magicis artibus tantos Prophetas divino spiritu antequam in terra nasceretur* (e) *implere, qui de illo talia futura prælocuti*

(d) Vide infra p. 450. & 455. seq. (e) Eodem argumento utitur Eusebius libro 3. demonstr. Evangel. Augustinus XII. 46. contra Faustum Manichæum, Epist. 3. ad Ve-

Digitized by Google

loeuti sunt &c. In eandem sententiam scribit c. 34. *Ita enim volunt & ipsum credi nescio quid aliud scripsisse quod diligunt, nihilque sensisse contra Deos suos, sed eos potius Magico ritu coluisse: & discipulos ejus non solum de illo fuisse mentitos, dicendo illum Deum per quem facta sunt omnia, cum aliud nihil quam homo fuerit quamvis excellentissimæ sapientiæ: Verum etiam de Diis eorum non hoc docuisse quod ab illo didicissent.*

IV. Idem Augustinus lib. XXVIII. contra Faustum Manichæum c. 4. *Quod autem putat quærendum esse Faustus, quid de se Jesus ipse prædicaverit, cui non justum videatur? Sed numquid hoc sciri potest nisi discipulis ejus narrantibus? Quibus si non creditur annunciantibus quod de virgine*

lusian. (edit. Benedictin. 137.) & alibi: tum ante hos Origenes lib 8. contra Celsum p. 384. Loca Prophetarum miracula Christi prædicentia selegit Illustris Huetius proposit. 9. demonstrat. Evangel. c. 39. Porro Judæis mira cœcitate contra omnium veterum Judæorum autoritatem hodie audentibus negare quod Messias miracula facere debeat, vide quæ opponit Clarissimus Vitringa Observationum sacrarum lib. 2. c. ult. De Magia Christo & Christianis falso objecta consulendus præter Huetium, Kortholtus ὁ μακαρίτης in pagano Obtrectatore lib. 2. c. 4. Mericus Casaubonus libro Anglicè edito de credulitate & incredulitate p. 109. seq. Quod Christus de Magia ad Petrum & Paulum scripserit, Juliani blasphemum mendacium vocat Georgius Hornius in Hist. Eccles. N. T. artic. 8. num. 8. laudans Cypriani lib 1. contra Julianum. Sed Cyrillum dicere voluit, qui contra Julianum scripsit, nusquam tamen libri de Magia ad Petrum & Paulum meminit. Quod non animadversum Rev. G. H. Gœzio Hornii vestigia legenti in diss. de scriptis Christi quam juvenis Witebergæ A. 1687. edidit. §. 4.

Digitized by Google

natus sit, quomodo eis fides habebitur annuncianti-bus, quod de se ipse prædicaverit. Si enim prolata fuerint aliqua literæ, quæ nullo alio narrante ipsius proprie Christi esse dicantur: unde fieri potuerat, ut si vere ipsius essent, non legerentur, non acciperentur, non præcipuo culmine autoritatis eminerent in ejus Ecclesia, quæ ab ipso per Apostolos succedentibus sibi-met Episcopis usque ad hæc tempora propagata dilata-tur, multis in ea jam completis quæ ante prædicta sunt, & usque in finem quæ restant sine dubio futuris atque venturis: quia & illa literæ si proferrentur, utique considerandum erat à quibus proferrentur. Si ab ipso, illis primitus sine dubio proferri potuerunt, qui tunc eidem cohærebant, & per illos etiam ad ali-os pervenire. Quod si factum esset, per illas quas commemoravi præpositorum & populorum successiones confirmativa autoritate clarescerent. Quis est ergo tam demens, qui hodie credat esse Epistolam Christi, quam protulerit Manichæus, (f) *& non credat facta vel*

(f) Si nimirum hoc forte fuerit ausus. Ex hoc loco enim non satis firmiter probatur Manichæos revera Epistolam quandam singularem sub Christi nomine jactasse, quanquam apud *Leonem* Magnum quoque sermone 4. de Epiphan. legas hæc verba: *Apostolicas paginas quadam auferendo quæ-dam inferendo violaverunt Manichæi ipsi, confingentes sub Apostolorum nominibus & sub verbis Salvatoris ipsius multa voluminafalsitatis.* Hæc Leonis verba accipienda sunt de libris Apocryphis à nescio quibus sutoribus fabularum sub Apostolorum nomine scriptis, quos à Manichæis lectos notat Augustinus XXII, 79. contra Faustum, & Timotheus presbyter in loco supra p. 138. seq. adducto, ubi titulos illo-rum videas licet. In his Salvator subinde loquens induceba-tur. Cæterum in Evangeliis Matthæi, Marci, Lucæ & Jo-

Digitized by Google

vel dicta esse Christi quæ scripsit Matthæus. Aut si etiam de Matthæo utrum ipse ista scripserit dubitas, de ipso quoque Matthæo non potius id credas quod invenit in Ecclesia, quæ ab ipsius Matthæi temporibus usque ad hoc tempus certa successionum serie declaratur: & credas nescio cui ex transverso de Perside (g) post ducentos vel amplius annos venienti & svadenti: ut illi potius quid Christus dixerit fecerit que credatur, cum ipse Apostolus Paulus &c.

V. Idem Epistola (h) ad Ceretium Episcopum. *HYMNUS sane quem dicunt* (Priscillanistæ) *esse Domini nostri Jesu Christi, qui maxime permovit venerationem tuam, in Scripturis solet Apocryphis inveniri. Quæ non proprie Priscillanistarum sunt, sed alii quoque hæretici eis nonnullarum sectarum impietate vanitatis utuntur, inter se quidem diversa sentientes, unde suas quisque varias hæreses sunt secuti. Sed scripturas istas habent in sua diversitate communes, easque illi præcipue frequen-*

hannis atque in Epistolis Pauli, (Acta enim & Epistolas Catholicas, Petri præsertim, uti totum Vetus Test. rejiciebant) nihil vel inferendo vel auferendo violasse hæreticos istos, sed tantum prava interpretatione scripta illa divina pervertisse testatur Photius MS. lib. 1. contra Manichæos: Τοῖς ῥήμασιν μὲν καὶ ὀνόμασιν ἁδὲν μέγα παραλλάττοντες, ἁδὲ καταισθηλεύοντες τῷ λόγῳ τῆς σχήματα καθάπερ ὀυαλεντῖνος καὶ ἕτεροι. - - Τὰ ῥητὰ μήτε προσθήκας μήτε προσθήκας ἀναίδην λυμαινόμενοι δόξαι. (g) Ita describit Manichæum. (h) In editione Benedictinor. est 237. in Basilecnsibus desideratur. In Lovaniensi (ex supplemento Parisiensi) est 253.

Digitized by Google

tere assolent, qui legem veterem & Prophetas Canonicos non accipiunt (i) - - *Qui etiam in Scripturis Canonicis Testamenti Novi hoc est in veris Evangelicis & Apostolicis literis non accipiunt omnia, sed quod volunt, & libros eligunt quos accipiant, aliis improbatis.* - - - *Priscillanista vero accipiunt omnia & Canonica & Apocrypha simul. Sed quaecunque quae contra eos sunt in sua perversitatis sensus aliquando callida & astuta, aliquando ridicula & hebeti expositione pervertunt* - - *Habes verba eorum in illo codice posita:* Hymnus Domini quem dixit secrete sanctis Apostolis discipulis, quia scriptum est in Evangelio: (k) *Hymno dicto adscendit in montem*, & qui in Canone non est positus, propter eos qui secundum se sentiunt & non secundum Spiritum & Veritatem Dei, eo quod scriptum est, (l) *sacramentum Regis bonum est abscondere, opera autem Dei revelare honorificum est. Illa est magna eorum ratio cur iste hymnus non sit in Canone.* - - - *Ergo Scripturae Canonicae non pertinent ad Sacramentum Regis.* - - *Deinde quid causae est, aut eundem hymnum isti secundum Scripturas Canonicas conentur exponere? Si enim verbi gratia propterea in isto hymno cantatur & dicitur:* Solvere volo & solvi volo - - Salvare volo & salvari volo - generari volo [& generare volo] - - Cantare volo [& cantari volo] - - Ornare volo & ornari volo - - Lucerna sum tibi, ille qui me vides - - Janua sum tibi quicunque me pulsas.

Qui

(i) Ut Marcionitae & Manichaei quos eodem loco nominat Augustinus. (k) Matth. XXVI. 30. (l) Tob. XII. 7.

Digitized by Google

- - Qui vides quod ago, tace opera mea - - *Cur iste hymnus non esse in Canone propterea dicitur, ut sacramentum Regis abscondatur carnalibus, cum ea quæ in isto hymno exponuntur, etiam in Canone legantur* (m) - - *nisi quia* - - *in verbis illius hymni quem exponere se simulant, hoc sapiunt, quod alienis exponere timeant.*

VI. Licinianus Carthaginis Spartariæ in Africa Episcopus in Epistola ad Vincentium Episcopum Eboſitanæ Insulæ, editâ ex MS. Ecclesiæ Toletanæ à Josepho Saenz de Agvirre T. 2. collectionis maximæ Concilior. Hispaniæ p. 428. seq. vitio vertit Vincentio quod LITERAS sub Christi nomine confictas & COELO, † ut fingebant nugivenduli, DELAPSAS non rejecerit, sed tanquam veras & genuinas amplexus fuerit. Scripsit Licinianus iste sub extremum seculi à Christo nato sexti circa A. C. 584. Verba ejus hæc sunt: *In id non minime contristati sumus, quod literas cujusdam quas ad nos direxistis sicut tua indicant litera susceperis & de tribunali populis eas feceris adnunciari. Ego enim mox à te transmissas accepi, in præsentia ipsius perlatoris exordium literarum ipsarum legens, & non patienter ferens, nec dignum ducens nanias ipsas perlegere, statim scidi & eas in terram projeci, admirans quod inis credulus fueris & post Prophetarum vaticinia & Christi Evangelia Apostolorumque*

(m) Hoc per singula ibidem Augustinus demonstrat. † Simile delirium de literis ab Elia Propheta è cœlo scriptis ad Regem Joramum, legitur in Seder Olam Rabba & apud Davidem Kimchi ad 2. Paralip. XXI. 12.

Digitized by Google

ejus Epistolas, nescio cujus hominis literas sub nomine Christi factas, ejus esse credideris, ubi nec sermo elegans, nec doctrina sana poterit reperiri. In principio ipsius Epistola legimus, ut dies Dominicus colatur. Quis enim Christianus non propter ipsum diem sed propter resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, eo quod in ipso à mortuis resurrexit, reverendissimum non habeat? Sed quantum sentio, ideo novus iste praedicator hoc dicit, ut nos judaizare compellat, ut nullus sibi in eodem die necessaria victus praeparet aut viam ambulet. Sed hoc quam pessimum sit, sanctitas tua perpendat. Utinam populus Christianus si die ipso Ecclesiam non frequentat, aliquid operis faceret & non saltaret * - - *Absit ergo à sanctitate tua hoc credere, ut Epistola nunc nobis mittantur à Christo. Sufficiat enim quod locutus est in Prophetis, per seipsum, & per suos Apostolos. Nam & his non literas transmittebat è cœlo* ** *sed Spiritu Sorum corda replebat. Exceptis enim decem praeceptis, quae in tabulis lapideis mirabiliter data sunt, ad nullum Prophetarum aut Apostolorum Epistola missa sunt de cœlo. Non igitur credas quae nunquam facta leguntur, quae etsi facta essent, post praedicationem Evangelii jam necessaria non sunt. Et, si forte ipsum nomen novum te delectavit, quia ipsa Epistola, sicut simulator scripsit, de cœlo descendit super altare Christi in memoria* (n) *S. Petri Apostoli, scito diaboli esse*

* Augustinus tract. 3. in Ioh. *Quanto melius fœmina eorum lanam facerent, quam illo die in summœnia saltarent. Absit, fratres, ut illos dicamus servare sabbatum.* ** Ad Paulum Apostolum de cœlo locutus est Act. IX. 4. sq. (n) In templo in memoriam S. Petri Romæ exstructo.

Digitized by Google

esse figmentum, & omnem Scripturam Divinam, Epistolam aut Epistolas esse cœlestes & ad nos de cælo fuisse transmissas. Medio seculo octavo Adelbertus (o) Episcopus Gallus, ejusdem argumenti, nescio an eandem (p) sub nomine Christi Epistolam jactavit, quæ in Hierosolymam sit delapsa. Vide Acta Synodi Romanæ sub Zacharia A. 745. habitæ actione 2. T. 6. Concil. edit. Labbeanæ p. 1560. (q) Hæc ipsa Epistola est quam vulgavit illustris doctrinæ vir

(o) De hoc Adelberto sive Aldeberto confer Bonifacii Martyris & Archi Episc. primi Moguntini Epistolam 135. ad Zachariam Pontificem. Edidit Bonifacii Epistolas Nic. Serarius Mogunt 1605. 4. (p) Sane utraque à commendatione diei Dominicæ incipit & pleraque alia videntur convenire. (q) Titulus Epistolæ hic ibidem refertur: *In Dei nomine incipit Epistola Domini nostri Jesu Christi filii Dei quæ in Hierosolyma cecidit, & per Michael Archangelum inventa est ad portam Ephrem, & per manus sacerdotis nomine Leoræ Epistola ista relecta fuit & exemplata: & transmisit eam ad Hieremiam civitatem ad alium sacerdotem nomine Talasium, & ipse Talasius transmisit eandem ad Arabiam civitatem ad alium sacerdotem Leobanium, & ipse Leobanius transmisit Epistolam istam ad Vetfaviam civitatem quam recepit Macherius sacerdos Dei & transmisit in montem sancti Michael Archangeli. Et ipsa Epistola per manus angeli Domini pervenit ad Romanam civitatem ad locum sepulcri Sancti Petri ubi claves regni cœlorum constitutæ sunt: & duodecim papati qui sunt in Romana civitate triduanas fecerunt vigilias, & in jejuniis & orationibus permanserunt diebus ac noctibus.* Sequitur inde: *Zacharias sanctissimus ac beatissimus Papa dixit: Pro certo, fratres charissimi, iste Aldebertus in insaniam est conversus, & omnes qui hac utuntur scelerata Epistola, more parvulorum absque memoria mentium sunt, & muliebribus sensibus insaniunt.*

Digitized by Google

Stepanus Baluzius in appendice Actor. veterum T. 2. Capitularium Regum Francorum p. 1396. ex schedis Petri de Marca Archi Episcopi Parisiensis, descriptam ex quodam veteri codice Hispaniæ Tarraconensis, quanquam in notis ad Capitularia p. 1137. illam diversam esse suspicatur, quod Capitulum in quo ejus mentionem fieri putat, editum fuit A. 789. in Capitulari(r) Aquisgranensi can. 76. T. 1. p. 239. repetitum in Capitulari Caroli M. lib. 1. c. 73. p. 715. & in appendic. Reginonis c. 1. Sed quanquam in illo Capitulo Epistola memoratur, quam transacto anno (hoc est A. C. 788.) aliqui dixerunt de cœlo lapsam, fieri tamen potest ut vel de alia Epistola ibi sermo sit, quam de edita à Balluzio, vel quod magis credo, ut eandem Epistolam diversis temporibus jactaverint atque in lucem produxerint alii, itemque alii. Sed ut hanc ipsam quam Adelbertus commendavit Epistolam eandem plane à Baluzio editam esse lector cognoscat, eam una cum barbarismis atque hiatibus suis hoc loco integram describam. *In nomine Domini. Incipit Epistola Salvatoris Domini nostri Jesu Christi filii Dei*

(r) Verba Capitularis hæc sunt: *Pseudepigrapha & dubia narrationes vel quæ omnino contra fidem Catholicam sunt, ut Epistola pessima & falsissima, quam transacto anno dicebant aliqui errantes & in errorem alios inducentes quod de cœlo decidisset, nec credantur nec legantur, sed comburantur, ne in errorem per talia scripta Populus mittatur, sed soli Canonici libri & Catholici tractatus & sanctorum auctorum dicta legantur & tradantur.*

Digitized by Google

Dei quæ in Hierosolymis cecidit, Michael ipsam deportavit, & inventa est ad portam Efrem per manus sacerdotis nomine Eros. Et ipsa Epistola ad Erim civitatem directa est ad alium sacerdotem nomine Leopas. Leopas vero direxit ipsam Epistolam ad Cappadociam. Et tunc collecti sunt XV. Episcopi in unum, & triduanum jejunium fecerunt, in vigiliis & orationibus insistentes, simulque & omnes Presbyteri, Diacones, Clerici, & omnes populi tam è viris quam mulieribus collecti sunt in unum, & plorayerunt ubi inventa est & à Domino directa Epistola. Carissimi fratres, audite & auscultate qualem nobis Epistolam direxit Dominus è cœlo, non tantum nisi ut corrigamus nosmet ipsos de omni cœcitate hujus seculi, antequam veniat ira furoris Domini super nos. Denique non pro aliud nisi sanctum diem Dominicum custodiendum & decimas fideles Deo reddendum, sicut scriptum est: (s) Die Dominico sedentes in foro, & causas judicandi otiosas. Venationes in eodem die non colligere. Pecora in eodem die non mulgentes, sed pauperibus vestris aut comparibus non habentes distribuere. Boves tuos in eodem die non mittas laborare. Propter quod non custoditis diem Dominicum, veniat super vos judicium Domini. Et propterea lugebunt & - - - - generaliter periculum terræ & captivas animas ducet - - - - - - - ubi erit fletus & stridor dentium. Nescitis miseri quia - - - - - terram mare

(s) In Epistola puta, cujus verba deinceps sequuntur sed mutila ac truncata, cum per se tota barbara & soloœca esset.

Digitized by Google

mare & omnia quæ in eis sunt ornam - - - - : - - - tea Adam de limo terræ plasmavi & edi - - - - - - - - - - - - bit omnis peccatus in terra, donec - - - - - (t) ——— Nihil aliud operantes in die Dominico nisi ad Ecclesiam concurrere, solemnitates Domini audire, & post hæc infirmos visitare, mortuos sepelire, tribulantes consolare, discordantes pacificare, crucem Christi in omnibus venerare, deponentes nitidas vestes, in saccis & ciliciis & cinere versari, sicut Ninivitæ fecerunt, & sic liberati sunt ab ira furoris mei. Miseri populi cur non timetis, ut possitis evadere iram meam. Corrigite vos antequam veniat ira mea super vos & omnes habitantes in terra, qui nolunt custodire mandata mea & diem sanctum Dominicum colere & venerare. Ponite miseri mortem ante oculos vestros die noctuque, quia nescitis qua hora auferantur à vobis animæ vestræ & deducantur à Diabulo in gehenna ignis, ubi nulla erit requies nisi fletus & ululatus. Admoneo vos per Epistolam istam ut custodiatis omnia quæ dixi vobis. Quod si non custodieritis, mittam super vos lapides calidos, ignem & flammam producentes cum magno pondere qui consumant vos usque ad - - - - - - anei qui deglutiant homines aut velut passer triticum ita devoret vos infernus - - - - - - - os serpentes pinnatas malas & pessimas qui devorent - - - - tributio. Si non egeritis pœniten-

(t) Hoc loco multa deesse notat Baluzius.

Digitized by Google

tentiam & - - - - - - - in quibus bibitis (u) vos & filii vestri - - - (x) ——— Dico vobis conjuratio fidelis populi, permaneat in vobis gratia mea qui sum *Deus* vester. Vigilando & orando vel eleemosynas faciendo, facta mala relinquendo, homicidia relaxando, viduas & orphanos diligendo, pro peccata vestra semper orando, mala pro malo non reddendo, diem sanctum Dominicum custodiendo, compari tuo caritatem & fidem perfectam tenendo. Si hæc feceritis, in regno meo eritis mecum regnaturi in secula seculorum Amen. Filii parentes non maledicant, neque parentes filios, quia maledictio patris & matris eradicat fundamenta domus filiorum. Ecce fideliter iterum dico vobis, ad Ecclesias meas cum oblationes frequenter venite. Lectiones divinas intento corde audite ut salvi esse possitis. Qui dissimulaverit ad fontes aut ad arboribus aut ad petra fuerit inventus sacrificare, aut ad sepulcra mortuorum præsumserit incantare, aut in quolibet locis tergere (y) anathemabo eum & peribit in inferno inferiori, quia omnis incantator non habebit partem in regno meo. Ille tamen qui dimiserit sanctum diem Dominicum, & non coluerit eum sicut oportet, anathemabo eum. Maleficos, divinos, incantatores, auguriatores fugite. Jejuniũ observate. Vestras decimas

(u) *bibitis* pro *vivitis* ut in vett. inscriptionibus *bixit* pro *vixit*. (x) Heic iterum multa desunt notante Baluzio. (y) *augurjare*.

Digitized by Google

mas de quantum habueritis, in Ecclesias meas ponite. Estote assidue sine peccato. Recordate tabulas Moysi famulo meo & legem & præcepta quæ dedi ei ad prædicandum in populis ut timeant me & custodiant illam. Moneo vos per Epistolam istam ut in Ecclesias meas nullus sit, non vir, non mulier, qui præsumat fabulare aut verbosare aut sedere (z) aut ante Missa egredere, donec compleantur solleinnia, anathema sit. Anima illa tale non colligam in paradiso meo. Amen dico vobis, si non corrigeritis vosmet ipsos, mittam super vos brucus (a) & locustas, qui comedant fructus vestros, & lupos rapaces, qui comedant vos, quia non custodistis diem sanctum Dominicum. Qui ipsum non custodierit maledictus erit. Die Dominico non levare vestimenta, non caput neque capillos tondere. Qui hæc fecerit, anathema sit. Si custodieritis mandata mea, avertam faciem meam à vobis & non mittam in domibus vestris omnem malitiam & amaritudinem & infirmitatem. Si quis tamen in die Dominico aut causas voluerit committere vel intentiones facere, aut rixas commiserit, mittam in eis pustellas, accessiones & langores, & omne genus infirmitates. Et pro eo quod non concurritis ad Ecclesias meas, sed magis ad mercimonia vel ad silvam vel otium, & per plateas sedere, fabulas vanas loquere

(z) Stantibus enim orandum & auscultandum. (a) Βρύχους.

Digitized by Google

quere, & me non timere & Ecclesias meas non venerare, propter hoc tradam vos in fame & in manus gentium (& non pluam super vos) incredulorum, paganorum, qui Epistolam istam non custodiunt. Jam enim vobis ante legem meam mandavi, sed minime custodistis diem sanctum Dominicum. Propterea mittam gladium meum super vos quia non custodistis hæc omnia. Amen dico vobis, Crucifixus fui propter vos & resurrexi die *D*ominica, adscendi ad dextram Dei, & requiem dedi omnibus die Dominico. In ipso feci cœlum & terram, solem & lunam, mare & omnia quæ in eis sunt. Et postea Adam de limo terræ plasmavi & die Dominico sanctificavi & dedi requiem in ipso, ut bene agant & sine pressura sint & requiescant per omnia. Sacerdotibus meis præcepi per Epistolas & libros ut legem istam fideliter narrent, ut die *D*ominico & festivitates meas fideliter custodiant, quia pagani sunt in terra, qui non custodiunt legem meam. Et si non custodieritis omnia quæ præcepi vobis, mittam super vos tribulationes & grandines & tempestates & siccitatem, qui exterminet fructum operum vestrorum, & non habebitis partem mecum, neque cum angelis meis neque cum martyribus meis. Amen dico vobis, si non custodieritis sanctum diem Dominicum mittam super vos fame & frigore & æstum gravem in messes & in vineas vestras

sive

sive omnes labores vestros, & ad alios demonstrabo & vobis non dabo quia decimas vestras de quantum habuistis dare noluistis. Inde ad decimum revertatur. Amen dico vobis, *Die Dominico* observate cum omni diligentia, sicut nec ipsas oleras in hortibus vestris die *Dominico* colligatis. Si hæc feceritis, vos mulieres, mittam super vos serpentes pinnatas qui comedant & percutiant mamillas vestras. Amen dico vobis, si non custodieritis sanctum diem Dominicum, omnia mala mittam super vos. Nam si custodieritis mandata mea & feceritis ea, dabo vobis benedictionem meam, & multiplicabo labores vestros usque ad abundantiam & usque ad messem, & usque ad vindemiam & pomiferum, & totam substantiam, & quæcunque petieritis dabo vobis. Amen dico vobis, si non custodieritis mandata mea, omnia mala habebitis, & addam vobis malum super quod habuistis. Et si fuerint Presbyteri aut Diaconi ubicunque invenerint Epistolam istam, legant & aperiant illam ad omne populum, frequenter admoneant ut recedant ab iniquis suis operibus. Et omnis qui hoc audierit & non crediderit anathema sit. *Ego* sum Dominus Deus vester qui crucifixus fui propter vos, ut custodiatis vosmet ipsos. Per ipsam Epistolam quæostensi vobis, suscipite illam & toto corde sine dubio credite & audite frequenter quia non fuit ab homine scripta neque ab angelo neque ab Archangelo, nisi de verbo meo

Digitized by Google

meo & de ſvavitate mea, quia vera eſt ſcripta & à ſupremo throno transmiſſa fuit, ut credatis. Et ſi vos emendare nolueritis, parate vos ad pœnam menſe Novembrio. Sic erit grandis metus ſuper vos. Vermis, focus, & flamma, quatenus alios comedat vermis, & alios cremet ignis, & cæterorum ut credatis quia mundus iſte judicatus eſt in grandi ruina. Juro vos per Epiſtolam iſtam quia aliam vobis nunquam mittam antequam veniat judicium meû ſuper vos. Educ Epiſtolam iſtam per univerſum populum denuntiare. *Finit. Ut clarus & pius Dominus noſter Jeſus Chriſtus inſpirare & liberare dignetur Amen. Cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

VII. Incertum eſt an ſub Chriſti nomine venditata fuerit alia quædam Epiſtola cœlitus ut ajebant delapſa,* de qua Sigebertus Gemblacenſis in Chronico ad A. C. 1032. *Iſtiusmodi decretum à Francie Epiſcopis datum eſt ſervari ſubjectis ſibi populis. Unus eorum dicit cœlitus ſibi delatas eſſe literas, quæ pacem monerent renovandam in terra, quam rem mandavit cæteris, & hac tradenda dedit populis:* Arma quisque non ferret, directa non repeteret, ſui ſangvinis vel cujuslibet proximi ultor minime exiſtens, percuſſoribus cogeretur indulgere. Jejunium in pane & aqva omni ſexta feria ſervarent, & in ſabbato à carne & liquamine abſtinerent, ſoloque hoc contenti jejunio, in omnium peccatorum remiſſionem, nullam ſibi ſcirent adjiciendam

Dd pœ-

* Ut liber Elceſaitarum de quo Euſeb. VI. 38. Hiſt. Eccleſ. & Theodoritus hæret. fab. II. 3.

Digitized by Google

pœnitentiam, & hæc ſervare ſacramento firmarent, quod qui nollet, Chriſtianitate privaretur, & exeuntem de ſeculo, nullus viſitaret, nec ſepulturæ traderet. *Alia quoque importabilia quamplura dedere* (a) *mandata, quæ oneri viſa ſunt replicare. Hanc mandatorum novitatem cum multi cupidi novarum rerum libentius juſto amplecterentur, Gerardus Cameracenſis Epiſcopus qui ſolus Lotharienſium appendebat ad Parochiam Francorum, nullius hortatu potuit adduci ad hæc ſuſcipienda, ſed ſingula capitula refellebat, dicens genus humanum ab initio trifariam eſſe diviſum, in orantibus, pugnatoribus, agricultoribus* (b) *& unum duorum & duos unius egere auxilio, ideo debere arma ferre & rapinas reddi pro auctoritate legis & gratia, ultorem percuſſi vel occiſi non exacerbari cogendo, ſed ſecundum Evangelium ei reconciliari. Jejunium in ſexta vel ſeptima feria nec omnibus unum eſſe imponendum, quia non eſt una omnibus poſſibilitas: nec omnes hoc uno jejunio contentos eſſe, quia non eſt una omnium pœnitentium qualitas. Hac ſacramento firmare, vel ſacramenti violationem perjurio augere, non eſſe utile: His contradicentes excommunicari, infirmis viſitationem vel mortuis ſepulturam negari, eſſe deteſtabile. Sufficere authentica Patrum decreta & ſuper his neglectis impoſitum congruenter pœnitentia modum.* Quin Glaber Radulphus (ut obſervatum Rev. D. Ittigio (c) ubi de

(a) Literæ nempe ab Epiſcopo illo jactatæ. (b) Sive in Eccleſiaſticos, civiles ac militares. (c) In Heptade diſſertationum ſubjecta Appendici Exercitatt. de Hæreſiarchis p. 112.

Digitized by Google

de pseudepigraphis Christi agit) lib. 4. Hist. c. 5. Francica ejusdem temporis Concilia describens, Epistolæ cœlitus delatæ ne meminit quidem, sed tantum dicit totam multitudinem ut præsulum suorum præceptis obediret paratissimam fuisse, non minus *quam si vox demissa è cœlo hominibus in terra loqueretur*.

VIII. Aliud exemplum geminæ impostoræ idem Vir præstantissimus observat ex Dodechino Abbate monasterii S. Dysibodi (d) narrante quod A. C. 1096. post multa quæ tum contigerunt portenta Petrus quidam claustris suis egressus totum orbem commoverit, Epistolam quandam circumferens quam cœlitus lapsam asserebat, ut his artibus Christianos ad Hierosolymam occupandam excitaret. Præterea commenta alia* recentiora eodem loco à Rev. Ittigio observata, & statim ab omnibus simulac prodita sunt explosa atque rejecta. Neque diutius immorabor regulæ capitibus XXXI. comprehensæ, quæ inscribitur *Regula S. Salvatoris, data divinitus ab ore Jesu Christi, devotæ sponsæ suæ Brigittæ*, atque inter opera Brigittæ Svecicæ medio seculo decimo quarto claræ prodiit Romæ 1557. fol. ut alias jam editiones silentio involvam. Nolo etiam hoc loco inserere Epistolam quam à Christo ad verbum ut ajunt dictatam Baptistæ de Varanis legas in ejus vita editam à Dan. Papebrochio T. 7. Act. Sanctorum Maji p. 494.

(d) In Continuatione Chron. Mariani Scoti T. 1. scriptor. German. Joh. Pistorii p. 462. * Adde Epistolam Christi ad Concil. Constantiense quam è Bibl. Brunsvic. S. Andreæ profert Flacius

IX. LITURGIAM Salvatoris noſtri Æthiopica lingva Ioh. Michael Wanslebius Ordinis Dominicani Monachus in Europam attulit, & ad calcem opuſculorum Æthiopicorum Jobi Ludolfi Lond. 1661. impreſſorum ipſo inconſulto adjunxit, multis vitiis in latina verſione contaminatam, ut qveritur vir excellentiſſimus Commentario ad Hiſt. Æthiopicam p. 341. ubi eandem Æthiopice & latine emendatius recuſam exhibet. Idem p. 346. obſervat quod Liturgia Domini noſtri dicatur, non quod ille haberetur autor, ut Wanslebio viſum, ſed quia ſingillatim in ejus honorem fuerit deſtinata. Sic & liturgias quæ ſub Mariæ, Petri, Matthæi, Jacobi, Johannis, *Marci* & aliorum Apoſtolorum Apoſtolicorumque virorum nomine veniant, putat ita dictas vel quod in eorum feſtis recitarentur, vel alioqui in eorum quorum nomen præ ſe ferunt honorem denominatæ fuerint. Confer quæ adverſus γνησιόητα illarum Liturgiarum differunt Johannes Bona (e) lib. 1. rerum liturgicarum c. 8. Rich. Simon in ſupplemento ad Leonem Mutinenſem c. 18. & in not. ad Gabrielem Philadelph. p. 204. ſq. 248. 288. ſq. Nicolaus Nourrit (le Nourry) in Apparatu ad Bibl. Patrum, Natalis Alex. & alii ex iplis Romanæ Eccleſiæ ſociis, ne Reformatos memorem Mornæum, Cocum, Rivetum, Caveum, & ex noſtris Johannem Gerhar-

in Catalogo teſtium Veritatis. (e) Hic tamen Liturgiam Jacobi genuinam eſſe contendit, quod facit etiam Leo Allatius, cui ſingulari quæ extat in ejus γνησιότητος.

Digitized by Google

hardum τὸν μακαρίτην Confessionis Cathol. lib. 1. part. 2. c. 8. D. Dorscheum in mysaria Missæ c. 7. §. 17. seq. & Rev. D. Ittigium in Heptade dissertationum p. 222. seq.

X. Apud Johannem VIII. 6. in historia adulteræ, de qua infra in fragmentis Evangelii Nazaræorum dicturus sum, mentio fit scripturæ cujusdam à Christo in terram exaratæ. ὁ δὲ Ἰησοῦς κάτω κύψας τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. & 8. καὶ πάλιν κάτω κύψας ἔγραφεν εἰς τὴν γῆν. *Jesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terra - - & iterum se inclinans scribebat in terra.* In codice Græco MSto Evangeliorum quo in Hungaria apud Illustrem Paulum Eubeswaldium Baronem usum se testatur eruditissimus Wagenseilius commentario ad Setam p. 33. legitur τῷ δακτύλῳ ἔγραφεν ἑκάστου αὐτῶν τὰς ἁμαρτίας, cujus glossematis vestigium extat apud Hieronymum lib. 2. adversus Pelagianos p. 194. *Jesus inclinans se digito scribebat in terra. Eorum videlicet qui accusabant & omnium peccata mortalium. Secundum quod scriptum est in Propheta* (Ierem. XVII. 13.) *relinquentes autem te in terrâ scribentur.* Confer Haymonem & Rabanum ad Johannis locum, à quorum sententia non valde diversus Ambrosius Epist. 58. ad Studium, *Hoc prævidens*, inquit, *Dominus Jesus inclinato capite scribebat in terra. Quid scribebat nisi illud Propheticum* (Jerem. XXII. 29. seq.) *Terra, terra, scribe hos viros abdicatos.* Idem Epistola 76. ad eundem Studi-

Digitized by Google

um: *Et scribebat in terra. Quid? utique dicent* (Matth. VII. 3.) *festucam qua in oculo est fratris tui vides, trabem autem quæ in oculo tuo est, non vides.* Mihi quidem maxime probatur Bedæ (f) sententia existimantis Christum nihil aliud scripsisse digitis, quam ore quæ statim prolocutus (g) esse dicitur verba: *Qui sine peccato est, primus in eam lapidem mittat.* Etsi sunt qui cum Euthymio (h) plane nihil à Christo scriptum esse existimant, sed tantummodo simulatum scribentis gestum, tanquam ad ea, quæ dixissent Pharisæi, parum attendentis. Hoc qui senserunt, addiderunt apud Johannem μὴ προσποιούμενον, *dissimulans*, se nimirum intelligere legisperitorum & Pharisæorum verba, quod in quinque codicibus reperisse se Beza testatur. Sed ut præteream, in plurimis libris MSS. hoc omitti, non video cur dissimulasset Servator quod mox clara voce prodidit. Nec prætereundum quod de Menedemo Eretriate, quem ἐπισκάπτην καὶ παῤῥησιαστὴν vocat, narrat Laërtius lib. 2. sect. 127. observatum etiam doctissimo Cle-

(f) Eandem sententiam Ambrosio tribuit Joh. Wilhelmus Hilliger in Exercitatione de scriptione Christi in terra §. 18. Sed in Ambrosii lib. 3. de Spiritu S. c. 2. etsi locum Johannis laudatum, hoc tamen neutiquam in mentem illi veniisse reperio. (g) Sic de Zacharia Luc I. 63. ἔγραψε λέγων, Juvencus: *tabulas cum scribere tentat, implicitam solvit per verba sonantia linguam.* (h) Hic solus è Græcis historiam mulieris adulteræ explanavit, ut notavit Sixtus Senensis quem de hoc ipso Johannis loco videas licet lib. 2. Bibl. S. p. 89. seq. & Joh. Eusebium Nierenbergium lib. XI. de Origine Scripturæ S. cap. 1.

Digitized by Google

Clerico ad Hammondum: μειρακίᾳ γῆν καλ᾽ ϑεασυνομένῃ, εἶπε μὲν ἀδὲν, λαβὼν δὲ κάρφος διέγραφεν εἰς τὸ δάφος περαινομένῃ σχῆμα, ἕως ὁρώντων πάντων συνὲν τὸ μειράκιον τὴν ὕβριν ἀπελλάχϑη. *Cùm adoleſcens andacter adverſus illum inferretur, dixit quidem nihil, caterum ſumta feſtucâ pingebat in pavimento ejus, qui muliebria pateretur figuram, donec ſpectantibus omnibus adoleſcens inſigni contumelia notari ſe intelligens abſceſſit.*

XI. Solet etiam à Sixto Senenſi & aliis nonnullis qui de ſcriptis Chriſto tributis agendum in ſe ſuſceperunt afferri quod Paulus 2. Cor. III. 3. Corinthios vocat *Epiſtolam Chriſti*, Φανερούμενοι ὅτι ἐστὲ ἐπιστολὴ χριστῦ διακονηϑεῖσα ὑφ᾽ ἡμῶν ἐγγεγραμμένη οὐ μέλανι ἀλλὰ πνεύματι ϑεῦ ζῶντος. Nimirum quemadmodum Philoſophus apud Laërtium & Stobæum dixit formæ elegantiam eſſe πάσης ἐπιστολῆς συστατικωτέραν *præſtare quâvis Epiſtola commendatitia*, ita & Apoſtolus hoc loco negat ſe indigere literis ſyſtaticis, cum luculentiſſimæ & haud inficiandæ Epiſtolæ commendatitiæ inſtar apud omnes ſibi ſint Corinthii, quos ad Chriſtianiſmum converſos recte poſſit Epiſtolam ſuam, ſive potius Epiſtolam Chriſti ipſius, ſuo tamen ſcriptam miniſterio appellare, non inſcriptam chartæ perituræ atramento delebili, neque tabulis lapideis inſculptam ut olim lex; ſed potentia divina & ſpiritu Dei impreſſam cordibus. Clemens Alex. III. 12. pædagog. p. 262. d. Τοιοί δὲ μὲν οἱ λογικοὶ νόμοι οἱ παρακλητικοὶ λόγοι

Digitized by Google

οὐκ ἐν πλαξὶ λιθίναις δακτύλῳ γεγραμμέναις Κυρίου, ἀλλ' ἐν καρδίαις ἀνθρώπων ἐναπογεγραμμένοι ταῖς μόνον φθορὰν οὐκ ἐπιδεχομέναις. Simili phrasi librum electionis οὐ μέλανι ἀλλὰ χάριτι scriptum eleganter dixere Chrysostomus ac Theophylactus: & legem cordi inscriptam Apostolus Rom. II. 15. de qua loqvendi formula consulendæ Menagii notæ ad Laërtii lib. 6. sect. 5. Josephus quoque lib. 2. contra Apionem p. 1072. de legibus divinis loqvens, Τοιγαρῶν, inquit, ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς αἰσθήσεως αὐτὰς ἐκμανθάνοντες ἔχομεν ἐν ταῖς ψυχαῖς ἐγκεχαραγμένας. De eadem phrasi ex scriptoribus Græcis ac latinis veteribus multa idem clariss. Johannes Clericus in arte Critica part. 1. p. 241. parte 2. p. 726.

XII. Superest ut paucis agam de EPISTOLA Christi alia, non improprie ita dicta, sed quam vere, ac si Nicephoro lib. 2. c. 7. credimus, ἰδίαις χερσὶ ΑΔ ABGARUM (h) Edessæ

(h) Ita scribendum videtur hoc nomen. Ita occurrit in numis Antonini Pii, Severi & Gordiani, & in inscriptione quam edidit Sirmundus ad Sidonium Apollinarem p. 50 Equidem apud Dionem lib. 40. p. 129. apud Xiphilinum in Antonino Caracalla & Avito sive Pseud Antonino p. 332. & 351. edit. Rob. Steph. apud Herodianum, Procopium Cæsariensem aliosque Ἄβγαρος. Sed hæc non major diversitas est quam inter Δαβὶδ & Δαυίδ. Edessenorum Reges communi nomine Abgaros h. e. magnos Arabum lingva appellari, uti eorum filios Asgaros sive parvos, ex Pocockio observat Illustris Ez. Spanhemius dissertationibus de usu ac præstantia numismatum p. 421. seq. quas vide itidem p. 86. seq. Abgarorum regulorum sive toparcharum Edessæ seriem qualis ex veteribus scriptoribus constat, exhibuit Clarissimus J.

Digitized by Google

ſæ (i) Regem ſcripſiſſe dicitur. Eam præmiſſa Abgari ad Chriſtum Epiſtola primus (k) ex Archivis Edeſſenis protulit Euſebius libro primo Hiſt. Eccleſ. cap. 13.

Οὐδὲν δὲ οἷον καὶ αὐτῶν ἐπανελθόντα τῶν ἐπιστολῶν ἀπὸ τῶν ἀρχείων ἡμῖν ἀναληφθείσων, καὶ τόνδε αὐτοῖς τοῖς ῥήμασιν ἐκ τῆς Σύρων φωνῆς μεταβληθέντων τὸν τρόπον.

Verſio Rufini.

Hæc in archivis publicis Edeſſenæ civitatis in qua Abgarus regnavit, ita deſcripta reperimus in his chartis quæ geſta Regis Abgari ſervata antiquitus continebant. Et ut evidens dictorum veritas fiat, ipſarum exemplaria Epiſtolarum ex Syrorum lingva (l) translata ponemus.

E. Grabe in notis ad T. 1. Spicilegii Patrum p. 314. ſeq. Joh. Reiskius lib. de imaginibus Jeſu Chriſti p. 24. ſeq. & ante utrumque Henricus Valeſius ad Excerpta Peireſciana p. 101. quo in loco vir ſummus contendit nomen hoc ſcribendum eſſe "Αγβαρος vel "Αχβαρος. Idem tamen non modo in notis ad Euſebium p. 31. affirmat minime contemnendam eſſe alteram ſcripturam "Αβγαρος, ſed & illam in Euſebii ſui textum conſtanter recepit. (i) Edeſſam intellige non Macedonicorum Regum cœmeterium, ſed civitatem Osdroënæ in Syria provinciæ, de qua viri docti ad Stephanum Byz. & qui numos urbium ac coloniarum illuſtrarunt Joh. Valens & Harduinus. De Edeſſæ fatis per ſequiora ſecula, hinc inde mentio apud Gregor. Abulfarajum, Johannem Malelam & alios Chronicorum ſcriptores. Neſcio utrum lucem adſpexerint Franciſci Griſendi Memoriæ Edeſſenæ ſive hiſtoria de Archi Epiſcopatu & Eccleſia civitatis Edeſſæ, quarum meminit Proſper Mandoſius in Bibl. Romana T. 1. p. 345. (k) Niſi hoc ante Euſebium forte fecerat Julius Africanus, ut ex Georgii Syncelli p. 359. colligit laudatus Grabe. (l) Non

Digitized by Google

Ἀντίγραφον Ἐπιστολῆς γραφείσης ὑπὸ Ἀβγάρου Τοπάρχῃ Ἰησοῦ, καὶ πεμφθείσης αὐτῷ διὰ Ἀνανίου ταχυδρόμου εἰς Ἱεροσόλυμα.

Exemplar Epistolæ scriptæ à Rege Abgaro vel Toparcha ad Jesum, & missæ Hierosolymam per Ananiam (m) cursorem.

Ἄβγαρος Τοπάρχης Ἐδέσσης Ἰησοῦ Σωτῆρι ἀγαθῷ ἀναφανέντι ἐν τόπῳ Ἱεροσολύμων χαίρειν. Ἤκουσά μοι περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, ὡς ἄνευ φαρμάκων καὶ βοτανῶν ὑπὸ σοῦ γινομένων. Ὡς γὰρ λόγος τυφλοὺς ἀναβλέπειν ποιεῖς, χωλοὺς περιπατεῖν, καὶ λεπροὺς καθαρίζεις, καὶ ἀκάθαρτα πνεύματα

Abgarus Uchaniæ (n) filius Toparcha, Jesu salvatori bono(o) qui apparuit in locis Hierosolymorum, Salutem. Auditum (p) mihi est de te & de sanitatibus quas facis, quod sine medicamentis aut herbis fiant ista per te, & quod verbo (q) tantum cœcos facis videre, & claudos

crediderim, ab ipso Eusebio. (m) In testamento Ephremi Syri: πέμψας δὲ ἀγγέλων αἰωνίων ηὐλόγησε τὴν πόλιν ἐδράσας αὐτῆς τὰ θεμέλια. Quo in loco idem doctissimus Grabe T. I. spicileg. p. 2. scribit αἰωνίαν ηὐλόγησε τὴν πόλιν. Sed præstat cum Rev. D. Ittigio in Heptade dissertationum p. 101. legere: δι' ἀγγέλου Ἀνανίου. (n) Οὐχάμου. Vide Valesi. ad Euseb. (o) MS. Bodlejanum quod inspexit Clariss. Grabius: ἀγαθῷ ἰατρῷ. Quod videtur esse ab aliquo qui nomen σωτῆρος non alio sensu intellexit, ratus incredibile esse quod à regulo Ethnico pro salvatore generis humani statim Dominus habitus fuerit. (p) Matth. IV. 24. *Et abiit fama ejus in totam Syriam.* (q) Legit Rufinus: ὡς γὰρ λόγῳ &c.

Digitized by Google

μαλα καὶ δαιμόνια ἐκβάλλεις, καὶ τὰς ἐν μακροσία βασανιζομένους θεραπεύεις, καὶ νεκροὺς ἐγείρεις· Καὶ ταῦτα πάντα ἀκούσας περὶ σοῦ πάλαι νῦν ἐθέμην τὸ ἕτερον τῶν δύο, ἢ ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς καὶ καταβὰς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ποιεῖς ταῦτα, ἢ υἱὸς εἶ τοῦ Θεοῦ ποιῶν ταῦτα. Διὰ τοῦτο τοίνυν γράψας ἐδεήθην σου σκυλῆναι πρός με, καὶ τὸ πάθος ὃ ἔχω θεραπεῦσαι. Καὶ γὰρ ἤκουσα ὅτι καὶ Ἰουδαῖοι καταγογγύζουσί σου, καὶ βούλονται κακῶσαί σε. Πόλις δὲ μικρὸς ἐστί μοι καὶ σεμνὴ ἥτις ἐξαρκεῖ ἀμφοτέροις. (t)

ambulare, & leprosos mundas, & immundos spiritus ac Dæmones ejicis, & eos qui longis ægritudinibus afflictantur curas & sanas, mortuos quoque suscitas. Quibus omnibus auditis de te, statui in animo meo unum esse è duobus, aut quia tu sis Deus (r) & descenderis de cœlo ut hæc facias, aut quod filius Dei sis qui hæc facis. Propterea ergo scribens rogaverim te ut digneris usque ad me fatigari, & ægritudinem meam, (s) qua jam diu laboro, curare. Nam & illud comperi, quod Judæi murmurant adversum te, & volunt tibi insidiari. Est autem civitas mihi parva quidem sed honesta, quæ sufficiat utrisque.

(r) Simile judicium Act. XIV, 6. XXVIII, 11. Marc. XV, 39. Vide & Joh. III. 2. (s) Podagrâ laborasse Abgarum tradit Procopius lib. 2. de bello Persico c. 12. (p. 65. edit. Hœschelii.) Cedrenus p. 145. addit lepram nigram. Unde fallitur Lud. de Dieu ad Xaverianam historiam Christi p. 610. (t) Hoc loco in quibusdam Eusebii codicibus sequuntur hæc

Digitized by Google

Τὰ αὐτιγραφέντα ὑπ' Ἰησοῦ διὰ Ἀνανίας ταχυδρόμου τοπάρχῃ Ἀβγάρῳ.

Ἄβγαρε, μακάριος εἰ πιστεύσας ἐν ἐμοὶ μὴ ἑωρακώς με. Γέγραπται γὰρ περὶ ἐμοῦ, τοὺς ἑωρακότας με μὴ πιστεύσειν μοι, ἵνα οἱ μὴ ἑωρακότες αὐτοὶ πιστεύσωσι καὶ ζήσωνται. Περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι ἐλθεῖν πρός σε, δεῖ ἐστὶ πάντα δι' ἃ ἀπεστάλην ἐνταῦθα πληρῶσαί με. καὶ μετὰ τὸ πληρῶσαι, ἅπερ ἀναληφθῆναι πρὸς τὸν ἀποστείλαντά με. Καὶ ἐπειδὰν ἀναληφθῶ, ἀποστελῶ σοι τινὰ τῶν μαθητῶν μου, ἵνα ἰάσηταί σου τὸ πάθος,

Exemplum rescripti ab Iesu per Ananiam cursorem, ad Abgarum Toparcham.

Beatus es quia credidisti in me cum ipse me non videris. Scriptum est enim de me (u) quia hi qui me vident non credent in me, & qui non vident me (x) ipsi credent & vivent. De eo autem quod scripsisti mihi ut veniam ad te, oportet me omnia, propter quæ missus sum huc explere, & posteaquam complevero, recipi ad eum à quo missus sum. Cum ergo fuero assumptus, mittam

verba, non lecta Rufino, & quæ Eusebii haud esse Valesius affirmat se pro certo habere: Καὶ ταῦτα μὲν ἅπερ ἐγράφη ἐκ τῆς θείας αὐτοῦ τέως μικρὸν ὑπερασάσης ἐλλάμψεως. Ἄξιον δὲ καὶ τῆς πρὸς τὸν Ἰησοῦν αὐτῷ διὰ τῶν αὐτῶν γραμματοκομιστῶν ἀποσταλείσης ἐπακοῦσαι ὀλίγοις ἔχω μὲν πολυδυνάμως δὲ Ἐπιστολῆς τοῦτον ἐχούσης καὶ αὐτῆς τὸν τρόπον. (u) Es. VI. 9. Matth. XIII. 13. (x) Es. LII. 15. Sane cum his Prophetæ locis sensui Epistolæ magis convenit quam cum loco quem plerique hic respiciunt Joh. XX. 29.

Digitized by Google

καὶ ζωὴν σοι καὶ τοῖς σὺν σοὶ παρέσχηται. tam tibi aliquem ex discipulis meis (y) ut curet ægritudinem tuam, & vitam tibi atque his qui tecum sunt (z) præstet. (a)

(y) Apud Cedrenum & in MS. Bodlej. quod inspexit Grabius, additur: ὀνόματι Θαδδαῖον. Hunc nempe post Christi adscensionem à Thoma Apostolo ad Abgarum missum esse ejusque morbum curasse ex iisdem archivis Edessenis refert eodem loco Eusebius. Confer quæ infra ad nonum librum Abdiæ. (z) Vales. *tuisque omnibus*: h. e. non tantum propinquis ac familiaribus sed etiam subditis, si audimus Montacutium parte 2. Origg. Ecclesiast. p. 61. (a) Constantinus Porphyrogenneta in narratione de Edessena Christi imagine edita à Combefisio manipul. rer. CPolitanar. p. 81. Cedrenus p. 145. MS. Bodlejanum Grabio & aliud Vindobonense Lambecio lib. V. commentarior. p. 9. inspectum addunt hæc verba: καὶ τῇ πόλει σου γενήσεται τὸ ἱκανὸν πρὸς τὸ μηδένα τῶν ἐχθρῶν καθισχῦσαι αὐτῆς. In Epistola Christi ad Abgarum qualem ex Bibl. D. Joh. Elichmanni Arabice & latine, ab Eusebiana in multis discrepantem & plurimum interpolatam edidit Lud. de Dieu ad Xaverianam historiam Christi p. 612. additamentum illud ita exprimitur: *Et ubicunque collocaveris hanc Epistolam meam, non valebit potestas hostium adversantium & oppugnantium accedere ad te, & erit civitas tua benedicta propter te in æternum.* Hoc Epistolæ ἀπόκρυφον antiquis ignotum & sibi suspectum esse profiteretur Procopius, videtur tamen respicere Ephræm Syrus in testamento, verbis supra ad lit. m. allegatis. Aperte laudat Darius Comes in Epistola ad Augustinum quæ inter Augustinianas edit. Lovan. est 263. Benedictin. 230. in Basileensibus & aliis antiquioribus desideratur: *Affuit Deus Regi, sanatus est, & amplificato petitionis munere per Epistolam non modo salutem ut supplici, sed etiam securitatem ut Regi transmisit. Jussit insuper & urbem ab hostibus in perpetuum esse, ac semper im-*

Digitized by Google

Has Epistolas ita ut ab Eusebio prolatas sunt in Archivis extitisse Edessenis, non puto esse dubitandum. Neque quicquam in illis continetur indignum Christo, neque si pro genuinis habeantur error aliquis ex illis confirmari poterit. Merito tamen assensus sustinendus est (b) ubi de primis originibus & vetustate

munere. Procopius addit Edessenos constanter hoc Christi literis annexum asseverare & Epistolam eo modo descriptam in vicem φυλακτηρίου sive amuleti in portis urbis suæ posuisse. Ab eventu etiam comprobatum affirmat Evagrius IV. 27. Hist. quanquam non diu post Evagrii mortem imperante Phoca Edessam à Persis captam esse constat. Epist. ad Abgarum αὐτόγραφον deinde dicitur pervenisse Cpolin sub Romano Argyropulo, cumque ibi diu in magna veneratione fuisset, temporibus Andronici Comneni tandem sublatum esse furto. Vide quæ ex Zonara, Cedreno & Niceta Choniate Rev. D. Ittigius in Heptade dissertatt. p. 104. 105. Sigillum quoque Epistolæ huic à Christo subjectum memorat Cedrenus his verbis: Ἐπιθεὶς ἐν τῷ τέλει καὶ σφραγίδα γράμμασιν ἑβραϊκοῖς ἐνσημανθεῖσαν ἔπλα, ἅτινα μεθερμηνευόμενα ταῦτα δηλοῦσι, Θεοῦ θεαθὲν θαῦμα θεῖον. *Dei spectatum Divinum miraculum.* Lambecius in MS. Vindobonensi reperit subjectas has septem siglas X. Ψ. X. F. T. P. A. Verum hisce recentiorum commentis non plus fidei habendum est quam fabulæ de imagine Christi per portitorem Epistolæ delineata & Abgaro reddita, quam præ cæteris diligentissime refellit Johannes Reiskius de imaginibus Jesu Christi Exercitat. 1. (b) Rich. Simon. lib. 1. Hist. Crit. N. T. c. 3. p. 24. *Je veux croire que ces lettres ont été trouvées en effet dans les archives de la ville d' Edesse. Mais il ne faut pas ajouter foy avec trop de facilité aux premiers origines des Eglises. Chacune eleve son antiquité le plus qu' il luy est possible, & l' on ne fait même aucun scrupule en*

Digitized by Google

te singulari Ecclesiarum confirmanda agitur. Quo enim majorem autoritatem sibi conciliarent & remotiorem jactare possent antiquitatem inprimis laborare solebant, ut interdum non dubitarent etiam falsa monumenta supponere, veris destituti. Plurimum etiam me movet Augustini ratio XXVIII. 4. contra Faustum Manichæum: *Si prolata fuerint aliqua litera quæ ipsius proprie Christi dicantur, unde fieri poterat, ut si vere ipsius essent, non legerentur, non acciperentur, non præcipuo culmine autoritatis eminerent in ejus Ecclesia quæ ab ipso per Apostolos succedentibus sibimet Episcopis usque ad hæc tempora propagata dilatatur.* Hoc cum minime factum sit, nec primis tribus ante Eusebium seculis, quibus altum ubique de his Epistolis silentium, neque etiam post, Gelasio (c) insuper Apocryphis illas audacter adscribente: malo illis accedere, qui Christo literas hasce suppositas esse arbitrantur, ut faciunt ex ipsis Romanæ Ecclesiæ sociis Laurentius Valla, Des. Erasmus, Melchior Canus, Rob. Bellarminus, Franciscus Costerus, Nic. Rigaltius, Adrianus Bailletus & Rich. Simon; præcipue vero Natalis Alexander &, Ludovicus Elias du Pin. (d) E Protestantibus pauciſſimi

tes occasions de supposer des Actes, lors qu'on n'en a de vrais. (c) In loco quem adduxi supra p. 138. (d) Ad horum argumenta respondere conatus est Tillemontius p. 993. & 1112. sqq. Tom. memor. Hist. Eccles. Respondit etiam Grabius notis ad Tomum primum spicilegii, sed dubito an alteruter ex asse satisfecerit vel paucis rationibus hoc loco è majore minus concludentium numero à me selectis. Idem dixerim.

Digitized by Google

quidam fuerunt qui non pseudepigraphis accéserent, Rich. Montacutius Origg. Eccles. parte 2. p. 63. Samuel Parkerus in libro Anglico quo autoritatem divinam religionis Christianæ demonstrandam sibi sumpsit §. 16. p. 235. seq. & Viri doctissimi Gvil. Caveus in limine Historiæ literariæ scriptorum Ecclesiasticorum atque Joh. Ernestus Grabe in spicilegio. Adversus horum argumenta, præstantissimi Cavei præsertim, vide quæ prolixe disputant Samuel Basnage Exercitatt. ad Baronium p. 431. seq. & Philippus Jacobus Hardtmannus de rebus gestis Christianorum sub Apostolis p. 299. ne dicam de Exercitatione quam adversus eundem eruditissimum virum de Epistola Christi ad Abgarum Lipsiæ A. 1693. edidit Johannes Christophorus Frauendorfius, Naumburgensis.

XIII.

de Abbate Gallo Fayditio in commentario ad compendium sermonis sui die Polycarpi habiti p. 66. seq. Nam Gretserum quidem prætereo, qui Casauboni argumentis modestissime propositis responsurus, petulantissime insultat lib. de imaginibus manu non factis c. 3. p. 314. seq. Argumentis autem quæ adversus autoritatem Epistolæ ad Abgarum minime dixi valere, merito accenseri potest quod in Lud. Morerii *Dictionario* etiam nonæ editionis leges Eusebium ipsum totam illam historiam tantum referre tanquam ex aliorum relatione. Verba Eusebii enim sub extremum capitis 12. lib. 1. Τῆς δὲ περὶ τὸν Θαδδαῖον ἱστορίας ἡμῖν λεχθείσης non ita intelligenda sunt, sed ut Valesius recte vertit: *Historia de Thaddæo, cujus supra mentionem fecimus*; Nam paulo ante dixerat Eusebius: Καὶ Θαδδαῖον δὲ - - περὶ οὗ καὶ ἱστορίαν ἐλθοῦσαν εἰς ἡμᾶς αὐτίκα μάλα ἐκθήσομαι.

Digitized by Google

XIII. Athanasius Kircherus in China illustrata p. 1. & in prodromo Copto c. 3. meminit lapidis A. C. 782. ut præ se fert inscripti characteribus Sinicis & Syriacis, repertique in villa Sanxuen prope urbem Siganfu Regionis Xensi metropolin A. C. 1625. In hoc monumento inter alia (e) refertur Christum circa meridiem in cœlos ascendentem, XXVII. doctrinæ suæ tomos reliquisse. Minime autem dubium videtur Rev. Ittigio (f) in diss. de Patribus Apostolicis §. 1. quin autor inscriptionis quisquis ille fuerit ad Canonicos N. T. libros respexerit, quos Christi spiritus Evangelistis & Apostolis scribendos dictavit. Nam si quatuor Evangelia, Actorum librum, Apostolorum Epistolas numero unam & viginti, & Apocalypsin Johanneam computemus, viginti septem doctrinæ à Christo relictæ tomos habebimus.

(e) Verba monumenti latine reddita hæc sunt: *Animabus spiritalibus in illo tempore cum jam succurrisset, potentia negotia hùc consumasset, se ipso elevatus medio die ascendit in cœlum: Scripturarum remanserunt bis decem septem tomi, aperta est Originalis conversio* (translatio Syriaca) *ut possent homines rationales ingredi* (libros illos intelligere.) (f) Idem quoque observavit Kircherus.

Digitized by Google

DE DICTIS CHRISTI

Servatoris nostri,

Quæ in quatuor Evangeliis Canonicis non extant.

I.

S. Johannes (a) Evangelium suum obsignaturus testatur præter ea quæ hactenus descripserit, etiam alia multa fecisse Christum, quæ si singula literis mandentur, nec mundus ipse (b) libros omnes sit comprehensurus. Qui-

(a) Joh. XXI. 25. (b) Apocryphæ Petri Πράξεις apud Isidorum Pelus. lib. 2. Epist. 99. ἃ ἐχωρήσαμεν ἐγράψαμεν, ὁ δὲ κόσμος οὐδὲ τὰ γραφέντα ἐχώρησεν, ὁ γὰρ φιλοχρήματος οὐκ ἐχώρησε τὸν τῆς ἀκτημοσύνης λόγον, οὐδ' ὁ λαγνὸς τὸν περὶ σωφροσύνης, οὐχ ὁ θυμώδης τὸν περὶ πραότητος. Similiter Origenes quo hyperbolen effugiat ait hoc à Johanne dici non propter multitudinem sed magnitudinem rerum scribendarum p. 46. Philocaliæ. At nihil majus scribi potuit illis quæ scripsit Johannes. Tum hyperbole ejusmodi trita apud omnes Scriptores, etiam sacros. Præter Gen. XI. 4 Num. XIII. 24. Dan. IV. 17. Joh. XII 19. quæ loca quatuor laudavit Grotius, vide Sirach. XLVII. 16. (21.) ubi de Davide: *Terram operuit anima tua, & implevisti eam parabolis anigmatum.* Talmudici in tractatu de Sabbato: *si omnia maria sint atramentum, & omnes junci calami, & totum cœ-*

Digitized by Google

Quibus verbis non tantum ei sermo est de Servatoris miraculis, quorum alio loco diserte meminit, (c) & quem respiciens Carolus M. Imperator lib. 4. de imaginibus c. 10. *Advertant*, inquit, *hoc de miraculis, non de Epistolis, de signis non de constitutionibus intelligi posse.* Nam quis dubitet ad res gestas Christi non minus sermones & dicta pertinere quam facta atque mi-

Dd 10 racu-

lum pergamenum, & omnes homines scriba, non sufficerent ad describendas profunditates Principum sive Regum. Similem formulam in Jalkut & Schalscheleth Haccabala observavit Buxtorfius florileg. Hebr. p. 105. 106. Eadem utitur Muhamed in Corano agens de innumerabili multitudine admirandorum operum Dei, adhibuit etiam recentior Exjudæus Antonius Margarita, detestatus pertinaciam Judæorum scriptis Christianis quantumvis plurimis moveri se non sinentium. Euripides apud Stobæum Eclog. Phys. c. 7. ἢ δ' ἅπας ἂν οὐρανὸς Διὸς γράφοι τὰς βροτῶν ἁμαρτίας ἐξαρκέσειεν. Laërtius lib. 10. sect. 9. de multitudine amicorum Epicuri: ὅτε φίλοι τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, ὡς μηδ' ἂν πόλεσιν ὅλαις μετρεῖσθαι. Confucius apud Lambecium VII. p. 354. *Si de perfecti viri agamus magnitudine, orbis universus non potest eam capere ac sustentare.* Theodoritus prologo historiæ religiosæ: Εἰς γὰρ τὴν τοιαύτην συγγραφὴν ἢ δὲ ἅπας ἂν ὁ βίος ἀρκέσειεν. Æthicus p. 117. *Hæc sunt flumina Oceani occidentalis famosa. Nam si ejus flumina omnia requirantur, nec charta nec manus sufficeret.* Tzetzes ad Lycophronem v 53. Ἀλλ' εἴπερ ὁ Τζέτζης θελήσω γράφειν τὰς ἱστορίας πλατέως, καὶ τὰς ἀκροατὰς ἀντὶ σαφηνείας μᾶλλον θολώσω, καὶ βιβλιοθήκης ἂν Πτολεμαίᾳ ἐν χρείᾳ γενοίμεθ' ὡς ἐναποθεῖναι τὰ γραφησόμενα. (c) ἄλλα σημεῖα Joh. XX. 30.

Digitized by Google

racula? Sane Lucas (d) Evangelii sui argumentum breviter delineaturus dicit libro illo priore se complexum *quæcunque Jesus & fecerit & docuerit.* Atque ridiculum fuerit affirmare, Christum nihil aliud dixisse, nullum aliud protulisse verbum præter ea quæ in quatuor Evangeliis ἐνδιαθήκοις continentur. Nihil tamen dixisse vel fecisse præter ea quæ scripta sunt, quod scire nostra interest ad salutem, satis confirmat idem Johannes, dum *hæc autem scripta sunt,* (e) inquit, *ut credatis, quia Jesus est Christus filius Dei, & ut credentes vitam habeatis in nomine ejus.*

II. Lucas (f) Evangelista docet Christum discipulis binis Emauntem proficiscentibus exposuisse Scripturas omnes propheticas de se agentes, facto à Mosis scriptis initio. Hic sermo ejus à multis non immerito anxie desideratus & à Luca fortasse auditus, (g) nusquam extat. Apud eundem Lucam (h) Paulus Apo-

(d) Act. 1. 1. (e) Joh. XX. 31. (f) Luc. XXIV. 27. (g) Sunt enim qui putant alterum ex discipulis, cujus nomen Lucas præterit, fuisse Lucam ipsum. Quanquam *Simonem* mavult Origenes lib. 2. contra Cels. p. 98. & 102. pro quo in sermone 1. de tempore inter Ambrosianos perperam legitur *Amaon.* Alii *Nathanaëlem,* Cleopæ socium fuisse suspicantur. (h) Act. XX 35. Ad eadem verba alludit Clemens 1. ad Corinth. §. 2. μᾶλλον (MS. Alex. ἥδιον teste Grabio) διδόντες ἢ λαμβάνοντες. Constitutt. Apostol. IV. 3. ubi additur etiam aliud Christi dictum: Ἐπεὶ καὶ ὁ Κύριος μακάριον εἶπεν εἶναι τὸν διδόντα ὑπὲρ τὸν λαμβάνοντα. Καὶ γὰρ ἐρηται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ· ἀγαθοῦ

Digitized by Google

stolus: Δεῖ ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν ἀσθενούντων, μεμνημένους τὸν λόγον τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, ὅτι αὐτὸς

ἔχουσιν ἢ ἐν ὑποκρίσει λαμβάνουσιν ἢ δυναμένοις βοηθεῖν ἑαυτοῖς καὶ λαμβάνειν παρ' ἑτέρων βουλομένοις. *Quandoquidem & Dominus beatiorem esse dixit eum qui dat quam qui accipit; sed & ab eo etiam dictum est: Vae iis qui habent, & simulantes* (paupertatem) *accipiunt, aut qui cum sibi possint suppetias afferre, ab aliis accipere volunt.* Turrianus in præfat. ad Constitutiones: Εὐθάλιος ὁ Σύλλης Ἐπίσκοπος τῷ μεγάλῳ Ἀθανασίῳ σύγχρονος, τὸ τοῦ Κυρίου ἐν ταῖς πράξεσι, μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν, παρειληφθαι φησὶν ἐκ τῆς διδαχῆς τῶν Ἀποστόλων, ἤτοι ἐκ παραδόσεων μετ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον διὰ Κλήμεντος συγγραφεισῶν καὶ καλουμένων διαταγῶν. Neque vero sensit Euthalius Paulum vel Lucam ex Clementi tributis constitutionibus dictum illud petiisse, quo nihil absurdius dicere potuisset, sed ex διδαχαῖς sive traditionibus Apostolicis in Constitutionum opus deinde utcunque collectis. Oecumenius è Chrysostomi homil. 65. in Acta cum dixisset, ἴσως ἀγράφως παρέδωκαν οἱ ἀπόστολοι, subjungit aliam sed minus verisimilem conjecturam, verba nempe illa non ita prolata à Christo, sed ex verbis Christi, quæ extant apud Evangelistas, per ratiocinationem collecta. Cum enim divitem jussit vendere sua quæ haberet & dare pauperibus Luc. XVIII. 22. re ipsa docuisse quod beatius sit dare quam accipere. At diserte vocantur verba illa λόγος sive λόγοι τοῦ Κυρίου, quos lubet jam etiam illustrare quibusdam externorum suffragiis. Plutarchus 2. adversus Colotem ex Epicuro: ἓν ποιεῖν ἡδιόν ἐστι τοῦ πάσχειν. Epicurus iterum apud Plutarchum lib. de disserendo cum Principibus: τοῦ ἓν πάσχειν τὸ ἓν ποιεῖν οὐ μόνον κάλλιον ἀλλὰ καὶ ἡδιον εἶναι· χαρᾶς γὰρ οὐδὲν ὅτως γόνιμον ὡς χάρις.

Digitized by Google

εἶπε· Μακάριόν ἐστι διδόναι μᾶλλον ἢ λαμβάνειν. *Oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Jesu, quoniam ipse dixit: beatius est magis dare quam accipere.* Quæ verba in Evangeliis etiam ab ipso Luca omittuntur, Paulo ex conversatione cum discipulis Christi innotuerunt.

III. Aliis quæ feruntur Christi dictis minor est autoritas, quia minus certis testimoniis constat ita à Christo fuisse prolata. Triplicis autem generis dicta Christo tributa observavi. Aut enim in paucis quibusdam Evangeliorum Canonicorum codicibus adsuta sunt, ex Apocryphis ut par est credere Evangeliis: aut allegantur à Patribus verba, Evangelistarum non recte memoria tenentibus aut de industria interpolantibus, aut interpolato codice usis: aut denique à vetustis scriptoribus è traditione vel Apocryphis scriptis tanquam Christi dicta proferuntur. Primi generis tria illustria exempla in præsenti adducam. Post Lucæ VI. 5. non tantum in uno Codice Græco Rob. Stephani sed & in vetustissimo illo Græco-latino quem Cantabrigiensi Academiæ donavit Theodorus Beza, hæc verba leguntur: τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ θεασάμενός τινα ἐργαζόμενον τῷ σαββάτῳ, εἶπεν αὐτῷ· Ἄνθρωπε, εἰ μὲν οἶδας τί ποιεῖς, μακάριος εἶ·

Seneca VI. 29. de beneficiis: *Quanto hoc honestius votum est, opto in eo statu sit, quo semper beneficia distribuat, nunquam desideret.* Idem Epist. 81. dixit *gaudere magis sapientem dato quam alium accepto.* Alia vide apud Grotium ac Pricæum.

Digitized by Google

εἶ· Εἰ δὲ μὴ οἶδας, ἐπικατάρατος καὶ παραβάτης εἶ τοῦ νόμου. *Eodem die cum quendam conspexisset operantem sabbato, dixit ei: Heus tu, si quidem ipse nosti quid agas, beatus es: sin autem non nosti, exsecrabilis es & legis transgressor.* Beza annotavit hæc in Ecclesia non legi, neque sibi videri sapere majestatem aut etiam veritatem Evangelicam. Laudat deinde locum Marci II. 28. unde colligas Viro illi docto visum pugnare cum veritate Evangelica, quod transgressorem sabbati execrabilem Dominus appellasset. Contra Grotius postquam narrationem hanc spuriam esse contenderat, quod neque Metaphrastæ veteres nec qui ad hunc locum scribunt ejus meminissent historiæ: *Quin pugnat*, inquit, *cum perpetuo Christi instituto, qui doctorem hic agens nemini legis Hebraæ gratiam fecit. Erat enim ea potestas cœlesti regno ipsius reservata.* Antonius vero Loisellus (i) Advocatus Parisien-

(i) Ex ejus verba è Gallico à me translata: *Absurdum prima fronte videtur affirmare quod recte agat qui opus famulum fecerit die Sabbati sciens, at qui nesciens, idem faciat pessime. Potius enim excusatione dignum esse eum qui nesciens malum committit, & contra hoc ipso male facere, qui sciverit. Verum considerantes Servatorem nostrum frequenter in sermone suo uti parabolis atque anigmatis, animadvertemus, quod significare verbis his voluerit, hominem illum, si jam esset ex suorum numero, atque per prædicationes vel Johannis vel suas ita ad se conversus, ut sciret jam nihil amplius esse sabbatum, ipsum & hominis, non hominem sabbati causa factum esse; neutiquam peccare, utpote jam liberatum à lege atque immunem. Contra si in veteri adhuc instituto legi obnoxius*

Digitized by Google

sis p. 20. seq. Opusc. ex eodem Marci loco bonum ac congruentem veritati Evangelicæ sensum in his verbis ostendere conatur, suffragante Paulo Colomesio Observationum sacrarum p. 143. Quicquid vero hujus sit, videtur ex Apocrypho aliquo Evangelio (k) adsutum, quale fuit Ægyptiorum vel Nazaræorum. Nam quod idem Grotius à *M*arcionita quodam adjectum suspicatur, & Antonius Arnaldus in dissertatione de MSto Bezæ adversus Rich. Simonem, audacter affirmat sapere Manichæorum & Marcionitarum manus atque officinas, vix ac ne vix quidem poterit probari. In Marcionis quidem Evangelio non fuisse, manifesto patet ex *E*piphanio & Tertulliano (l) qui hæretici

versaretur, utique rem sieri violata adversus conscientiam suam legis atque peccatum grave admittere, quoniam peccatorum nostrorum magnitudo ex instituto atq; conscientia nostra ponderatur. (k) Richardus Simon lib. 1. Hist. Crit. N. T. c. 30. p. 376. *Fortassis historia hac petita est ex vetusto quodam libro Apocrypho in que primis Christianismi seculis inter Christianos pervulgata fuit, ut ab Apostolis forte ipsis vel eorum discipulis tradita putaretur. Itaque illi qui tot in locis codices MStos Novi Test. interpolare ausi sunt, hunc solum in finem, ut omnibus intelligibiles redderent, non dubitarunt etiam id genus narratiunculas adsuere quas veras esse arbitrabantur. Quod si plures nobis essent codices ante Hieronymum scripti, in Occidentalibus præsertim Ecclesiis, plures etiam ejusmodi additiones invenirentur nobis, quas in præsenti ignoramus, omnibus propemodum monumentis istius generis destituti.* Confer ejusdem viri eruditissimi diss. de MStis N. T. parti tertiæ Hist. Crit. N. T. subjectam p. 20. seq. & p. 54. & novas Observationes in N. T. p. 31. (l) Afferunt locum

retici illius corruptiones Evangelio Lucæ illatas ita diligenter annotarunt, ut diversas quoque lectiones codicum quibus usus fuit ei interdum imputasse videantur. Quomodo itaque hanc tanti momenti additionem prætermisissent? Præterea certum est illam narrationem proficisci potuisse ab aliquo qui à Manichæi pariter & Marcionis hæresi esset alienissimus. Neque Johannes Saubertus vir harum literarum haud imperitus usus est hæreticorum corruptionibus tribuere hoc assumentum, contentus *otioſi tantum ingenii figmentum* appellare prolegomenis ad varias lectiones Evangelii Matthæi p. 21.

IV. Post Marci XVI. 8. Beza testatur in uno se vetusto codice Græco eadem manu in ipso contextu adscripta reperisse hæc verba: *Πάντα δὲ τὰ παρηγγελμένα τοῖς περὶ τὸν Πέτρον συντόμως ἐξήγγειλαν. Μετὰ δὲ ταῦτα καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀπὸ ἀνατολῆς καὶ ἄχρι δύσεως ἐξαπέστειλε δι' αὐτῶν τὸ ἱερὸν καὶ ἄφθαρτον κήρυγμα τῆς αἰωνίου σωτηρίας. Omnia autem quæ ipsis fuerant imperata celeriter Petro & ipsius comitibus renunciarunt. Postea vero etiam Jesus ipse ab Oriente ad occidentem per eos sacrum illum & incorruptum æterna salutis nuncium promulgavit.* Idem assumentum in antiquissimo codice Bibl. Regis Galliæ num. 2861. reperisse se testatur Rich. Simon lib. 1. Hist.

Luc. VI. Tertullianus lib. 4. contra Marcionem c. 12. Epiphanius hæresi Marcionitar. T. 1. p. 323. sed de illo additamento ne γεύ.

Digitized by Google

Crit. N. T. c. XI. p. 114. non verò tanquam textum, licet insertum contextui, ut idemnotat diss. de MSS. N. T. p. 28. sed tanquam scholion, præmissis verbis: *Φέρεταί πᾳ καὶ ταῦτα, Et hæc in aliquibus codicibus reperiuntur.* Deinde post additionem illam adscriptam: Ἐστὶν δὲ καὶ ταῦτα φερόμενα μετὰ τὸ, ἐφοβοῦντο γάρ. Ἀναστὰς δὲ κ. τ. λ. *Post verba ἐφοβοῦντο γάρ* (quæ sunt postrema versus octavi capitis ultimi Marci) *in quibusdam sequitur* Ἀναστὰς δὲ κ. τ. λ. versus nonus nempe, usque ad capitis finem, ut in vulgatis codicibus habetur. Aliam additionem post ejusdem capitis versum 14. memorat Hieronymus lib. 2. adversus Pelagianos p. 193. *In quibusdam exemplaribus, & maxime in Græcis codicibus juxta Marcum in fine ejus Evangelii scribitur*: Postea cum accubuissent undecim, apparuit eis Jesus & exprobravit incredulitatem & duritiam cordis eorum, quia his qui viderant eum resurgentem non crediderunt. Et illi satisfaciebant dicentes: Seculum istud iniqvitatis & incredulitatis substantia (m) est, quæ non

(m) Hæc verba Johannes Crojus in Observationibus ad Novum fœdus c. 14. p. 111. affirmat ita Marcionistarum & Manichæorum redolere impietatem, & voces ipsas præ se ferre, ut certum sit ea ex Evangelio secundum Thomam aut secundum Philippum esse desumta. Sed nihil tale vidit Hieronymus, neque necessarium est verba hæc ex hæreticorum illorum sensum exponi. Græce videtur scriptum fuisse sic: Κἀκεῖνοι ἀπελογοῦντο, λέγοντες. Ὁτι ὁ αἰὼν ἀνομίας καὶ ἀπιστίας ὑπόστασίς ἐστιν, ὑπ᾽ ἐασασα δι᾽ ἀκαθάρτων πνευμάτων τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ δύνα-

Digitized by Google

non ſinit per immundos ſpiritus veram Dei apprehendi virtutem, idcirco jam nunc revela juſtitiam tuam. *Cui ſi contradicitis, illud certe rennere non debetis, Mundus* (n) *in maligno poſitus eſt &c.* Viciſſim verſus duodecim poſtremos capitis XVI. Marci, plures codices Græci olim deſiderarunt. Euthymius cum verſum octavum expoſuiſſet, Φασὶ δέ τινες τῶν ἐξηγητῶν ἐντᾶυθα συμπληρῶσθαι τὸ κατὰ Μάρκον Εὐαγγέλιον, τὰ δὲ ἑξῆς προσθήκην εἶναι μεταγενεσθέραν, χρὴ δὲ καὶ τᾶύτην ἑρμηνεῦσαι μηδὲν τῇ ἀληθείᾳ λυμαινόμενον. Similes notas in duobus MStis Codicibus Bibl. Regis Chriſtianiſſimi & Bibl. Colbertinæ à librariis, cum ad verſum nonum capitis ultimi Marci pervenere, adſcriptas obſervavit Rich. Simonius libri 1. Hiſt. Crit. N. T. p. 121. Ἔν τισι τῶν ἀντιγράφων ἕως ὧδε πληροῦται ὁ Εὐαγγελιστής. Ἐν πολλοῖς δὲ καὶ τᾶυτα φέρεται· Ἀναστὰς δὲ κ. τ. λ. Idem p. 120. & c. 33. p. 426. & 428. ſeq. monet in capitulorum notatione reſpondente Canonibus Euſebianis, MStos codices plerosque nullum exhibere numerum duodecim verſibus poſtremis Marci reſpondentem. De iisdem (o) Hieronymus rogatus ab

μὴν καταλαμβάνεσθαι. Οὐκοῦν ἀποκαλύπτεις τὴν ἄρτι τὴν δικαιοσύνην σᾶ. Jam ſi ὑπόστασις ἀπιστίας ita accipiatur ut 2. Cor. XI. 17. ὑπόστασις καυχήσεως, nihil reſtabit in hoc loco Manichæiſmi. (n) 1. Joh. V. 19. (o) Non de additamento quod paulo ante adduxi ex lib. 2. adverſus Pelagianos, licet de illo locum Epiſtolæ ad Hedibiam accipiunt Sixtus Senenſis lib. 7. Bibl. S. p. 743. & Cæſar Baronius ad A. C. XXXIV. num. 185. aliique.

Digitized by Google

ab Hedibia ita scribit Epist. CXLIX. qv. 3. *Quæ causa sit ut de resurrectione Domini & apparitione Evangelistæ diversa narraverint, in quibus primum quæris, cur Matthæus dixerit* (XXVIII. 1.) Vespere autem sabbati *&c. & Marcus:* (XVI. 9.) Cum autem resurrexisset. *Hujus quæstionis duplex solutio est. Aut enim non recipimus Marci testimonium quod in raris fertur Evangeliis, omnibus Græcis libris pene hoc capitulum in fine non habentibus, præsertim cum diversa atque contraria Evangelistis cæteris narrare videatur. Aut hoc respondendum, quod uterque verum dixerit* &c. Chrysostomum quoque non meminisse hujus capituli notavit Euthymius: μηδὲ τὸν χρυσόστομον ὅλως μνημονεῦσαι αὐτῶν uti ex duobus MSS. Euthymii codicibus edidit Simonius lib. 3. Hist. Crit. N. T. p. 422. castigans interpretem Hentenium, in cujus versione legas nullum plane interpretem verba illa exposuisse; Quod falsum esse vel Theophylactus & Catenæ Græcæ in Marcum autor docet. Porro in Oratione secunda de resurrectione Christi quæ fertur sub nomine Gregorii Nysseni, sed autorem habet Hesychium presb. Hierosolymitanum, sub cujus nomine edita est à Combefisio T. 1. auctarii novi Bibl. Patrum, similiter legas: ἐν μὲν τοῖς ἀκριβεστέροις ἀντιγράφοις τὸ καθ' Μάρκον Εὐαγγέλιον μεχρὶ τοῦ, ἐφοβοῦντο γάρ, ἔχει τὸ τέλος. Ἐν δὲ τοῖς, πρόσωπα καὶ ταῦτα, ἀναγὰς δὲ κ. τ. λ. Quod si jam causa inquiratur, unde factum sit ut in codicibus multis versus duodecim postremi

Digitized by Google

mi in Evangelio Marci desiderati fuerint, atque inde alio veluti supplemento eoque diverso a variis pensati; dicendum, fortassis illos vel similis ingenii Christianos, qui apud eundem Evangelistam XIII. 32. sustulerunt verba οὐδὲ ὁ υἱὸς, ut Arianorum objecta evaderent, etiam sustulisse capitulum postremum, quo effugerent calumnias Porphyrii, Juliani & aliorum infidelium. Neque causa est ob quam hæc ratio tam absurda videatur Maldonato, cum ex Hieronymi verbis ad Hedibiam appareat non temere hæc ita conjici. Cæteroqui versus duodecim postremos Marci non minus genuinos esse quam verba οὐδὲ ὁ υἱὸς in loco XIII. 32. & universum Marci Evangelium, satis confirmat tantus codicum Græcorum, Latinorum, Syr. Arab. Gothic. Anglosax. consensus, testimonia Irenæi lib. III. c. 11. Victoris Antiocheni, & aliorum veterum (p) laudata Kortholto τῷ μακαρίτῃ lib. de variis Scripturæ editionibus p. 85. Vide & D. Gerhardum in Harmonia, & lib. 2. Confess. Cathol. p. 116. seq. Glassium Philol. sacr. p. 162. sq. ac Clariss. Basnagium in Hist. Eccles. Gallice edita T. 2. lib. 1. c. 2.

V. Post Matthæi XX. 28. in Codice antiquissimo, quem Academiæ Cantabrigiensi donatum à Beza dixi, hæc leguntur Græce & latine:

Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικρὸς αὐξῆσαι καὶ ἐκ μείζονος ἐλαττοῦσθαι· καὶ ὅταν εἰσέλθητε εἰς οἰκίαν τινὰ καὶ παραδεχθῆτε, ἐσθίετε τὰ παρατιθέμενα ὑμῖν· θεραπεύετε τοὺς ἐν αὐτῇ ἀσθενεῖς· ὃ γὰρ εἰσπορεύεται εἰς τὸ στόμα ὑμῶν, οὐ κοινοῖ ὑμᾶς, ἀλλὰ τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τοῦ στόματος ὑμῶν, ταῦτα κοινοῖ τὸν ἄνθρωπον.

Vos autem quæritis de minimo crescere, & de maximo minui: & quando introieritis in domum aliquam & recipiamini, edite quæ apponuntur vobis: curate infirmos qui in ea sunt: quod enim intrat in os vestrum, non polluit vos, sed quæ exeunt ex ore vestro, hæc polluunt hominem.

(p) Illis adde si placet Constitutt. Apost. lib. 8. c. 1.

Digitized by Google

μείζον ἢ ἔλαττον (q) εἶναι. Εἰσερχόμενος δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, (r) μὴ ἀνακλείνεσθαι (s) εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπελθὼν καὶ προσελθὼν δειπνοκλήτωρ (t) εἴπῃ σοι, ἔτι κάτω χώρει, καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐὰν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον

de magno minui. Introeuntes autem & rogati cœnare, ne discumbueritis in eminentioribus locis, ne forte dignior supervenerit & accedens cœnæ invitator dicat tibi: Adhuc deorsum accede, & confundaris. Si autem discumbueris in minimum locum, & superveniat minor te, dicet tibi invi-

(q) Ex MS. Bezæ qui uncialibus literis exaratus est, verbis nullo spatio distinctis & omni accentuum adminiculo ut solent antiquissimi Codices Græci, destitutis, non potest definiri, num uno verbo legendum sit ἐλαττονεῖναι ut legit Rich. Simon lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 369. an ἔλαττον εἶναι ut Colomesius p. 80. Observatt. sacr. quod probant etiam collectores Variarum Lectionum in N. T. Oxonienſi quod Halæ Saxonum nuper recusum est, & Hammondus ad caput Matthæi XX. Bezæ tamen qui primus additamentum hoc è codice suo vulgavit licentiam miror, qui edidit ἐλαττῶσθαι. Nam ΕΛΑΤΤΟΝΕΙΝΑΙ distincte legi in MS. certum est, atque ita exhibent qui Varias lectiones N. T. collegerunt in Tomo sexto polyglotton Londinensium, & Mareschallus ad versionem Anglo Sax. p. 497. ne dicam de aliis qui hos sequuntur, ut Joh. Saubertus Var. Lect. in Matthæum p. 173. (r) Beza δειπνῆσαι. (s) pro ἀνακλίνεσθε vitiose scriptum notat Hammondus. Beza edit ἀνακλίνεσθε, atque ita Colomesius. Mareschallus ex Rob Sheringami Apographo ἀνακλείνεσθαι. (t) Hoc vocabulo usus etiam Artemidorus Aristophanius apud Athenæum lib. 4. notante Colomesio.

Digitized by Google

πον, καὶ ἐπέλθησθ ἥπτ-
ων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλή-
τωρ, σύναγε ἔτι ἄνω· Καὶ
ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον.

tator cœna : collige ad-
huc ſuperius, & erit hoc
tibi utile.

Idem additamentum in vetuſto Corbejenſi codice manu exarato verſionis latinæ ante Hieronymianæ Matthæi reperit Johannes Marcianæus (u) & Richardus Simon : (x) in translationis veteris Anglo-Saxonicæ MSS. Oxonienſi, Cantabrigienſi, Benedictino, Hattonianoque Thomas Mareſchallus. Legit etiam Juvencus (y) qui ante Hieronymum ſcripſit, lib. 3. Hiſt. Evangelicæ.

At vos ex minimis opibus tranſcendere vultis,
Et ſic è ſummis lapſi comprenditis imos.
Si vos quisque vocat cœna convivia ponens
Cornibus (z) in ſummis devitet ponere membra
Quisque ſapit, veniet forſan ſi nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu
Quem tumor inflati cordis per ſumma locarat.
Sin

(u) Confer Joh. Marcianæi animadverſiones ad veterem ante Hieronymianam Matthæi verſionem latinam Gallice ſeorſim editas Paris. 1695. 12o. Idem Marcianæus eodem anno veterem illam verſionem latinam vulgaverat ad fidem duorum codicum MSS. congregationis S. Mauri & prolegomenis notisque illuſtraverat. (x) In novis obſervationibus de textu & verſionibus N. T. p. 31. Vide & ejusdem lib. 2. Hiſt. Critic. N. T. p. 32. (y) Hoc primus quod ſciam obſervavit ſingularis & elegantiſſimæ doctrinæ Vir Paulus Colomeſius. (z) In ſtibadio ſive lecto ſemirotundo, quales fuere in quibus cibum capiebant veteres, duo primi loci erant duo cornua dextrum ac ſiniſtrum. Vide Salmaſium p. 886. ad Solin. edit. Ultraj. & ad Lampridii Heliogabal. T. 1. p. 832.

Digitized by Google

Sin contentus erit mediocria prendere cœna
Inferiora dehinc si mox conviva subibit,
Ad potiora pudens transibit strata tororum.

Leo Magnus in Epistola 55. (edit. Quesnelli 79.) ad Pulcheriam Augustam, priorem hujus additamenti partem sibi non ignotam fuisse testatur his verbis: *Sicut filius hominis non venit ministrari sed ministrare. Et tamen hæc illis tunc insinuabantur, qui de pusillo volebant crescere, & de infimis ad summa transire.* Marcianæus quoque notat priorem illam partem tantum extare in MS. latino antiquissimo Matthæi codice Bibl. S. Germani de Pratis, reliqua vero à verbis *Introeuntes autem* &c. quæ è Luc. XIV. 8. assuta videntur, desiderari. Ex his quæ jam dicta sunt manifestum videtur in quibusdam Novi fœderis codicibus veteris vulgatæ ante Hieronymianæ additionem isto in Matthæi loco fuisse, licet hoc audacter negavit Antonius Arnaldus in diss. de MSto Bezæ, Simonio opposita: Deinde falli virum Clarissimum Johannem Clericum qui in animadversionibus ad Hammondum ex hoc additamento inter alia colligit MStum Bezæ non tam continere ipsa verba Evangelistarum, quam Paraphrastæ qui subinde supplet quod deesse videtur, & minus Græca in puriorem orationem convertit, ut fecit autor Paraphraseos in Enchiridion Epicteti.

VI. Ex infinitis exemplis (a) quibus veteres Ecclesiæ Scriptores dicta Christi ex Evangeliis

(a) Plura collegit Daniel Heinsius prolegom. ad Exerci-

Digitized by Google

geliis non iisdem verbis quibus hodie in Evangeliſtarum codicibus extant, verum interpolata adducunt, memoriæ plerumque vitio, vel quod verborum curam ſusque deque haberent, vel quod apertiora reddere vellent, vel quod interpolatis codicibus eſſent uſi; hæc pauca ſeligere volui. In Epiſtola ſecunda quæ tribuitur Clementi Romano §. 8. Λέγει γὰρ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, (b) εἰ τὸ μικρὸν οὐκ ἐτηρήσατε, τὸ μέγα τίς ὑμῖν δώσει; Λέγω γὰρ ὑμῖν ὅτι ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστιν. Irenæus lib. 2. c. 64. *Et ideo Dominus dicebat ingratis exiſtentibus in eum, ſi in modico fideles non fuiſtis, quod magnum eſt, quis dabit vobis?* Confer cum his Lucam (ex quo plura teſtimonia in illa Clementis Epiſtola laudantur) cap. XIV. v. 10. 11. 12.

VII. Origenes Commentar. in Matth. XVII. 21. p. 308. Καὶ Ἰησοῦς γάρ φησι, διὰ τοὺς ἀσθενοῦντας ἠσθένουν, καὶ διὰ τοὺς πεινῶντας ἐπείνων, καὶ διὰ τοὺς διψῶντας ἐδίψων. *Ait ſiquidem Jeſus: propter infirmos infirmus fui, & propter eſurientes eſurii, & propter ſitientes ſitii.* Hunc locum ex Apocrypho quodam Evangelio depromtum putat illuſtris Huetius in notis, ſed ex Evangeliſta genuino additionibus quibusdam interpolato

Ee

tationes ſacras, cui addes Joh. Crojum Obſervatt. in Novum fœdus cap. 18. ſeqq. (b) Clariſſimus J. E. Grabe ad Irenæum p. 193. conjicit hæc petita eſſe ex Evangelio ſecundum Ægyptios. Fatetur tamen ipſe rem eſſe incertam, & convenire locum Lucæ.

Digitized by Google

lato hauſtum contendit Rich. Simon, quem vide in novis obſervatt. ad N. T. p. 3. Sententia eadem certe continetur Matth. XXV. 35. ſeq.

VIII. Clemens Alex. lib. 1. Strom. p. 346. Αἰτεῖσθε γάρ, φησι, τὰ μεγάλα, καὶ τὰ μικρὰ ὑμῖν προστεθήσεται. Origenes lib. de Orat. §. 2. & 43. Καὶ αἰτεῖτε τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ἐπίγεια ὑμῖν προστεθήσεται· *Petite magna, & parva vobis adjicientur. Et petite cœleſtia, & terrena vobis adjicientur.* Ab editore libri Origenis adnotatum eſt, forte hæc petita eſſe ex Evangelio Nazaræorum, quod ſæpius laudet Origenes. Eadem conjectura probatur doctiſſimo Grabio T. 1. ſpicilegii p. 14. Sed quia alibi Origenes Evangelium Nazaræorum laudans dubiam ejus autoritatem præfatur, iſtis autem in locis non tantum ſine præcautione laudat, ſed & reliquis S. Scripturæ dictis verba hæc præmittit, magis inclino in eam ſententiam ita lecta eſſe ab illo in interpolato quodam Matthæi codice VI. 33. quem reſpicit etiam lib. 7. contra Celſum p. 362. ἔμαθε γὰρ ἀπὸ τῦ Ἰησῦ μηδὲν μικρὸν, ἀτέσιν αἰδηπὸν ζητεῖν, ἀλλὰ μόνα τὰ μεγάλα καὶ ἀληθῶς θεῖα ὅσα συμβάλλεται διδόμενα ὑπὸ τῦ Θεῦ πρὸς ὀδεῦσαι ἐπὶ τὴν παρ' αὐτῷ διὰ τῦ υἱῦ αὐτῦ λόγυ ὄντ@ Θεῦ μακαριότητα. Lib. de Oratione §. 53. Πᾶς τοιγαρῦν ὁ τὰ ἐπίγεια καὶ μικρὰ αἰτῶν ἀπὸ τῦ Θεῦ, παρακύει τῦ ἐντειλαμένυ ἐπουράνια καὶ μεγάλα αἰτεῖν ἀπὸ τῦ μηδὲν ἐπίγειον μηδὲ μικρὸν χαρίζεσθαι ἐπισαμένυ Θεῦ.

IX.

Digitized by Google

IX. Autor *Moralium* (c) quæ referuntur ad Basilium M. regula 38. & Olympiodorus in c. 1. Ecclesiastæ, responsionem Christi ad Martham Luc. X. 42. his exponunt verbis: ὀλίγων δέ ἐστι χρεία ἢ ἑνός Hieron. Epist. ad Eustochium de custodia virginitatis: *Pauca autem necessaria sunt aut unum.* Idem moralium autor in regulis fusius disputatis interrogat. 20. Ὀλίγων δὲ ἐστι χρεία ἢ ἑνός. Ὀλίγων μὲν, δηλονότι τῶν πρὸς παρασκευήν, ἑνὸς δὲ, τῦ σκοπῦ ὥστε τὴν χρείαν ἀναπληρωθῆναι.

X. Restant denique dicta Christo tributa, quæ aliunde quam ex quatuor Evangeliis genuinis petita sunt, & veteribus scriptoribus laudantur vel ex Apocrypho quodam, sed cujus nomen non addunt, Evangelio, vel ex traditione. Horum pleraque collegit præstantissimus Grabius T. 1. spicilegii p. 12. seq. quibus nonnulla adjungam. Nihil imprimis celebrius est præcepto: *Estote probi numularii* sive *trapezita.* Γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, quod ad Christum (d) referunt scriptor κλημεντίων

(c) Vide Crojum Obs. in N. T. p. 139. seq. (d) Alii simpliciter laudant tanquam dictum aliquod Scripturæ, ut Constitutionum Apostolicarum autor lib. 2. c. 36. Clemens Alex. 1. Strom. p. 354. Origenes in Matth. XXII. 23. p. 489. Pamphilus initio Apologetici pro Origene, Palladius de vita Chrysost. c. 4. Nicephorus X. 26. Alii Apostolicam vocem vocant, ut Dionysius Alex. apud. Euseb. VII. 7. Pauli esse ait Cyrillus Alex. ad Es. III. 3. p. 56. & lib. 4. ad Joh. VII. 12. p. 407. & lib. 1. contra Nestorium p. 2. Ex Evangelio Nazaræorum petitum esse conjiciunt Usserius prolegom. ad

Digitized by Google

homil. 2. num. 51. homil. 3. num. 50. & homil. 18. num. 20.

Apelles hæreticus ap. Epiphan. XLII.

Ignat. c. 8. §. 7. Valesius ad Euseb. p. 142. & ad Socratem p. 43. Huetius ad Origenem p. 114. seq. Quamvis Joh. Crojus Obs. in N. T. c. 28. p. 213. Svicerus in Obs. sacris p 143. seq. & in thesauro T. 2. p. 1283. suspicantur veteres hæc verba collegisse è parabola Christi Matth. XXV. 27. & Luc. XIX. 13. & 23. Sed si sententiam tantum colligendo excepissent, mirum est in eadem verba tot & tantos scriptores conspirare. Itaque eruditissimus Cotelerius ad Const Apostol. II. 36. à quo loca Patrum quamplurima hoc dictum vel laudantium vel ad illud alludentium observata sunt, ex traditione sive non scripta sive in quodam melioris notæ Apocrypho (quale sane fuit Evangelium Nazaræorum) relata, putat vulgatum fuisse, Divino Novi Test. oraculo pronunciari: *Estote probi Trapezita.* Hæc verba aliquem adnotasse ad Matthæum vel Lucam: alium ad Pauli 1. Thess. V. 21. alium forte ad 1. Joh. IV. 1. Hinc modo tanquam Evangelica, modo tanquam Christi, modo ut Apostolica, & Pauli, allegata fuisse. Equidem à Cyrillo Alex. tribus in locis, Pamphilo in Apolog pro Origene & Basilio in principium Prov. cum verbis 1. Thess. V. 21. conjunguntur, & Rufinus apud Euseb. VII. 7. pro *estote probi trapezita* scripsit, *omnia legite & quæ bona sunt, tenete*, quomodo eundem ad Thessalonicenses locum laudat Augustinus de natura & grat. c. 39. In Constitutionibus Apostolicis & à Dionysio Alexandrino dictum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται ad sacerdotes & τὴς δυναστείας restringitur, (male hoc de Dionysio Alex. contra Stapletonum negat Chamierus Panstratiæ T. 1. lib. 16. c. 2. §. 20.) sed alii rectius idem spectare affirmant ad Christianos quoscunque. Porro usurpant idem effatum aut ob oculos habent præter loca jam indicata Const. Apost. II. 37. Clemens Alex. lib. 6. Strom. p 655. lib. 7. p. 754. Origenes homil. 3. in Leviticum & homil. 12. (Hieronymo 9.) in Jeremiam paulo post medium, & homil. 19. sub fin. homil. 2. in Ezech. paulo post init. & T. 12. in Matth. non longe à principio & ad

Digitized by Google

XLII. 2. Origenes Tom. 19. ad Ioh. VIII. 20. 268. Hieronymus sub extremum Epistolæ 152. Ee 3 Chry-

Matthæi XXIII. 37. item homil. 1. in Lucam, quem locum imitatur Ambrosius initio Commentar. in illud Evangelium. Idem Origenes Tom. 25. ad Joh. VIII. 46. & Tom. 32. ad XIII. 20. Athanasius Epist. ad solitarios circa principium, & homilia ad Matth. XXI. 3. T. 2. p. 662. Cyrillus Hierosol. Catechesi 6. sub fin. Basilius M. homil. in principium Proverbior. ante med. & ad Es. I. 22. III. 2. V. 20. Greg. Naz. Carmine Jambico 18. p. 218. Ambrosius in Lucæ XIX. 45. & autor commentariorum Ambrosio tributorum in Epist. ad Philem. Paulinus Nolanus Epistola 4. Hieronymus lib. 1. Apologiæ adversus Rufin. c. 4. & lib. 3. in Epist. ad Ephes. IV. ult. & V. 10. & ad Philem. 5. Cæsarius sive quisquis autor (nam è Palladio, qui post Cæsarium vixit, in vita Chrysost. c. 4. locum illum efficinm observat Cotelerius) resp. ad quæst. ult. Cyrillus Alex. in Joh lib. 3. p. 374. Procopius Gazæus in Leviticum p. 331. Joh. Cassianus collat. 2. c. 9. Gregorius Papa XXXIII. 26. moral. Damascenus Orth. fid. IV. 18. Epiphanius Diaconus serm panegyr. ad synodum generalem septimam, Petrus Siculus hist. Manichæor. sub init. Theodorus Studita serm. Catechet. 125. Eodem simili utitur Philo Judæus libro de Judice p. 557. ὁ δικάζειν εἰσιὼν καθάπερ ἀργυραμοιβὸς ἀγαθὸς διαιρείτω καὶ διακρινέτω τὰς φύσεις τῶν πραγμάτων. Cebes in tabula: διὰ τοῦτο τὸ δαιμόνιον κελεύει μὴ θαυμάζειν ὅ, τι ἂν πεάτῃ αὐτῇ, μηδὲ γίγνεσθαι ὁμοίως τοῖς κακοῖς τραπεζίταις. Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων, χαίρουσι καὶ ἴδιον νομίζουσιν εἶναι. Ὅταν δὲ ἀπαιτῶνται, ἀγανακτοῦσι &c. Synesio quoque Epist. 5. hæretici dicuntur πονηροὶ τραπεζῖται, οἱ καθάπερ νόμισμα τὸ δόγμα τὸ θεῖον παραχαράττοντες.

Digitized by Google

Chrysostomus serm. cur in Pentecoste Acta Apostolorum legantur, paulo post init. Socrates III. 16. Hist. Eccles. Joh. Cassianus collat. I. 20. & Autor vitæ Syncleticæ apud Coteler. 1. monument. Eccles. Gr. p. 269.

XI. Aliud Christi dictum commemorat Barnabas in Epistola num. 4. his verbis: *Nihil enim proderit nobis omne tempus vitæ nostræ & fidei, si non odio iniquum & futuras tentationes habeamus, sicut dicit filius Dei: Resistamus omni iniquitati & odio habeamus eam.* Hugo Menardus suspicatur hæc Barnabam vel ab ipso Christo vel ab aliquo ejus discipulo accepisse, nisi forte ex Apocrypho aliquo petitum fuit Evangelio, perinde ut alterum Christi dictum quod extat in eadem Epistola num. 7. Οὕτω, φησὶν, οἱ θέλοντές με ἰδεῖν καὶ ἅψασθαί με τῆς βασιλείας, ὀφείλουσι θλιβέντες καὶ παθόντες λαβεῖν με. *Sic, inquit, qui volunt me videre, & ad regnum meum pervenire, debent per afflictiones ac tormenta possidere me.*

XII. Apud Clementem Alex. lib. 6. p. 636. seq. Petrus (incertum (e) quo in Apocrypho libro) hæc ad Apostolos dixisse Dominum testatur: Ἐὰν μέν τις θελήσῃ τῷ Ἰσραὴλ μετανοῆσαι, καὶ διὰ τοῦ ὀνόματός μου πιστεύειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἀφεθήσονται αὐτῷ αἱ ἁμαρτίαι. (f)

Μετὰ

(e) Verisimile est Clementem hoc hausisse ex κηρύγματι sive prædicatione Petri, ex qua in præcedentibus etiam nonnulla repetit. (f) Ita distingvenda esse hæc verba recte observarunt Viri doctissimi Joh. Pearsonius ad Acta Apostolor.

Digitized by Google

Μετὰ δώδεκα (g) ἔτη ἐξέλθετε εἰς τὸν κόσμον, μή τις εἴπῃ, ὡς ἠκούσαμεν. *Si quis ergo velit ex Israël duci pœnitentiâ, & per nomen meum credere in Deum, remittentur ei peccata. Post duodecim annos egredimini in mundum, ne quis dicat: non audivimus.* Eusebius lib. 5. c. 18. Hist. Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν Σωτῆρά φησι προστεταχέναι τοῖς ἁγίοις Ἀποστόλοις, ἐπὶ δώδεκα ἔτεσι μὴ χωρισθῆναι τῆς Ἱερουσαλήμ. *Adhæc tanquam ex veterum traditione refert Dominum Apostolis suis præcepisse, ne intra duodecim annos Hierosolymis excederent.* Excerpit illo in loco nonnulla ex Apollonio seculi secundi Scriptore, qui contra Montani hæresin scripsit.

XIII. In Epistola secunda quæ jam ab antiquissimis temporibus legitur sub nomine Clementis Romani ad Corinthios, num. 4. Διὰ τοῦτο ταῦτα ἡμῶν πρασσόντων, εἶπεν ὁ Κύριος, ἐὰν ἦτε μετ' ἐμοῦ συνηγμένοι ἐν τῷ κόλπῳ μου, (h) καὶ μὴ ποιῆτε τὰς ἐντολάς μου, ἀποβαλῶ ὑμᾶς καὶ ἐρῶ ὑμῖν, (i) ὑπάγετε ἀπ' ἐμοῦ, οὐκ οἶδα ὑμᾶς, ἐργάται ἀνομίας. *Idcirco nobis hæc facientibus dixit Dominus: si fueritis mecum congregati in sinu meo, & non*

Ee 4 *fece-*

p. 62. Gvil. Caveus in Hist. literar. ubi de Petro agit, & J. E. Grabe in spicilegio T. 1. p. 67. (g) Henricus Dodwellus de jure Laicor. sacerdotali p. 204. existimat hanc revelationem respici Act. XIII. 2. Quo in loco fateor nullum me illius videre vestigium, etsi Apostolos per duodecim annos Hierosolymis mansisse non obstante persecutione Act. VIII. 14. puto ex Luca quoque probabile videri. (h) Similis locus Jerem. XXII. 24. (i) Confer Matth. XVII. 23. Luc. XIII. 27.

Digitized by Google

fecerit tis mandata mea, abjiciam vos, & dicam vobis: Discedite à me, nescio vos unde sitis, operarii iniquitatis. Et num. 5. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος, Ἔσεσθε ὡς ἀρνία ἐν μέσῳ λύκων. (k) Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος αὐτῷ λέγει. Ἐὰν οὖν διασπαράξωσιν οἱ λύκοι τὰ ἀρνία; Εἶπεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Πέτρῳ· Μὴ φοβείσθωσαν τὰ ἀρνία τοὺς λύκους μετὰ τὸ ἀποθανεῖν αὐτά· Καὶ ὑμεῖς μὴ φοβεῖσθε τοὺς ἀποκτείνοντας ὑμᾶς, καὶ μηδὲν (l) ὑμῖν δυναμένους ποιεῖν, ἀλλὰ φοβεῖσθε τὸν μετὰ τὸ ἀποθανεῖν ὑμᾶς ἔχοντα ἐξουσίαν ψυχῆς καὶ σώματος τοῦ βαλεῖν εἰς γέενναν πυρός. *Ait enim Dominus: Eritis velut agni in medio luporum. Respondens autem Petrus ei dicit: Si ergo lupi agnos discerpserint? Dixit Jesus Petro: Ne timeant agni post mortem suos lupos; & vos nolite timere eos qui occidunt vos, & postea nihil vobis possunt facere, sed timete eum qui postquam mortui fueritis, habet potestatem animæ & corporis ut mittat in gehennam ignis.* Et num. 8. Λέγει πάλιν τοῖς λέγει· Τηρήσατε τὴν σάρκα ἁγνὴν καὶ τὴν σφραγῖδα (m) ἄσπιλον, ἵνα τὴν αἰώνιον ζωὴν ἀπολά-

(l) Ibid. v. 28. Dandamis apud Palladium de Brachmanibus p. 24. Ἐὰν δέ μοι τὴν κεφαλὴν ἀφέλῃ Ἀλέξανδρος, τὴν ψυχὴν οὐκ ἀπολέσει, ἀλλὰ μένει αὐτὴ μόνη σιωπῶσα, ἡ δὲ ψυχὴ πρὸς τὸν δεσπότην ἀπελεύσεται (m) Baptismus σφραγὶς, ut circumcisio Rom. IV. 11. Vide & 2. Cor. I. 22. Eph. I. 13 IV. 30. Sigillum illud immaculatum servatur abstinendo ab injustitia 2. Tim. II. 19. In eadem Epistola Clementis paulo ante: τὴν σάρκα ἁγνὴν τηρήσαντες καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου φυλάξαντες ληψόμεθα ζωὴν αἰώνιον.

Digitized by Google

λάβητε. (n) *Hoc ergo dicit Dominus: Servate carnem castam, & sigillum immaculatum, ut recipiatis vitam aeternam.*

XIV. Justinus Martyr in Dialogo cum Tryphone Judæo p. 267. Διὸ καὶ ὁ ἡμέτερος Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἶπεν. Ἐν οἷς ἂν ὑμᾶς καταλάβω, ἐν τούτοις καὶ κρινῶ. *Quocirca & Dominus noster Jesus Christus* (o) *dixit: in quibus vos deprehendero, in eis etiam judicabo.*

(n) Ita habuerunt verba quæ in Apocrypho Evangelio (Ægyptiorum forte) legit Clemens, etsi ipse applicans illa ad se & Corinthios scripsit ἀπολάβωμεν. (o) Gemina plane verba, *Dei per Prophetam* vocat Elias Cretensis in resp. ad Dionysium Monachum T. 1. juris GræcoRomani p. 337. & autor regulæ solitariorum c. ult. Ita Clemens Alex. in libro quis dives salvetur §. 40. de Deo Patre loqvens ait: ἐφ' οἷς γὰρ ἔυρω ἡμᾶς, φησὶν, ἐπὶ τούτοις καὶ κρινῶ, licet Ioh. Fellus Oxonienſis Epiſc. in editione ſua ibi annotavit petitum eſſe ex Evangelio Apocrypho. Prophetæ Ezechieli adſcribit Johannes Climacus in ſcala paradiſi gradu 7. p. 159. & vita B. Antonii c. 15. in vitis Patrum p. 41. Conſer Ezech. VII. 3. 8. XVIII. 30. XXIV. 14. XXXIII. 20. Chriſto tribui à Nilo apud Anaſtaſium Sinaitam qv. 3. p. 43. conjicit Clariſſimus Grabius T. 1. ſpicileg. p. 327. quia poſt verba οἷον γὰρ ἔυρω σε, τοιοῦτον σε κρινῶ ſubjungit, φησὶν ὁ Κύριος. Sed verba φησὶν ὁ Κύριος Prophetæ ſunt non Nili ut patet ex lib. 2. Conſultationum Zachæi & Apollonii c. 18. T. 10. Spicilegii Dacheriani *Nolo dubites, præſentia ſemper non præterita Deum cenſet, Hoc enim ait: In qua via te invenero, in ea te judicabo, dicit Dominus.* Memoratur idem dictum in Apophthegmatibus Patrum à Corelerio editis T. 1. monument. Eccleſiæ Græcæ p. 675. ad quem locum in notis p. 821. ſeq. plures veteres ſcriptores il-

Digitized by Google

XV. Apud Irenæum (p) lib. 1. adversus Hæreses c. 17. hoc dictum Christi refertur: Πολλάκις ἐπεθύμησα ἀκῦσαι ἕνα τῶν λόγων τούτων, καὶ οὐκ ἔσχον τὸν ἐρῦνα. *Sæpius concupivi audire unum ex sermonibus istis, & non habui qui diceret mihi.* Neque omittendum quod Irenæus hæc verba refert inter ea, quæ in genuinis Evangeliis occurrentia hæretici falsis interpretationibus suis depravarint. Ἔνια δὲ, dixerat paulo ante, καὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ κειμένων εἰς τοῦτον τὸν χαρακτῆρα μεθαρμόζουσι. *Quædam autem etiam eorum quæ in Evangelio posita sunt, in hunc characterem* (sensum hæreticum) *transfigurant.*

XVI. Idem Irenæus lib. 5. cap. 33, *Quemadmodum presbyteri* (q) *meminerunt, qui Ioannem dis-*

lud laudantes, inusitata plane, sed viro illi doctissimo solenni diligentia observantur Basilius M. Epist. ad Chilonem, Amphilochius Orat. de pœnitent. p. 106. Hieronymus Epist. 46. ad Rusticum c. 4. Gennadius Scholarius lib. de vitæ termino & prædestinat. p. 21. Johannes Damascenus I. 14. & II. 86. parallel. allegans verba Clementis Alexandrini, Balsamon ad Canonem Neocæsarienſem 12. Testamentum XL. Martyrum ap. Lambec. lib. 4. p. 99. Theodorus Studita catechesi 36. Joh. Geometra &c. Cæterum non putem Apocryphum Ezechielis librum ab autore vitæ Antonii vel Joh. Climaco inspectum esse, sed potius ex Prophetia Ezechielis qualis hodie extat sententiam ab aliquo exsculptam, & deinde pluribus repetentibus invaluisse, licet non eadem plane verba apud Ezechielem leguntur. Deinde nisi Justinum Martyrem memoria lapsum dicere velimus, qui solus verba illa Christo tribuit, & plus simplici vice in allegandis scriptoribus hallucinatus est, probabile sane fuerit ab eo lecta esse in Apocrypho aliquo Evangelio. Sensus idem Concil. XI. 3. (p) Græca servavit Epiphanius XXXIV. 8. (q) Papias potissimum, cujus disci-

Digitized by Google

discipulum Domini viderunt, audisse se ab eo, quemadmodum de temporibus illis (r) *docebat Dominus, & dicebat: Venient dies in quibus vineæ nascentur singulæ denæ millia palmitum habentes, & in uno palmite* (s) *denæ millia brachiorum, & in uno brachio palmitis* (t) *denæ millia flagellorum,* (u) *& in unoquoque flagello denæ millia botruum, & in unoquoque botro denæ millia acinorum, & unumquodque acinum expressum dabit viginti quinque metretas vini.* (x) *Et cum eorum apprehenderit aliquis sanctorum*

pulum Irenæum vocat Hieron. Epist. 29. ad Theodorum. Atque is præ cæteris innui videtur quoties ad presbyteri vel presbyterorum traditionem provocat, quod sæpius facit, Irenæus. (r) Regni puta millenarii in terris (s) Loqvendi genus quale Es. XXX. 26. cui loco addes ubi lubebit Menassen Israelidem III. 6. de resurrect. mortuor. Vir Clarissimus Thomas Hyde in libro de Schachiludio & Nerdiludio producit Indi cujusdam votum in hanc sententiam: *O Rex, mille annos in regno vivito, & Regina mille annos in toro ejus sit, & sit quilibet annus mille mensium, & quilibet mensis mille dierum, & quilibet dies mille horarum, & quilibet hora mille annorum.* In Epistola lectu dignissima Ebn Tophail quæ sub Philosophi αὐτοδιδάκτου nomine Arabice & latine à præstantissimo Pocokio edita est, p. 167. Hai Ebn Yokdam videt *Essentia hujus mundi esse septuagies millenæ facies, & unicuique faciei septuagies millena ora, & unicuique ori septuagies millenæ linguæ, quibus laudat essentiam unius illius veri entis, illamque sanctificat & celebrat indesinenter.* (t) Ita legendum videtur pro *in uno vero palmite.* (u) Flagella vitis vocantur unde prodeunt botri. Plinius XVII. 23. *De cætero putatione omni flagella quæ proxime tulerunt recidantur,* Et paulo ante eodem capite: *Prima falce sex pedes à terra recidatur, flagello infra relicto & nasci coacto incurvatione materiæ.* (x) His

Digitized by Google

botrum, alius clamabit: Botrus ego melior sum, me sume, per me Dominum benedic. Similiter & granum tritici decem millia spicarum generaturum & unumquodque granum quinque bilibras simila clara munda: (y) *& reliqua autem poma & semina & herbam secundum congruentiam iis consequentem: & omnia animalia iis cibis utentia, quæ à terra accipiuntur pacifica & consentanea* (z) *invicem fieri*

sub-

jungere liceat quæ de convivio in diebus Messiæ parando tradunt Judæi apud Bartoloccium T. 1. Bibl. Rabbin. p. 519. seq. Christianum Gersonem in Talmude lib. I. c. 16. Hulsium Theol. Judaic. p. 230. seq. &c. Sed nec ipsos Judæos hæc ad literam intelligere patet, & præ se ferunt etiam è Christianis Viri insignes D. Joh. Adam Scherzerus in Operæ pretio Orientali, Wagenseilius præf. ad Sota, & Joh. Henricus Wolfius in fabula Judaica de portentosæ magnitudinis ave, quibus merito assentior, etsi fatendum est Mysticas quas dant Judæi expositiones sive morales, sive Physicas, sive Theologicas, esse plerumque durissimas & longe petitas, ut ostendit Gvil. Henricus Vorstius in bilibra veritatis p. 175. seq. 393. seq. ipsisque inspectis quilibet sanus affirmabit. (y) Secundum Judæos frumenta producent in diebus Messiæ placentas, frangent se invicem & dejicient similam in terram. Vide Raymundum Martini in pugione fidei part. 3. dist. 3. c. 15. & ibi Voisinii notas, Galatinum X 4. de arcanis Cathol. ver. Quibus Clarissimus Grabius T. 2. spicilegii p. 231. addit hæc R. Davidis Kimchi in Oseæ XIV. 8. *Sunt qui exponunt ista verba: vivent tritico, quod futura sit mutatio naturæ in triticum, quando venturus est ille Goël sive Messias.* Recte vero idem Vir doctus observat totam hanc ῥῆσιν quam in præsenti loco Papias apud Irenæum Christo tribuit, ab ejus simplici gravitate & charactere dictorum quæ genuini quatuor Evangelistæ consignarunt adeo diversam esse, ut vix sibi persvadere possit illam ex ore Servatoris nostri promanasse. (z) Confert Irenæus eodem capite loca Es XI. 6. seq. &

Digitized by Google

subjecta hominibus cum omni subjectione. Hæc autem & Papias (a) *Joannis auditor, Polycarpi autem contubernalis, vetus homo per scripturam testimonium perhibet in quarto librorum suorum: sunt enim illi quinque libri conscripti. Et adjecit dicens: Hæc autem credibilia sunt credentibus. Et Juda, inquit, proditore non credente & interrogante: Quomodo ergo tales genituræ à Domino perficientur? dixisse Dominum: Videbunt qui venient in illa.*

XVII. PseudoLinus de passione Petri Apost. *Unde Dominus in mysterio* (b) *dixerat: si non feceritis dextram sicut sinistram & sinistram sicut dextram, & quæ sursum sicut deorsum & quæ ante sicut retro, non cognoscetis regnum Dei.*

XVIII. Præter hæc dicta Christo tributa, quæ calamo meo sese obtulere, adhuc alia quædam ex Evangeliis secundum Hebræos, secundum Ægyptios, aliisque veteres proferunt. Ea habes in notitia Evangeliorum Apocryphorum quam hic infra subjeci.

LXV. 25. (a) Græca apud Eusebium III. 39. Histor. Ταῦτα δὲ καὶ Παπίας Ἰωάννου μὲν ἀκουστὴς, Πολυκάρπου δὲ ἑταῖρος γεγονὼς, ἀρχαίῳ ἀνήρ, ἐγγράφως ἐπιμαρτυρεῖ ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν αὐτοῦ βιβλίων· Ἔστι γὰρ αὐτῷ πεντε βιβλία τεταγμένα. (b) i.e. verbis obscurioribus & plenis mysterii, de tollendo discrimine inter Judæos & gentiles.

Digitized by Google

Notitia & Fragmenta Evangeliorum (XL. fere*) Apocryphorum, Ordine Alphabetico disposítorum.

I. EVANGELIUM SECUNDUM (a) ÆGYPTIOS.

S. Clemens Romanus Epist. II. §. 12.

Ἐπερωτηθεὶς αὐτὸς ὁ Κύριος ὑπό τινος, πότε ἥξει αὐτοῦ ἡ βασιλεία; Interrogatus à quadam (b) ipse Dominus, quando venturum esset

* Titulos collegi quinquaginta, sed ex his plures tituli interdum unum tantum, ut ostendi, designant scriptum. Itaque numerus ita contrahendus fuit, ut singulis genuinis Evangeliis dena circiter respondérent Apocrypha Evangelia. (a) Laudatus Vir J. E. Grabe in spicilegio Patrum T. 1. p. 31. sq. existimat hoc Evangelium compositum à Christianis Catholicis in Ægypto, antequam Lucas Alexandriæ suum scriberet: Et hoc imprimis respexisse Lucam cum in limine Evangelii affirmat, plures ante se de rebus Christi scribere conatos fuisse. Meminit hujus Evangelii etiam Origenes supra p. 131. & ex eo Hieronymus in loco statim afferendo, tum Titus Bostrensis & Theophylactus initio suorum in Lucam commentariorum. (b) A Salome, ut docet Clemens Alexandr. lib. 3. Strom. p. 465. ubi hunc locum ex Evangelio secundum Ægyptios petitum testatur.

Digitized by Google

εἶπεν· [ὅταν ὸ τῆς αἰσχύνης ἔνδυμα πατήσητε, καὶ] ὅταν ἔσαι τὰ δύο ἕν, καὶ τὰ ἔξω ὡς τὸ ἔσω, καὶ τὸ ἄρσεν μετὰ τῆς θηλείας ὅτε ἄρσεν ὅτε θῆλυ.

set regnum ejus, dixit: [*cum pudoris indumentum conculcaveritis*, (c) &] Cum duo erunt unum, (d) & quod foris ut quod intus, & masculum cum fœmina, neque mas (e) neque fœmina.

Clemens Alexandrinus lib. III. Strom. (f) p. 445.

Τῇ Σαλώμῃ ὁ Κύριος· πυνθανομένῃ μέχρι τίνος οἱ ἄνθρωποι ἀποθανῶνται; μέχρις ἂν, εἶπεν, ὑμεῖς αἱ γυναῖκες τίκτητε - - Φαμένης γὰρ αὐτῆς καλῶς ἂν ἐποίησα μὴ τεκοῦσα, ἀμείβεται λέγων ὁ Κύριος· πᾶσαν φάγε βοτάνην, τὴν δὲ πικρίαν ἔχουσαν μὴ φάγῃς.

Salomæ interroganti quoadusque homines morientur? dixit Dominus, quoadusque vos mulieres paritis. Cumque ea dixisset, recte ergo feci, quæ non peperi, excipit Dominus, dicens: omni herba vescere, (g) eâ autem quæ habet amaritudinem, ne vescaris.

Ee 8 Idem

(c) Hæc inserui ex eodem Clemente Alex. Pudoris indumentum conculcate quid sit, intelliges è Gen. II. 25. & III. 21. (d) Joh. X. 16. (e) Gal. III. 28. Luc. XX. 39. (f) Adde p. 452. & 453, d. & excerpta ex Theodoti ἀνατολικῇ διδασκαλίᾳ p. 799. (g) Gen. II. 16.

Digitized by Google

Idem p. 452.

Φασὶ γὰρ, ὅτι αὐτὸς εἶπεν Σωτήρ· Ἦλθον καταλῦσαι τὰ ἔργα τῆς θηλείας· θηλείας μὲν, τῆς ἐπιθυμίας, ἔργα δὲ, γενέσιν καὶ φθοράν.

Ajunt (h) ipsum Servatorem dixisse: Veni ad dissolvendum opera fœminæ. (i) Fœminæ quidem, cupiditatis, opera vero, generationem & interitum.

S. Epiphanius hæresi LXII. quæ est Sabellianorum num 2. p. 514.

Τὴν δὲ πᾶσαν αὐτῶν πλάνην καὶ τὴν τῆς πλάνης αὐτῶν δύναμιν ἔχουσιν ἐξ Ἀποκρύφων τινῶν, μάλιστα ἀπὸ τῶ καλουμένου Αἰγυπτίων Εὐαγγελίου, ᾧ τινες τὸ ὄνομα ἐπέθεντο τοῦτο, ἐν αὐτῷ γὰρ πολλὰ τοιαῦτα ὡς ἐν παραβύστῳ μυστηριωδῶς ἐκ προσώπου τοῦ Σωτῆρος ἀναφέρεται, ὡς αὐτοῦ δηλονότι τοῖς

Hunc autem errorem omnem ejusque firmamentum ex Apocryphis quibusdam hauserunt, præsertim ab Ægyptiorum Evangelio, hoc enim illi nomen quidam indiderunt, in quo pleraque sunt hujus generis, quæ ex persona Salvatoris clam atque occulte velut myste-

Ma-

(h) Hæretici puta, conjugio inimici, ex Evangelio secundum Ægyptios ista proferunt. Conf. Grotium ad Matth. XX. 20. Bonum tamen sensum illa admittere Clemens docet, licet non eandem tribuit huic Evangelio autoritatem, quam τοῖς παραδεδομένοις ἡμῖν τέτρασιν Εὐαγγελίοις. Vide p. 465. (i) Evam intelligit Joach. Camerarius vir doctissimus procem. commentar. ad Novum Test.

Digitized by Google

Μαθηταῖς, τὸν αὐτὸν εἶναι Πατέρα, τὸν αὐτὸν εἶναι υἱὸν, τὸν αὐτὸν εἶναι ἅγιον Πνεῦμα.

ria proponuntur, quasi discipulis ipse declaret eundem esse Patrem & filium & Spiritum S.

S. Hieronymus Procœmio in commentarios super Matthæum.

Plures fuisse qui Evangelia scripserunt, & Lucas Evangelista testatur - - & perseverantia usque in præsens monumenta declarant, quæ à diversis autoribus edita diversarum hæreseon fuere principia, (k) ut est illud juxta Ægyptios, & Thomam, & Matthiam, & Bar-

Ee 9 tho-

(k) Hoc est, varii hæretici iis usi sunt ad dogmata sua confirmanda, uti Evangelio secundum Ægyptios Encratitæ, Julius Cassianus, Valentiniani & Sabelliani. Cæterum hoc idem Evangelium sub *Marci* nomine confictum putat Baronius, parum verisimili conjecturâ, ad A. C. 44. num. 48. Adhuc certius falluntur qui apud Epiphanium hæres. LI. num. 16. & similibus locis κατ' Αἰγυπτίους exponendum putant de Evangelio secundum Ægyptios, nam ut recte Petavius, nihil aliud quam Ægyptiorum mensium rationem verba illa respiciunt. Neque audiendos puto qui Evangelium secundum Ægyptios confundunt cum Evangelio Basilidis. Licet enim Basilides Alexandrinus in Ægypto potissimum sparsit hæreses suas teste Eusebio lib. 4. hist. c. 7. tamen Evangelium secundum Ægyptios antiquius fuit quam ut Basilidem autorem habere potuerit. Præcipue vero absurda est Anonymi cujusdam suspicio apud Sandium interpretatt. paradox. p. 115 qui verba Christi Matth. XXVIII. 19. quibus baptizare jubet in nomine Patris, Filii & Spiritus S. intrusa & Matthæo adsuta esse nugatus est ex Evangelio Apocrypho secundum Ægyptios. Vide quæ falsæ illi conjecturæ opposuit Eduardus Stillingfleet in Vindiciis S. Trinitatis Angliæ editis p. 173, seq.

Digitized by Google

tholomæum, duodecimque Apostolorum, & Basilidis atque Apellis ac reliqvorum, quos enumerare longissimum est, cum tantum in præsentiarum hoc necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem, quàm historiæ texere veritatem.

II. EVANGELIUM ÆTERNUM.

IN Apocalypsi Johannis XIV. 6. mentio fit Evangelii æterni, (a) sive æternum valituri, quod quale sit, statim additur vers. 7. ut nempe [misso cultu creaturarum & Idolorum] Deum unum colant omnes gentes, & ipsi gloriam tribuant, futuro certissimo ac præsenti vindici suorum adversus inimicos. Hæc plana & facilis expositio loci Johannei se non probavit iis, qui aliud perfectius quoddam Evangelio Christi Evangelium hîc à Johanne promitti vel olim somniarunt vel adhuc somniant. Sic medio Seculo XIII. à fratribus mendicantibus *confictus* & in lucem editus est liber sub nomine *Evangelii æterni* sive *Evangelii regni*, & *Evangelii Spiritus S.* per quod Evangelium Christi perinde ut lex Mosis evacuandum esset. Autor fuerit ne *Joannes de Parma* Minoritarum generalis, an alius quidam, non facile dixerim. Hoc con-

(a) Scioppius in literis ad Tossanum exponit *æternis temporibus tacitis, nunc autem patefactis.* Vide monumenta Palatina part. 2. p. 437. 446. Sed parum mihi videtur in hunc locum ista quadrare interpretatio.

Digitized by Google

constat, damnatum esse Alexandro IV. Pontifice, ita tamen ut secreto si posset fieri & sine fratrum scandalo comburetur, quemadmodum refert Matthæus Paris ad A. 1257. p. 939. Itaq; in bullario magno Laërtii Cherubini nulla ejus condemnationis mentio occurrit, in quo bulla tamen adversus librum Gvilelmi de Amose, mendicantium adversarium, descripta legitur T. 1. p. 137. De pseudEvangelio ipso plura ne addam, faciunt qui fuse de illo egerunt Nicolaus Eymericus directorii inquisitor. part. 2. qv. 9. sect. 4. Edwardus Stillingfleet de fanaticismo Ecclesiæ Romanæ p. 239. seq. Petrus Jurieu in præjudicio decimo adversus Papismum, aliique, noviſſime etiam Rev. Joh. Andreas Schmidius in singulari diatriba de Pseud-Evangelio æterno Helmstadii A. 1700. vulgatâ. Sat superque præterea notus est alius quidam nostra ætate A. 1699. Germanico (b) editus idiomate & à fœmina ut ajunt compositus libellus, sub titulo *Evangelii æterni* de ἀποκαταστάσει omnium rerum creatarum, liberationeque futura hominum pariter damnatorum & dæmonum, in quo Origenianum illud dogma novis & antiquis adstruitur (c) argumentis.

Ee 10 Non

(b) Anglice prodierat libellus ejusdem argumenti Lond. 1697. 8. autore *Jana Leade* hoc titulo: *A revelation of the everlasting Gospel message* &c. (c) Ea oppugnata videas licet cum ab aliis tum à Ferd. Helfreicho Lichtscheid, Joh Wernero Pistorio, & quem primo loco nominare debebam summe Rev. Ministerii Hamburgensis Seniore Joh.

Digitized by Google

Non diu post succenturiatus est huic libello ingens veluti commentarius quidam à *D.* Joh. Wilhelmo Petersenio, in quo magno & laborioso conatu idem agit. Quantum vero Origenes ipse re serio expensâ huic tribuerit dogmati, patet ex ejus libro 6. contra Celsum p. 301. (293.) ubi affirmat οὐκ ἀκίνδυνον *non absque periculo* illam propalari doctrinam, διὰ τὸν μόγις φόβῳ αἰωνίᾳ κολάσεως καὶ συστέλλονται ἐπὶ πολὺν τῆς κακίας, *quod plerique vix metu æternorum supplitiorum moveantur, ut non præcipites ruant in omne genus criminum.*

III. EVANGELIUM S. ANDREÆ.

INter Apocrypha rejicitur à Gelasio, ut dixi supra p. 137. Sed & Apocrypha sub Andreæ nomine reprobat Innocentius I. in loco adducto à me p. 11. & Augustinus lib. 1. contra adversar. legis & Prophetarum c. 20. cujus hæc sunt verba: *Sane de Apocryphis iste posuit testimonia, quæ sub nominibus Apostolorum Andreæ, Johannisque conscripta sunt. Quæ si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia quæ ab illorum temporibus per Episcoporum successiones certissimas usque ad nostra & deinceps tempora perseverat, & immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis, ex quo Deus Deorum locutus vocavit terram à solis ortu usque ad occasum.* De Evangelio sub Andreæ nomine conficto loqui Augustinum sensit Joh. Gerhardus Theologus

Winklero in præf. ad Joh. Henr. Horbii τῷ μακαρίτῃ Conciones quadragesimales.

Digitized by Google

logus præstantiss. prolegomenis in Matthæum. Sed possunt etiam Augustini pariter & Innocentii verba intelligi de Actibus sub Andreæ nomine jampridem suppositis, de quibus suo loco sum dicturus. Vide Rev. Ittigii Appendicem de hæresiarchis p. 125. & 130. seq. Andream du Sausay de gloria S. Andreæ lib. 2. c. 8. p. 148.

IV. APELLIS EVANGELIUM.

MEmoratur à Beda in limine commentarii in Lucæ Evangelium, & ante Bedam ab Hieronymo proem. commentarii in Matthæum, cujus verba habes supra p. 336. Videtur autem Apelles non singulare Evangelium condidisse, sed vetera ac genuina Evangelia corrumpendo atque interpolando (a) commisisse, ut quemadmodum Marcion (b) novi Evangelii autor habere-

Ee 11

(a) Simili ratione novi Evangelii autores possunt dici quilibet hæretici aliam & pugnantem cum Evangelio divino doctrinam proferentes. Εὐαγγελιζόμενοι ἡμῖν παρ' ὃ εὐηγγελίσανθο ἡμῖν οἱ Ἀπόστολοι Galat. I. 8. Eo sensu etiam recentiores quidam scriptores Evangelii novi titulo ediderunt libellos, quibus adversariorum suorum dogmata falsa & vero Evangelio contraria voluerunt ostendere. Cujus generis est liber gallicus qui inscribitur *l'Evangile nouveau de Cardinal Pallavicin*, Renati Rapini è Societate Jesu *Evangelium Jansenistarum*, editum Parisiis A. 1682. 12. Pauli Tarnovii dissertatio adversus *novum Evangelium* sive persvasionem pestilentissimam de salute æterna per externum cultum & mortuum fidei simulacrum impetranda. Rostoch. 1624. (b) De quo infra suo loco.

Digitized by Google

beretur. Id colligo ex Origenis Epistola ad charos suos in Alexandria, contra eos qui libros ejus ipso adhuc vivente adulteraverant T. 1. Opp. edit. Basil. A. 1557. p. 881. in Rufini Apologia pro Origene: *Videte quali purgatione* (adversarius) *disputationem nostram purgavit, tali nempe quali purgatione Marcion Evangelia purgavit vel Apostolum, vel quali successor ejus post ipsum Apelles. Nam sicut illi subverterunt Scripturarum veritatem, sic & iste sublatis qua vere dicta sunt ob nostri criminationem inseruit qua falsa sunt.* Apelles apud Epiphanium XLIV. 2. ἔτως γάρ, φησιν, ἔφη ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, γίνεσθε δόκιμοι ϛραπεζῖται· χρῶ γάρ, φησιν, ἀπὸ πάσης γραφῆς ἀναλέγων τὰ χρήσιμα. *Sic enim ait, Christus in Evangelio dixit, Estote probi argentarii. Utere, inquit, omnibus ex Scriptura quæ vis utilia seligens.*

V. EVANGELIUM DUODECIM APOSTOLORUM.

S. Ambrosius Commentar. in S. Lucam proœmio.

Sic & nunc in Novo Testamento multi Evangelia scribere conati sunt, quæ boni numularii non probaverunt. Unum autem tantummodo (a) in quatuor libros digestum ex omnibus arbitrati sunt eligendum. Et aliud quidem fertur (b) Evangelium quod duodecim

(a) Quatuor Evangelistas, qui propter consensum faciunt unum Evangelium. (b) Hæc Ambrosius ex Origene

Digitized by Google

cim ſcripſiſſe dicuntur. Auſus eſt etiam Baſilides Evangelium ſcribere, quod dicitur ſecundum *Ba*ſilidem. Fertur etiam aliud Evangelium quod ſcribitur ſecundum Thomam. Novi aliud ſcriptum ſecundum Matthiam. Legimus aliqua ne legantur, legimus ne ignoremus, legimus non ut teneamus ſed ut repudiemus, & ut ſciamus qualia ſint in quibus magnifici iſti cor exaltant ſuum. Sed Eccleſia cum quatuor Evangelii libros habeat, per univerſum mundum Evangeliſtis redundat: hæreſes cum multa habeant, unum non habent. Multi enim nunc conati, ſed Dei gratiâ deſtituti ſunt. Plerique etiam ex quatuor Evangelii libris in unum (c) ea quæ venenatis putaverunt aſſertionibus convenientia, referſerunt. Ita Eccleſia quæ unum Evangelium habet, unum Deum docet: Illi autem qui alium Deum Veteris Teſt. alium Novi aſſerunt, ex multis Evangeliis non unum *D*eum ſed plures fecerunt.

S. Hieronymus (d) lib. III. adverſus Pelagianos, ſubinit.

In Evangelio juxta Hebræos quod Chaldaico quidem ſermone ſed Hebraicis literis ſcriptum eſt, quo utuntur uſque hodie Naza-

cujus locum habes ſupra p. 131. ubi & laudatum teſtimonium Titi *Bo*ſtrenſis. (c) Vide quæ infra de Evangelio Tatiani. (d) Aliud Hieronymi teſtimonium ex procmio commentar. in Matth. vide ſupra p. 337.

Digitized by Google

reni, ſecundum Apoſtolos, (e) ſive ut plerique autumant juxta Matthæum, quod & in Cæſareenſi habetur Bibliotheca, narrat hiſtoria: *Ecce mater Domini & fratres ejus dicebant ei: Johannes Baptiſta baptizat in remiſſionem peccatorum, eamus & baptizemur ab eo. Dixit autem eis: Quid peccavi ut baptizer ab eo? Niſi forte hoc ipſum quod dixi ignorantia eſt.* Et in eodem Volumine: *Si peccaverit*, inquit, *frater tuus in verbo, & ſatis tibi fecerit, ſepties in die ſuſcipe eum. Dixit illi Simon diſcipulus ejus: ſepties in die? Reſpondit Dominus & dixit ei: Etiam ego dico tibi, uſque ſeptuagies ſepties.* (conf. Matth. XVIII. 22.)

Theophylactus ad idem S. Lucæ proœmium.

Τίνες ἦσαν οἱ πολλοὶ ἔτοι οἱ ἐπιχειρήσαντες; Οἱ Ψευδαπόστολοι· Πολλοὶ γὰρ συνέγραψαν Εὐαγγέλια δηθεν, οἷόν ἐστι τὸ καθ' Αἰγυπτίους καὶ Τὸ ἐπιγραφόμενον τῶν δώδεκα.

Quinam fuerunt multi illi qui (Evangelia ſcribere) attentarunt? Pſeud Apoſtoli. Multi enim tunc conſcripſerunt Evangelia, uti eſt quod vocant Evangelium ſecundum Ægyptios, & quod inſcribitur Evangelium ſecundum duodecim.

VI.

(e) Hoc loco diſcite docet Hieronymus pro eodem ſe habere Evangelium ſecundum XII. Apoſtolos, & Evangelium juxta Hebræos & Evangelium Nazaræorum. Perpetam itaque priora duo ſic diſtingvit Beda in loco quem exhibeo infra ſub titulo Evangelii ſecundum *Hebræos*, ut Evangelium XII. Apoſtolorum inter ſcripta Apocrypha ab hæreticis &

Digitized by Google

VI. EVANGELIUM S. BARNABÆ.

MEmoratur à Gelasio & in veteri Stichometria, ut videre licet supra p. 137. & 144. Fuere itidem nonnulli qui Matthæi Evangelium à Barnaba ex Hebraico Græce translatum affirmarent, si fidem habemus Casaubono Exerc. XV. contra Baron. c. 12. p. 343. etsi quo vetere autore hoc affirmet, nescire se testatur Rev. Ittigius dissertat. de hæresiarchis seculi Apostol. pag. 77. Videtur autem Casaubono aliisque hoc affirmantibus in mente fuisse, quod apud Theodorum Lectorem lib. 2. sub init. Cedrenum, Joëlem in Chronographia Nicephorum lib 16. c. 37. Sigebertum Gemblacensem ad A. C. 489. itemque alios legas sub Zenonis imperio in insula Cypro repertum S. Barnabæ corpus, & super pectore ejus Evangelium (a) S. *Matthæi*, (b) *ἰδιόγραφον τῦ Βαρνάβα. ipsius Barnabæ manibus scriptum.*

VII. EVANGELIUM S. BARTHOLOMÆI.

MEmoratur Hieronymo & Gelasio supra p. 337. & 137. Bedæ quoque initio sui in Lucam

Ee 13

PseudEvangeliis profecta, Evangelium vero secundum Hebræos inter scripta Ecclesiastica referat. Confer præstantissimi J. E. Grabii spicilegium Patrum parte 1. p. 15. seq. (a) *Ebraicum* fuisse, addit Sigebertus. Quod Rev. Ittigius p. 79. refellit ex relatione Alexandri Monachi apud Lipomannum & Surium in vitis Sanctorum die XI. Junii narrantis ex Evangelio cum Barnabæ reliquiis invento & in Imperatoris palatio re-

Digitized by Google

cam commentarii, Eusebius lib. 5. Hist. c. 10. & ex eo Hieronymi interpres Græcus Sophronius, & Nicephorus lib. 4. c. 32. narrant Hebraicum Matthæi Evangelium à Bartholomæo in Indiam delatum & ibi à Pantæno inventum fuisse. Hieronymus c. 46. Catalogi, ubi de Pantæno: *In India reperit Bartholomæum de duodecim Apostolis, adventum Domini Jesu juxta Matthæi Evangelium prædicasse, quod Hebraicis literis scriptum revertens Alexandriam secum retulit.* Sunt qui toti huic narrationi parum tribuunt, (a) aliis sufficit annotasse quod Matthæi αὐτόγραφον (b) in India non reperit Pantænus. At Clarissimus Vir J. E. Grabius parte 1. Spicilegii Patrum p. 128. haud absurde suspicatur illud ipsum Matthæi Evangelium ab aliquibus Bartholomæo adscriptum fuisse, quod hic illud commendasset & interpolasset forte prologoque auxisset. Atque ex illo prologo petitum videri quod laudat Dionysius non Areopagita lib. de mystica Theologia c. 1. & ex eo Nicetas Paphlago Orat. encomiastica in Bartholomæum ap. Combefis. T. 1. auctar. novis. p. 398. & si recte memini Autor vitæ Bartholomæi, Græce & latine editæ in thesauro ascetico Petri Possini. ἄτω γῆν ὁ θεῖος Βαρθολομαῖος ἔφησι,

posito, quotannis aliquid recitatum fuisse in Palatii Oratorio quinta feria Paschatos. (b) Non *Marci*, ut Græci in Synaxario. Vide Combefisium auctar. novis. Bibl. Patrum T. 1. p 489. (a) Lud. Elias du Pin in dissertatione adjecta tomo sexto Bibliothecæ Scriptorum Eccleſiast. p. 38. b. (b) Rich. Simon lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 40. seq.

Digitized by Google

σι, καὶ πολλὴν τὴν θεολογίαν εἶναι καὶ ὀλαχίστην, καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πλατὺ καὶ μέγα, καὶ αὖθις συντετμημένον. *Sic igitur divinus Bartholomæus ait, & copiosam esse Theologiam & minimam, atque Evangelium tum amplum & magnum, tum rursus concisum.* Ex Evangelio quidem Bartholomæi verba illa hausta esse, aliis etiam viris doctis (c) in mentem venit; quanquam Balthasar Corderius in notis ad Dionysium mavult Dionysium illa accepisse ex quadam Bartholomæi Epistola, quales Apostoli de rebus divinis privatim consulti plures fidelibus impertiverunt temporum injuria postea perditas atque memoriæ nostræ subtractas. Veteres autem Dionysii commentatores Maximus (d) & Pachymeres ἀγράφως παραδοθεῖσαν χρῆσιν *sententiam scripto non traditam* esse contendunt.

VIII. BASILIDIS EVANGELIUM.

MEmorant Origenes procemio in Lucam, & ex eo Ambrosius itemque Hieronymus. Habes supra p. 131. & p. 340. & p. 337. Idem Origenes tractat. 26. in *Matthæum*, exponens Verba Christi XXIII. 34. 35. *Videndum*, inquit, *ne forte oporteat ex libris secretioribus qui apud Judæos feruntur ostendere verbum Christi, & non solum Christi sed etiam discipulorum ejus, Stephani quo-*

(c) Vide Rev. Ittigium p. 124. Appendic. de hæresiarchis, & Joh. Dallæum lib. 1. de scriptis Dionysii c. 27. (d) Contraria quidem sententia legitur in editis Maximi codicibus, sed illos recte emendavit Combefisius ad Nicetam p. 496.

Digitized by Google

quoque Martyris (*Act. VII.* 51. 52.) *& Pauli Apostoli* (1. *Thess. II.* 15. *& Hebr. XI.* 37.) *Fertur ergo in Scripturis non manifestis, serratum esse Esaiam* (a) *& Zachariam occisum* (b) *& Ezechielem.* (c) *Arbitror autem circuisse in melotis in pellibus caprinis Heliam, qui in solitudine & in montibus vagabatur.* (d) *Sed pone aliquem abdicare Epistolam ad Hebraos, quasi non Pauli,* (e) *nec non & secretum* (f) *abjicere Esaia : sed quid faciat in sermones Stephani, vel Pauli ad Thessalonicenses de Prophetis interfectis prolatos, vel ipsius Domini nostri. Aut quomodo abdicet illud* (2. *Tim. III.* 8.) *Nec enim scimus in libris Canonizatis historiam de Janne & Mambre* (g) *resistentibus Moysi. Si autem adspiciant & quod* (1. *Cor. II.* 9.) *positum est,* (h) quæ oculus non vidit, nec auris audivit, *numquid pote-*

(a) Vide loca veterum laudata Drusio lib. 10. c. 19. Observ. sacr. & Gatakero in Adversar. p. 454. Serræ figuram antiquam exhibet Matthias Zimmermannus libro, fiunt non nascuntur Christiani p. 354. (b) Supra p. 121. seqv. (c) Epiphan. de vit. Prophetar. (d) 4. Reg. I. 8. (e) Hoc à quibusdam olim factum esse docent Eusebius lib. 6. c. 20. Hist. & Hieron. in Catal. de Script. Eccles. ut præteream aliorum veterum sententias quas in medium adduxit & expendit Frid. Spanhemius in libro de Autore Epistolæ ad Hebræos. (f) Librum Apocryphum qui inscribebatur *Anabaticus Esaiæ.* De hoc dicturus sum alibi Deo propitio in libro quo colligam Apocrypha & pseudEpigrapha Vet. Test. antiquis memorata. (g) Vide quæ supra ad Evangel. pseudoNicodemi c. 5. (h) Verba hæc ex Apocryphis Eliæ petita esse notant præter Origenem Hieronymus ad Es. 64. & Epist. 101. Syncellus in Chron. & Zacharias Chrysopolitanus. Vide Grotium ad 1. Cor. 2. 9. & Coteler. ad Const. Apost. 6. 17. p. 346. seq.

Digitized by Google

poterit hæc omnia aliquis abdicare? Hæc omnia diximus discutientes sermonem, non ignorantes, quoniam multa secretorum facta sunt à quibusdam impiis & iniquitatem in excelsum loquentibus, & utuntur quibusdam fictis Hypythiani, (i) *aliis autem qui sunt* (k) Basilidis. *Oportet ergo caute considerare ut nec omnia secreta quæ feruntur in nomine Sanctorum suscipiamus propter Judæos qui forte ad destructionē veritatis Scripturarum nostrarum quædam finxerunt confirmantes dogmata falsa: nec omnia abjiciamus quæ pertinent ad demonstrationem Scripturarum nostrarum. Magni ergo viri est audire & adimplere quod dictum est*, omnia probate & quod bonum est tenete. (1. Thess. V. 21.)

Eusebius lib. IV. Hist. Eccles. c. 7.

Προσχήματι δὲ ἀπορρήτων λόγων τὸν Βασιλείδην εἰς τὸ ἄπειρον τείναι τὰς ἐπινοίας, δυσσεβῆς αἱρέσεως ἑαυτῷ τεραστίους ἀναπλάσαντα μυθοποιίας. - - Καὶ ἤλθεν εἰς ἡμᾶς ἐν τοῖς τότε γνωριμωτάτῃ συγγραφέως Ἀγρίππα

Basilidem vero prætextu arcanioris doctrinæ (significat Irenæus (l)) in immensum tetendisse mentis impiæ cogitatum, dum prodigiosa fabularum figmenta sibimet comminisceretur. - - Per-

(i) Forte *Cerinthiani*. (k) Hoc loco non videtur respicere Origenes Evangelium τὸ καθ' Βασιλείδην quod memorat etiam Beda initio commentarii sui in Lucam: sed potius Prophetias *Cham*, *Barcaba* & *Parchor* sive *Barcob*, quas à Basilidianis jactatas & usurpatas testantur Clemens Alex. lib. 6. Strom. p. 641. 642. Agrippa Castor apud Eusebium in verbis hic adductis, & Epiphanius XXVI. 12. Adde Coteler. ad Const. Apost. lib. 6. c. 8. p. 336. (l) Irenæus lib. 1. c. 23.

Digitized by Google

Ἀγρίππα Κάστορος ἐλεγχτικὰ καὶ Βασιλείδου ἔλεγχος, τὴν δεινότητα τῆς τ' ἀνδρὸς ἀποκαλύπτων γοητείας. Ἐκφαίνων δ' ἐν αὐτῷ τὰ ἀπόῤῥητα, φησὶν αὐτὸν εἰς μὲν τὸ Εὐαγγέλιον τέσσαρα πρὸς τοῖς εἴκοσι συντάξαι βιβλία. Προφῆτας δὲ ἑαυτῷ ὀνομάσαι Βαρκαββᾶν καὶ

venit ad nos liber celeberrimi scriptoris id temporis Agrippæ Castoris, confutationem Basilidis validissimam continens, in qua hominis præstigiæ ac fraudes deteguntur. Dumque cuncta ejus arcana profert in lucem, XXIV. libros in Evangelium (m) ab il-

Bar-

(m) Idem ex Eusebio refert Hieron. de script. Eccles. c. 31. ut Nicephorum lib. 4. c. 2. aliosque recentiores omittam. Ex libro XIII. horum commentariorum quædam afferuntur in Archelai & Manetis disputatione p. 101. seq. edit. Laurentii Alexandri Zacagnii. E libro XXIII. (Ἐξηγητικῶν ut vocant) Clemens Alex. quædam repetit lib. 4. Strom. p. 506. Utraque loca exhibuit Clariss. Grabe in spicilegio Patrum parte 2. p. 39. quare eis describendis supersedeo. Idem p. 38. lapsus memoriæ arguit doctiss. Caveum quod in Hist. literar. scriptorum Ecclesiasticor. scripserat Basilidis Odas memorari ab Origene in Catenain Jobum à Paulo Comitolo latine versa. Sed licet in Catena Græcolatina in Iobum à Patricio Junio edita nihil tale, in Comitoli tamen latina editione Venetiis vulgata p. 345. diserte memorantur *Basilidis Oda & Valentini Psalmi*, quem locum primus indicavit Colomesius in paralipomenis de Ecclesiasticis Scriptoribus p. 219. Incertum autem est an Basilides hæc 24. Volumina commentariorum scripserit in Evangelium Matthæi an in aliud è quatuor Canonicis, an in totam Evangelicam Historiam, an in Evangelium secundum Ægyptios an in suum ipsius Evangelium ut suspicatur Valesius Vir summus. Sed potuit etiam Origenes hos libros commentariorum in Evangelium appellare Evangelium Basilidis.

Digitized by Google

Βαρκωφ, καὶ ἄλλους ἀνυπάρκτους τινὰς ἑαυτῷ συνεσταμένον. Βαρβάρους τε αὐτοῖς εἰς καταπληξιν τῶν τὰ τοιαῦτα τεθηπότων ἐπιφημίσαι προσηγορίας.

lo conscriptos esse memorat, ipsumque sibi Prophetas confixisse Barcabam & Barcoph, aliosque nonnullos qui nunquam extitissent, iisque barbara quædam nomina imposuisse, ad percellendos eorum animos qui hujusmodi rerum admiratione capiuntur.

IX. CERINTHI EVANGELIUM.

S. Epiphanius hæresi LI. quæ est Alogorum num. 7. post allata verba Lucæ: Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν, Quoniam quidem multi conati sunt &c. *subjungit* p. 428.

Ἵνα τινὰς μὲν ἐπιχειρητὰς δείξῃ, φημὶ δὲ τοὺς περὶ Κήρινθον καὶ Μήρινθον καὶ τοὺς ἄλλους.

Ut nonnullos, qui id conati fuerunt, indicaret, Cerinthum videlicet, Merinthum (a) & alios.

Ce-

(a) Merinthum à Cerintho distingvit idem Epiphanius p. 427. c. & hæresi XXVIII. num. 8. fatetur se nescire utrum à Merintho diversus Cerinthus, an ipse alio nomine μήρινθος hoc est *laqueus* vocatus fuerit, quod sane videtur verisimile. Nihil enim frequentius est, quam hæreticorum nomina in opprobrium ita deflecti, uti Adoxium dixere pro Eudoxio, pro Photino Photioque Scotinum, Atychen pro Eutyche, Catagnosticos pro Gnosticis, Anoëtum pro Noëto. Similia nominum ludibria etiam apud profanos scriptores occurrunt, ut pro Platone Σάθων, pro Democrito Λημόκρι-

Digitized by Google

Cerinthum Matthæi Evangelio (b) *usum innuit idem Epiphanius hæresi XXX. Ebionitarum c. 14. T. 1. p. 138. Alogos autem Cerintho S. Iohannis Evangelium absurde tribuentes refellit hæresi LI. num. 3. seq. T. 1. p. 424. Idem XXX. 12. in hæresi Ebionitarum meminit Evangelii Joannis, nescio à quo Hebraice translati, T. 1. p. 137.*

X.

ℸ, pro Antidoro Σαγιδώρ, pro Chrysippo Chesippus, pro Timæo Ἐπιτίμαι, pro Alexino Ἐλεγξῖν, Phreantles pro Cleanthe, pro Labieno Rabienus. Hisce gemina sunt in Christianorum scriptis, Dormitantius pro Vigilantio, pro Eusebio Asebius, pro Athanasio Satanasius, Coprianus pro Cypriano, Asebastenus, Atactus, Amacarius pro Sebasteno, Eutacto, Macario. Etiam Ἀβυλλαν dici hac ratione pro Sibylla notavit Cotelerius ad Const. Apost. lib. 5. c. 7. Addamne his recentiorum quædam, ut sunt Infaustus Socinus & Maledictus Spinosa pro Fausto & Benedicto, pro Cardano Κέρδαν, pro Aristotele (quod dictum Luthero & Werdenhagenio) Narristoteles. Majoris momenti est quod in sacris libris ejusmodi ammominationes observantur. Nam Apocalyps. IX. 11. Apollo est Ἀπολλύων. Et in scriptis Prophetarum passim videas nomina Idolorum pariter & qui Judæos vexarunt Regum ita proferri ut in dedecus & ignominiam deflexa esse facile appareat. Talia sunt Beelphegor, Beelzebub, Baalpharasim, Beseth, Misraim, Nabuchodonosor, Evilmerodach, Chusanrasathaim, Chodorlaomor &c. Sed & Φαίνων sive Saturnus Græcis à splendendo dictus. Aquila eadem ratione dicitur σκοτασμός, Amoso Prophetæ קיון vocabulo à caligine ducto, etiamnum enim Arabibus קאה est caligare. Vide Salmasium Epist. ad Joh. Crojum, post Hottomannianas p. 480. Vicissim boni ominis causa Manichæus, quem μανίαν sive furori cognominem Catholici contendebant, discipulis suis erat fundens manna Manichæ, ita enim scribendum apud autorem prædest. c. 46.

Digitized by Google

X. DESPOSYNORUM (a) NARRATIO DE GENERE CHRISTI.

Julius Africanus in Epistola ad Aristidem, apud Eusebium lib. I. Hist. Eccles. c. 7. p. 23. Postquam dixisset Herodem ignobilitatis suæ conscientia stimulatum omnia veterum familiarum Israëliticarum monumenta concremasse, (b) hæc subjungit:

ὀλίγοι δὴ τῶν ἐπιμελῶν ἰδιωτικὰς ἑαυτοῖς

Pauci tamen antiquitatis suæ studiosi priva-

F f ἀπο-

(a) Huic narrationi parum tribuunt Casaubonus Exerc. I. ad Baron. p. 27. Valesius ad hunc locum Eusebii, & Henr. Dodwellus diss. I. ad Irenæum, cujus verba adscribam: *Dominum ipsum an viderint Judæ ἀπόγονοι* (Hegesippo apud Euseb. lib. III. c. 20. & 32. memorati) *& eodem quo Simeon ut videtur anno passi, incertum est. Vidisse tamen, utcunque juniores, verisimile est. Idem illi fortasse cum Africani δεσποσύνοις, siquidem vera fuisset illa quam vendit at eorum nomine traditio. Sed mihi fateor suspectam & traditionem illam & ipsos δεσποσύνους. Nec enim satisfacit responsio illa Africani de conciliandis Evangelistarum genealogiis: & de eorum traditione ita timide loquitur Africanus,* (εἰ καὶ μὴ, inquit, ἐμμάρτυρός ἐστι licet nullo testimonio fide digno fulta est) *quasi conscius esset merito facturum, si quis lector illos nollet traditionis testes admittere. Et loca ubi egerint Nazara & Cochaba suspecta sunt, ne forte alios non habuerint traditionis illius testes, quam hæreticos Nazarenos seu Ebionitas seu Elcesaitas, quos illorum vicorum incolas fuisse testatur Epiphanius* (hæresi XIX. 1. XXX. 2. & XVIII. 1.) *Quod*

Digitized by Google

ἀπογραφὰς, ἢ μνημονέυσαντες τῶν ὀνομάτων, ἢ ἄλλως ἔχοντες ἐξ ἀντιγράφων, ἐναβρύνοντο σωζομένης τῇ μνήμῃ τῆς εὐγενείας. Ὧν ἐτύγχανον οἱ προειρημένοι Δεσπόσυνοι καλούμενοι, διὰ τὴν πρὸς τὸ σωτήριον γένος συγγένειαν. Ἀπό τε Ναζάρων καὶ Κωχαβὰ κωμῶν Ἰουδαϊκῶν τῇ λοιπῇ γῇ ἐπιφοιτήσαντες, καὶ τὴν προειρημένην γενεαλογίαν ἔκ τε τῆς βίβλου τῶν ἡμερῶν εἰς ὅσον ἐξικνοῦτο ἐξηγησάμενοι.

tos ſtirpis ſuæ commentarios vel quod nomina ipſa memoriter callerent, vel ex archivis descriptos penes ſe habentes, imprimis gloriabantur quod avitæ nobilitatis memoriam conſervaſſent. Ex quorum numero erant hi de quibus ſupra dixi (c) ob propinquitatem generis qua Servatori noſtro juncti erant Δεσπόσυνοι appellati. Qui è Nazaris & Cochaba, Judææ vicis, in varias regiones diſperſi ſupradictam generis,

mihi fateor eo vel ipſo nomine eſſe ſuſpectius, quod nullum adducat Catholicum traditionis ſuæ ſeu in ſcriptis ſeu etiam oralis traditione teſtem, nullum qui primâ aut ſecundâ etiam ſucceſſione vixerit, ipſe alioqui ab illis temporibus remotior, quam ut hiſtoriam ſe antiquiorem ſuâ poſſet fide præſtare. (b) Vide ſupra p. 66. 67. (c) Apud eundem Euſeb. p. 22. Οὐδὲ μὴν ἀναπόδειχτον ἢ ἐσχεδιασμένον ἐστὶ τοῦτο. τῷ γὰρ Σωτῆρι οἱ κατὰ σάρκα συγγενεῖς εἴτ' οὖν Φανηλιῶνες εἴθ' ἁπλῶς ἐκδιδάσκοντες παρέδοσαν καὶ ταῦτα. *Neque vero id certa ratione deſtitutum aut temere confictum eſt. Cognati enim Servatoris noſtri ſive ad oſtendendam generis ſui nobilitatem, ſive ut ſimpliciter rem docerent veraci utique ſermo-*

Digitized by Google

ris seriem ex Ephemeridum libro (d) quam poterant fidelissime exposuerunt.

XI. EBIONITARUM EVANGELIUM.

S. Epiphanius in hæresi Ebionitarum XXX. 13.

Ἐν τῷ γὰρ παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίῳ καλ. Ματθαῖον ὀνομαζομένῳ οὐχ ὅλῳ δὲ πληρεστάτῳ ἀλλὰ νενοθευμένῳ, καὶ ἠκρωτηριασμένῳ, Ἑβραϊκὸν δὲ τοῦτο καλοῦσιν, ἐμφέρεται, ὅτι γέγονέ τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἰησοῦς, καὶ αὐτὸς ὡς ἐτῶν τριάκοντα, ὃς ἐξελέξατο ὑμᾶς. Καὶ ἐλθὼν εἰς Καφαρναοὺμ, εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν Σίμωνος τοῦ ἐπικληθέντος Πέ-

Igitur in eo quod penes illos est, Matthæi Evangelio, quanquam ne integrum quidem illud habent, sed adulteratum ac mutilum, idque ipsum Ebraicum vocant, ita scriptum est: *Fuisse* certum hominem nomine Jesum, annorum circiter triginta, (a) qui nos elegerit: qui Capharnaum veniens in Simonis cognomi-

τρου,

ne hæc nobis tradiderunt. (d) E commentariis suis privatis, quæ servabant, Gencalogicis. Ejusmodi *librum Originis Christi* videtur Viro Clariss. Johanni Clerico allegare Matthæus in limine Evangelii sui, ex quo primores versus sedecim capitis primi expresserit. Sed verba Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ χριστοῦ non magis sunt allegantis scriptum alienum, quam apud Marcum ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου, & in libro Tobiæ: Βίβλος λόγων Τωβίτ. (a) Luc. III. 23.

Digitized by Google

ῆρε, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτῦ ἔιπε, παρεγχόμενος παρὰ τὴν λίμνην Τιβεριάδος ἐξελεξάμην Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον υἱὸς Ζεβεδαίε καὶ Σίμωνα, καὶ Ανδρέαν καὶ Θαδδαῖον καὶ Σίμωνα τὸν Ζηλωτὴν, καὶ Ἰούδαν τὸν Ισκαριώτην, καί σε τὸν Ματθαῖον καθεζόμενον ἐπὶ τῦ τελωνίε ἐκάλεσα, καὶ ἠκολούθησάς μοι. Ὑμᾶς οὖν βούλομαι εἶναι δεκαδύο Ἀποστόλες εἰς μαρτύριον τῦ Ισραήλ. Καὶ ἐγένετο Ιωάννης βαπτίζων καὶ ἐξῆλθεν πρὸς αὐτὸν Φαρισαῖοι, καὶ ἐβαπτίσθησαν, καὶ πᾶσα Ιεροσόλυμα. Καὶ εἶχεν ὁ Ιωάννης ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλε, καὶ ζώνην δερματίνην περὶ τὸν ὀσφῦν αὐτῦ. Καὶ τὸ βρῶμα αὐτῦ, φησι, μέλι ἄγριον, οὗ ἡ γεῦσις ἦν τῦ

ne Petri ædes ingressus est, apertoque ore suo dixit: Cum secundum Tiberiadis (b) lacum transirem, Johannem & Jacobum Zebedæi filios elegi, & Simonem & Andream & Thaddæum, & Simonem Zelotem, & Judam Iscarioten, & te Matthæum ad telonium (c) sedentem vocavi, ac me ipse secutus es. Volo itaque duodecim vos Apostolos esse ad testimonium Israelis. Et erat Johannes baptizans, & exierant ad eum Pharisæi, & baptizati sunt, & omnis Hierosolyma. Ipse autem Johannes habebat vestimentum de pilis camelorum (d) & zonam pelliceam circa lumbos suos; & cibus

Μάν-

(b) Matth. IV. 18. (c) Matth. IX. 9. (d) Vide Bochartum I. Hierozoici p. 78, & Tho. Munkerum ad Mythographos latinos T. I p. 37.

Digitized by Google

Μάννα, ὡς ἐγκρὶς ἐν ἐλαίῳ· ἵνα δὴ θεν μεταστρέψωσι τὸν τῆς ἀληθείας λόγον εἰς ψεῦδος, καὶ ἀντὶ ἀκρίδων ποιήσωσιν ἐγκρίδας ἐν μέλιτι. ἡ δὲ ἀρχὴ τοῦ παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίου ἔχει. Ὅτι ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου τοῦ Βασιλέως τῆς Ἰουδαίας, ἦλθεν Ἰωάννης βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ὃς ἐλέγετο εἶναι ἐκ γένους Ἀαρὼν τοῦ Ἱερέως, παῖς Ζαχαρίου καὶ Ἐλισάβετ, καὶ ἐξέρχοντο πρὸς αὐτὸν πάντες. καὶ μετὰ τὸ εἰπεῖν πολλά, ἐπιφέρει, ὅτι τῷ λαῷ βαπτισθέντι ἦλθε καὶ Ἰησοῦς, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ τοῦ Ἰωάννου. καὶ ὡς ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ἠνοίγησαν οἱ οὐρανοὶ, καὶ εἶδε τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς κατελθόντος καὶ εἰ-

ejus erat mel sylvestre cujus sapor erat Mannæ similis, velut lagani frixi cum oleo. Quod eo faciunt ut veritatis sermonem in mendacium commutent, & pro eo quod est ἀκρίδας, (c) hoc est locustas, ἐγκρίδας hoc est epichyta mellita substituant. Porro Evangelium illorum sic incipit: Factum est in diebus Herodis Regis Judææ ut veniret Johannes baptizans baptismo pœnitentiæ in Jordane fluvio, quem ferebant ex genere esse Aaronis Sacerdotis, filius Zachariæ & Elisabethæ, & egrediebantur ad illum omnes. Tum longe postea subjungit: Baptizato populo venit & Jesus, & à Johanne baptiza-

(c) Matth. III. 5. ubi locustas Johannis cibum nemo amplius mirabitur vel in dubium vocabit, qui legerit quæ de hoc argumento commentatus est Vir illustris doctrinæ Jobus Ludolfus.

Digitized by Google

σελθόσης εἰς αὐτόν. καὶ φωνὴ ἐγένετο ἐκ τῶ οὐρανῶ λέγουσα· σύ μου εἶ ὁ υἱὸς ὁ ἀγαπητός, ἐν σοὶ ηὐδόκησα. καὶ πάλιν, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. καὶ εὐθὺς περιέλαμψε τὸν τόπον φῶς μέγα, ὃν ἰδὼν, φησιν, ὁ Ἰωάννης λέγει αὐτῶ· σὺ τίς εἶ Κύριε, καὶ πάλιν φωνὴ ἐξ οὐρανῶ πρὸς αὐτόν. αὐτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐφ' ὃν ηὐδόκησα. καὶ

tus est. Cumque ascendisset ex aqua, aperti sunt cœli, & vidit Spiritum Dei Sanctum columbæ specie descendentis & intrantis in sese. Et vox reddita de cœlo dicens: Tu es filius meus dilectus, in te mihi complacui. Et iterum: Ego hodie genui te. Statimque eo in loco lux ingens (f) affulsit.

(f) Hugo Grotius ad Matth III. 16. *Ignem eodem hoc tempore in Iordane apparuisse diserte prodit Iustinus in colloquio cum Tryphone* (p. 315.) *ex tradita haud dubie fama. Nam & in Ebionæorum Evangelio quod idem erat cum Nazaræorum, præter si qua Ebion ὑποθέσεως χάριν interpolavit, ita legebatur, & idem reperitur in liturgia Syrorum*, (ap. Severum Alexandrinum, sive Antiochenum potius, de ritibus baptismi p. 88.) *in hujus historiæ narratione circa baptismum.* Operæ pretium quoque fuerit, de præsenti loco consulere eruditissimi Dodwelli diss. 2. ad Irenæum §. 9. ubi inter alia recte negat Iustinum illud accepisse ex hoc Ebionitarum Evangelio. Quia enim paululum diversa est ejus narratio, ex traditione alia hoc potius accepisse videtur. En Justini verba: Καὶ τότε ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην ποταμὸν, ἔνθα ὁ Ἰωάννης ἐβάπτιζε, καὶ ἐλθόντος τοῦ Ἰησοῦ ἐπὶ τὸ ὕδωρ, καὶ πῦρ ἀνήφθη ἐν τῶ Ἰορδάνη. Καὶ ἀναδύντος αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ὕδατος, ὡς περιστερὰν τὸ ἅγιον πνεῦ-

χ) τότε, φησὶν, ὁ Ἰωάννης προσπεσὼν αὐτῷ, ἔλεγε, δέομαί σου, Κύριε· σύ με βάπτισον. Ὁ δὲ ἐκώλυεν αὐτῶν, λέγων· Ἄφες, ὅτι οὕτως ἐστὶ πρέπον πληρωθῆναι πάντα.

Qua conspecta Johannes sic eum alloquitur: Tu quis es (g) Domine? Rursumque lapsa vox de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Ad hæc Johannes ad ejus pedes accidens: Quæso, inquit, Domine, tu me ipse baptiza. At ille prohibebat eum dicens: Sine, ita enim decet nos implere omnia.

Et post pauca:

Ὁ μὲν γὰρ Κήρινθος χ) Καρποκρᾶς τῷ αὐτῷ χρώμενοι δῆθεν παρ' αὐτοῖς Εὐαγγελίοις, ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸ καθ' Ματθαῖον Εὐαγγέλιον διὰ τῆς γενεαλογίας βούλονται παρισῶν ἐκ σπέρματος Ἰωσὴφ χ) Μαρίας εἶναι τὸν χριστόν. ὅτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. Παρακόψαντες γὰρ τὰς παρὰ τῷ Ματθαίῳ γενεαλογίας,

Cerinthus enim & Carpocrates, eodem Matthæi, ut quidem volunt, Evangelio freti, ex ejus initio Christique genealogia probare nituntur, Christum è Josephi & Mariæ semine esse procreatum. Illi contra aliud omnino statuunt. Nam omni illa genealogia amputata inde

ας, μα ἐπιπτῆναι ἐπ' αὐτὸν ἔγραψαν οἱ Ἀπόστολοι αὐτοῦ τοῦτο τὸ χριστὸν ἡμῶν. (g) Aliter genuinus Matthæus III. 14. quem locum cum Joh. I. 33. ita conciliaverim, ut non tantum post baptismum, sed & antea etiam Spiritum S. in Christum descendere viderit Iohannes Baptista.

Digitized by Google

ας, ἄρχονται τὴν ἀρχὴν ποιεῖσθαι ὡς προεῖπον, λέγοντες: ὅτι ἐγένετό, φησιν, (h) ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρῴδου βασιλέως τῆς Ἰουδαίας ἐπὶ ἀρχιερέως Καϊάφα, ἦλθέ τις Ἰωάννης ὀνόματι βαπτίζων βάπτισμα μετανοίας ἐν τῷ ποταμῷ Ἰορδάνῃ, καὶ τὰ ἑξῆς.

unde diximus initium deducunt. *Factum* est in diebus Herodis Regis Judææ, sub Principe Sacerdotum Caipha, ut veniret quidam Johannis nomine baptizans baptismo pœnitentiæ in Jordane fluvio &c.

Idem num. 16.

Καὶ ἐλθόντα κ᾽ ὑφηγησάμενον, ὡς τὸ παρ᾽ αὐτοῖς Εὐαγγέλιον καλούμενον περιέχει, ὅτι ἦλθον καταλῦσαι τὰς θυσίας, καὶ ἐὰν μὴ παύσησθε τοῦ θύειν, ἡ πάυεται ἀφ᾽ ὑμῶν ἡ ὀργή.

Et qui venerit, atque hoc quod est in illorum *Evangelio* docuerit: Ego, inquit, ad abroganda sacrificia veni, & nisi sacrificare desieritis, Dei in vos ira non cessabit.

Idem num. 21. testatur Ebionitas in Evangelio suo verba Christi Luc. (i) XXII. 15. ita legisse: μὴ

(h) Ex hoc loco apparet quam diversum fuerit illud Apocryphum Evangelium ab Evangelio genuino Matthæi. (i) Matthæi Evangelium potissimum sequebantur Ebionitæ, sed quale habebant Hebræi Nazaræi. Hinc solum Matthæum ab illis recipi, perinde ut à Cerinthianis, tradit Epiphanius hæresi XXX. num. 3. Neque adeo mirum est ex illo Evangelio proferri quæ in Matthæo nostro non leguntur, sed quæ in Luca vel aliis occurrunt Evangelistis, vel in nullis è quatuor extant. Nam neque Nazaræorum illud idem erat cum

Digitized by Google

μὴ ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα κρέας ϕαγεῖν μεθ' ὑμῶν; *Numquid desiderio desideravi comedere carnem hoc Pascha vobiscum?* Receptam Lucæ lectionem confirmat *Marcion* apud eundem Epiphanium p. 344. Videntur etiam Ebionitæ suppositiæ Protevangelium Jacobi. Vide quæ supra p. 42.

XII. ENCRATITARUM EVANGELIUM.

ENcratitas præter actus Andreæ, Johannis, Thomæ, etiam aliis quibusdam Apocryphis usos fuisse testatur Epiphanius hæresi XLVII. num. 1. inter quæ fuisse (a) Evangelium Tatiani dubium non est. Idem Epiphanius hæresi XLVI. num. 1. ubi de Tatiano: ἀπὸ τούτου γὰρ inquit, καθ' διαδοχὴν οἱ Ἐγκρατῖται λεγόμενοι τοῦ ἰοῦ μετεσχηκότες ὑπάρχουσι. Λέγεται δὲ τὸ διὰ τεσσάρων Εὐαγγελίων ὑπ' αὐτοῦ γεγενῆσθαι, ὅπερ κατὰ ἑβραίους τινὲς καλοῦσι. *Ab hoc Encratitarum orta successio est, quibus venenum illud adspersum. Ferunt opus illud, quod ex quatuor Evangeliis contextum est, quodque secundum Hebræos nonnulli vocant, ab eo esse conscriptum.* Tatiani Evangelio usos non modo qui ejus sectæ fuere, sed & alios Catholicos in illa Syriæ parte quam Eu-

 phra-

nostro Matthæo, ut infra in ejus fragmentis apparebit, & Ebionitæ interpolando non minus quam demendo sibi in illo indulsisse aliquid videntur. (a) Etiam Evangelio Ægyptiorum usos fuisse Encratitas colligebam supra p. 337. ex testimoniis Clementis Alexandrini.

Digitized by Google

phrates allicit, diserte testatur Theodoritus lib. 1. hæretic. fab. cap. 20. Si vero *Epiphanius* existimavit Tatiani Evangelium idem fuisse cum eo quod ab aliis *secundum Hebræos* vocatur, fugit illum ratio. Nam Hieronymus non innuit se vidisse Evangelium Tatiani, at Evangelium secundum Hebræos in Græcum latinumque sermonem se vertisse testatur. Alia argumenta attuli infra in Tatiano. Forte fefellit Epiphanium quod in utroque Evangelio (Ebionitarum & Tatiani) genealogias resectas esse observasset. Nisi falso hoc affirmavit de Evangelio Ebionitarum Epiphanius. Non video enim quem in finem genealogias illi amputassent, qui Christum verum & nudum hominem esse volebant. Utut autem ista se habeant, difficile enim est hæreticorum veterum sensus rationibus semper assequi, certe Ebionitarum Evangelium rectius Epiphanius dixisset cum eo convenire quod à nonnullis vocatum est secundum Hebræos.

XIII. EVANGELIUM EVÆ.

S. Epiphanius hæresi XXVI. quæ est Gnosticorum, num. 2.

Ἄλλοι δὲ καὶ αἰσχύνονται, λέγοντες Εὐαγγέλιον Εὔας. Ἐμ ὄνομα γὰρ αὐτῆς δῆθεν ὡς εὑρέσης τὸ ὄνομα τῆς γνώσεως

Alii Evangelium *Evæ* sine ullo pudore jactitant. Sub hujus enim nomine utpote quæ cognitionis no-

ἐξ

Digitized by Google

ἐξ ἀποκαλύψεως τῦ λαλήσαντος αὐτῇ ὄφεως σποράν ὑποτίθενται.

men à serpente quocum collocuta est dicerit, perfidiæ suæ semina sparserunt.

Idem num. 3.

Ὁρμῶνται δὲ ἀπὸ μαρτυριῶν καὶ ὀπτασιῶν, ἐν ᾧ Εὐαγγελίῳ ἐπαγγέλλονται. Φάσκουσι γὰρ ἅτινες· Ὅτι ἔστην ἐπὶ ὄρους ὑψηλοῦ, καὶ εἶδον ἄνθρωπον μακρὸν καὶ ἄλλον κολοβόν, καὶ ἤκουσα ὡσεὶ φωνὴν βροντῆς καὶ ἤγγισα τοῦ ἀκοῦσαι, καὶ ἐλάλησε πρός με, καὶ εἶπεν· Ἐγὼ σὺ καὶ σὺ ἐγώ, καὶ ὅπου ἐὰν ἦς ἐγὼ ἐκεῖ εἰμι, καὶ ἐν ἅπασίν εἰμι ἐσπαρμένος. Καὶ ὅθεν ἐὰν θέλῃς συλλέγεις με, ἐμὲ δὲ συλλέγων ἑαυτὸν συλλέγεις. Καὶ ὦ τῆς τοῦ διαβόλου διασπορᾶς!

Stolidis porro testimoniis ac visis in illo suo quod præ se ferunt Evangelio utuntur. Ita enim inquiunt: *In arduo monte constiteram, cum ecce video procerum hominem & mutilum alium. Inde vocem tonitrui instar exaudio. Propius igitur ad audiendum accedo, tum me hunc in modum est allocutus: Ego idem sum ac tu,* (a) *& tu idem atque ego, & ubicunque tu es, illic ego sum, ac per omnia sum dispersus. Et undecunque volueris, me colligis, me vero colligendo temetipsum colligis.* O doctrinam à nequissimo *Dæmone* profectam!

Idem num. 5.

Διὸ καὶ ἐν Ἀποκρύ-

Propterea in Apo-

(a) ὁ Θεὸς τὸ πᾶν.

Digitized by Google

φοις ἀναγινώσκουσες, ὅτι εἶδον δένδρον φέρων δώδεκα καρπὸς τῷ ἐνιαυτῷ. κἀγὼ μοι τοῦτό ἐστι τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, ὃ αὐτοὶ ἀλληγοροῦσιν εἰς τὴν καθ' μῆνα γινομένην γυναικείαν ῥύσιν.

cryphis legunt: *Vidi arborem duodecim fructus quotannis ferentem, & dixit mihi: hoc est lignum vitæ.* Idipsum de menstruis mulierum profluviis interpretantur.

XIV. EVANGELIA GNOSTICORUM. (a)

S. Epiphanius hæresi XXVI. num. 8.

Καὶ τὰ μὲν βιβλία αὐτῶν πολλά. Ἐρωτήσεις γάρ τινας Μαρίας ἐντίθενται, ἄλλοι δὲ εἰς τὸν προειρημένον Ἰαλδαβαὼθ, εἰς ὄνομα δὲ τοῦ Σὴθ πολλὰ βιβλία ὑποτίθενται. Ἀποκαλύψεις δὲ τοῦ Ἀδὰμ ἄλλας λέγουσιν. Εὐαγγέλια δὲ ἕτερα εἰς ὄνομα τῶν Μαθητῶν συγγράψαθαι τετολμήκασιν.

Cæterum libri pernes illos quam plurimi sunt. Nam interrogationes quasdá Mariæ venditant, alii de eo quem diximus Jaldaboth, & sub Sethi nomine complures libros suppositicios obtrudunt. Sed & Adami revelationes alias, & alia item Evangelia falsa Discipulorum nomine conscribere sunt ausi.

Confer quæ adduxi p. 2. & 150. & quæ infra de Evangelio perfectionis.

XV.

(a) Gnosticorum nomen latissime patet, ita ut huc etiam referenda sint quæ dixi de Evangeliis Basilidis, Apellis, Valentini &c. Præter Evangelium Evæ, de quo paulo ante.

Digitized by Google

XV. EVANGELIUM SECUNDUM HEBRÆOS.

Beda Venerabilis initio commentarii in Lucam.

QUo manifestissime proœmio significat (Lucas) eam sibi maxime causam Evangelii fuisse scribendi, ne PseudoEvangelistis facultas esset falsa prædicandi, qui ut eorum hodieque monumenta testantur, sub nomine Apostolorum, perfidiæ conati sunt inducere sectas. Denique nonnulli Thomæ, alii Bartholomæi, quidam Matthiæ, aliqui etiam duodecim Apostolorum titulo reperiuntur falso inscripta ptænotasse. Sed & Basilides atque Apelles, quorum unus trecentos sexaginta quinque cœlos, alter duos invicem contrarios Deos inter alia nefanda dogmatizabant, Evangelia sui nominis errore fœda reliquisse. Inter quæ notandum quod dicitur Evangelium juxta Hebræos, (a) non inter Apocryphas sed inter Ecclesiasticas numerandum historias. Nam & ipsi sacræ Scripturæ interpreti Hieronymo pleraque ex eo testimonia usurpare, & ipsum in latinum græcumque visum est transferre sermonem.

(a) Hoc loco Beda perperam distingvit Evangelium secundum Hebræos (quod idem esse non dubito cum Evangelio Hebraico Nazaræorum) ab Evangelio duodecim Apostolorum. Pro eodem enim habet Hieronymus supra p. 349. Vicissim Epiphanius Evangelium secundum Hebræos male confundit cum Tatiani Evangelio διὰ τεσσάρων, ut notavi paulo ante differens de Evangelio Encratitarum.

Digitized by Google

Falsa vero Evangelia Lucas primâ mox præfatione refellit.

Stichometria vetus laudata supra p. 144. *Evangelium secundum Hebræos testatur fuisse στίχων βσ. Versuum* 2200. Plura de hoc dixi infra num. XXXV

XVI. EVANGELIA QVÆ FALSAVIT HESYCHIUS.

HÆc in Gelasii decreto notantur. Sed vide quæ monui supra p. 137. Hieronymus præfat. in Evangelia ad Damasum: *Prætermitto eos codices quos à Luciano & Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto Veteri Instrumento post LXX. Interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse, cum multarum gentium linguis Scriptura ante translata doceat falsa esse quæ addita sunt.*

XVII. S. JACOBI MINORIS PROTEVANGELIUM.

QUod supra habes p. 39. seq. Ibi dicta consulas licet & addas quæ p. 149. De Jacobi majoris Evangelio in Hispania A. 1595. reperto hæc Franc. Bivarius p. 57. in not. ad comentitium Chronicon Lucio Dextro suppositum A. C. 37. *Caterum magno Dei munere factum est, ut A.* 1595. *in monte Ilipulatano Granatensi, qui nunc à re dicitur mons sanctus, non solum cineres sacri & ossa præstantissimorum D. JACOBI discipulorum,* (Thesiphontis & Cæcilii) *reperta fuerint, sed etiam*

XVIII.

Digitized by Google

XVIII. libri in æreis seu plumbeis tabulis exarati, de quibus non pauci à S. Apostolo compositi leguntur, præsertim unus cui titulus de missa Apostolorum cum suo Ceremoniali, & alter de historia Evangelica; Quo videas beatum Apostolum ut sanctum Christi Evangelium suis communicaret discipulis, non eguisse Evangelio Matthæi: Ille præsertim, qui secretioribus Domini actionibus præsens fuit. Hoc Evangelium cum aliis libris ibi inventis rejectum & damnatum est A. 1682. ab Innocentio XI. Vide T. 7. Act. Sanctor. Maji p. 285. & 393.

XVIII. LIBER INFANTIÆ SALVATORIS.

Hic quoque à me exhibitus est, & duplex quidem, unus Græcè mutilus p. 159. alter ex Arabico translatus, integer. p. 168.

XIX. S. JOHANNIS DE TRANSITU S. MARIÆ.

DE hoc libro Apocrypho qui etiamnum græce extat in variis Bibliothecis, videbis ubi lubebit quæ dixi p. 45. p. 60. & p. 138. Petrum item Lambecium lib. 4. commentar. de Bibl. Vindob. p. 132. & 244. & lib. 5. p. 24. In codice Colbertino MS. 453. annectitur huic scripto alter sub nomine ejusdem S. Johannis Theologi commentarius itidem Apocryphus *de Jesu Christo & ejus descensu ex cruce* hoc titulo: ὑπόμνημα τῦ Κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ χριστῦ εἰς τὴν ἀπο-

Digitized by Google

καθήλωσιν αὐτῷ, συγγραφεῖσα (a) παρὰ τῶ ἁγίῳ Θεολόγῳ. Allegat Cangius in glossario, voce προτομὴ & alibi.

XX. JUDÆ THADDÆI EVANGELIUM.

Vide infra num. XXXVII. in THADDÆO.

XXI. EVANGELIUM JUDÆ ISCHARIOTHÆ.

S. Irenæus lib. 1. contra hæreses c. 35.

ALii autem rursus Cain à superiore principalitate dicunt & Esau & Core & Sodomitas, & omnes tales cognatos suos confitentur: & propter hoc à factore impugnatos, neminem ex eis male acceptos, Sophia enim illud quod proprium ex ea erat abripiebat ex eis ad semetipsum. *Et* hæc Judam proditorem diligenter cognovisse dicunt, & solum præ cæteris cognoscentem veritatem, perfecisse proditionis mysterium; per quem & terrena & cœlestia omnia dissoluta dicunt. Et confinctionem (b) afferunt hujusmodi, *Juda Evangelium* illud vocantes. Jam autem & collegi eorum conscriptiones, in quibus dissolvere opera hysteræ adhor-

(a) Ita perperam pro συγγραφέν. Quod vero inscribitur ὑπόμνημα τῦ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησῦ χριστῦ, forte ita factum est, quoniam Apocalypsis Johannis incipit his verbis: Ἀποκάλυψις Ἰησῦ Χριστῦ. (b) Confictum opus.

Digitized by Google

hortantur, hysteram autem fabricatorem cœli & terræ vocant.

S. Epiphanius eadem de Cainistis memorans hæresi XXVIII. num. 1. Evangelii Judæ meminit his verbis:

Καὶ τότε ἕνεκεν τοῦ Ἰούδαν ἀκριβῶς τὰ περὶ τούτων ἐπεγνωκέναι λέγουσι. Καὶ τοῦτον γὰρ θέλουσιν εἶναι συγγενῆ ἑαυτῶν καὶ ἐν γνώσεως ὑπερβολῇ τὸν αὐτὸν καταριθμοῦσιν. Ὥστε καὶ συνταγμάτιον φέρειν ἐξ ὀνόματος αὐτοῦ ὃ Εὐαγγέλιον τοῦ Ἰούδα καλοῦσι.

Propterea Judam accurate omnia hæc habuisse perspecta memorant. Quem quidem affinem esse suum jactitant, eidemque excellentem quandam vim cognitionis attribuunt. Quod usque adeo defendunt, ut ejus nomine inscriptum opusculum circumferant quod *Judæ Evangelium* appellant.

B. Theodoritus lib. 1. Hæretic. Fabular. cap. 15.

Καὶ τὸν προδότην δὲ Ἰούδαν μόνον ἐκ πάντων τῶν Ἀποστόλων ταύτην ἐσχηκέναι τὴν γνῶσιν φασὶ (οἱ Καϊνοί) καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς προδοσίας ἐνεργῆσαι μυστήριον, προφέρουσι δὲ αὐτοῦ καὶ

Sed & proditorem *Judam* solum ex omnibus Apostolis dicunt hanc cognitionem habuisse (Caini) & ideo proditionis Mysterium peregisse. Proferunt etiam illius *Evangelium*

Digitized by Google

Εὐαγγέλιον, ὅπερ ἐκεῖνοι συντεθείκασιν. Ἐκεῖνος γὰρ εὐθὺς τὴν ἀγχόνην ἔλαβε τῆς προδοσίας μισθόν.

quod ipsi composuerunt, nam ille laqueum mox induit mercedem proditionis.

XXII. LEUCII EVANGELIUM.

MAnu exaratum extare hoc PseudEvangelium Oxoniæ in Bibliotheca Collegii corporis Christi testatur Clarissimus J. E. Grabe ad Irenæum lib. 1. c. 17. ubi hæc profert ex capite, *quomodo Jesus discendus erat literas: Et cœpit Magister imperiose eum docere, dicendo: dic Alpha. Jesus vero dixit ei: tu mihi dic prius quid sit beta, & ego dicam tibi quid sit Alpha, & ob hæc Magister iratus percussit Jesum, & postquam percussit eum, mortuus est.* Quantum ex hoc fragmento colligere licet, fortassis haud diversum est hoc PseudEvangelium ab Evangelio Infantiæ de quo num. XVIII.

XXIII. EVANGELIA QUÆ FALSAVIT LUCIANUS.

HÆc quoque in Gelasiano decreto notantur. Verum vide quæ observavi supra p. 137. & Hottingerum fasciculo dissertatt. p. 239. 231.

XXIV. XXV. XXVI. TRIA MANICHÆORUM EVANGELIA.

De quibus egi p. 140. seq. & in præsenti addo

Digitized by Google

do locum ex Anathematismis Manichæorum quæ post Cotelerium T. 1. Patr. Apostol. p. 537. vulgavit Jacobus Tollius in insignibus Itineris Italici: p. 142.

Ἀναθεματίζω πάντα τὰ δόγματα καὶ συγγράμματα τοῦ Μάνεντος, καὶ τὸ τῶν Ἐπιστολῶν αὐτοῦ βιβλίον, καὶ πάσας τὰς Μανιχαϊκὰς βίβλους ὅιον τὸ νεκροποιὸν αὐτῶν Εὐαγγέλιον ὅπερ ζῶν καλοῦσι, καὶ τὸν θησαυρὸν τοῦ θανάτου ὃν λέγουσιν θησαυρὸν ζωῆς. Καὶ τὴν καλυμμένην μυστηρίων βίβλον ἐν ᾗ ἀναστρέφειν πειρῶνται νόμον καὶ προφήτας. Καὶ τὴν τῶν ἀποκρύφων (a) καὶ τὴν τῶν ἀπομνημονευμάτων, καὶ τὴν γεγραμμένην Ἄδα καὶ Ἀδειμάντῳ καθ' Μωύσεως καὶ τῶν ἄλλων προφητῶν. καὶ τὴν λεγομένην ἑπτάλογον Ἀγαπίου, καὶ τὴν Ἀριστοκρί-

Anathematizo omnes opiniones ac libros Manetis atque Epistolarum illius volumen cunctaque scripta Manichaica: veluti mortiferum eorum *Evangelium* quod *vivum* appellant, ac thesaurum mortis quem dicunt thesaurum vitæ; & librum titulo Mysteriorum, in quo legem ac Prophetas evertere nituntur, & librum Apocryphorum & alium Commentariorum, item ab Ada & Adimanto conscriptum adversus Moysen Prophetasque alios, nec non librum Agapii, Heptalogum nomine, Aristo-

(a) Forte legendum conjunctim ἀποκρύφων ἀπομνημονευμάτων, ut falsi Actus intelligantur quos sub Apostolorum nominibus Manichæi jactarunt.

Digitized by Google

τὴν βίβλον ἣν ἐπέγραψε Θεοσοφίαν, ἐν ᾗ πειρᾶται δεικνύναι τὸν Ἰουδαϊσμὸν καὶ τὸν Ἑλληνισμὸν καὶ τὸν χριστιανισμὸν καὶ τὸν Μανιχαϊσμὸν ἓν εἶναι καὶ τὸ αὐτὸ δόγμα· καὶ ἵνα πιθανὰ δόξῃ λέγειν καθάπαξ καὶ τῷ Μάνεντι ὡς πονηρῷ. - - Ἀναθεματίζω τὸν πατέρα Μάνεντος Παπέκιον ὅια ψεύστην καὶ ψευδῆ πατέρα, καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα Κάροσσαν, καὶ Ἱέρακα καὶ Ἡρακλείδην, καὶ Ἀφθόνιον τοὺς ὑπομνηματισαμένους καὶ ἐξηγητὰς τῶν τούτου συγγραμμάτων καὶ τοὺς λοιποὺς αὐτοῦ μαθητὰς ἅπαντας. Σισίννιον τὸν διάδοχον τῆς τούτου μανίας, Θωμᾶν τὸν συνταξάμενον τὸ καθ' αὐτὸν λεγόμενον Εὐαγγέλιον, Βοδᾶν, Ἑρμᾶν, Ἀδᾶν, Ἀδείμαντον, Ζαρᾶν, Γαβριάβιον, Ἀγάπιον, Ἱλάριον, Ὀλύμπιον, Ἀριστό-

critique opus quod Theosophiam id est Dei sapientiam inscripsit, in quo ostendere conatur Judaismum, Paganismum, Christianismum & *Manichaismum* unum esse idemque dogma, utque probabilia videatur dicere, Manetem quoque arguit tanquam malum. - - - Anathematizo patrem Manetis Patecium ut mendacem & mendacii patrem, itidem ipsius matrem Carossam & Hieracem, Heraclidem, Aphthonium, qui commentarios ac expositiones in illius libros conscripserunt, & reliquos ejus discipulos omnes Sisinnium Manetis insaniæ successorem, Thomam qui *Thomæ* dictum *Evangelium* composuit, Budam, Hermam, Acrisor,

Digitized by Google

ιρίσον, Σαλμαῖον, Ἰνναΐ- dam, Adimantum, Za-
ον, Παάπιν, Βαραίαν. ruam, Gabriabium, A-
gapium, Hilarium, Olympium, Ariſtocri-
tum, Salmæum, Jnnæum, Paapim, Baræam.

XXVII. MARCIONIS EVANGELIUM.

DE hoc dictum infra eſt in *Evangelio S. Pauli*. Hic tantum adſcribam verba Irenæi lib. III. c. 12. *Hi qui à Marcione ſunt, non habent Evangelium, hoc enim quod ſecundum Lucam decurtantes gloriantur ſe habere Evangelium.* & Tertulliani lib. 4. contra Marcionem c. 3. *Connititur ad deſtruendum ſtatum eorum Evangeliorum quæ propria & ſub Apoſtolorum nomine eduntur, vel etiam Apoſtolicorum, ut ſcilicet fidem quam illis adimit, ſuo* (Lucæ interpolato) *conferat.*

XXVIII. LIBER DE S. MARIA ET OBSTETRICE.

Vide ſupra p. 108. in notis.

XXIX. XXX. MARIÆ INTERROGATIONES MAJORES ET MINORES.

LIber duplex Apocryphus à Gnoſticis jactatus teſte Epiphanio hæreſi XXVI. c. 8. qui ex illis nonnulla affert ſed tam turpia obſcœna ac plena blaſphemiæ, ut illa deſcribere merito abhorruerim.

Digitized by Google

XXXI. LIBER DE NATIVITATE SALVATORIS.

Rejicitur à Gelasio supra p. 137.

XXXII. XXXIII. XXIV. LIBER TRIPLEX DE NATIVITATE S. MARIÆ.

Quorum tertium latine habes supra p. 19. seq. de reliquis dixi p. 2. seq.

LIBER TRANSITUS S. MARIÆ.

Jam supra sub nomine S. JOHANNIS commemoratus fuit, num. XIX.

XXXV. EVANGELIUM MATTHÆI Hebraicum quo usi NAZARÆI.

Eusebius lib. 3. Hist. Eccles. cap. 39.

Περὶ δὲ τοῦ Ματθαίου ταῦτα (τῷ Παπίᾳ) εἰρῆσθαι. Ματθαῖος μὲν οὖν Ἑβραΐδι διαλέκτῳ τὰ λό-

De Matthæo sic habet Papias: Matthæus quidem, inquit, Hebraico (a) ser-

(a) Papiæ subscribunt Irenæus, Origenes & alii veteres quamplurimi, pridem laudati à multis, & nuper diligentissime à Rev. D. Ittigio p. 71. seq. diss. de hæresiarchis. Inter recentiores à Protestantibus quoque hæc Patrum autoritas movit Bullingerum, Casaubonum, G. Joh. Vossium, Salmasium, Colomesium, Bynæum, Caveum, Stephanum Lemonium, Henr. Dodwellum, Seldenum, Barthium, Georgium Calixtum, Conradum Hornejum, aliosque, ut Evangelium à Matthæo primitus Hebraice scriptum esse crederent, imo græce scripsisse, *novum Heliurium* vocat Js. Vossius; p. 36.

Digitized by Google

λόγια συνεγράψατο, ἡρμήνευσε δ' αὐτὰ ὡς ἠδύνατο ἕκαστος. κέχρηται δὲ ὁ αὐτὸς μαρτυρίαις

mone divina scripsit oracula, interpretatus est autem unusquisque (b) illa prout

ἀπὸ

appendicis de LXX. Interpretibus. Ut tamen assensum sustinerent suum etiam inter Romanarum partium scriptores Erasmus, Cajetanus, Valesius, non plane nullas causas illis fuisse ostenderunt ad Matthæum Flacius, Calovius, Goniarus, Jacobus Capellus; tum Chamierus T. 1. panstratiæ lib. 2. c. 8. Kortholtus de variis Bibliorum editt. p. 66. seq. & præter Ittigium laudato loco Joh. Henricus Majus examinis Historiæ Criticæ Simonianæ c. 5. & 7. & 9. Nempe suspicio est non plane injusta nec temeraria, Papiam, & post eum alios Evangelium Hebraicum quod ad Matthæum referebant Nazaræi, cum genuino Matthæi Evangelio confudisse, ut notabo infra. (b) Ex hoc loco Simonius lib. 1. Hist. Crit N. T. p. 95. seq. conjicit plures Evangelium Matthæi ex Hebraico Græce vertisse, tam Orthodoxos (quales Nazaræi quoque ipsi videntur) quam hæreticos Cerinthianos, Carpocratianos & Ebionitas. Neque ullam Papiæ innotuisse translationem ab Apostolorum aliquo sive Jacobo sive Johanne, sive Paulo sive Luca denique Evangelista compositam: Sed inter plures versiones demum interjecto tempore unam ab Ecclesia recepisse autoritatem. Perspicue tamen huic viri eruditi asserto contrariatur quod Papiæ æquales vel etiam antiquiores Clemens Romanus, Barnabas, Justinus Martyr, tum Papiæ discipulus Irenæus loca Evangelica iisdem verbis laudant quibus in Græcis nostris Matthæi codicibus leguntur. Deinde ex fragmentis hisce constabit Evangelium Nazaræorum diversum fuisse ab Evangelio Matthæi Græco quod habemus. Quod vero idem Simonius p. 81, affirmat Evangelium Matthæi Græce versum videri, antequam Nazaræi Evangelium illud interpolassent, nemo non videt conjecturam esse parum verisimilem, & ut ὑποθέσει inserviretur excogitatam.

Digitized by Google

ἀπὸ τῆς Ἰωάννου πρώτης Ἐπιστολῆς, καὶ τῆς Πέτρου ὁμοίως. Ἐκτέθειται δὲ καὶ ἄλλην ἱστορίαν περὶ γυναικὸς ἐπὶ πολλαῖς ἁμαρτίαις διαβληθείσης ἐπὶ τοῦ Κυρίου, ἣν τὸ καθ' Ἑβραίους

potuit. Porro idem Papias testimoniis ex priore Joannis Epistola & ex priore itidem Petri desumptis utitur. Aliam quoque exponit historiam de muliere (c) quæ multorum

85

(c) Baronius ad A. C. 99. num. 6. hanc diversam esse putat ab adultera de qua Johannes octavo capite. *Nam cum Papias multorum criminum dicat fœminam illam accusatam, Johannes vero habeat unius tantum facinoris, nempe quod deprehensa esset in adulterio, insimulatam, plane diversam ab illa fuisse significare videtur. Quod si unam eandemque fuisse mulierem dicere magis placet, tunc illud affirmare necesse est per Evangelium secundum Hebræos Evangelium Iohannis Hebraice versum Papiam intellexisse, quod Hebraice translatum Tiberiade in gazophylacio Judæorum asservatum autor est Epiphanius hæresi 30. num. 3. 6. 12.* Verum neutra Baronii opinio erudito lectori se probabit. Non posterior, quia veteres cum Evangelium secundum Hebræos memorant, haud aliud intelligunt Evangelium nisi quod Matthæi nomine Hebraice circumferebatur. Non prior, quia mulier in adulterio deprehensa eadem potuit etiam multorum ante commissorum similium scelerum pariter accusari. Itaque de eadem utrinque sermonem esse non dubitant Rufinus Eusebii interpres, Erasmus, Camerarius, Jansenius. Simonius, Drusius, Beza, Grotius, aliique. Drusii verba in quæsitis per Epistolam Epist. 26. hæc sunt: *Fallor, aut intelligit Papiæ narrationem illam de muliere adultera quæ abest non solum à libris Græcis veteribus, sed etiam in editione Syra, ut suspicari merito quis possit ex Evangelio illo ad Hebræos in nostra exemplaria eam dimanasse. Nihil affirmo.* Sane Eusebium quod in Evangelio ad Hebræos extare monet, in Evangelio Johan-

Digitized by Google

ως Εὐαγγέλιον περι- criminum coram Do-
έχει. mino accusata est.
Quæ quidem in Evangelio secundum Hebræos scripta habetur.

nis non legisse, recte notat Pearsonius Vindic. Ignatii parte 2. cap. 9. Neque historiam de adultera in Johanne legit Nonnus Johannis Metaphrastes, neque Theophylactus, neque Chrysostomus, quanquam hujus homiliâ 60. in Johannem p. 389. b. in latina versione habetur: *an lapidanda esset adultera.* Verum Græca verba περὶ ἀφέσεως γυναικὸς respiciunt mulierem Luc. VII. 47. Ad Eusebii Canones harmonicos provocat Seldenus lib. 3. de uxore Hebræa c. 11. & Kortholtus p. 83. seq. de variis Biblior. editionibus, at in decimi canonis numero 86. non ad historiam adulteræ sed ad præcedentes versiculos respici contendit Simonius lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 150. Idem Kortholtus Theologus præstantissimus provocat ad Cyrillum Alexandrinum, sed in Græco nihil habetur ad hanc pericopen illustrandam, quæ vero in latinis editionibus Cyrilli leguntur, addita sunt à Jodoco Clichtoveo. Omitto quod nulla historiæ hujus mentio in Leontii commentario græco in Johannem quem inspexit Maldonatus, neque in Catena Græca XXIII. Interpretum ad Johannem à Balthasare Corderio edita, neque in alia Catena MS, de qua Simonius lib. 3. hist. Crit. N. T. p. 435. Memoratur tamen historia de adultera: disserte in harmoniis antiquissimis quas habemus sub nomine Tatiani & Ammonii Alexandrini, licet dubium videtur utrum adhuc supersit harmonia qualem olim scripsit Tatianus, nec desunt qui eum Evangelio ad Hebræos quoque usum fuisse putant ad harmoniam suam concinnandam, uti Ammonium Tatiani vestigiis subinde institisse. Memorat & eandem pericopen autor Synopseos Scripturæ quæ extat inter opera Athanasii, verum ut Seldeno pridem observatum, ita memorat ut in aliquibus tantum codicibus hæc lecta tacite innuat: ἐν ⟨ἄ⟩υθα τὰ περὶ τῆς καταγομένης ἐπὶ μοιχείᾳ. Memorat itidem Euthymius, sed

Digitized by Google

in exactioribus exemplaribus deesse vel obelo confossa esse notat. Sane in codicibus Græcis quibusdam MStis desideratur, & in plurimis extat verum non iisdem semper verbis concepta, miram enim lectionis varietatem Beza se observasse testatur, & notata interdum obelo vel asterisco, vel addita Critica observatione: ὅτι ἔν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖται. Vel hâc, quam in MS. Regis Galliæ reperit Simonius & Cotelerius: Τὰ ὀβελισμένα ἔν τισιν ἀντιγράφοις οὐ κεῖνται, οὐδὲ Ἀπολιναρίῳ, ἐν δὲ τοῖς ἀρχαίοις ὅλα κεῖνται. Μνημονεύουσι τῆς περικοπῆς ταύτης καὶ οἱ Ἀπόστολοι πάντες ἐν οἷς ἐξέθεντο διατάξεσιν εἰς οἰκοδομὴν τῆς Ἐκκλησίας. Respicit Constitutt. Apostol. lib. 2. c. 24. ubi hujus historiæ mentio extat. Hieronymus 2. adversus Pelagianos: *In Evangelio secundum Johannem in multis & Græcis & latinis codicibus invenitur de adultera muliere, quæ accusata est apud Dominum.* In Græco-latinis & latinis qui hodie extant MStis codicibus occurrit omnibus, quantum ex testimonio virorum doctorum qui bibliothecas perreptarunt intelligere potui. Legerunt etiam Ambrosius, Augustinus, Idacius Clarus adversus Varimadum p. 296. Prosper, Sedulius, Gregorius M. Beda, Alcuinus, Hincmarus, Rabanus, Haymo & alii latini. Apud Juvencum non memini me legere, sedis nulla etiam alia Evangelistarum capita omittit. In lectionariis Ecclesiæ Græcæ extat ad diem 1. Aprilis, quo celebratur Mariæ Ægyptiacæ memoria, legiturque ἐπὶ τῶν ἐξομολογουμένων γυναικῶν. Habent editiones Græcæ N. T. typis impressæ omnes quas consului, ut latinas, Anglo-Saxonicam, & alias occidentales versiones, ritualia Ecclesiæ Romanæ in Sabbato ante Dominicam 4. Quadragesimæ, & Evangelia Anglo Saxonica Seldeno inspecta præteream. Syriaci codices MSti antiquissimi & editiones Widmanstadii, Tremelli, Trostii &c. non habent, at habet codex Syriacus Jacobi Usserii, ex quo descripserunt Ludovicus de Dieu in notis ad Johannem, Angli in Polyglottis, Ægidius Gutbirius in præstantissimo suo Novo Test.

Digitized by Google

Test. Syriaco, Dillherrus in Eclogis sacris p. 203. &c. Neque tamen omittendum quod in eodem Usserii codice Syriaco prænotatur lectionem de muliere peccatrice in codicibus quo vulgo utitur Ecclesia Syriaca non extare, Nec extat in Gothica versione Ulphilæ. Habet vicissim hanc pericopen versio Arabica Evangeliarum edita Romæ A. 1590. fol tum ab Erpenio vulgata in Belgio, & ab Anglis ad Romanæ fidem recusa in Polyglottis, sed & codex Arabicus in Bibliotheca Arundeliana qui Erpeniano junior est annis ut notat Seldenus quinquaginta quinque. In alio tamen Arabico quem inspexit Simonius 2. Crit N. T. p. 190. desideratur. Extat in duobus MSS. Coptis. In Æthiopica quoque & Persica translatione fluo illam loco Angli exhibuerunt, quanquam in codice versionis Persicæ Vaticano (quem Agræ A. 1605. ex codice A. 1388. exarato transcriptum suppeditavit cura Francisci Xaverii) legitur capite Johannis non octavo sed decimo. In Græcis quibusdam κεφαλαιομεθρίαις MStis Evangelii Johannis teste Simonio habetur etiam κεφάλαιον περὶ τῆς μοιχαλίδος, tum in Codicibus ipsis nonnullis itidem Græcis caput hoc non legitur tantum sed & singulari numero inter capita in margine notatur. Si vero quæras unde contigerit in libris quibusdam & versionibus antiquis desiderari & jam olim fuisse desideratum, respondebo id non evenisse, ideo quod non vere sit Johannis, aut ex Evangelio ad Hebræos illuc insertum, cum nulla sit ratio quare hoc factum fuerit, & historiam de eadem muliere cum paulo aliis circumstantiis narraverit Apocryphum ad Hebræos Evangelium: sed ideo potius, quoniam essent nonnulli qui historiam hanc putarent perditæ vitæ hominibus, si publice in Ecclesia legeretur, ansam præbere cogitandi, quasi impune ipsis liceret in libidinibus suis se volutare. Hoc diserte testatur Augustinus lib. 2. de adulterinis conjugiis ad Pollentium c. 7. *Sed hoc videlicet infidelium sensus exhorret, ita ut nonnulli modica vel potius inimici veræ fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus suis, illud quod de adultera indulgentia dominus fecit, auferrent de codicibus suis, quasi*

Digitized by Google

si permissionem peccandi tribuerit, qui dixit deinceps noli peccare: *aut ideo non debuerit mulier à medico Deo illius peccati remissione sanari, ne offenderentur infirmi.* In libello Niconis de fide Armenorum: ἀλλὰ καὶ τὴν ἱστορίαν τὴν διδάσκουσαν ἡμᾶς προσηνέχθη τῷ Ἰησοῦ γυνὴ ἡ μοιχευθεῖσα, τοῦ δὲ εἰπόντος, ὅστις ὑμῶν ἥμαρτε βαλέτω λίθον ἐπ' αὐτὴν, ἀνεχώρησαν ἅπαντες, καὶ οὐδὲ παρὰ τοῦ χριστοῦ κατακέκριται, ἐκβάλλουσι, βλαβερὸν εἶναι λέγοντες τοῖς πολλοῖς τὴν ταύτην ἀκρόασιν. *Sed & historiam quam nos docet quod mulier adultera &c. ejiciunt, hanc recitationem vulgo esse noxiam dicentes.* Johannes quoque Gregorius Anglus in præfatione ad Observationes sacras narrat se à quodam Armenorum sacerdote accepisse quod illi pericopæ de adultera in Evangelio locum non concedunt, sed ad finem rejiciunt tanquam suspectum. Antequam ad alia pergam, noto Grotium memoria lapsum in notis ad Johannem, cum ait: *hanc historiam in Nazaraeorum Hebraeo fuisse, satis ex Hieronymo constat.* Nunquam enim hoc tradit Hieronymus, sed Eusebius in loco laudato. Addit porro idem Grotius se credere, *quod omissa fuerit scribi ab ipsis Apostolis,* (hoc est, ut intelligo, ab ipsis Apostolorum temporibus, non demum à Novatianis) *quod facile inde calumniæ arripi posset traducendi Christianos apud Magistratus, quasi evertentes publica judicia quibus stare videtur Resp. salus,* Clarissimi Clerici objectionibus quibus vult probare indignum Christo esse responsum Scribis & Pharisæis impertitum, occurri potest, si ponemus illud redditum esse non legitimo Magistratui, sed hypocritis, quibus non erat integrum capitali supplicio mœcham afficere. Hi cum malitiose ex Christo quærerent, quid cum ea agendum esset, erant à Christo monendi, quod ipsi essent rei ejus criminis propter quod vellent severi judicis partes sibi præposterè vindicare.

S.

Digitized by Google

S. Ignatius Epistolâ ad Smyrnæos, c. 3.

Versio Antiqua.

Ἐγὼ γὰρ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐν σαρκὶ αὐτὸν ὁρῶ καὶ πιστεύω ὄντα. Καὶ ὅτε πρὸς τοὺς περὶ Πέτρον ἦλθεν, ἔφη αὐτοῖς, λάβετε, ψηλαφήσατέ με καὶ ἴδετε, ὅτι

Ego enim & post resurrectionem in carne ipsum vidi (a) & credo existentem. Et quando ad eos qui circa Petrum venit, ait ipsis: (b) Adprehen-

(a) In Græco MS. Florentino, ὁρῶ *novi*, quomodo legunt præter interpolatorem Epistolæ Ignatianæ Eusebius lib. 3. Hist. c. 36. Theodoritus dialogo 1. Rufinus interpres Eusebii, Freculphus. Eamque lectionem probant Grotius ad Matth. XXVIII. 17. Halloixius in vita Ignatii p. 385. Pearsonius, Is. Vossius, Cotelerius &c. (b) Hæc unde hauserit Martyr Antiochenus, nescire se fatetur Eusebius. οὐκ οἶδα, inquit, ὁπόθεν ῥητοῖς συγκέχρηται. Sed Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccles. ubi de Ignatio agit: *Scripsit & ad Smyrnæos (& proprie ad Polycarpum commendans illi Antiochensem Ecclesiam) in qua & de Evangelio quod nuper à me translatum est, super persona Christi ponit testimonium, dicens: Ego vero & post resurrectionem in carne eum vidi* (Sophron. εἶδον, ita & Nicephorus III, 19. perperam utique, nisi qvis cum Cotelerio suspicetur totum istum locum atque adeo hæc quoque verba non Ignatii sed Apocryphi Evangelii esse, quod tamen vix mihi credibile videtur.) *& credo quia sit. Et quando venit ad Petrum & ad eos qui cum Petro erant, dixit eis: Accipite me & videte quia non sum dæmonium incorporale* (ita legendum etiam apud Sophron. ἀσωματικόν, non ut vulgo editur *corporale*, σωματικόν. Confer Steph. Lemonii notas ad Varia sacra p. 418. Halloixium T. 1. Vitar. p. 386.) *Et statim tetigerunt eum & crediderunt.*

Digitized by Google

ὅτι δή εἰμι δαιμόνιον ἀσώματον. Καὶ εὐθὺς αὐτῷ ἥψαντο καὶ ἐπίστευσαν

dite, palpate me & videte quoniam non sum dæmonium incorporeum. Idem Hieronymus procœmio in librum XVIII. Esaiæ: *Cum enim Apostolis eum putarent spiritum, vel juxta Evangelium quod Hebræorum lectitant Nazarei, incorporale dæmonium, dixit eis: quid turbati estis &c.* Origenes in procœmio librorum περὶ ἀρχῶν non ex Evangelio Nazaræorum sed ex διδαχῇ Petri laudat idem dictum: *Si vero quis velit nobis proferre ex illo libello qui Petri doctrina appellatur, ubi Salvator videtur ad discipulos dicere, quod non sit dæmoniam incorporeum: primum respondendum est ei, quoniam ille liber inter Ecclesiasticos non habetur, & ostendendum quia neque Petri est ista scriptura, neque alterius cujusquam qui spiritu Dei fuerit inspiratus. Quod etiamsi ipsum contenderetur &c.* Hieronymi sententiæ assentiuntur Drusius lib. 4. Observ. sacr. c. 22. Valesius ad Eusebium p. 56. & Rich. Simon. lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 74. aliique. Johanni Dallæo autem de scriptis Ignatii p. 338. & Matthæo Larroquano in observationibus ad Pearsonianas Ignatii Vindicias p. 281. ex hoc ipso loco petentibus argumentum quo Epistolas non Ignatii genuinas sed illi suppositas esse ostendant, quod nempe indignum Apostolico viro sit ad Apocryphorum lacunas deflectere maluisse quam ad verbis Lucæ XXIV. 39. His inquam viris doctis, illique argumento non difficuler obviam iri potest, non quidem ut cum Nicolao Vedelio Exerc. in Epist. ad Smyrnenses c. 2. contendamus ad Lucæ verba Ignatium respexisse, hoc enim collatio utrumque credere vix permittit, sed ut Clementis Romani in Epist. ad Corinthios, Barnabæ & aliorum vitorum Apostolicorum exemplo observemus, non fuisse illa ætate inauditum vel inusitatum verba quædam vel ex Apocryphis Evangeliis, vel ex memoria producere, quæ ab Apostolis vel illorum discipulis oretenus accepta, narrataque meminerant. Confer Casaubonum Exerc. 16. ad Baron. num. 126. & Joh. Pearsonium Vindic. Ignatii parte 2. p. 102. seq. edit. primæ.

Digitized by Google

σαν κεκληθέντες τῇ σαρκὶ αὐτῶ καὶ τῷ πνεύματι.

poreum. Et contestim ipsum tetigerunt & crediderunt convicti carne ipsius & Spiritu.

Eusebius lib. III. Histor. c. 27. ubi de Hæresi Ebionitarum.

Οὗτοι δὲ τῶ μὲν Ἀποστόλῳ πάσας τὰς Ἐπιστολὰς ἀρνητέας ἡγοῦντο εἶναι δεῖν, ἀποστάτην αὐτὸν τοῦ νόμου. Εὐαγγελίῳ δὲ μόνῳ τῷ καθ' Ἑβραίους λεγο-

Hi Epistolas quidem Pauli prorsus rejiciendas esse contendebant, desertorem illum Legis vocantes: solum autem Evangelium (a) illud quod se-

Quoniam itaque ex Apostolicorum virorum consvetudine notissimum esse Ignatio potuit, tale aliquid post resurrectionem è Christi ore fuisse prolatum & auditum, quis demum jure miretur hoc eum in tam molesto itinere, inter manus militum ex memoria potius quam ex scripto Lucæ, discipuli Apostolorum, voluisse depromere? (a) Neque tamen illud integrum sed passim mutilatum & interpolatum atque adeo à genuino Matthæo & ab Evangelio Nazaræorum diversum. Vide quæ dicta sunt paulo ante p. 347.* 348.* & infra ad locum Hieronymi ex lib. 3. adversus Pelagianos. Idem observatum Clarissimo Grabio ad hæc Irenæi III. 11. p. 220. *Ebionei etenim eo Evangelio quod est secundum Matthæum solo utentes ex illo ipso convincuntur non recte præsumentes de Domino.* De Symmachi Ebionitæ commentariis in Matthæum ex Eusebii VI. 17. mentionem facit Hieronymus in Catalogo, Nicephorus V. 12. Abbas Urspergensis &c. Ab Hieronymi, Rufini aliorumque sententia diversus abit sed citra causam ut exilissimo, vir summus qui verba Eusebii ἐν οἷς δοκεῖ πρὸς τὸ καθ' Ματθαῖον ἀποτεινόμενος τὸ Εὐαγγέλιον τὴν δεδηλωμένην αἵρεσιν κεκρύνειν

Digitized by Google

λεγομένῳ χρώμενοι τῶν λοιπῶν σμικρὸν ἐποιοῦντο λόγον.

cundum Hebræos dicitur amplexi reliqua parvifaciebant. *Eadem ex Eusebio repetunt Theodoritus lib. 2. c. 1. haereticis fab. Nicephorus III. 13. &c.*

Idem Eusebius lib. IV. Hist. Eccles. c. 22. ubi de Hegesippo seculi secundi Scriptore.

Rufini versio.

Ἐκ τε τῶ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγελίου καὶ τῶ Συ-

Disseruit autem & de (b) Evangelio se-

riaca interpretatur: *in quibus adversus Evangelium Matthaei acriter disputans supradictam haeresin adstruere videtur.* Malim reddere: *ad Evangelium Matthaei fusius disserens.* Neque enim verisimile est Ebionitam disputasse acriter adversus Evangelium quod solum recipiebat. Neque audiendus Marius Mercator qui in appendice ad contradictionem duodecimi anathematismi Nestoriani T. 2. edit. Garnerianae p. 128. ait Ebionem Matthaei Marci & Lucae Evangelistarum auctoritatem secutum. Perinde ut falluntur fortassis qui apud Irenaeum loco laudato per haereticos qui *Jesum separant a Christo & Marci praeferunt Evangelium*, intelligunt Cerinthum ejusque sequaces nam solo *truncato Matthaei Evangelio*, & illa quidem parte quae apud Marcum non extat & a Tatiano aliisque; haereticis repudiabatur genealogia, usum Cerinthum testatur Epiphanius XXVIII. 5. adde XXX. 14. & Philastrium c. 36. (b) Graeca Eusebii rectius expressit Valesius: *Nonnulla item ex Hebraeorum Evangelio & Syriaco & ex Hebraica lingua profert in medium, satis per haec aperte significans se ex Hebraeis ad Christi fidem transisse. Alia quoque ex Judaicis traditionibus scripto minime comprehensis petita commemorat.* Evangelium Hebraeorum & Syriacum unum idemque esse, colligo ex loco

Digitized by Google

ριακῇ καὶ ἰδίως ἐκ τῆς Ἑβραΐδος διαλέκτου τινὰ λέξεσιν, ἐμφαίνων ἐξ Ἑβραίων ἑαυτὸν πεπιστευκέναι, καὶ ἄλλα δὲ ὡς ἂν ἐξ Ἰουδαϊκῆς ἀγράφου παραδόσεως μνημονεύει.

cundum Hebræos & Syros, & quædam etiam de lingua Hebræa disputavit, & Judaicarum traditionum meminit, per quæ indicat se ex Hebræis ad fidem Christi venisse.

Utrum Tatianus Evangelio Nazaræorum usus sit in sua Harmonia, expendi infra in Tatiano. Vide & quæ paulo ante, ubi de Evangelio secundum Hebræos.

Clemens Alexandrinus lib. II. Strom. p. 380.

Καὶ ἐν τῷ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγελίῳ, ὁ θαυμάσας βασιλεύσει, τέγεγραπται, ἡ ὁ βασιλεύσας ἀναπαύσεται.

Et in Evangelio secundum Hebræos scriptum est: *Qui admiratus fuerit regnabit, & qui regnaverit requiescet.*

Idem lib. 5. Strom. p. 578.

Οὐ γὰρ φθονῶν, φησὶ, παρήγγειλεν ὁ Κύριος ἔν τινι Εὐαγγελίῳ· Μυστήριον ἐμὸν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς τὸ οἶκός μου.

Neque enim invidens, inquit, præcepit Dominus in aliquo Evangelio: (a) *Mysterium meum mihi & filiis domus mea.*

Hieronymi quem produco infra ex libro ejus tertio adversus Pelagianos. (a) Nescio an hic locus petitus sit ex Evangelio secundum Ægyptios, quo itidem abbi Clemens utitur, ut videre est supra p. 336.

Digitized by Google

Origenes homilia XV. in Jeremiam T. I, edit. Huetianæ p. 148.

Εἰ δέ τις παραδέχεται τὸ ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα καὶ ἀνήνεγκέ με εἰς τὸ ὄρος

Si quis autem hoc admittat : *Novissime acceperat me mater mea Spiritus Sanctus*, (b) &

(b) Balthasar Corderius vertit : *Spiritum Sanctum*, sed malui Hieronymum sequi, qui in nominativo reddidit. Quam interpretationem certissime confirmat ipse Origenes in Johannem; loco quem statim subjunxi. Tum Spiritus S. Christum baptizandum, vocat filium, in loco Evangelii Nazaræorum, quem afferam paulo post ex Hieronymo in Es. XI. 2. Notum quod רוח Hebræis est fœmininum, & ex Cabbalistarum sententia tertium in Divinis est *mater* matris, (Ecclesiæ) Vide Hinkelmanni τῆς μακαρίτης detectionem fundamenti Bohemiani p. 22. Gvil. Henr. Vorstii bilibram Veritatis p. 367. 371. seq. Hallensium Observationes selectas T. I. p. 368. PseudoHermeti Deus est ἀῤῥενόθηλυς, & ex Platonicis ipsi Synesio, quantumvis Christiano. Qua de re adeundus Casaubonus p. 73. ad Baron. & Joh. Rualdus animadversione 42. ad Plutarchum p. 132. Similiter Dii Ægyptiorum, Chaldæorum, Phœnicum: quemadmodum notat Joh. Crojus in specimine conjecturarum ad loca Irenæi, Origenis &c. p. 123. & 34. editionis primæ, sed & Græcorum Dii. Romanorumque de quibus Illustris Cuperus in ἀποθεώσει Homeri p. 227. seq. ut Æones Valentinianorum ἀῤῥενοθήλεις taceam, de quibus idem Crojus p. 65. cui præter Interpretes Irenæi & Tertulliani addes ubi libebit & examinabis observata scriptoris libri gallici *le Platonisme devoilé* p. 70. 84. seq. 93. &c. Vetus formula *sive Deus sive Dea es*, apud Brissonium p. 54. Dii Patres & Deæ matres, id. p. 44. Dii πατρῷοι & μητρῷοι. Valesius p. 18. ad Harpocrationem. Θεοὶ & Θεαὶ, sive ut Orpheus apud

Digitized by Google

ὄρος τὸ μέγα τὸ Θαβώρ, καὶ τὰ ἑξῆς. — *adduxit me in montem magnum Thabor, &c.*

Idem Proclum vocat Θέαινας, δαίμονες & δαιμονίδες, Τιτᾶνες & Τιτανίδες, Anculi & Anculæ, *Diis* in sole masculis respondentes Deæ σελήνιοι. Vide Proclum in Timæum lib. 1. p. 15. lib. 2. p 67. seq. lib. 5. p. 291. 294. Eandem Ethnicorum de sexu in divinis opinionem ostendunt tot nomina Dearum Diis respondentia Mater Deûm, Idæa Mater, Rhea, Latia &c. Saturno: Juno, Diana, Pallas Ἀθήνη sive Minerva, Jovi: Terra, Ceres, Cœlo: Isis Osiridi, Thetys Oceano, Maja Vulcano, Luna Soli, Mola & Nerie Marti, Salacia Neptuno, Quirino Hora, Iurite Quiritio, ut innumera alia *Dearum* nomina omittam. Inde ἱερὸς γάμος, de quo Pythagorici & Orphici. Observes etiam in veteribus inscriptionibus non tantum sacra posita *Diis Manibus*, sed etiam *Manibus*, uti *Mairabus* (ucleas) notavit Claudius *Dausqueius* p. 107. Operis præstantissimi de Orthographia. Si vero quæras quid sibi velit illa in divinis sexûs diversitas, qua de re Hipparchus Stagirita Aristotelis discipulus & propinqvus scripsit teste Svida Τί τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ παρὰ θεαῖς, καὶ τίς ὁ γάμος; Primum quidem removerim eorum deliria, qui Deos corporeos forma humana esse sibi persvadebant, quos explodit Cicero de natura *Deorum*: deinde dixerim sapientiores ex Ethnicis hoc ipso voluisse, Deum solum hoc ad generationem rerum conferre quod in animatis mas & fœmina. Aut sub Deorum marium nomine potentiam Dei effectricem, sub Deabus vero materiam eos considerasse. His adde Pythagoræorum de numeris Philosophiam, quibus unitas ἀρρενόθηλυς πατὴρ, δυὰς μήτηρ, ex his ortus numerus tertius ἀρρενόθηλυς. Sed & unarium virtute ἀρρενόθηλυν appellabant iidem Pythagoræi, ut docet autor Theologumenon Arithmeticæ p. 7. Quid vero Christiani, quibus Spiritus S. pro matre Christi habitus fuit? Ad hoc videntur adducti fuisse verbis Evangelii Nazaræorum,

Digitized by Google

Idem Tomo 2. in Johannem p. 58.

Ἐὰν δὲ προσίεταί τις τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον, ἔνθα αὐτὸς ὁ Σωτὴρ φησίν· Ἄρτι με ἔλαβε τρίχα ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ἐν μιᾷ τῶν μεγάλων δυνάμεών μου, καὶ ἀπήνεγκε με εἰς τὸ μέγα ὄρος Θαβώρ. Quod si quis Hebræorum Evangelium proferat, in quo Servel quod verba Matth. III. 17. *hic est filius meus dilectus*, tribuerent non Patri sed Spiritui S. Quod libenter arripuere hæretici, non Valentiniani tantum sed & alii, qui Spiritum S. inferioris naturæ esse volebant, quo sensu Helcesaitæ Spiritum S. vocare non dubitarunt *sororem Christi*. Adde Epiphanium hæresi 19. num. 4. Eo refer quod Judæus scriptor Philo, in libro de profugis p. 358. reddens rationem quare nomen σοφίας sit fœmininum, cum tamen ejus δύναμις & πράξεις sint masculæ, respondet, omne quod infra Deum est, licet reliquis omnibus præstet, vocari θῆλυ, tanquam δευτέραν ἔχον χώραν. Cæterum Spiritum S. pro matre Christi haberi à Christianis tradunt etiam Muhamedani apud Levinum Warnerum in compendio Historico de Christo p. 11. quod à quibusdam sed perpaucis factum est, uti non defuere nec hodieque desunt è Socinianis & Anabaptistis quibus Spiritus S. Christi hominis est proprie dictus Pater. Vide Gomarum ad Matth. I. 20. & Pearsonium ad Symbolum p. 296. Si vero cui lubeat paradoxa quædam & φορτικὰ ex veteribus circa ista cognoscere, is hæc quæso consideret. Methodius in Convivio decem virginum p. 82. editionis Combefisianæ ait costam Adami, ex qua prodiit Eva, fuisse Spiritum S. Autor Constitutionum Apostol. lib. 2. c. 26. & 28. Deum Patrem confert cum Episcopo, Filium cum Diacono, & Spiritum S. cum Diaconissa, quo nomine merito reprehenditur ab Usserio p. 107. seq. Prolegom. ad Ignatium, à Beveregio ad Synodicum p. 119. à Petavio ad Epiphan. p. 349. Prætereo quod non optima fide ex Hieronymo tradit Sandius sub Cingalli nomine latens p. 56. à Victorino Petavionensi Deum Patrem collatum Isaaco, Spiritum S. Rebeccæ, & p. 19. problematis paradoxi de Spiritu S. C. Marium Victorinum Afrum & Hieronymum ex Evangelio secundum

Digitized by Google

Σωτήρ φησιν· ἄρτι ἔλαβέ με ἡ μήτηρ μου τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν μιᾷ τῶν τριχῶν μου, καὶ ἀπένεγκέ με εἰς τὸ ὄρος τὸ μέγα Θαβώρ; ἠπορήσει πῶς μήτηρ χριστοῦ τὸ διὰ

vator ipse hæc dicit: *Modo accepit me mater mea Spiritus Sanctus uno capillorum meorum, & me in montem magnum Thabor portavit*, is dubitavit quomodo Spi-

Hebræos docuisse Spiritum S. esse Christi matrem, & ob id רוח Hebræis esse fœminium. Et p. 29. fuisse antiquissimam hæresin quæ in Trinitate tertiam personam fœminam coluerit, ut Simoniani Helenam, alii alias, quidam etiam Mariam. Et in appendice ad nucleum Hist. Eccles. p. 15. ad sententiam Ptolemei & Colarbasi ac eorum quibus Ecclesia tertium in Trinitate erat, referendum videri quod Hali ben Aibdalcharim scribit de Christianis: *dixerunt illi quod trini sint qui Trinitatem conficiunt: Pater scilicet & Filius & Mater. Atque hosce nominant tres ὑποστάσεις seu personas --- Alii eorum sunt quibus Pater ipse Spiritus S. est in Trinitate, Maria Virgo Mater & Jesus filius.* Confer Seldenum syntagm. 2. de Synedr. c. 4. Longe magis ferendum est quod matrem familias de qua Luc. XV. 8. Interpretes quidam exponunt de Spiritu S. Neque enim ibi ad sexum sed ad curam ac sollicitudinem respiciunt. Vide Rev. D. Speneri necessitatem ac possibilitatem veri practicique Christianismi Germanice editam parte 2. p. 153. Certe *Deus* atque adeo Spiritus Sanctus *μήτε ἄρρεν μήτε θῆλυ, neque masculus neque fœmina est*, ut recte Irenæus lib. 1. c. 10. atque ut ex pseudo-Hieronymo de assumptione Mariæ observat Casaubonus, Spiritus Hebraice fœminino genere dicitur, latine masculino, græcè neutro. Quare neque hinc ullam potuit ansam arripere fanatici dogmatis, Gvilelmus Postellus, si verum est quod multi prodiderunt eum docuisse quod Spiritus S. muliebrem sexum redempturus eundem assumpsetit in Gvilelmina quadam Boëma, vel in virgine nescio quâ Veneta nomine Johanna.

Digitized by Google

τῷ λόγῳ γεγεννημένον πνεῦμα ἅγιον εἶναι δύνατα. Ταῦτα δὲ καὶ τῷτο ἀ χαλεπὸν ἑρμηνεῦσαι. Εἰ γὰρ ὁ ποιῶν τὸ θέλημα τῦ πατρὸς τῦ ἐν τοῖς ὐρανοῖς ἀδελφὸς καὶ ἀδελφὴ ϗ μήτηρ ἐστὶν αὐτῦ, ϗ φθάνει τὸ ἀδελφὸς χριστῦ ὄνομα ἀ μόνον ἐπὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τὰ τούτῳ θειότερα, ἀδὲν ἄτοπον ἔσαι μᾶλλον πάσης χεημαλιζόσης μητρὸς χριστῦ διὰ τὸ ποιεῖν τὸ θέλημα τῦ ἐν τοῖς ὐρανοῖς πατρὸς, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον εἶναι μητέρα.

ritus Sanctus qui per verbum (c) factus est, mater Christi esse possit. Sed hæc atque hoc non est difficile interpretari. (d) Si enim is qui facit voluntatem Patris qui in cœlis est, ejus est & frater & soror & mater (e). & fratris Christi nomen non solum ad genus humanum venit, sed etiam ad ea quæ illo diviniora sunt, (f) nihil jam absurdum alienumq; erit, plus etiam quam omnes reliquos qui ideo quia Patris qui in cœlis est voluntatem faciant Christi mater appellantur, matrem esse sanctum Spiritum.

¶ S. Hieronymus lib. XI. Commentar. in Esaiæ XL. 11. *Hebræi asserunt, nec de hac re apud eos ulla dubitatio est, Spiritum S. lingua sua appellari*

(c) Ita Origenes intellexit locum Joh. 1. 3. Vide illustris Huetii Origeniana p. 41. seq. Similiter Eusebius II. 23. & III. 6. de Ecclesiastica Theologia. (d) Imo Æthiopem dealbari ab Origene, lateremque lavari rectè sentit vir doctus. (e) Matth. XII. 49. (f) Angelos, ex Origenis quidem mente.

Digitized by Google

lari genere fœminino, illudque quod in Psalmo septuagesimo septimo (a) *dicitur*: Dominus dabit verbum Evangelizantibus virtute multa, *illi sic intelligant, his videlicet animabus quæ Spiritum Sanctum consecutæ sunt. Nec non & illud:* (b) sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ, *animam interpretantur ancillam, & dominam Spiritum Sanctum. Sed & in Evangelio quod juxta Hebræos scriptum Nazarei lectitant, Dominus loquitur:* modo tulit me mater mea Spiritus Sanctus. *Nemo autem in hac parte scandalizari debet quod dicatur apud Hebræos spiritus genere fœminino, cum nostra lingua appelletur genere masculino, & Græco sermone, neutro. In divinitate enim nullus est sexus.*

Idem lib. 2. commentar. in Michæ VII. 6. *Qui legerit Canticum Canticorum, & sponsum animæ Dei sermonem intellexerit, crediderit que Evangelio quod secundum Hebræos editum nuper transtulimus, in quo ex persona Salvatoris dicitur:* Modo tulit me mater mea Sanctus Spiritus in uno capillorum meorum, *non dubitabit dicere sermonem Dei ortum esse de Spiritu, & animam quæ sponsa sermonis est habere socrum sanctum Spiritum, qui apud Hebræos genere dicitur fœminino - - Et ne forte dubites verbum & filium Dei nasci de Spiritu Sancto, Gabrielis ad Mariam verba considera:* (c) Spiritus S. veniet super te *&c.*

Idem Hieronymus lib. 4. commentar. in Esaiæ XI. 2. *Illud quod in Evangelio Matthæi om-*

(a) Ps. LXVIII. 12. (b) Ps. CXXIII. 2. (c) Luc. I. 15.

Digitized by Google

nes quærunt Ecclesiastici & non inveniunt ubi scriptum sit: Quoniam Nazaræus vocabitur, (d) *eruditi Hebræorum* (e) *de hoc loco assumptum putant. - - - Super hunc igitur florem* (f) *qui de trunco & radice Jesse per Mariam virginem repente consurget, requiesceret Spiritus Domini, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem divinitatis habitare corporaliter,* (g) *nequaquam per partes ut in reliquis sanctis, sed juxta Evangelium eorum quod Hebræo sermone conscriptum legunt Nazarei,* descendit super eum omnis fons Spiritus Sancti. - - - *Porro in Evangelio cujus supra fecimus mentionem hæc scripta reperimus:* Factum est autem cum ascendisset Dominus de aquâ, descendit fons omnis Spiritus Sancti & requievit super eum, & dixit illi: (h) Fili mi, in omnibus Prophetis exspectabam te ut venires & requiescerem in te, tu es enim requies mea, tu es filius meus primogenitus, qui regnas in sempiternum.

Ori-

(d) Matth. II. 23. (e) Nazaræi. Confer Rich. Simonem lib 1. Hist. Crit. N. T. p. 265. Alii putant in loco Matthæi respici Judic. XIII. 5. Ναζιρ Θεῦ, vel allegoricam quandam alterius loci interpretationem. Vide præter interpretes, Huetium demonstrat Evangel. p. 779. edit. oprimæ Lipsiensis & Chevræana T. 1. p. 384. seq. (f) נצר (g) Colosс. II. 9. (h) Spiritus S. nempe, quem Christi matrem in eodem Evangelio vocari jam intelleximus. Apud genuinum vero Matthæum III. 17. post Spiritum S. qui columbæ instar descenderat, auditur demum vox de cœlo, quæ adeo non ejus qui jam in Christo quiescebat, sed Dei Patris τῦ ἐν οὐρανοῖς esse rectius existimatur. Abrahamo illa vox tribuitur in alio non minoris quam Evangelium Nazaræorum anti-

Digitized by Google

Origenes (i) tractatu VIII. in Matthæi XIX. 19.

Scriptum est in Evangelio quodam quod dicitur secundum Hebræos, si tamen placet alicui suscipere illud non ad autoritatem sed ad manifestationem propositæ quæstionis. Dixit, inquit, ad eum alter divitum: Magister, quid bonum faciens vivam? dixit ei: Homo, leges & Prophetas fac. Respondit ad eum: Feci. Dixit ei, vade vende omnia quæ possides & divide pauperibus, & veni sequere me. Cœpit autem dives scalpere caput suum & non placuit ei. Et dixit ad eum Dominus: Quomodo dicis, legem feci & Prophetas, quoniam scriptum est in lege: (k) Diliges proximum tuum sicut teipsum, & ecce multi fratres tui filii Abrahæ amicti sunt stercore, morientes præ fame, & domus tua plena est multis bonis, &

Gg 5 non

quitatis libro, sed itidem Apocrypho, quod inscribitur testamentum duodecim Patriarcharum, in testamento Levi, §. 18. Οἱ οὐρανοὶ ἀνοιγήσονται καὶ ἐκ τοῦ ναοῦ τῆς δόξης ἥξει ἐπ' αὐτὸν ἁγίασμα (Spiritus S.) μετὰ φωνῆς πατρικῆς ὡς ἀπὸ Ἀβραὰμ Πατρὸς Ἰσαάκ. Vocem ipsam sic expressit Juvencus: *placet hæc mihi gloria prolis.* (i) Illustris Huetius p. 252. Origenianorum putat hunc locum à latino interprete veteri, quem Rufino & Hieronymo juniorem putat, esse adjectum. Sed cum Hieronymus autor sit Origenem sæpius uti Evangelio juxta Hebræos, suspicor potius in Græcis codicibus quos Huetius inspexit præsentem locum esse omissum, quam sine causa ab interprete, & præter morem additum. (k) Levit. XIX. 18.

Digitized by Google

non egreditur omnino aliquid ex ea ad eos. Et conversus dixit Simoni discipulo suo sedenti apud se: Simon fili Joannæ, facilius est camelum intrare per foramen acus, quam divitem in regnum cœlorum.

Eusebius lib. III. Hist. Ecclesiasticæ c. 25.

Rufini versio.

Ἐν τοῖς νόθοις - - γινὲς καὶ τὸ καθ' Ἑβραίους Εὐαγγέλιον καλέξαν, ᾧ μάλισα ἑβραίων οἱ τὸν χριςὸν παραδεξάμενοι χαίρεσι.

Quidam his sociant etiam Evangeliú quod dicitur secundum Hebræos, quo præcipue utuntur illi Hebræi qui Christum suscipere videntur, sed in Ecclesia ei contradicitur.

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccles. ubi de S. Jacobo.

Καὶ τὸ Εὐαγγέλιον δὲ τὸ ἐπιγραφὲν καθ' Ἑβραίους, ὅπερ ὑπ' ἐμοῦ νῦν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν καὶ ῥωμαϊκὴν γλῶτταν μέτεβλήθη, ᾧ καὶ Ὠριγένης πολλάκις κέχρηται, μετὰ τὴν ἀνάςασιν τοῦ Σωτῆρος λέγει. Ὁ δὲ Κύριος δεδωκὼς σινδόνα

Evangelium quoque quod appellatur secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum (e) latinumque sermonem translatum est, quo & Origenes sæpe utitur, post resurrectionem Salvatoris refert: Dominus autem cum dedisset sin-

(e) Mirum est quod Hieronymus Græce verterit (si modo vertit) librum qui jam Græce antea extabat & ab Origene aliisque Græce lectus fuerat.

Digitized by Google

να τῷ δέλῳ τᾶ ἱερέως ἀπελθὼν πρὸς Ἰάκωβον ἤνοιξεν αὐτῷ. Ὠμωμόκει γὰρ Ἰάκωβος μὴ γεύσασθαι ἄρτου ἐξ ἐκείνης τῆς ὥρας ἀφ' ἧς πεπώκει τὸ ποτήριον Κυρίου, ἕως ἂν ἴδῃ αὐτὸν ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν. Αὖθις δὲ μικρὸν ὕστερον, δότε φησὶν ὁ Κύριος τράπεζαν καὶ ἄρτον. Εὐθὺς δὲ προσέθηκε, λαβὼν ἄρτον εὐχαριστήσας ἔκλασε καὶ δεδωκὼς Ἰακώβῳ τῷ δικαίῳ, λέγει αὐτῷ· Ἀδελφέ μου, ἔσθιε τὸν ἄρτον τὸν σὸν, ἠγέρθη γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ νεκρῶν. *Sophronii versio.*

donem servo sacerdotis, ivit ad Jacobum (f) & apparuit (g) ei. Juraverat enim Jacobus se non comesturum panem ab illa hora qua biberat calicem *Domini*, (h) donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusque post paululum: Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Statimque additur: tulit panem & benedixit ac fregit & dedit Jacobo Justo, & dixit ei: Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à mortuis.

Gg 6 Idem

(f) Vide quæ notavi infra p. 593. Sedulius Scotus non seculi V. sed seculi IX. scriptor in 1. Cor. XV. 7 *Deinde Jacobo, Alphæi filio, qui se testatus est à cœna Domini non comesurum panem, usque quo videret Christum resurgentem, sicut in Evangelio secundum Hebræos legitur.* (g) Græcus interpres male legit *aperuit*, quia vertit ἤνοιξε. (h) Græcus interpres legit: *qua biberat calicem Dominus.* Cæterum de tota hac narratione confer si placet Montacutium T. 2. Origg. Eccles. p. 450. & 481. & qui cum Hesselio, Estioque pro falsâ eam habet Rev. D. Ittigium diss. de hæresiarchis p. 82.

Digitized by Google

Idem in eodem Catalogo, ubi de S. Matthæo.

Ματθαῖος ὁ καὶ Λευὶς Ἀπόστολος ἀπὸ τελωνῶν ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ πρῶτος διὰ τὴν ἐκ περιτομῆς πιστεύσαντας Εὐαγγέλιον τοῦ χριστοῦ γράμμασιν καὶ ῥήμασιν Ἑβραϊκοῖς συνέταξεν, ἀγνοουμένου τοῦ μετὰ ταῦτα εἰς Ἑλληνικὸν τοῦτο μεταφράσαντος. Τὸ δὲ Ἑβραϊκὸν ἄχρι τῆμερόν ἐστιν ἐν τῇ Βιβλιοθήκῃ Καισαρείας τῆς παρὰ Παμφίλου μάρτυρος περισπουδάστως κατασκευασθείσης. Ἐμοὶ δὲ παρὰ τῶν Ναζαραίων τῶν ἐν Βεροίᾳ τῆς Συρίας τούτῳ κεχρημένων ἄδεια παρεσχέθη τοῦτο μεταγραφῆς.

Matthæus qui & Levi, ex publicano Apostolus primus in Judæa propter eos qui ex circumcisione crediderunt, Evangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit, quod quis postea in Græcum transtulerit non satis certum est. Porro ipsum Hebraicum (h) habetur usque hodie in Cæsariensi Bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissime confecit. Mihi quoque à Nazaræis qui in Beroea urbe Syriæ hoc volumine utuntur, describendi facultas fuit.

Idem

(h) Non ait Hieronymus Hebraicum Codicem in Bibliotheca Cæsareensi se inspexisse, quod vero à Nazaræis accepit & latine vertit, aliud fuit à Matthæi Græco genuino quo Ecclesia utitur Evangelio, ut ex his fragmentis patet. Idem quoque scriptum fuit literis quidem sed non verbis Hebraicis. Syro enim sive Chaldæo sermone illud exaratum fuisse testatur idem Hieronymus in loco statim afferendo adversus Pelagianos.

Digitized by Google

Idem libro 3. adversus Pelagianos cap. 1.

In *Evangelio juxta Hebræos* quod Chaldaico quidem Syroque sermone sed Hebraicis literis scriptum est, quo utuntur usque hodie Nazareni, secundum Apostolos (i) sive ut plerique autumant juxta *Matthæum*, quod & in Cæsarienſi habetur Bibliotheca, narrat historia: *Ecce mater Domini & fratres ejus dicebant ei: Johannes Baptista baptizat in remissionem peccatorum, eamus & baptizemur ab eo.* (k) *Dixit autem eis: quid peccavi* (l) *ut vadam & baptizer ab eo? Nisi forte hoc ipsum quod dixi ignorantia est.* Et in eodem volumine: *si peccaverit*, inquit, *frater tuus in verbo, & satis tibi fecerit*, (m) *septies in die suscipe eum. Dixit illi Simon discipulus ejus: septies in die? respondit Dominus & dixit ei: etiam ego dico tibi, usque septuagies septies.*

Idem lib. VI. commentar. in Ezechiel. XVIII. 7.

Et in *Evangelio* quod juxta Hebræos Nazaræi legere consveverunt, inter maxima ponitur

(i) Vide supra p. 340. (k) Ex hoc loco apparet Evangelium Nazaræorum non modo diversum fuisse à genuino Evangelio Matthæi, sed & ab Evangelio Ebionitarum, ex quo vide quæ de baptismo Christi protuli p. 347. (l) Confer quæ ex Apocrypha *Pauli* prædicatione habes infra p. 800. (m) Satisfacere n. l. idem est ac culpam fateri & testari pœnitentiam. Ita præter Plautum, Terentium & Ciceronem hoc vocabulo utuntur Cæsar de bello gallico lib. I. c. 41. lib. 5. c. 54. lib. 6. c. 9. Svetonius in Cæsare c. 73. & in Clau-

Digitized by Google

ponitur crimina qui fratris ſui ſpiritum contriſtaverit.

Idem lib. 1. commentar. in Matthæi VI. 11.

In Evangelio quod appellatur ſecundum Hebræos pro ſuperſubſtantiali pane reperi *Mahar* quod dicitur craſtinum, (n) ut ſit ſenſus panem noſtrum craſtinum, id eſt futurum da nobis hodie.

Idem

dio c. 38. Martialis & alii. Vide Briſſonium de Formulis p. 716, Grotium T. 3. Opp. Theol. p. 700. ſeq. Deſiderium Heraldum digreſſ. ad Tertull. lib. 2. c. 4. Gesh Titium de phraſibus Patrum p. 169. (n) Recte vetus interpres latinus vocabulum ἐπιούσιον reddiderat *quotidianum*, h. e. jugem, ſive continuum ut explicat verſio Gothica Ulphilæ, quam probat Wagenſeilius in Sota p. 1122. Colomeſius Obſ. S. p. 3. & Ægidius Strauchius ć μακαρίτης in breviario Theolog. p. 594. qui exponit: *panem, in ſequentem uſque diem.* Autori operis imperfecti in Matth. homil. 14. idem eſt panis in craſtinum paratus & panis quotidianus, καθημερινὸς ſive ἐφήμερον uti ex Jacob. II. 15. vocabulum ἐπιούσιον à Chryſoſtomo exponitur. Hieronymus nimis Grammatice pro quotidiano dixit *ſupersubſtantialem*, quod poteſt eodem ſenſu exponi, ex cujus ſubſtantia aliquid ſuperſit etiam in craſtinum, licet non ignoro etiam ab ipſo Hieronymo tum hoc ipſo in Matthæum loco, tum in commentar. ad Tit. II. 14. alias ejus vocis exhiberi interpretationes. De quibus videbis ubi lubebit præter interpretes Matthæi & Lucæ Caſaubonum XVI. 39. ad Baron. Sylvium in Obſervationibus ſacris & in theſauro voce ἐπιούσιον, Simplicium Verinum ſive Salmaſium in libro adverſus Grot. p. 109. ſeq. Kortholtum in diſſertatione anti Salmaſiana & Balth. Stolber-

Digitized by Google

Idem lib. 2. ad Matthæi XII. 13.

In Evangelio quo utuntur Nazareni & Ebionitæ, (o) quod nuper in Græcum (p) de Hebræo sermone transtulimus, & quod vocatur à plerisqve *Matthæi* avthenticum (q) homo iste qui aridam habet manum cæmentarius scribitur, (r) istiusmodi vocibus auxilium precans: Cæmentarius eram manibus victum quæritans, precor te Jesu ut mihi restituas sanitatem, ne turpiter mendicem cibos.

Idem lib. 4. ad Matthæi XXIII. 35.

In Evangelio quo utuntur Nazareni, pro filio Barachiæ, filium Jojadæ (s) reperimus scriptum.

gii Exercitatt. p. 220. seq. Adeundi insuper de prima illa quam probavi interpretatione Abr. Scultetus II, 32. Exerc. Evangel. Angelus Caninius de locis Hebraicis N. T. Cap. 14. Tan. Faber lib. 2. Epist. p. 183. Rich. Simon. lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 76. lib. 2. p. 30. 337. 491. & lib. 3. p. 394. quibus accedit eximius Jenensium Æsculapius Georg. Wolfgangus Wedelius Exerc. Medico Philolog. IV. 3. (o) In multis tamen diversum videtur fuisse Evangelium quo usi sunt Ebionitæ ab Evangelio Nazaræorum, vide quæ notavi p. 360. p. 367. (p) Idem testatur Hieronymus alio loco quem descripsi paulo ante p. 356. & Beda, supra p. 351. & ex Beda Zacharias Chrysopolitanus. (q) Ex hoc loco non ab re colligas hoc Nazaræorum Evangelium confusum fuisse ab Hieronymo atque ita ab aliis cum genuino *Matthæi* Evangelio, quod ab illo Hebraice primitus scriptum tot veteres sunt testati. Vide p. 356. & p. 366. & p. 668. (r) Plurimum huic traditioni tribuit Montacutius lib. 2. Origg. Eccles. p. 117. (s) Probat hanc lectionem Rich. Simon. lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 85. Vide quæ supra p. 120. seq.

Digitized by Google

Idem eodem libro IV. ad Matth. XXVII. 16.

Iſte (Barrabas) in Evangelio quod ſcribitur juxta Hebræos, filius *Magiſtri* eorum interpretatur, qui propter ſeditionem & homicidium fuerat condemnatus.

Et ad Matth. XXVII. 5.

In *Evangelio* cujus ſæpe fecimus mentionem, ſuperliminare templi infinitæ magnitudinis factum eſſe atque diviſum legimus.

Idem lib. 3. Commentar. ad Epheſ. V. 4.

Verum & hæc à ſanctis viris penitus propellenda, quibus magis convenit flere atque lugere, ut in Hebraico quoque Evangelio legimus *Dominum* ad diſcipulos loquentem: Et nunquam, inquit, læti ſitis, (t) niſi cum fratrem veſtrum videritis in charitate.

S. Epiphanius hæreſi XXX. Ebionitarum num. 3.

Καὶ δέχονται μὲν καὶ αὐτοὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον. Τέτῳ γὰρ καὶ αὐτοὶ ὡς καὶ

Atque *Evangelium* illi quidem ſecundum Matthæum admittunt, quo ſolo Cerinthiano-

(t) Hunc locum reſpiciens Franciſcus Vavaſſor p. 285. de Judicra dictione, *in Evangelio quodam Hebraico*, inquit, *diſcipulos Chriſtus à lætitia deterret atque avocat.*

Digitized by Google

εἰ καὶ ὁ Κήρινθον χρῶνται μόνῳ· καλοῦσι δὲ αὐτὸ καὶ Ἑβραίους, ὡς τὰ ἀληθῆ ἐστιν εἰπεῖν ὅτι Ματθαῖος μόνος Ἑβραϊστὶ καὶ Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ ἐποιήσατο τὴν τοῦ Εὐαγγελίου ἔκθεσίν τε καὶ κήρυγμα.

rum (u) instar utuntur, idque ipsum secundum Hebræos appellant. Etenim vere illud affirmare possumus, unum ex omnibus Novi Testamenti scriptoribus Matthæum Hebraice ac literis Hebraicis Evangelicam historiam ac prædicationem exposuisse.

Idem eadem hæresi num. 6. commemorans libros Hebraicos à Iosepho (w) quodam in Gazophylacio Judæorum Tiberiensium repertos.

Ὁ Ἰώσηπος λεληθότως τολμήσας ἤνοιξε καὶ εὗρεν οὐδὲν χρημάτων, πλὴν βίβλους τὰς ὑπὲρ χρήματα· Ἀναγινώσκων δὲ ἐν ταύταις ὡς ἤδη ἔφην τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἀπὸ Ἑλλά-

Josephus clam ausus aperire, nil pecuniarum reperit, sed libros duntaxat pecuniis omnibus præstantiores. Quos dum evolvit, forte in illud incidit de quo dictum est (x) Jo-

(u) Vide quæ supra p. 344. (w) Hunc Josephum Tiberiensem Js. Vossius & alii viri docti suspicati sunt esse autorem Hypomnestici quod manu exaratum occurrit in variis Bibliothecis. Sed juniorem esse qui Hypomnesticon illud composuit, argumentis non contemnendis ostendit meritissimus de hisce literis senex Gvil. Caveus in parte altera Historiæ literariæ scriptorum Eccleſiasticorum ad A. C. 420. (x) Meminerat Evangelii Matthæi Hebraici, Evangelii Johannis

Digitized by Google

δὲ εἰς Ἑβραΐδα φωνὴν μεταληφθὲν ἤνυστο, καὶ τὰς τῶν Ἀποστόλων πράξεις· Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ κατὰ Ματθαῖον Ἑβραϊκὸν φυτὸν ἐκ τῶν ἀναγνωσῶν πάλιν τὴν διάνοιαν ἐτεύξετο κ. τ. λ.

annis Evangelium è Græco in Hebraicum translatum una cum Apostolorum Actibus. Ad hæc Matthæi quoque Hebraicum fœtum sive Evangelium invenit. Quibus lectis rursus ejus animus affici cœpit &c.

Idem hæresi XXIX. Nazaræorum, num. 9.

Ἔχουσι δὲ τὸ καθ' Ματθαῖον Εὐαγγέλιον πληρέστατον (γ) Ἑβραϊστί. Παρ' αὐτοῖς γὰρ σαφῶς τοῦτο καθὼς ἐξ ἀρχῆς ἐγεγράφη

Est vero penes illos Evangelium secundum Matthæum Hebraice scriptum & quidem integerrimum,

& libri Actorum Apostolicorum Hebraice versi supra num. 3. Unde & hoc loco paulo post τὸ Ἑβραϊκὸν φυτὸν non est *genealogia Hebraica*, ut vult Petavius, sed integrum Evangelium, integer *fœtus*, sive liber Hebraice scriptus sub nomine Matthæi. Confer Rev. Ittigium de hæresiarchis p. 73. Evangelii Johannis & Actorum Hebraice versorum tertia vice meminit Epiphanius eadem hæresi num. 12. (γ) Non assentior iis qui legunt καὶ πληρέστατον. Huic enim repugnant lectioni verba quæ sequuntur. Cæterum puto vocabulum πληρέστατον eo solum spectare, quod non versionem, sed ipsum Originarium Hebraicum Matthæi habuerint Nazaræi. Utrum vero mutilatum qvemadmodum ipse mox innuit, interpolatumve, aut num erraverit in eo Epiphanius quod Hebraicum illud Nazaræorum Evangelium, Matthæi genuinum & Originarium esse existimaverit, alia quæstio est ex antedictis facile dijudicanda.

Digitized by Google

ἐγράφη Ἑβραϊκοῖς γράμμασιν ἔτι σώζεται. Οὐκ οἶδα δὲ εἰ καὶ τὰς γενεαλογίας τὰς ἀπὸ τοῦ Ἀβραὰμ ἄχρι Χριστοῦ περιεῖλον.

Hoc enim, certissime prout Hebraicis literis initio scriptum est, in hodiernum tempus usque conservant. Verum illud nescio num genealogias illas amputarint, quæ ab Abraamo ad Christum usque perductæ sunt.

Theodoritus lib. 2. hæretic. fabular. c. 2.

Οἱ δὲ Ναζωραῖοι Ἰουδαῖοί εἰσι τὸν Χριστὸν τιμῶντες ὡς ἄνθρωπον δίκαιον καὶ τῷ καλουμένῳ κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίῳ κεχρημένοι.

Nazaræi autem sunt Judæi qui Christum tanquam justum hominem venerantur, & Evangelio quod dicitur secundum Petrum (z) utuntur.

(z) Cum solus Theodoritus hoc tradat, adversus omnium antiquorum testimonia, non vana suspicio est eum memoria lapsum hoc loco nominasse Evangelium Petri pro Evangelio secundum Hebræos, nisi dicere velis *Evangelium secundum Hebræos* quod plerique Matthæo tribuunt, dictum etiam fuisse *Evangelium Petri*, uti Hieronymus illud appellavit *Evangelium secundum Apostolos*, supra p. 340. Fuit quidem etiam Evangelium quoddam Petro tributum, de quo infra suo loco, sed illud ab Evangelio secundum Hebræos ni fallor diversum fuit. Jacobi ProtEvangelium à quibusdam cum Evangelio secundum Hebræos confusum esse notavi supra p. 64. Johannes Drusius p. 30. præteritorum in Novum Test. agens de Evangelio secundum Hebræos: *Ajunt extare manuscriptum Cantabrigiæ in Bibliotheca Collegii S. Benedicti.* Similiter Sandius p. 5. nuclei Hist. Eccles. ex Phil. Labbei Bibl. nova MSS. *Extat Evangelium Nazaræorum Parisiis in Bibl. Regia num.* 451. Sed non ego credulus illis.

Digitized by Google

Zacharias Chrysopolitanus (a) in proœmio ad commentarium in Harmoniam Evangelicam T. XIX. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 738. post allata verba Bedæ quæ habes supra p. 351.

Cum igitur præter quatuor libros Evangelii, quintum quo utuntur Nazaræi recipiat Ecclesia, (b) non absonum videtur, Evangelium compendiose nos recipere in uno opere Theophili Episcopi vel Tatiani seu Ammonii Alexandrini, aut alius cujuslibet, congruo componentis ordine unam ex quatuor narrationem.

De Evangelio Matthæi quod Hebraicum super Barnaba cadavere repertum esse Sigebertus tradit, dixi supra p. 341. Narrat rem etiam Suidas in Θύϊνα, sed Hebraicum fuisse non addit: Ἐπὶ ζήνωνος βασιλέως εὑράθη ἐν Κύπρῳ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου τοῦ συνεκδήμου Παύλου, ἔκειτο δὲ ἐπὶ τῷ στήθει Βαρνάβα τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ἔχον πτυχία θύϊνα.

Librum de Infantia Salvatoris sub nomine Matthæi Evangelistæ MStum extare in Bibl. Regis Christianissimi, notavi supra p. 149.

XXXVI.

(a) Latine scripsit sub initium Seculi à Christo nato XII.
(b) Fefellit Bedam & Zach. Chrysopolitanum autoritas Hieronymi qui Evangeliumr illud latine vertit.

Digitized by Google

XXXVI. S. MATTHIÆ EVANGELIUM.

*A*Di locum Origenis quem descripsi p. 131. Eusebii p. 132. Hieronymi p. 337. Ambrosii p. 340. Gelasii p. 136. & Bedæ p. 351.

XXXVII. NARRATIO SUB JUSTINIANO IMP. REPERTA DE GENERE CHRISTI.

EXtat apud Svidam in Ἰησοῦς, & ex officinis hæreticorum *M*anichæorum vel Gnosticorum prodiisse videtur Montacutio p. 308. seq. apparatus ad Origenes Eccles. (p. 235. seq. Analector.) Conveniunt sane qnæ ex *M*anichæorum Apocryphis refert Augustinus XXIII. 9. contra Faustum, ut notavi supra p. 19. ubi etiam monui eandem narrationem (a) memorari Glycæ in Epist. 53. MS. jamque addo in Bibl. Cæsarea bis extare MS. (b) Græce hoc titulo: Κατάθεσις Ἰουδαίων ὁμολογησάντων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ ζῶντος εἶναι καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας τῆς καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι μεινάσης παρθένου. Latine

(a) *Depositio testimonii.* Quo sensu Horatius: *Quicquid habes age, Depone tutis auribus* - - lib. 1. Od. 27.
(b) Lambec. lib. 4. p. 158. & 175. Imbonatus Bibl. latino Ebr. p. 272.

Digitized by Google

tine pridem vertit Robertus Groſeteſt Lincolnienſis, cujus verſio manu exarata habetur in variis Angliæ Bibliothecis, atque inde puto eſſe quod apud Ioh. Baleum de ſcriptis Anglorum legas Svidam à Lincolnienſi latine translatum, hoc enim de toto Svidæ Lexico ægre mihi perſvadeo. Poſt Robertum eadem narratio latine reddita eſt à Lauro Quirino Cretenſi, (c) Patricio Veneto, qui floruit tempore Nicolai V. circa A. C. 1453. *Ex* alia verſione, ſua ipſius fortaſis, Joh. Petrus Valerianus illam latine ſubjecit editioni Lactantii excuſæ Venetiis 1509. fol. affirmans ſe *in Judaicam perfidiam manifeſtarium ex Suda teſtimonium producere, ex quo deprehenditur quod ipſi quoque Jeſum Chriſtum Sotera noſtrum Dei filium eſſe non inficiantur.* Prodiit deinde latine Pariſiis, & à Mich. Neandro Græcè cum nova verſione iterum edita eſt Baſileæ ante Protevangelium Jacobi, tum à Nic. Glaſero in Apocryphis Græcè & latine excuſis Hamburgi A. 1614. 8. Prætereo editiones Svidæ Græcas Mediolanenſem, Aldinam ac Baſileenſem, tum latinam Hieron. Wolfii & Græcolatinam Æmilii Porti, quas univerſas longis paraſangis poſt ſe relinquet & eruditorum expectationem ſuperabit nova quæ jam Cantabrigiæ ſub prelo eſt Svidæ editio, autore inſignis ingenii atque eruditionis viro Ludolpho Neocoro, Germano. Confutationem Apocryphæ

(c) Vide Phil. Labbei Bibl. nov. MSS. p. 230.

Digitized by Google

phæ hujus narrationis scripsit Iohannes (d) Hentenius subjectam Commentario Euthymii Zigabeni in IV. Evangelistas per eundem Hentenium latine verso Paris. 1547. 8. Inscribitur: *Confutatio Judaica cujusdam impostura de legali Jesu Christi sacerdotio, ex Suida desumpta.* Et sub initium statim, *prodiit*, inquit Hentenius, *ante aliquot annos fictitius quidam de legali Christi sacerdotio libellus, qui tanto plausu à plurimis exceptus est, ut non modo in Italia, sed & secundo Lutetiæ, & tertio in Germania typis sit recusus* &c. Habes eandem Hentenianam confutationem etiam in Bibl. Patrum edit. Lugdunensis T. XIX. p. 728.

XXXVIII. EVANGELIUM NICODEMI.

Latine occurrit supra p. 213. seq. ubi dicta vide, si placet, & quæ infra in Addendis.

XXXIX. EVANGELIUM S. PAULI.

APostolus ipse plus vice simplici mentionem Evangelii sui facit, ut Rom. II. 16. Galat. I. 8. & 2. Tim. II. 9. Κατὰ τὸ Εὐαγγελιόν μου

(d) Perperam Hieronymum Hentenium appellat Ant. Possevinus in Apparatu, qui addit, propter hanc narrationem inter libros prohibitos Suidam explosum fuisse à Paulo IV. Pontifice.

Digitized by Google

μς. Ex quibus locis proclive erat colligere scriptum fuisse à Paulo Evangelium. Sed nihil tale tradunt veteres, qui autores nobis sunt Lucam assiduum sectatorem Pauli fuisse, & Evangelium à Paulo prædicatum literis mandasse : Ita Irenæus lib. 3. c. 1. (a) cujus locum Græce descripsit Eusebius lib. 5. Hist. cap. 8. Hinc idem Eusebius lib. 3. cap. 4. Φασὶ δὲ, inquit, ὡς ἄρα τῷ καθ' αὐτὸν Εὐαγγελίῳ μνημονεύειν ὁ Παῦλος ἐώθει, ὀπηνίκα ὡς περὶ ἰδίου τινὸς Εὐαγγελίου γράφων ἔλεγε, κατὰ τὸ Εὐαγγελιόν μου. Magis etiam audacter Hieronymus in Catalogo : *quotiescunque in Epistolis suis dicit Paulus* juxta Evangelium meum, *de Luca significat volumine.* Marcionitæ hinc ideo solum Lucæ Evangelium amplectebantur, rejectis *Matthæo*, Marco, Iohanne, sed autorem illius quarti unicique sui Evangelii dicebant non Lucam esse, sed Paulum, cujus solius et jam Epistolis non tamen omnibus nec integris sub nomine Ἀποστολικῷ utebantur. Iidem Lucæ Evangelium mire truncatum depravatum & interpolatum habebant, quo suis congruere facerent hæresibus, uti testantur Irenæus lib. 1. c. 29. Origenes lib. 2. contra Celsum p. 77. Tertull. contra *Marcion.* Epiphanius hæresi 42. qui duo postremi, Epiphanius præcipue Marcionis corruptiones Evangelio Lucæ illatas prolixe enarravit. Cæterum

(a) Vide etiam Irenæum lib. 3. c. 14. Tertull. lib. 4. contra Marcionem c. 2. & cap. 5.

Digitized by Google

rum Marcionitarum sententiam solum Pauli sive Lucæ Evangelium recipientium autor dialogorum adversus *M*arcionitas Origeni adscriptorum dialogo 1. & Theophylactus in Epist. ad Galatas c. 1. vers. 7. recte refellunt ex eo, quia quatuor Evangeliorum divinorum *M*atthæi, Marci, Lucæ & Johannis summa est in rebus ac dogmatibus tum inter se tum Pauli cum scriptis conformitas, neque aliud in illis Evangelium continetur, quam quod Paulus ore suo prædicavit & scriptis suis docuit. Neque vero Apostolus, quando Evangelii sui facit mentionem, ad scriptum aliquod vel à se vel à Luca Evangelium respicit, sed ita vocat doctrinam de Christo, quacunque ratione (b) sive prædicando sive per literas à se traditam, τὸ Εὐαγγέλιον, εὐαγγελισθὲν ὑπ' ἀυτ῀ Galat. I. 11. Ita Epistolam Pauli ad Corinthios, Evangelium vocare non dubitat Clemens Romanus, in Epistola I. ad eosdem scripta num. 47. Similiter Epistolas Pauli Evangelium vocat Origenes tomo 17. in *M*atthæum & in Johannem commentariis, ut Nysseni aliorumque loca præteream notata à Patricio Junio & Cotelerio notis in Clementem. (c) Itaque *P*aulum

Gg 12 Evan-

(b) Similiter scripta quælibet V. T. veniunt sub nomine Legis. Vide Grotium ad Rom. III. 19. & Joh. X. 34. ubi laudatur Ps. LXXXII. 6. & Joh. XV. 25. ubi laudatur Ps. XXXV. 19. & 1. Cor. XIV. 21. ubi laudatur Es. VIII. 20.

(c) Adde locum Theodori Balsamonis in Epist. de Rasophoris edita à Cotelerio 3. monument. p. 486. ubi dictum Pauli

Evangeliſtam vocat Johannes Chryſoſtomus homilia LXVIII. in Matthæum, quem locum ſine cauſa ſollicitavit Rittershuſius p. 520. in Salvianum, etſi videtur ejus conjecturam firmare interpres vetus Anianus.

XL. EVANGELIUM (a) PERFECTIONIS.

S. Epiphanius Hæreſi XXVI. quæ eſt Gnoſticorum num. 2.

Ἄλλοι δὲ ἐξ αὐτῶν πάλιν ἐπίπλαστον εἰσάγουσιν ἀγώγιμόν τι ποίημα, ὃ

Sunt & ex iis nonnulli qui adulterinum quoddam & adſcitium

1. Cor. VII. 31. *præterit figura hujus mundi*, vocat Εὐαγγελικὸν ῥῆμα. (a) Joachimus Camerarius vir ſummus ſub initium notarum ad novum fœdus ſuſpicatur hoc Evangelium perfectionis quo uſi ſunt Baſilidiani aliique Gnoſtici, idem eſſe cum Evangelio Philippi de quo infra. Sed in eadem hæreſi XXVI. num. 13. memorans tanquam novum aliquod fraudis Gnoſticorum ſpecimen Evangelium Philippo tributum Epiphanius, videtur ſane ab aliis quorum ante jam mentionem fecit atque adeo ab Evangelio perfectionis illud diſtingvere. Tatianus quoque ſcripſerat librum περὶ τῆς κατὰ τὸν σωτῆρα κατασκευῆς *de perfectione ſecundum Salvatorem* quem memorat Clemens Alex. lib. 3. Strom. p. 460. Etiam de Elceſæis Theodoritus lib. 2. Hæreticar. fabularum c. 7. Τὸν δὲ Ἀπόστολον παντελῶς ἠρνήσαντο καὶ βίβλον δέ τινα συντεθείκασιν ἣν ἐκ τῶν ἐκείνων ἔφασαν πεπλωκέναι. Τάυτης τὸν ἀκήκοεν ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαμβάνειν πᾶς ἥν ὁ χριστὸς

Digitized by Google

ὦ ποιήσματι ἐπέθηκε ὄνομα Εὐαγγέλιον τελειώσεως τοῦτο φάσκοντες. Καὶ ἀληθῶς οὐκ Εὐαγγέλιον τοῦτο, ἀλλὰ πένθους τελείωσις. Πᾶσα γὰρ ἡ τοῦ θανάτου τελείωσις ἐν τῇ τοιαύτῃ ὑποσπορᾷ τοῦ Διαβόλου ἐμφέρεται.

scriptum (b) venditant, quod opus *perfectionis Evangelium* inscribunt, cum revera non Evangelium sed doloris sit ac luctus perfectio. Universa quippe consummataque mortis acerbitas in eo Diaboli fœtu continetur.

XLI. EVANGELIUM S. PETRI.

DE hoc Origenis locum exhibui p. 41. Eusebii p. 132. itemque alium p. 801. Hieronymi p. 802. Theodoriti, qui illud cum Evangelio Nazaræorum confundit p. 370. tum locum Gelasii p. 137. Evangelium Infantiæ quo-

ἐδωρήσατο. *Apostolum* (Paulum) *prorsus repudiarunt, & librum quendam composuerunt quem de cœlis lapsum ajebant. Hunc qui audisset, remissionem peccatorum consequi præter eam quam Christus dedit.* Ejusdem libri Helcesaitarum de cœlo lapsi meminit Eusebius lib. 6. Hist. c. 38. (b) Ita malui quam *pœma* quod habent Cornarius & Petavius. In Græco sane est πώημα, sed id vocabuli non tantum de poeticis sed quibuscunque scriptis usurpari, ostensum à me est lib. 1. Bibl. Græcæ cap. 1. Quæ significatio huic præsertim loco convenit, quia mox ab Epiphanio etiam ποιήσεμα vocatur. Sic Evangelium Judæ Ischarioteæ à Cainistis olim tributum, *confictionem* dixit Irenæi interpres lib. 1. c. 35.

Digitized by Google

que à quibusdam Petro tributum fuit, quam recte, videbis p. 153. 154. Superest ut adscribam tertium Eusebii locum de Evangelio Petri ex lib. 6. Histor. c. 12. ubi agit de Serapione (c) Episcopo Antiocheno qui floruit circa A. C. 190. Ἕτερός γε συνταγμένῳ αὐτῷ λόγῳ περὶ τῆ λεγομένη κατὰ Πέτρον Εὐαγγελίῳ, ὃν πεποίημαι ἀπελέγχων τὰ ψευδῶς ἐν αὐτῷ εἰρημένα διά τινας ἐν τῇ κατὰ Ῥωσσὸν (d) παροικίᾳ, προφάσει τῆς εἰρημένης γραφῆς εἰς ἑτεροδόξως διδασκαλίας ἀποκειλάντας. Ἀφ ἧς ἔυλογον βραχείας παραθέσθαι λέξεις, δι ὧν ἣν εἶχε περὶ τῆ βιβλίῳ γνώμην προτίθησιν ἅτω γράφων· Ἡμεῖς γὰρ ἀδελφοὶ καὶ Πέτρον κ τὰς ἄλλας Ἀποστόλας ἀποδεχόμεθα ὡς χρεών. Τὰ δὲ ὀνόματι αὐτῶν ψευδεπίγραφα ὡς ἔμπειροι παραιτόμεθα; γινώσκοντες ὅτι τὰ τοιαῦτα οὐ παρελάβομεν. Ἐγὼ γὰρ γενόμενος παρ ὑμῖν ὑπενόουν τὰς πάντας ὀρθῆ πίστει προσφέρεσθαι, καὶ μὴ διελθὼν τὸ ὑπ' αὐτῶν προφερόμενον ὀνόματι Πέτρῳ Εὐαγγέλιον, εἶπον. Ὅτι εἰ τοῦτό ἐστι μόνον τὸ δοκοῦν ὑμῖν παρέχειν μικροψυχίαν, ἀναγινωσκέσθω. Νῦν δὲ μαθὼν ὅτι αἱρέσει τινὶ ὀνειδῶν αὐτῶν ἐνεφώλευεν ἐκ τῶν λεχθέντων μοι, σπεύσω πάλιν γενέσθαι πρὸς ὑμᾶς, ὥστε ἀδελφοὶ προσδοκᾶτέ με ἐντάχεως. Ἡμεῖς δὲ ἀδελφοὶ καταλαβόμενοι ὁποίας ἦν αἱρέσεως ὁ Μαρκιανὸς καὶ ἑαυτῷ ἐναντίως τομὴ νοῶν ἃ ἐλάλει, ἃ μαθήσεσθε ἐξ ὧν ὑμῖν ἐγράφη. Ἐδυνήθημεν γὰρ παρ ἀλ-

(c) De hoc Serapione agit Halloixius in Patrum Orientalium vitis T. 2. (d) Urbem in Cilicia Syriæ Antiochenæ. Vide Valesium ad Euseb. & Holstenium ad Steph. Byz.

Digitized by Google

ἄλλων τῶν ἀσυνησάντων αὐτὸ τοῦτο τὸ Εὐαγγέλιον τυγχάνει παρὰ τῶν διαδόχων τῶν καταξιωθέντων αὐτῷ ὡς Δοκηταὶ (e) καλῶμεν (τὰ γὰρ πλείονα φρονήματα ἐκείνων ἐστὶ τῆς διδασκαλίας) χρησάμενοι (f) παρ' αὐτῶν διελθεῖν, καὶ εὑρεῖν τὰ μὲν πλείονα τῷ ὀρθῷ λόγῳ τοῦ Σωτῆρος, τινὰ δὲ προσδιειλημένα, ἃ καὶ ὑποτάξαμεν ὑμῖν. Καὶ ταῦτα μὲν τὰ Σεραπίωνος. Rufinus: *Sed & ille liber venit ad nos, quem* (Serapion) *scribit de Evangelio Petri, ubi arguit quadam falsa in eo conscripta, emendare cupiens fratres, qui erant apud Rhosum, qui per occasionem Scripturæ ipsius in hæresin declinabant. Dignum tamen mihi videtur pauca quædam de ejus libello inserere, ex quibus innotescat quæ fuerit ejus de ipsa scriptura sententia. Scribit ergo in quodam loco ita: Nos enim, fratres, & Petrum & alios Apostolos recipimus sicut & Christum. Quæ autem sub eorum nomine falsa ab aliis conscripta sunt, velut gnari eorum sensus ac sententiæ declinamus, scientes quod talia nobis non sunt tradita. Ego enim cum essem apud vos, putabam omnes rectæ fidei esse inter vos, & non decurso libello* (g) *qui mihi offerebatur, in quo, nomine Petri, Evangelium ferebatur, dixi: Si hoc est solum quod inter vos inimicitiam simultatemque videtur inferre, legatur Codex. Nunc autem comperto quod hi qui codicem illum legi debere*

(e) Qui Christum non vere sed tantum καθ' δόκησιν sive specietenus incarnatum & passum esse contendebant. (f) *Mutuati ab illis, copiam legendi nacti sumus.* Vales. Sed Dodwellus p. 364. ad Irenæum: χρείας *excerpentes, illud Evangelium potuimus enarrare*: (g) En negligenti am in re magni momenti non parvam.

Digitized by Google

asserunt prospectu cujusdam occultæ hæreseos hoc fieri poposcerunt, *sicut mihi dictum est, festinabo iterum venire ad vos. Nos enim novimus, fratres, cujus hæreseos fuerit Martianus, qui etiam sibi ipsi contrarius extitit, non intelligens quæ loqueretur: quæ etiam vos discetis ex his quæ scripta sunt vobis investigata per nos ab illis qui hoc ipsum Evangelium secundum illius traditionem didicerant & successores extiterunt sententiæ ejus quos nos Docetas vocamus, quia in hac ipsa doctrina illorum sunt quamplurimi sensus & ab ipsis mutuati. Nam verum est quod plurima secundum rectæ rationem sentiunt de Salvatore, alia vero aliter, quæ & subjecimus. Hæc Serapion scribit.* Hieronymus in Catalogo S. E. ubi de Serapione: *Composuit & alium de Evangelio quod sub nomine Petri fertur librum ad Rhosensem Ciliciæ Ecclesiam, quæ in hæresin ejus lectione diverterat.* Sophronius: συνέταξε καὶ ἄλλο περὶ τῆ Εὐαγγελίε ὅπερ ἐπ' ὀνόματι Πέτρε φέρεται καὶ (g) πρὸς τὴν ἐν Ῥόσῳ τῶν Κιλίκων Ἐκκλησίαν βιβλίον, ἥτις εἰς τὴν αἵρεσιν αὐτῦ ἐξεκράφη, καί τινας εἰς ἀνάγνωσιν τῆς τότε αἱρέσεως μεμήνεγκεν. Ab hoc supposito Petri Evangelio longe diversum est quod extat & inter libros Canonicos ab Ecclesia semper receptum fuit Evangelium *Marci*, de quo idem Hieronymus c. I. Catalogi ubi de Petro Apostolo: *Sed & Evangelium juxta Marcum, qui auditor ejus & interpres fuit, hujus dicitur.* Tertullianus lib. 4. contra *Marcionem* c. 5. *Ea-*

(g) Hoc καὶ videtur esse tollendum.

Digitized by Google

Eadem autoritas Ecclesiarum Apostolicarum cæteris quoque patrocinabitur Evangeliis, quæ proinde per illas & secundum illas habemus, Johannis dico & Matthæi, licet & Marcus quod edidit, Petri affirmetur, cujus interpres Marcus. Nam & Lucæ digestum (h) *Paulo adscribere solent. Capit, Magistrorum videri quæ discipuli promulgarint.* Confer Papiam apud Euseb. III. 39. Irenæum III. 11. cujus verba repetit idem Eusebius V. 8. Clementem ap. Euseb. II. 15. & VI. 14. Origenem ap. Euseb. VI. 25. Hist. Eusebium ipsum lib. 3. demonstrat. p. 120. Hieronymum proœmio in Matthæum, Isidorum Hispalensem VI. 2. Originum. &c.

XLII. EVANGELIUM S. PHILIPPI.

S. Epiphanius hæresi XXVI. quæ est Gnosticorum, num. 13.

Προσφέρουσι δὲ εἰς ὄνομα Φιλίππου τοῦ ἁγίου μαθητοῦ Εὐαγγέλιον πε- Præterea Evangelium quoddam sub *Philippi* (a) sanctissimi πλασ-

(h) i. e. Evangelium de quo supra num XXXIX. (a) Apostoli an Diaconi nomine, incertum. Apud veteres enim hi duo Philippi passim confunduntur, ut dixi infra ad librum decimum Abdiæ. Equidem Act. XXI. 8. ubi mentio Φιλίππου τοῦ Εὐαγγελιστοῦ, diserte additur fuisse unum è septem diaconis. De eodem VIII. 12. ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ χριστοῦ.

Digitized by Google

πλασμένον, ὅτι, Φησὶν ἀπεκάλυψέ μοι Κύριος τί τὴν ψυχὴν δεῖ λέγειν ἐν τῷ ἀνιέναι εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ πῶς ἑκάστη τῶν ἄνω δυνάμεων ἀποκρίνεσθαι. Ὅτι ἐπέγνων ἐμαυτήν, Φησὶ, καὶ συνέλεξα ἐμαυτὴν πανταχόθεν, καὶ οὐκ ἔσπειρα τέκνα τῷ Ἄρχοντι, ἀλλὰ ἐξερρίζωσα τὰς ῥίζας αὐτῆς καὶ συνέλεξα τὰ μέλη τὰ διεσκορπισμένα, καὶ οἶδά σε τίς εἶ. Ἐγὼ γάρ, Φησὶ, τῶν ἄνωθέν εἰμι· Καὶ ὅτως, Φησὶν, ἀπολύεται. Ἐὰν δέ, Φησὶν, εὑρεθῇ γεννήσασα υἱὸν, καταχέεται κάτω, ἕως ἂν τὰ ἴδια τέκνα δυνηθῇ ἀναλαβεῖν καὶ ἀνελκύσαι εἰς ἑαυτήν. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ πληρώθη αὐτῶν ἡ μυθώδη. Christi discipuli nomine circumferunt, in quo ista narrantur: Mihi, inquit, Dominus aperuit, quibus anima verbis uti cum in cœlum ascendit ac quem admodum unicuique cœlestium Virtutum respondere debeat. Nimirum: Ego me ipsam agnovi, atque undiquaque collegi: neque Principi (b) filios genui, sed ejus radices exstirpavi ac dissipata membra in unum coëgi, tequę adeo qui sis novi, sum enim è cœlestium numero. Atque hoc modo, inquiunt, illa dimittitur. Si autem sobolem propagasse reperitur, tamdiu infra detinetur, donec

Fieri tamen potest ut Gnostici ex his locis quibus Evangelium non scriptum sed prædicatum à Philippo innuitur, ansam Evangelii scripti Philippo supponendi capientes, illud nihilominus postea non Diacono sed Apostolo adscripserint. (b) Principi seculi hujus, malo Principio, conjugiique & generationis, ut illi affirmabant, autori. Confer eundem Epiphan. in hac ipsa hæresi, num. 5.

Digitized by Google

nec filios suos recipere potuerit (c) & ad semetipsam attrahere. Hæ sunt nugæ illorum ac somnia.

Timotheus presbyter, itemque Leontius in locis supra p. 139. & p. 142. adductis inter libros quos finxerint sibi *Manichæi*, referunt etiam τὸ κατὰ Φίλιππον Εὐαγγέλιον. Utrum vero aliud habuerint *Manetis* discipuli, ac quo usi sunt Gnostici, quemadmodum viris doctis quibusdam videntur habuisse aliud Evangelium Thomæ, ab *Evangelio* Thomæ Gnosticorum: an commenta Gnosticorum arriserint etiam *Manichæis*, & ab iis recepta vel interpolata fuerint, velut rem facti, testimoniis veterum non satis definiendam in medio relinquo.

XLIII. SIMONIANORUM EVANGELIUM.

Præfatio Arabica (d) *ad Concilium Nicænum*: Sibi autem perfidi isti Simonitæ Evangelium effinxerunt, quod in quatuor tomos secantes librum quatuor angulorum & cardinum mundi appellarunt. *Adde quæ supra p.* 140. *ex Constitutt. Apostol. lib. VI. c.* 16.

(c) Donec & filiorum animæ in corpora per generationem detrusæ, post mortem iterum adscendant. (d) Tom. 2. Concilior. edit. Labbeanæ p. 386.

Digitized by Google

XLIV. EVANGELIUM SECUNDUM SYROS.

VIdetur idem fuisse cum Evangelio Hebraicis literis scripto quo usi sunt Nazaræi, ut notavi supra p. 361. & p. 367. ad loca Eusebii & Hieronymi qui de illo mentionem soli quod sciam è veteribus faciunt.

XLV. TATIANI EVANGELIUM.

DE hoc Epiphanii Verba exscripsi paulo ante num. XII. notans Tatiani Evangelium male ab eo contusum esse cum Nazaræorum *Evangelio*. Nam hoc fuit antiquius, jam ante Tatianum celebre, lectumque Hegesippo, Papiæ, & aliis vetustioribus. Præterea hoc ad unum autorem referebatur *Matthæum*, illud præ se ferebat nomen διατεσσάρων, quod ex quatuor Evangeliis collectum esset atque contractum. Hoc Syriace literis Hebraicis scriptum erat, Tatiani Græce: Hoc multa complectebatur quæ in nullo extabant de quatuor Evangeliis, Tatianus multa quidem truncaverat, (ut genealogias & alia quæ *Dominum* ex semine David secundum carnem natum ostendunt) sed aliunde quædam assuisse, à nullo veterum arguitur.

Ambro-

Digitized by Google

Ambrosii locum quo Tatiani Evangelium perstringit, vide supra p. 340.

B. Theodoritus lib. I. Hæreticar. Fabular. cap. 20.

Οὗτος (ὁ Ταϊανὸς) τὸ διὰ τεσσάρων καλούμενον συνέθηκεν Εὐαγγέλιον, τάς τε γενεαλογίας περικόψας καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ σάρκα γεγεννημένου τὸν Κύριον δείκνυσιν. Ἐχρήσαντο δὲ τούτῳ μόνοι οἱ τῆς ἐκείνου συμμορίας, ἀλλὰ καὶ οἱ τῆς Ἀποστολικῆς ἑπόμενοι δόγμασι, τὴν τῆς συνθήκης κακουργίαν οὐκ ἐγνωκότες, ἀλλ' ἁπλούστερον ὡς συντόμῳ τῷ βιβλίῳ χρησάμενοι. Εὗρον δὲ κἀγὼ πλείους ἢ διακοσίας βίβλους τοιαύτας (a) ἐν ταῖς παρ' ἡμῖν ἐκκλησίαις τεθειμασμένας, καὶ πάσας συναγαγὼν ἀπεθέμην καὶ τὰ τῶν τεττάρων Εὐαγγελιστῶν εἰσενήνοχα Εὐαγγέλια.

Hic (Tatianus) Evangelium quod Diatessaron dicitur composuit, amputatis genealogiis & aliis omnibus quæ Dominum ex semine David secundum carnem natum ostendunt. Eoque usi sunt non modo qui ejus erant sectæ, sed ii etiam qui Apostolica dogmata sequebantur, compositionis fraudem non cognoscentes, sed simplicius tanquam compendiario libro utentes. Nactus sum etiam ipse libros hujusmodi supra ducentos in honore habitos in Ecclesiis nostris, quos omnes in unum congestos sepolui, & pro his quatuor Evangelistarum Evangelia introduxi.

(a) Innuit se ducenta exempla Evangelii Tatiani reperisse, atque falluntur qui hunc locum intelligunt de ducentis

Victor Capuanus in præfatione ad Anonymi (b) Harmoniam Evangelicam Tatiano (c) à se tributam, & latine recensitam: *Ex historia quoque ejus* [Eusebii (d)] *comperi, quod Tatianus vir*

Evangeliis vel aliis libris Apocryphis ab evang. Tatiani diversis. (b) Victor ipse in eadem præfat. *Cum fortuito in manus meas incideret unum ex quatuor Evangelium compositum, & absente titulo non invenirem nomen auctoris &c.* (c) Extat in Orthodoxographis utriusque editionis & in Bibl. Patrum sub splendido nomine Tatiani. Sed capite quinto habet genealogiam Christi, adeoque Tatiani non est, ut ex aliis quoque argumentis jam multi observarunt. Etiam versio antiqua Theotisca Harmoniæ Tatiani cujus spem edendæ fecerunt viri insignes Franciscus Junius, Bonav. Vulcanius, Joh. Schilterus, Frid. Rostgaardus, sed quam brevi debebimus Clarissimo Greifswaldensium Professori Joh. Philippo Palthenio, neutiquam refert illam quam hoc nomine venditavit Victor Capuanus, sed alteram quæ in iisdem Orthodoxographis & in Bibl. Patrum latine occurrit sub nomine Ammonii Alexandrini, ex versione Ottomari Luscinii. Verum nec illa harmonia, sive Synopsis potius Evangelica Ammoniana, Tatiano recte tribuitur, ut contra Baronium ad *A.* C. 174. num. 5. aliosque ejus vestigiis insistentes ostenderunt Valesius ad Eusebium p. 84. W. E. Tentzelius in diss. selectis part. 1. p. 324. & Nic. le Nourry diss. in Tatianum c. 3. qui licet ad Valesii argumenta respondere conatur, in ejus tamen concedit sententiam: denique autor alter anonymus dissertationis eruditæ (Abbas de Longueriie, ut accipio) quam præclaræ libri Tatianei adversus gentes editioni subjecit Wilhelmus Worth. pag XXI. (d) Eusebius lib. 4. 29. Ὁ μὲν οὖν τοιοῦτος αὐτῷ (Ἑγκρατίτων) ἀρχηγὸς ὁ Ταζιανὸς συναφεὶς ἁρμονίαν τινὰ συναγωγὴν, οὐκ οἶδ' ὅπως τῶν Εὐαγγελίων συνθεὶς τὸ διὰ τεσσάρων τοῦτο προσωνόμασται. Rufinus: *Verumtamen prior eorum autor Tatianus collationem quandam faciens Evangeliorum, nescio quomodo composuit Evangelium unum ex quatuor, quod diatessaron ap-*

Digitized by Google

vir eruditissimus & orator illius temporis clarissimus unum ex quatuor compaginaverit Evangelium, cui titulum Diatessaron (e) *imposuit - - licet profanis*

iminavit, quod etiam nunc habetur à multis. Non videtur Eusebius ipse Tatiani opus vidisse, uti nec Hieronymus, Zachariæ vero Chrysopolitani ætate jam interierat, ut ipse testatur his verbis, ex quibus merito colligas Harmoniam à Victore commendatam ei inspectam, nec tamen habitam pro Tatiani genuina: *Tatianus etiam vir eruditissimus, eleganti eloquentia præditus, cujus commendationem B. Hieronymus in libro de illustribus viris non tacuit, & unum ex quatuor ut Ecclesiastica narrat Historia, compaginavit Evangelium. - - Sane hujus hæresiarchæ si superesset opus Evangelicum, quod S. Justini Martyris lateri adhærens furtassis explicuit, in eo Domini Jesu verba diligenter amplecti, secure legere ovibus ejus vocem cognoscentibus nihil prohiberet.* His postremis verbis manifesto alludit ad verba Victoris Capuani & deinde per totum opus expositione illustrat hanc ipsam Harmoniam capitibus 181. constantem, quam pro Tatianea sed & ipse incertus ac hæsitans Victor venditaverat. (e) Ita scripsi pro *Diapente*, quod vulgo legitur, & pro quo viri docti Casaubonus ad Baron. XIII. 2. p. 211. & Ittigius de hæresiarchis p. 201. malunt διὰ πάντων, quod nescio quomodo mihi videtur à Victoris ingenio abhorrere. Illud vero *diapente* falsum esse, ex Eusebio, Victore ipso aliisque quorum loca adscripsi certum est, licet Grotio initio notæ ad Matthæum, G. I. Vossio diss. de genealogia Christi p. 17. Simonio lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 74. & 149. hæc lectio arrisit, quia putabant Tatianum præter quatuor Evangeliarationem quoque habuisse Evangelii ad Hebræos, quod tamen probari nullo idoneo testimonio potest. Cæterum *diapente* factum ex abbreviata scriptura *diestes*. Ex Tatiani porro harmonia Thomas Maresehallus p. 411. Observationum ad Evangelia Anglosaxonica suspicatur exemplaribus quibusdam Evangelistarum invectam fuisse olim confusionem, de qua queritur Hieronymus præfat. ad Damasum, ne in Marco plura Lucæ atque Matthæi, atque ita in aliis, quæ aliis propria sunt, invenirentur.

Digitized by Google

implicitus erroribus, non inutile tamen exhibens studiosis exemplum, hoc Evangelium ut mihi videtur solerti compaginatione disposuit. Et forsitan adhuc lenti Justini adhærens lateri, illius eruditionis merito hoc opus explicuit. Arbitror enim propterea non Ammonii sed hujus esse editionem memorati voluminis, quod Ammonius Matthæi fertur relationi, Evangelistarum reliquorum relationem discretos annexuisse sermones: Hic vero S. Luca principia sunt assumpta, licet ex maxima parte Evangelio S. Matthæi reliquorum trium dicta conjunxerit, ut jure ambigi possit, utrum Ammonii an Tatiani inventio ejusdem operis debeat æstimari.

XLVI. EVANGELIUM THADDÆI.

MEmoratur hoc in quibusdam Gelasiani decreti editionibus & Judam Thaddæum Apostolum respicit, nisi vitiose scriptum *Thaddæi* pro *Matthiæ* ut conjiciebam supra p. 136. seq. Vel nisi fortassis intelligendus potius Thaddæus è LXX. discipulis unus, quem Thomas Apostolus Edessam ad Abgarum Regem misisse fertur. κηρύσσοντα τὸ εὐαγγέλιον τῆς παρουσίας Χριστοῦ δωδεκαλίτως. Apud Eusebium lib. 1. Hist. c. 13.

XLVII. EVANGELIUM S. THOMÆ.

PRæter ea quæ de hoc protuli testimonia: quamplurima p. 131. seqq. habes verba Bedæ p. 351. & anathematismi Manichæorum p. 354. & Theodosii Grammatici locum ex commentariis ejus ineditis ad Dionysium Thrasem-

de-

Digitized by Google

descriptum infra, ubi ago de Apocalypsi altera Apocrypha Johannis. Expendi etiam supra ante librum infantiæ inter alia sententiam virorum doctorum qui duplex *Evangelium* sub S. Thomæ nomine olim fuisse statuerunt, aliud quo Gnostici, itemque aliud quo deinde *Manichæi* sunt usi. Adde quæ paulo ante de Evangelio S. Philippi.

XLVIII. VALENTINI EVANGELIUM.

AUtor Appendicis, sive ipse potius Tertullianus de præscriptionibus adversus hæreticos c. 49. *Evangelium habet etiam suum* (Valentinus) *præter hæc nostra.* Quibus verbis Valentino tribui videtur quod tribuendum erat Valentinianis. A Valentino enim ipso nullum *Evangelium* scriptum fuisse, ex Tertulliani c. 38. recte colligunt viri clarissimi J. E. Grabe T. 2. spicilegii Patrum p. 49. & Joh. Franciscus Buddeus de hæresi Valentiniana p. 423. Sed respexit sine dubio autor appendicis VERITATIS EVANGELIUM, de quo Irenæus lib. 3. adversus hæreses cap. XI. *Hi vero qui sunt à Valentino iterum existentes extra omnem timorem suas conscriptiones proferentes plura habere gloriantur quam sint ipsa* (quatuor) *Evangelia: Siquidem in tantum processerunt audacia, ut quod ab his non olim conscriptum est* Veritatis *Evangelium titulent, in nihilo conveniens Apostolorum Evangeliis, ut nec Evangelium quidem sit apud eos sine blasphemia. Si enim quod ab eis profertur* Veritatis *est Evangelium, dissimile est autem hoc illis quæ ab Apostolis nobis tradita sunt, qui volunt possunt discere, quemadmodum ex ipsis Scripturis* (Galat.

Digitized by Google

1. 8.) *ostenditur, jam non esse id quod Apostolis traditum est, Veritatis Evangelium.* Ex hoc libro petitum esse conjicio quæ ex Valentinianorum libro profert Epiphanius hæresi XXX. num. 5. & 6. Sed quoniam res incerta, locus prolixus, Epiphanii codices obvii, illa præsenti loco duxi prætermittenda.

XLIX. EVANGELIUN VIVUM.

DE hoc *Manichæorum Evangelio* mentio facta p. 138. seq. 141. & 154. Adde locum Photii cod. LXXXV. ubi Heraclianii Chalcedonensis libros XX. contra Manichæos memorat: Ἀναγράφει δὲ τὸ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις καλούμενον Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Γιγαντείον βίβλον καὶ τὰς Θησαυρὰς καὶ ἄλλα, καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ κατὰ τῆς τοῦ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμονίου τε - - - καὶ τὸν Διόδωρον ἐν εἴκοσι καὶ πέντε βιβλίοις τὸν κατὰ Μανιχαίων ἀγῶνα ἀγωνισάμενον, ὃς διὰ μὲν τῶν πρώτων βιβλίων ἔπαθε τὸ τοῦ Μανιχαίου ζῶν Εὐαγγέλιον ἀναγράφει. Οὐ τυγχάνει δὲ ἐκείνου, ἀλλὰ ἀναζέπει τὸ ὑπὸ Ἀδδα γεγραμμένον ὃ καλεῖται μόδιον.

L. HIERONYMI XAVERII Historia Christi Persice scripta.

ANno Christi 1600. in gratiam Echebaris magni Magoris hanc historiam Lusitanico idiomate, ut videtur, primum conceptam, Persica lingva conscripsit Hieronymus Xaverius Soc. Jes. Francisci cognatus, laudatissimo haud dubie instituto, nisi quod Apocryphas fabulas & in-

Digitized by Google

incerras narrationes una cum sacra Historia Evangelica infidelibus propinatas nemo cordatus probare possit. Persicum exemplar cum incidisset in manus Ludovici de Dieu viri præstantissimi, illud latina versione illustratum & animadversionibus castigatum edidit Lugduni Batavor. 1639. 4. Ejusdem Xaverii Historiam Petri in notitia Actuum Apostolicorum infra recensebo, ubi de hoc ipso Evangelio Xaveriano nonnulla observata invenies. Alia recentiorum scripta commemorare supersedeo, quale est Donati Calvi Bergamensis *Proprinomium Evangelicum* Italica lingva editum Venetiis A. 1677. de quo agit Celeberrimus Wagenseilius libro de Norimberga p. 167. & in synopsi historiæ universalis parte 2. p. 88. seq.

RATIONES QUÆDAM ALLEGORICÆ (a) VETERUM

Quare non sint plura nec pauciora quàm quatuor *Evangelia.*

Ad Locum S. Irenæi (b) lib. 3. cap. 11.

Græca ex Alex. Moro in limine notarum ad N.

Neque autem plura numero quam hæc

(a) Vera ratio est, quia quatuor illa sola genuina sunt & ab Ecclesia universali consensu omnium seculorum approbata, reliqua omnia conficta ac proinde rejecta. Alias causas parum solidas quærere ingenio abundare suo est, ut si quis rationem velit reddere quare sint quinque libri Mosis, vel quatuordecim Epistolæ Pauli, licet & hoc non defuerunt qui fecerint, ut notavi infra ante Epistolam suppositiam ad Laodicenses. (b) Hic primus quaternarii Evangelistarum numeri ex veteribus quos

Digitized by Google

T. quæ præstantissimus J. E. Grabe in sua Irenæi edit. contulit cum resp. ad Anastasii qv. 144. & Germani CPol. Theoria rerum Ecclesiasticar. p. 146.

ἐπειδὴ -- τέσσαρα κλίματα τοῦ κόσμου, ἐν ᾧ ἐσμὲν, εἰσὶ, καὶ τέσσαρα καθολι-

sunt neque rursus pauciora capit (c) esse Evangelia. Quoniam enim quatuor regiones (d) mundi sunt in quo sumus & quatuor principales Spiritus (e) & disseminata est Ecclesia super omnem terram,

habemus meminit, ut recte notavit H. Dodwellus diss. 1. ad Irenæum §. 40. Singulos tamen genuinos Evangelistas ante Irenæum legerunt & laudarunt Papias, Justinus Martyr aliique, uti quaternarium Evangelium diserte confirmant Irenæi æquales vel paulo minores Tatianus, Tertullianus, Clemens &c. Cæterum de Canone N. T. & auctoritate quatuor Evangeliorum agere non est præsentis instituti, & donec plenissima eo de argumento Viri Clarissimi Joh. Millii in prolegomenis ad N. T. tractatio lucem adspiciat, possunt de hoc argumento videri Johannes Clericus in diss. 3. ad Harmoniam Evangelicam, Jacobus Basnage Hist. Eccles. libro VIII. Stephanus Nye in historica recensione & Apologia Canonis N. T. adversus Amyntorem Joh. Tolandi, Nehemius Grew in Cosmologia Sacra lib. 5. c. 1. ut velut notiores omittam Huetium in demonstratione Evangel. Rich. Simonem ejusque examinatorem Joh. Henr. Majum in Historia Critica N. T. Philippum Jacobum Hartmannum de gestis Christianorum sub Apostolis c. 12. Christianum Kortholtum libro de Canone &c. (c) οὐκ ἐνδέχεται Non capit, sive admittit rei natura, non est congruens. Eodem sensu *capit*, supra in loco Tertullianeo p. 376. (d) Augustin. lib. 1. de consensu Evangelistar. c. 2. Isidorus Hispalensis VI. 2. Originum, Theophylactus præf. ad Matthæum. Confer quæ supra p. 377. ubi de Evangelio Simonianorum. Similis est veterum allegoria de Cruce Domini, qua cœlum sustentatur, terra constringitur, oriens tangitur, occidens sublevatur, ut ait Julius Firmicus p. 28. (e) Quatuor venti Cardinales.

Digitized by Google

θολικὰ πνεύματα, καὶ ἑδράζεται δὲ ἡ ἐκκλησία ἐπὶ πάσης τῆς γῆς, στύλος δὲ καὶ στήριγμα ἐκκλησίας τὸ εὐαγγέλιον καὶ πνεῦμα ζωῆς, εἰκότως τεσσαρας ἔχειν αὐτὴν στύλους, πανταχόθεν πνέοντας τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀναζωπυροῦντας τοὺς ἀνθρώπους. ἐξ ὧν φανερόν, ὅτι ὁ τῶν ἁπάντων τεχνίτης λόγος ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ καὶ συνέχων τὰ πάντα, φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ εὐαγγέλιον ἑνὶ δὲ πνεύματι συνεχόμενον. Καθὼς ὁ Δαβὶδ αἰτήμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν φησίν· Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐμφάνηθι. Καὶ γὰρ τὰ χερουβὶμ τετραπρόσωπα. καὶ

columna autem & firmamentum Ecclesiæ (f) est *Evangelium* & spiritus vitæ, consequens est, quatuor habere eam columnas (g) undique flantes incorruptibilitatem & vivificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex verbum, qui sedit super Cherubim & continet omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Evangelium, quod uno Spiritu continetur. Quemadmodum & David postulans ejus adventum ait: (g) *Qui sedes super Cherubim, appare.* Et enim Cherubim quadriformia, (h) & τὰ,

(f) Ita intellexit locum 1. Tim. III. 16. (g) Tanquam. ὅπου Θεὸς in eodem Pauli loco v. 15. (g) Ps. LXXIX. 3. (h) Sic Chrysostomo in homilia de Ciroo dicitur Τετράθηρον ἅρμα τῶν Εὐαγγελίων, ubi sine causa quidam rescribunt Τετράορον. In eadem homilia τὸ Εὐαγγελίῳ τετράθυρον appellatur. Veluti *quadruplex Evangelii janua*, Sed & Hieronymo Epist. 103. ad Paulinum, Evangelistæ sunt *quadriga Domini & verum Cherubim*; & Augustino lib. 1. c. 7. de con-

Digitized by Google

τὰ πρόσωπα ἀνδρώπου ὡς τῆς πραγματείας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ζῶον φησὶν ὅμοιον λέοντι &c.

formæ ipsorum imagines sunt dispositionis filii Dei. *Primum enim animal*, inquit (i) *simile leoni*, efficabile ejus & principalis operis ejus, principatum regiæ virtutis ostendens. Secundum autem animal dicit vitulum, typum sacerdotii ostendens. Tertium autem habet hominis faciem, descriptionem ejus adventus qui secundum hominem est. Quartum autem animal dicit similem aquilæ volanti, gratiam Spiritus Sancti ostendens quæ volat super Ecclesiam. Hæc igitur quatuor animalia quatuor sunt figuræ Evangelistarum *sanctæ quadam quasi Domini quadrigæ.*

(i) Apoc. IV. 7. ad quem locum, ut & alterum Ezech. I. 10. præter interpretes confer Casaubonum Exerc. XIII. 1. contra Baron. Sviccrum in ζῶον, Bochartum 1. Hieroz. III. 5. & Gataker um lib. 2. Cinni c. 10. Cæterum animalia hæc à multis post Irenæum ad quatuor Evangelistas applicata sunt, aliter tamen ab aliis: nam cum Irenæus *Matthæo* hominem *Johanni* tribuat leonem, bovem *Lucæ* & *Marco* aquilam: Hieronymus lib. 1. adversus Jovinian. & in c. 1. Ezech. & procem. in Matthæum, *Johanni* aquilam tribuit, *Lucæ* bovem, *Marco* leonem & *Matthæo* hominem: Quam sententiam sequitur Fulgentius homil. in natalem Christi, Eucherius Lugdunensis lib. 1. instructionum, Sedulius, Theodulphus Aurelianensis, Petrus de Riga & alii recentiores quamplurimi, non latini tantum sed & Græci, ut patet ex Germano Patriarcha CPolitano in Theoria Ecclesiastica p. 160. seq. tum vulgus omne pictorum, de quibus Joh. Molanus histor. sacrarum imaginum III. 15. & 28. Neque aliud videtur innuere Ambrosius præf. in Lucam, etsi quatuor animalium figuras ad ipsum refert Servatorem *qui homo, quoniam natus ex Maria est, Leo quia fortior, Vitulus quia hostia, Aquila quia resurrectio est*; singulos enim Evangelistas docens singula horum copiosius & plenius descripsisse, haud obscure eos recenset hoc ordine ut homo respondeat *Matthæo*, *Marco* Leo, *Lucæ* bos, & aquilæ *Johannes*. Contra Augustinus lib. 1. de consensu Evangelistar. c. 6. & tractatu 36. in Joh. *Lucæ* bovem, Aquilam *Johanni* & ipse tribuit, sed leonem refert ad *Matthæum*, ad *Marcum* hominem. Denique Athanasius in Synopsi Scripturæ sub extremum, (T. 2. p. 155.) *Matthæum* confert homini, *Marcum* vitulo, leoni *Lucam* & *Johannem* aquilæ. Irenæi sententiam Augustino improbatam amplectitur autor veteris octostichi apud Barthium XL. 23. Adver.

Digitized by Google

principale & regale significans: *Secundū vero simile Vitulo*, sacrificalem & sacerdotalem ordinationem significans: *Tertium vero animal habens faciem quasi humanam*, qui est secundum hominem, ad ventum ejus manifeste describens: *Quartum vero simile aquilæ volantis*, Spiritus in Ecclesiam advolantis gratiam manifestans. Et Evangelia igitur his consonantia, in quibus insidet Christus Jesus. Aliud enim illam quæ est à Patre principalem & efficabilem & glorioſam generationem ejus enarrat, dicens sic: (k) *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* (l) Propter hoc & omni fiducia plenum est Evangelium istud, talis est enim persona ejus. Id vero quod est secundum Lucam, quoniam quidem sacerdotalis characteris est, à Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoavit. Jam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inventione minoris filii (m) inciperet mactari.

Mat-

sar. & Theophylactus præf. in Marcum. Vide & si placet, dissertationem Jacobi Thomasii τῦ μακαρίτυ de insignibus IV. Evangelistarum, Lipsi. 1667. (k) Joh. I. 1. (l) Hoc loco στιγμὴν in verbis Johannis faciunt præter Irenæum Clemens Alex. Theophilus Antiochenus, Tertullianus, Origenes, Lactantius, Augustinus. At Epiphanius in Ancorato num. 75. illam distinctionem reprehendit tanquam hæreticam. Sane placuit hæreticis Valentino & Heracleoni. Cæterum vulgatam interpunctionem, *factum est nihil quod factum est*, præter Epiphanium probant Theodorus Mopsvestenus, Joh. Chrysostomus, Hilarius, Nonnus, Acacius CPol. in Epist. ad Petrum Fullonem aliique. Diversus ab his omnibus abit Gregorius Nyssenus, qui legit: *sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso.* (m) Isaaci. Gen. XXII. 13.

Digitized by Google

Matthæus vero eam quæ est secundum hominem generationem ejus enarrat: *Liber*, dicens, *generationis Jesu Christi, filii Abraham.* Et iterum: *Christi autem generatio sic erat.* Humanæ formæ igitur hoc Evangelium: Propter hoc & per totum Evangelium, humiliter sentiens & mitis homo (n) servatus est. Marcus vero à Propheticо Spiritu ex alto adveniente hominibus initium fecit: *Initium*, dicens, *Evangelii, quemadmodum scriptum est in Esaia Propheta:* volatilem & pennatam imaginem Evangelii monstrans, propter hoc & compendiosam & præcurrentem annunciationem fecit: Propheticus enim character est hic. Et ipsum autem verbum Dei illis quidem qui ante *Moysen* fuerunt Patriarchis secundum divinitatem & gloriam colloqvebatur: his vero qui sub lege, sacerdotalem & ministerialem actum præbebat: post deinde nobis, homo factus, munus cœlestis Spiritus in omnem misit terram, protegens nos alis suis. Qualis igitur dispositio filii Dei, talis & animalium forma: & qualis animalium forma, talis & character Evangelii.

Τετράμορφα γὰρ τὰ ζῶα, τετράμορφον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ πραγματεία τοῦ Κυρίου. Καὶ διὰ τοῦτο τέσσαρες ἐδόθησαν

Quadriformia autem animalia & quadriforme Evangelium, (o) & quadriformis dispositio Domini, (p) & propter

(n) Propterea & hoc Evangelium præ cæteris amplectebantur Ebionæi. (o) Similiter τετράμορφον Εὐαγγέλιον vocat Theophylactus præf. in Marcum. (p) In novam ratio-

Digitized by Google

καθολικαὶ διαθῆκαι τῆ ἀνθρωπότητι, μία μὲν &c. pter hoc quatuor data sunt testamenta humano

nem quare τέτρα Εὐαγγέλιον sive ut Eusebio III. 19. Hist. & Theodorito Epist. 130. dicitur, sacra Evangeliorum tetractys Deo placuerit. Eâdem utuntur & alii, quemadmodum Clarissimo Grabio quoque observatum suis ad Irenæum notis. Methodius Convivio 10. virginum p. 131. edit. Combefisianæ: Διὰ τῦτο καὶ Εὐαγγέλια τέσσαρα παραδέδοται, τετράκις εὐαγγελισαμένε τῦ Θεῦ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ παιδαγωγήσαντος τέσσαρσι νόμοις, per *Adamum* puta, per *Noam*, per *Moysen* & *Apostolos*. Clemens Alex. in eclogis ex Prophetis §. 52. memorat quattor διαθήκας sub *Adamo*, sub *Noa*, sub *Abraamo* & *Moyse*. Arnobius in Ps. CXVIII. 159. legem *Naturæ*, *Circumcisionis*, *Moysis* & *Christi*: S. Anastasius & Germanus CPol. pactum cum *Noa*, *Abraamo*, *Moyse* & *Apostolis*. Alias conjecturas de quaternario Evangeliorum numero exponit Theophylactus præf. in Matthæum. Forte enim, inquit, totidem accepimus, διότι τὰς τέσσαρας καθολικὰς ἀρετὰς ἐκ τέτων μανθάνωμεν *ut quatuor virtutes Cardinales fortitudinem, prudentiam, temperantiam & justitiam ex illis addiscamus.* Aut διότι καὶ τέσσαρα ταῦτα περιέχει, ἤγεν δόγματα, ἐντολὰς, ἀπειλὰς καὶ ἐπαγγελίας, *quoniam hæc quatuor iisdem continentur, dogmata, præcepta, minæ & promissiones.* Poterat longe plura afferre, quæ de præstantia quaternarii numeri notavit Philo Judæus variis in locis. Ut omittam quæ de eadem habent Nicomachus Gerasenus & autor Theologumenon Arithmeticæ, vel ex recentibus Johannes Meursius in denario Pythagorico, & Petrus Bungus de mysteriis numerorum. Unum non est omittendum, quod S. Maximus & ex eo Theophanes homil. 5. propterea affirmat esse quatuor Evangelia, ὅτι τέσσαρά εἰσιν καὶ τὰ στοιχεῖα, *quia quatuor quoque sunt elementa.* Sed si tres vel quinque vel etiam centum essent libri Evangelici, non deforent similes bellæ rationes, quare tot non plures nec pauciores esse debe-

Digitized by Google

1. 8.) *ostenditur, jam non esse id quod Apostolis traditum est, Veritatis Evangelium.* Ex hoc libro petita esse conjicio quæ ex Valentinianorum libro profert Epiphanius hæresi XXX. num. 5. & 6. Sed quoniam res incerta, locus prolixus, Epiphanii codices obvii, illa præsenti loco duxi prætermittenda.

XLIX. EVANGELIUN VIVUM.

DE hoc *Manichæorum Evangelio* mentio facta p. 138. seq. 141. & 354. Adde locum Photii cod. LXXXV. ubi Heracliani Chalcedonensis libros XX. contra Manichæos memorat: Ἀναγρέπει δὲ τὸ παρὰ τοῖς Μανιχαίοις καλούμενον Εὐαγγέλιον καὶ τὴν Γιγάντειον βίβλον καὶ τὰς Θησαυρούς· καταλέγει καὶ ὅσοι πρὸ αὐτῶν κατὰ τῆς τῶ Μανιχαίου συνέγραψαν ἀθεότητος, Ἡγεμονίου τε - - - καὶ τὸν Διόδωρον ἐν εἴκοσι καὶ πέντε βιβλίοις τὸν κατὰ Μανιχαίων ἀγῶνα ἀγωνισάμενον, ὃς διὰ μὲν τῶν πρώτων βιβλίων ἐπὶ τὸ τῶ Μανιχαίου ζῶν Εὐαγγέλιον ἀναγρέπει. Οὐ τυγχάνει δὲ ἐκείνου, ἀλλὰ ἀναγρέπει τὸ ὑπὸ Ἀδδα γεγραμμένον ὁ καλεῖται μόδιον.

L. HIERONYMI XAVERII Historia Christi Persice scripta.

ANno Christi 1600. in gratiam Echebaris magni Magoris hanc historiam Lusitanico idiomate, ut videtur, primum conceptam, Persica lingva conscripsit Hieronymus Xaverius Soc. Jes. Francisci cognatus, laudatissimo haud dubie instituto, nisi quod Apocryphas fabulas & in-

Digitized by Google

incertas narrationes una cum sacra Historia Evangelica infidelibus propinatas nemo cordatus probare possit. Persicum exemplar cum incidisset in manus Ludovici de *Dieu* viri præstantissimi, illud latina versione illustratum & animadversionibus castigatum edidit Lugduni Batavor. 1639. 4. Ejusdem Xaverii Historiam Petri in notitia Actuum Apostolicorum infra recensebo, ubi de hoc ipso Evangelio Xaveriano nonnulla observata invenies. Alia recentiorum scripta commemorare supersedeo, quale est Donati Calvi Bergamensis *Proprinomium Evangelicum* Italica lingva editum Venetiis A. 1677. de quo agit Celeberrimus Wagenseilius libro de Norimberga p. 167. & in synopsi historiæ universalis parte 2. p. 88. seq.

RATIONES QUÆDAM ALLEGORICÆ (a) VETERUM

Quare non sint plura nec pauciora quàm quatuor *Evangelia*.

Ad Locum S. Irenæi (b) lib. 3. cap. 11.

Græca ex Alex. Moro in limine notarum ad N.

Neque autem plura numero quam hæc

(a) Vera ratio est, quia quatuor illa sola genuina sunt & ab Ecclesia universali consensu omnium seculorum approbata, reliqua omnia conficta ac proinde rejecta. Alias causas parum solidas quærere, ingenio abundare suo est, ut si quis rationem velit reddere quare sint quinque libri Mosis, vel quatuordecim Epistolæ Pauli, licet & hoc non defuerunt qui fecerint, ut notavi infra ante Epistolam supposititiciam ad Laodicenses. (b) Hic primus quaternarii Evangelistarum numeri ex veteribus quos

Digitized by Google

T. quæ præstantissimus J. E. Grabe in sua Irenæi edit. contulit cum resp. ad Anastasii qu. 144. & Germani CPol. Theoria rerum Ecclesiasticar. p. 146.

ἐπειδὴ -- τέσσαρα κλίματα τοῦ κόσμου ἐν ᾧ ἐσμέν εἰσι, καὶ τέσσαρα κα-

sunt neque rursus pauciora capit (c) esse Evangelia. Quoniam enim quatuor regiones (d) mundi sunt in quo sumus & quatuor principales Spiritus (e) & disseminata est Ecclesia super omnem terram,

θολι-

habemus meminit, ut recte notavit H. Dodwellus diss. 1. ad Irenæum §. 40. Singulos tamen genuinos Evangelistas ante Irenæum legerunt & laudarunt Papias, Justinus Martyr aliique, uti quaternarium Evangelium diserte confirmant Irenæi æquales vel paulo minores Tatianus, Tertullianus, Clemens &c. Cæterum de Canone N. T. & auctoritate quatuor Evangeliorum agere non est præsentis instituti, & donec plenissima eo de argumento Viri Clarissimi Joh. Millii in prolegomenis ad N. T. tractatio lucem adspiciat, possunt de hoc argumento videri Johannes Clericus in diss. 3. ad Harmoniam Evangelicam, Jacobus Basnage Hist. Eccles. libro VIII. Stephanus Nye in historica recensione & Apologia Canonis N. T. adversus Amyntorem Joh. Tolandi, Nehemias Grew in Cosmologia Sacra lib. 5. c. 1. ut velut notiores omittam Huetium in demonstratione Evangel. Rich. Simonium ejusque examinatorem Joh. Henr. Majum in Historia Critica N. T. Philippum Jacobum Hartmannum de gestis Christianorum sub Apostolis c. 12. Christianum Kortholtum libro de Canone &c. (c) οὐκ ἐνδέχεται Non capit, sive admittit rei natura, non est congruens. Eodem sensu *capit*, supra in loco Tertullianeo p. 376. (d) Augustin. lib. 1. de consensu Evangelistar. c. 2. Isidorus Hispalensis VI. 2. Originum, Theophylactus præf. ad Matthæum. Confer quæ supra p. 377. ubi de Evangelio Simonianorum. Similis est veterum allegoria de Cruce Domini, qua cœlum sustentatur, terra constringitur, oriens tangitur, occidens sublevatur, ut ait Julius Firmicus p. 28. (e) Quatuor venti Cardinales.

Digitized by Google

θολικὰ πνεύματα, καὶ ὁ στερέωμα δὲ ἡ Ἐκκλησία ἐστὶ πάσης τῆς γῆς, στύλος δὲ καὶ στήριγμα Ἐκκλησίας τὸ Εὐαγγέλιον καὶ πνεῦμα ζωῆς, εἰκότως τεσσαρας ἔχειν αὐτὴν στύλους, πανταχόθεν πνέοντας τὴν ἀφθαρσίαν καὶ ἀναζωπυροῦντας τοὺς ἀνθρώπους. Ἐξ ὧν φανερὸν, ὅτι ὁ τῶν ὅλων τεχνίτης λόγος ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ καὶ συνέχων τὰ πάντα, φανερωθεὶς τοῖς ἀνθρώποις ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ Εὐαγγέλιον ἑνὶ δὲ πνεύματι συνεχόμενον. Καθὼς ὁ Δαβὶδ αἰτούμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν φησίν· Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ, ἐπιφάνηθι. Καὶ γὰρ τὰ χερουβὶμ τετραπρόσωπα, καὶ

columna autem & firmamentum Ecclesiæ (f) est Evangelium & spiritus vitæ, consequens est, quatuor habere eam columnas (g) undique flantes incorruptibilitatem & vivificantes homines. Ex quibus manifestum est, quoniam qui est omnium artifex verbum, qui sedit super Cherubim & continet omnia, declaratus hominibus, dedit nobis quadriforme Evangelium, quod uno Spiritu continetur. Quemadmodum & David postulans ejus adventum ait: (g) *Qui sedes super Cherubim, appare.* Et enim Cherubim quadriformia, (h) &

τὰ

(f) Ita intellexit locum 1. Tim. III. 16. (g) Tanquam. ὄκον Θεῦ. in eodem Pauli loco v. 15. (g) Ps. LXXIX. 2. (h) Sic Chrysostomo in homilia de Ciroo dicitur τετράθηεον ἅρμα τῶν Εὐαγγελίων, ubi fine causa quidam rescribunt τετράορον. In eadem homilia τὸ Εὐαγγέλιον τετράθυρον appellatur. Veluti *quadruplex Evangelii janua*, Sed & Hieronymo Epist. 103. ad Paulinum Evangelistæ sunt *quadriga Domini & verum Cherubim*; & Augustino lib. 1. c. 7. de con-

Digitized by Google

τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰκόνες τῆς πραγματείας τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ζῶον, φησὶν, ὅμοιον λέοντι &c.

formæ ipsorum imagines sunt dispositionis filii Dei. *Primum enim animal*, inquit (i) *simile leoni*, efficabile ejus & prin-

census Evangelistar. *sancta quadam quasi Domini quadriga*.

(i) Apoc. IV. 7. ad quem locum, ut & alterum Ezech. I. 10. præter interpretes confer Casaubonum Exerc. XIII. 1. contra Baron. Svicerum in ζῶον, Bochartum 1. Hieroz. III. 5. & Gatakerum lib. 2. Cinni c. 10. Cæterum animalia hæc à multis post Irenæum ad quatuor Evangelistas applicata sunt, aliter tamen ab aliis: nam cum Irenæus *Matthæo* hominem *Johanni* tribuat leonem, bovem *Lucæ* & *Marco* aquilam: Hieronymus lib. 1. adversus Jovinian. & in c. 1. Ezech. & procem. in Matthæum, *Johanni* aquilam tribuit, *Lucæ* bovem, *Marco* leonem & *Matthæo* hominem: Quam sententiam seqvitur Fulgentius homil. in natalem Christi, Eucherius Lugdunensis lib. 1. instructionum, Sedulius, Theodulphus Aurelianensis, Petrus de Riga & alii recentiores quamplurimi, non latini tantum sed & Græci, ut patet ex Germano Patriarcha CPolitano in Theoria Ecclesiastica p. 160. seq. tum vulgus omne pictorum, de quibus Joh. Molanus histor. sacrarum imaginum III. 15. & 28. Neque aliud videtur innuere Ambrosius præf. in Lucam, etsi quatuor animalium figuras ad ipsum refert Servatorem *qui homo, quoniam natus ex Maria est, Leo quia fortior, Vitulus quia hostia, Aquila quia resurrectio est*; singulos enim Evangelistas docens singula horum copiosius & plenius descripsisse, haud obscure eos recenset hoc ordine ut homo respondeat *Matthæo*, *Marco* Leo, *Lucæ* bos, & aquilæ *Johannes*. Contra Augustinus lib. 1. de consensu Evangelistar. c. 6. & tractatu 36. in Joh. *Lucæ* bovem, Aquilam *Johanni* & ipse tribuit, sed leonem refert ad *Matthæum*, ad *Marcum* hominem. Denique Athanasius in Synopsi Scripturæ sub extremum, (T. 2. p. 155.) *Matthæum* confert homini, *Marcum* vitulo, leoni *Lucam* & *Johannem* aquilæ. Irenæi sententiam Augustino improbatam amplectitur autor veteris octostichi apud Barthium XI. 23. Adver.

principale & regale significans: *Secundū vero simile Vitulo*, sacrificalem & sacerdotalem ordinationem significans: *Tertium vero animal habens faciem quasi humanam*, qui est secundum hominem, adventum ejus manifeste describens: *Quartum vero simile aquilæ volantis*, Spiritus in Ecclesiam advolantis gratiam manifestans. Et Evangelia igitur his consonantia, in quibus insidet Christus Jesus. Aliud enim illam quæ est à Patre principalem & efficabilem & glorioſam generationem ejus enarrat, dicens sic: (k) *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Et: *Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil.* (l) Propter hoc & omni fiducia plenum est Evangelium istud, talis est enim persona ejus. Id vero quod est secundum Lucam, quoniam quidem sacerdotalis characteris est, à Zacharia sacerdote sacrificante Deo inchoavit. Jam enim saginatus parabatur vitulus, qui pro inventione minoris filii (m) inciperet mactari.

Mat-

sar. & Theophylactus præf. in Marcum. Vide & si placet, dissertationem Jacobi Thomasii τῦ μακαρίτυ de insignibus IV. Evangelistarum, Lipsi. 1667. (k) Joh. I. 1. (l) Hoc loco σιγμὴν in verbis Johannis faciunt præter Irenæum Clemens Alex. Theophilus Antiochenus, Tertullianus, Origenes, Lactantius, Augustinus. At Epiphanius in Ancorato num. 75. illam distinctionem reprehendit tanquam hæreticam. Sane placuit hæreticis Valentino & Heracleoni. Cæterum vulgatam interpunctionem, *factum est nihil quod factum est*, præter Epiphanium probant Theodorus Mopsvestenus, Joh. Chrysostomus, Hilarius, Nonnus, Acacius CPol. in Epist. ad Petrum Fullonem aliique. Diversus ab his omnibus abit Gregorius Nyssenus, qui legit: *sine ipso factum est nihil quod factum est in ipso.* (m) Isaaci. Gen. XXII, 13.

Digitized by Google

Matthæus vero eam quæ est secundum hominem generationem ejus enarrat: *Liber*, dicens, *generationis Jesu Christi, filii Abraham.* Et iterum: *Christi autem generatio sic erat.* Humanæ formæ igitur hoc Evangelium: Propter hoc & per totum Evangelium, humiliter sentiens & mitis homo (n) servatus est. Marcus vero à Prophetico Spiritu ex alto adveniente hominibus initium fecit: *Initium*, dicens, *Evangelii, quemadmodum scriptum est in Esaia Propheta:* volatilem & pennatam imaginem Evangelii monstrans, propter hoc & compendiosam & præcurrentem annunciationem fecit: Propheticus enim character est hic. Et ipsum autem verbum Dei illis quidem qui ante *Moysen* fuerunt Patriarchis secundum divinitatem & gloriam colloqvebatur: his vero qui sub lege, sacerdotalem & ministerialem actum præbebat: post deinde nobis, homo factus, munus cœlestis Spiritus in omnem misit terram, protegens nos alis suis. Qualis igitur dispositio filii Dei, talis & animalium forma: & qualis animalium forma, talis & character Evangelii.

Τετράμορφα γὰρ τὰ ζῶα, τετράμορφον καὶ τὸ Εὐαγγέλιον καὶ ἡ πραγματεία τοῦ Κυρίου. Καὶ διὰ τοῦτο τέσσαρες ἐδόθησαν

Quadriformia autem animalia & quadriforme Evangelium, (o) & quadriformis dispositio Domini, (p) & propter

(n) Propterea & hoc Evangelium præ cæteris amplectebantur Ebionæi. (o) Similiter τετράμορφον Εὐαγγέλιον vocat Theophylactus præf. in Marcum. (p) En novam ratio-

Digitized by Google

καθολικαὶ διαθῆκαι τῇ ἀνθρωπότητι, μία μὲν &c. pter hoc quatuor data sunt testamenta humano

nem quæ τέταρτον Εὐαγγέλιον sive ut Eusebio III. 19. Hist. & Theodorito Epist. 130. dicitur, sacra Evangeliorum tetractys Deo placuerit. Eâdem utuntur & alii, quemadmodum Clarissimo Grabio quoque observatum suis ad Irenæum notis. Methodius Convivio 10. virginum p. 131. edit. Combefisianæ: Διὰ τοῦτο καὶ Εὐαγγέλια τέσσαρα παραδέδοται, τεταχὼς εὐαγγελισαμένου τῷ Θεῷ τὴν ἀνθρωπότητα, καὶ παιδαγωγήσαντος τέσσαρσι νόμοις, per *Adamum* puta, per *Noam*, per *Moysen* & *Apostolos*. Clemens Alex. in eclogis ex Propheticis §. 52. memorat quattuor διαθήκας sub *Adamo*, sub *Noa*, sub *Abraamo* & *Moyse*. Arnobius in Ps. CXVIII. 159. legem *Naturæ*, *Circumcisionis*, *Moysis* & *Christi*: S. Anastasius & Germanus CPol. pactum cum *Noa*, *Abraamo*, *Moyse* & *Apostolis*. Alias conjecturas de quaternario Evangeliorum numero exponit Theophylactus præf. in Matthæum. Forte enim, inquit, totidem accepimus, διότι τὰς τέσσαρας καθολικὰς ἀρετὰς ἐκ τούτων μανθάνομεν *ut quatuor virtutes Cardinales fortitudinem, prudentiam, temperantiam & justitiam ex illis addiscamus.* Aut διότι καὶ τέσσαρα ταῦτα περιέχει, ἤγουν δόγματα, ἐντολὰς, ἀπειλὰς καὶ ἐπαγγελίας, *quoniam hæc quatuor iisdem continentur, dogmata, præcepta, minæ & promissiones.* Poterat longe plura afferre, quæ de præstantia quaternarii numeri notavit Philo Judæus variis in locis. Ut omittam quæ de eadem habent Nicomachus Gerasenus & autor Theologumenon Arithmeticæ, vel ex recentibus Johannes Meursius in denario Pythagorico, & Petrus Bungus de mysteriis numerorum. Unum non est omittendum, quod S. Maximus & ex eo Theophanes homil. 5. propterea affirmat esse quatuor Evangelia, ὅτι τέσσαρά εἰσιν καὶ τὰ στοιχεῖα, *quia quatuor quoque sunt elementa.* Sed si tres vel quinque vel etiam centum essent libri Evangelici, non deforent similes bellæ rationes, quare tot non plures nec pauciores esse debe-

Digitized by Google

no generi, unum quidem ante cataclysmum sub Adam, secundum vero post cataclysmum sub Noe, tertium vero legislatio sub Moyse, quartum vero quod renovat hominem & recapitulat in se omnia quod est per Evangelium, elevans & pennigerans homines in cœleste regnum. His igitur sic se habentibus, vani omnes & indocti & insuper audaces qui frustrantur speciem Evangelii, & vel plures quam dictæ sunt, vel rursus pauciores inferunt personas Evangelii: quidam ut plus videantur, quàm est veritatis, adinvenisse, quidam vero ut reprobent dispositiones Dei. ACTA

ant. Itaque illas quidem mittemus, & insigni alio ejusdem Theophylacti, aut Chrysostomi potius homil. 1. in Matthæum loco præsentem συναγωγὴν concludemus: Ἀλλὰ λέγεις μοι, ὅτι οὐκ ἤρκει εἰς Εὐαγγελιστής; ἄκουε τοίνυν ὅτι ἤρκει μὲν, ἀλλ' ἵνα δεχθῇ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια, διὰ τοῦτο τέσσαρες συνεχωρήθησαν γράψαι· Ὅταν γὰρ &c. *Jam quod dicis, nonne sufficiebat unus Evangelista? Audi, sufficiebat quidem, sed ut uberius veritas demonstraretur, quatuor conscribere permissi sunt. Nam cum videris quatuor qui non in unum locum convenerunt neque consederunt simul, alius & alius in locis vitam egisse, & de iisdem rebus quasi ex uno ore scripsisse, non admiraberis Evangelii veritatem, sed fateberis quod ex Spiritu S. locuti fuerint. Et ne mihi dicas quod non consonent in omnibus. Quæ enim sunt illa in quibus dissonant? Num unus dicit, natus est Christus, alius negat? Num unus dicit Christum resurrexisse, alius non resurrexisse? Minime, concordes enim sunt in his quæ magis necessaria sunt & præcipua. Igitur si in præcipuis non in diversa abeunt, qui admiraris si in minimis videantur variare? Nam hæc de causa quod non in omnibus consonunt, magis vera loquuntur. Alioqui suspecti haberi potuissent quod inter se consedissent & communi consilio scripsissent. Nunc autem cum quod prætermisit hic, scripsit ille, hæc sola est causa cur variare videantur.*

ACTA APOSTOLORUM Apocrypha, Sive Hiſtoria Certaminis Apoſtolici, adſcripta ABDIÆ,

Primo, ut ferunt, Babyloniæ Epiſcopo, & diſtributi in libros Decem.

Digitized by Google

Testimonia & Censuræ de hoc opere, ABDIÆ adscripto.

Autor ipse libro VI.

ORdinavere autem Apostoli (a) in civitate Babylonis Episcopum nomine ABDIAM, qui cum ipsis venerat à Judæa, qui & ipse viderat oculis suis Dominum, (b) & repleta est civitas Ecclesiis. Qvibus rite omnibus ordinatis, egressi sunt Apostoli Persidem. Sequebantur autem eos turbæ discipulorum, & CC. amplius (c) viri. Circumierunt autem duodecim (d) provincias Persidis, & civitates earum, in quibus quæ egerint & quæ passi sint per annos tredecim, longa narratione scripsit CRATON (e) Apostolorum

(a) Simon & Judas Thaddæus. (b) Alius itaque statuitur *Abdus* sive ut à Rufino vocatur *Abdias* quem podagra laborantem, Edessæ restituit Thaddæus à Thoma Apostolo ad Abgarum missus, ut refert Euseb. lib 1. Hist. c. ult. (c) ita scripsi, cum nullo sensu editum reperissem *& eo amplius viri*. (d) Qui Persidem in duodecim diviserit provincias, nondum mihi occurrit. Neque tamen duodecim Apostoli hic intelliguntur, quia duo tantum ex illis ponuntur Persidem intrasse. (e) De hoc Cratone altum apud veteres silentium: & sane e præfatione quæ sub Julii Africani nomine statim à me subjicitur, apparet *Abdiæ* nomen hoc loco esse pro *Cratone* reponendum, Mentio

Digitized by Google

rum ipsorum discipulus (f) in decem librorum volnminibus universa comprehendens, quæ AFRICANUS Historiographus in latinam (g) transtulit lingvam. Ex quibus qui scire voluerit qui fuerint progressus prædicationis,

Cratonis Philosophi apud Pseudo Abdiam lib. 5. sed is non cum Simone & Juda sed cum Johanne versatus esse ibi fertur. (f) Unde hauserint Wolfgangus Lazius præf. ad Abdiam, Vossius de Hist. Gr. pag. 200. & Clarisſ. Caveus in Historia literaria scriptorum Ecclesiasticorum, qui Abdiam unum è LXX. Christi discipulus faciunt, nescire me fateor. Sane hoc non dicit pseudo Abdias, ne memorem, nullam Abdiæ mentionem fieri à pseudo Dorotheo, Nicephoro Xanthopulo aliisque qui septuaginta discipulos Christi enumerant. (g) Hoc opus quod sub Abdiæ nomine habemus, neque ex Hebræo neque ex Græco conversum sed latine scriptum esse, variis argumentis constat. Nam plus simplici vice occurrunt in eo allusiones ejusmodi qualis lib. IX. *in nomine Domine mei JEsu impetrabam non imperabam.* Tum utitur passim versione latinâ vulgata Scripturæ, & libro sexto affert locum Hegesippi iisdem verbis quibus illum expressit Rufinus in versione Eusebii lib. 2. Hist. c. 23. Saltim ex his apparet absurde latina hæc tribui Julio Africano qui Seculo tertio floruit & Græce scripsit. Unde tamen Julii Africani nomen accesserit, cogitanti mihi primum occurrit observatio Clarisſimi J. E. Grabii, qui T. 1. Spicilegii Patrum p. 314. multa ex Africani Chronologia (& gestis Martyrum) in his Pseudo Abdiæ libris legi notat: deinde suspicor latinum quendam Julii Africani interpretem (qualis fuit ille de quo Dodvvellus in diſſ. Pearsonii posthumis subjecta p. 98. vel Gallus quidam qui Car. M. temporibus libros sex Collectaneorũ Chronologicorum ex Africano, Idacio & aliis collegit, Vide Vossium lib. 3. de Hist. lat. parte 4. c. 3. p. 756.) pro Africano ipso habitum, atque inde totius hujus operis interpretem vendita-

Digitized by Google

vel quo fine (h) mundum Simon & Judas Apostoli reliquerint, ex multis pauca selegimus.

Præfatio sub Juli AFRICANI, tanquam Interpretis nomine, Operi præfixa.

Quanquam plurima de Apostolicis signis sacra Evangeliorum vel illa quæ ab ipsis Actibus nomen accepit narret historia, tamen visum est nobis, ut retractis exemplaribus ac voluminibus istis, (a) & maxime quæ ab ABDIA qui Salvatorem in carne viderat, & secutus Simonem & Judam Apostolos in Persida primus Babylonis Episcopus fuit, de uniuscujusque virtutibus sermone Hebraico scripta sunt, quantum invenire potuimus, libros singulos conscribamus, ut etiam, si alicui delectatio fuerit inquirendi, quod ille aut ille proprium gesserit, singulatim reperiatur in singulis. Nam de multis quæ hâc de re à veteribus scripta sunt, nihil ad nos præter ipsorum passionum

tum Julium Africanum. (h) Quando martyrium subierint, sive quo genere mortis celebraverint. DEum.

(a) Innuit se relectis quatvor Evangeliis & Actuum Apostolicorum libro, quæ de singulis Apostolis referuntur breviter collegisse: quod etiam utcunque factum in his libris Lector reperiet. Unde Wolfgangum Lazium eumque secutos Joh. Fabrum & Maternum Cholinum vehementer fugit ratio, cum dubitavere utrum quæ in duobus prioribus libris de Petro & Paulo habentur, Abdias è Luca, an Lucas ex Abdia depromserit. Differe enim hoc loco scriptor testatur, è libro Actuum Apostolorum quem scripsit Lucas, non minus quam ex ejus cæterorumque trium

Digitized by Google

num monumenta (b) venerunt: quod nos pro magno complectimur, scientes scriptum: (c) *Honorandi sunt amici tui, DEus.* Verum utrum magna ostendissent prodigia in populis, an minora, non hæc fragilitati humanæ sunt adscribenda, sed à nobis fideliter confitendum, quia operatur ea unus atque idem (d) Dominus JEsus Christus, qui in eis per bonam voluntatem & sensus puritatem habitat, sicut dudum protulit Propheta: (e) *Quia inhabitabo in eis & inambulabo in illis, & ero illorum DEus.* Ergo in hujus JEsu Christi Filii DEi omnipotentis nomine, quæ scripsit sanctorum Apostolorum gesta ABDIAS Episcopus Babyloniæ, qui ab ipsis Episcopus ordinatus erat, sermone Hebræo; Et quæ discipulus ejusdem Abdiæ EUTROPIUS (f) in Græcam lingvam transtulerat, hæc nos universa latino reddidimus sermoni, & in decem libros descripsimus,

Evangeliis se profeciſſe. (b) Ex his collectum istud opus esse non dubito, trahens quædam traditionum veterum non plane respuenda vestigia, sed pauca & incerta, si discesseris ab iis quæ ex scriptis Novi Test. petita jam dixi. (c) Ps. CXXXIX. 17. (d) 1. Cor. XII. 6. (e) Ezechiel. XXXVII. 27. & 2. Cor. VI. 16. Philo lib. de somniis. Καὶ γάρ ἐστι χρησθὲν τῷ σοφῷ θεοπρεπῶν ἐν ᾧ λέγεται Θεπαλήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἔσομαι ὑμῖν Θεός. Martyrium Ignatii: Τραϊανὸς εἶπεν. Σὺ ἔν ἐν ἑαυτῷ φέρεις τὸν σταυρωθέντα; Ἰγνάτιος εἶπεν, Ναί. Γέγραπται γὰρ, ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπερπατήσω. (f) Hic commentitius Eutropius idem forte dicitur fictam Epistolam Lenculi de Christo reperisse in Archivis Romanorum. Falluntur enim qui de Eutropio breviarii auto-

Digitized by Google

gloriam ſemper referentes DEo Patri per unigenitum ejus filium, Dominum & redemptorem noſtrum, in Spiritu Sancto illuminatore animarum naſtrarum & nunc & ſemper & per ſecula ſeculorum, Amen.

S. Auguſtini loca, quia parum credibile eſt hos libros ab eo inſpectos, exhibui infra ad calcem Pſeudo Abdiæ, in notitia & fragmentis aliorum actuum Apocrypborum. Apud Severum Sulpicium autem, qui ab Hendreichio in Pandectis Brandenburgicis allegatur, uti apud alios veteres, de Abdia ejusque ſcriptis ne γεύ.

Sixtus Senenſis Bibl. S. l. 2. p. 52.

Apoſtolorum duodecim Vitæ. Has ut referunt Jacobus (a) Archi Epiſcopus Genuenſis in libro annuarum ſolennitatum, & Petrus (b) Epiſcopus Equilinus lib. IX. Catalogi Sanctorum, Hebraice ſcripſit *Abdias* primus Babylonis Epiſcopus ab ipſis Apoſtolis ordinatus, quas Eutropius Abdiæ diſcipulus tranſtulit ex Hebræo in Græcum, & Julius Africanus in latinum. Verum ut opinor, Julius non latine ſed Græce ſcripſit. Nuper ex Germania ſub titulo

re ibi cogitant, neque vero is annales ſcripſit, neque dicitur Epiſtolam reperiſſe in Annalibus ſuis, ſed reperiſſe in annalibus Romanorum h. e. in Actis annalibus Senatus Romani.

(a) Jacobus de Voragine Seculi XIII. ſcriptor ſive fabulator potius, in legenda aurea. (b) Petrus Natalis, ſe-

Digitized by Google

titulo hujus Abdiæ prodiere libri decem de historia certaminis Apostolici, Oporini typis excusi, quos ut fide indignos Paulus Papa (c) quartus inter scripta à se damnata rejecit.

Philippus Melanchton (d) *in literis ad Joachimum Camerarium scriptis A. 1549.*

Circumlatæ diu fuerunt *Abdiæ*, nescio cujus, Historiæ. Legat has qui volet. Ego eos qui legere volent adhortandos existimo ut attendant animum. Ac svaserim potius ne legant

culi XV. nugivendulus, (c) Claudius Espencæus lib. 5. c. 5. de continentia: *Qualiscunque autor sit Abdias, superiore certe quàm hæc scriberemus anno à Romanis inquisitoribus proscriptus est.* Espencæi opus lucem adspexit A. 1565: Paulus IV. jam obierat A. 1559. Itaque multis annis hæc scripserit Espencæus antequam opus ejus typis exuderetur. Quod enim Clarissimus Bælius in Dictionario suo sive thesauro potius jucundissima copia rerum elegantissimarum referto suspicatur de alia proscriptione post Pauli IV. tempora facta Espencæum loqui, difficulter mihi persvadeo, præcipue cum in ora libri Sixti Senensis diserte notetur Abdiam rejectum à Paulo IV. non tamen ab indice librorum prohibitorum Concilii Tridentini (d) Cum hæc scriberet Philippus, Abdias editus nondum esat, oportet itaque habuisse codicem Mſ. quem dedit D. Milichio ut testatur in aliis literis scriptis ad Georgium Principem b. m. Anhaltinum. *Clarissimo Viro Doctori Milichio dedi Abdiæ librum, ut inscriptio nominat, ab impostore aliquo addita: seu adferendum seu mittendum Celsitudini Vestræ. Ajunt Apollinarem Juliani tempore, cum arcerentur Christiani à Scholis eruditis, in quibus veteres tragœdiæ Sophoclis & Euripidis enarrabantur, scripsisse tragœdias argumentis Apostolorum & Martyrum. Has legere mallem quàm hunc nothum Abdiam.*

Digitized by Google

omnino. Sunt enim illa scripta mirifica, & referta falsitate manifestâ. Superstitionum autem in eis tanta est copia, ut facile appareat quibus temporibus isti libri compositi sint, nimirum non solùm indoctis sed infelicibus quoque; unà cum Reip. calamitate Ecclesiâ gravissime laborante, quæ mala fere conjungi solent.

Rob. Bellarminus lib. 2. de bonis operibus in particulari, c. 14.

Librum Abdiæ suppositium esse, viri docti etiam apud nos censent. Ego certe nullum ab eo testimonium petii, ut nec ex libro Pastoris. *Idem lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis:* Vitæ Apostolorum quæ sub Abdiæ nomine circumferuntur, fabulis similiores sunt quàm veræ narrationi. Sed neque ejus Abdiæ aut libri ejus ullam in veteribus mentionem invenio. *Idem eum lib. 2. de Monachis c. 27 Abdiam ad votum continentiæ commendandum adduxisset, hoc postea in librorum suorum recognitione retractavit his verbis:* Epistola Martialis Apostoli & Abdiæ liber de rebus gestis Apostolorum citantur à nobis tum hic tum etiam alibi, quoniam ab aliquibus recipiuntur, quamvis non ignoremus eos libros non esse tantæ autoritatis, ut in eo dogmata fundari possint.

Non defuisse quidem inter Romanæ Ecclesiæ scriptores, qui Abdiæ autoritate ad comprobanda dogmata sua usi sunt, testimoniis Hardingi, Gregorii de Valentia, Lindani & aliorum docent Robertus Cocus in censura quorundam scriptorum Veterum p. 82. seq. & Gisbertus

Digitized by Google

bertus Voëtius parte 3. disp. select p. 993. Interim à plurimis doctissimisque jam pridem constanter rejicitur, è quibus in præsenti liceat nominare Cæsarem Baronium ad A. C. 44. num. 44. & ad A. 51. num. 51. Melchiorem Canum lib. 2. locor. Commun. c. 6. Antonium Possevinum in voce ABDIAS & SEVERUS SULPICIUS, quo posteriore loco ægre fert Severi historiam cum Abdia excusam esse à Lazio & Fabro: Hic enim, *inquit*, ab ea secernendus est, tanquam Apocryphus nulliusque fidei. *Similiter pseudo Abdiam explodunt Claudius Espencæus lib. 5. de continentia c. 5. lib. 6. c. 2. in Scholiis ad librum sacrarum Heroidum p. 1003. Opp. Johannes Molanus lib. de sacris picturis c. 38. & præfat. ad Martyrologium, excusum Lovanii A. 1568. & lib. 1. de fide hæreticis servanda c. 6. Johannes Hessels in censura de quibusdam sanctorum Historiis cum eodem Martyrologio Lovanii typis exscripta passim, qui rationes etiam quasdam allegat, à Coco maximam partem repetitas: Alphonsus Salmeron ad 2. Tim. 2. disp. 2. p. 585. Idem plane sentiunt qui de scriptoribus Ecclesiasticis scripsere Aubertus Miræus, Philippus Labbe, Natalis Alexander & Elias Dupin, qui postremus negat quenquam hodie amplius in illo errore versari ut libros Abdiæ adscriptos non habeat pro opere impostoris cujusdam qui falso se jactet Christi discipulum, cum memoret tanto tempore juniores Hegesippum & Julium Africanum. Hisce accenseri possunt nullo negotio innumeri alii, Critici præcipue, Valesius, Catelerius, Simonius, Tillemontius, &c. sed nihil attinet de re circa quam omnes jam consentiunt, plura testimonia accumulare. Tantum*

Digitized by Google

notabo illustrem Huetium in libro de claris Interpretibus nimis remotam his libris tribuere antiquitatem, dum p. 212. pseudo Abdiam non minus quam scripta sub Hermetis Tusmegisti nomine ferri solita primis post Christianæ religionis initia temporibus suppositæ fuisse censet.

Franciscus Combefis T. 1. auctar. novissi. p. 480

Sunt in Abdia quæ probata videri possint, sintque bonis auctoribus consentientia, multumque eis ac Historiæ lucis afferant: quod tamen in eo carbones auro commixti merito censeantur, caute legenda, & probanda quæ affert.

Robertus Cocus in censura quorundam scriptorum Veterum p. 84.

Hos libros (Abdiæ) nothos & adulterinos esse constat cum ex materiæ falsitate, tum ex adversariorum confessione, Multa eaque patentia sunt in iis mendacia, multa ridicula quæ arguunt alium autorem quàm Apostolorum auditorem. *Hoc deinde variis argumentis probare annititur vir doctus, quæ utpote prolixiora in libro obvio à lectore evolvi quàm à me hic describi malim.*

Gerhardus Johannes Vossius lib. 2. de Historicis Græcis c. 9.

Sed si adeo antiquus est Abdias ille, mirum, non Eusebium, non Hieronymum, non alium veterum quenquam meminisse vel Abdiæ vel interpretationis istius, ne istic quidem

dem ubi Africani scripta recensentur. Præterea quomodo fidem habere ei possumus qui dicat se Christum vidisse cum in terris versaretur, atque interim laudet Hegesippum historicum, verbaque ejus citet ex lib. V. commentariorum? Nam Hegesippus ille Justini & Athenagoræ æqualis fuit, quare centum circiter & triginta annis floruerit postquam Christus ascenderat in Cœlum. Adhæc quomodo Abdiam eum latine transtulit Julius Africanus, quem Græcum fuisse scriptorem ex Eusebio & aliis constat. Denique in scripto re hoc multæ adeo sunt fabulæ, ac mendacia, ut eos libros velut fide indignos Paulus Papa IV. inter scripta à se damnata rejecerit - - - Eundem rejiciunt Bellarminus - - - & Nicolaus Nancelius (a) catalogo librorum quos scripsit, ubi autorem eum plurimis indiciis & argumentis à se falsi convictum, interimque correctiorem multo redditum ait: ac paulo post dicit scriptorem eum licet suppositititium uti & Clementem Romanum multis & argumentis â se notisque illustratum. Puto autem istos Abdiæ libros signari à B. Augustino (b) contra Adimantum c. 17. Nam historia hæc vel fabula potius ut Melchior Canus lib. 2. locor. commun. c. 6. appellat, refertur ab hoc Abdia lib. IX. qui est de gestis Thomæ in India. *ERe-*

(a) Hujus Nancelii labor lucem non adspexit. (b) Hoc quare non sit verisimile, dixi infra ad loca Augustini allata post libros Pseudo Abdiæ.

Digitized by Google

E Reformatis idem de Abdia judicium ferentes videri possunt præter Abrahamum Scultetum cujus locum adduxi supra ante protevangel. Jacobi p. 58. Andreas Rivetus lib. 1. Critici Sacri c. 6. T. 2. Opp. p. 1073. Joh. Henricus Hottingerus in elencho scriptorum suppositiorum & in dissertatt. Miscellaneis, Guil. Caveus, Frid. Spanhemius &c.

E nostratibus præter Melanchthonem paulo ante laudatum idem de hoc opere sentiunt Centuriatores Magdeburgenses Centur. 1. lib. 2. c. 10. p 565. 567. 571. 575. Martinus Chemnitius in examine Concilii Tridentini p. 85. edit. in fol. Johannes Gerhardus in Patrologia p. 69. & imprimis in Confessione Catholica parte 1. generali p. 423. -- 427. Augustus Varenius in rationario Theologico de scriptoribus Ecclesiasticis seculi 1. p. 129 -- 131. Joh. Conradus Dannhauerus Christeid. Act. 1. p. 886. Balthasar Rebelius Antiquitatt. trium primor. seculor. p. 3. Theophilus Spizelius in specimine Bibliothecæ universalis, David Chytræus Onomastico Theologico p. 17. Joh. Hulsemannus in Patrologia, Joh. Gotfridus Olearius in Abaco Patrologico, aliique quotquot in historia Ecclesiastica cum laude versati sunt, è quibus unus præ cæteris mihi nominandus

Thomas Ittigius in diss. de Patribus Apostolicis §. 27. p. 69.

Nihil quod vel umbram Apostolici pectoris referat, in Abdia deprehendi, jam pridem cordati viri (b) rectissime judicarunt. Tantum enim nugarum & fabularum his libris

(b) Respicit Petrum Paulum Vergerium Juniorem, qui tractatu de Idolo Lauretano scripsit nihil in libris A-

Digitized by Google

bris continetur, ut Inquisitores sub Paulo IV. etsi alias ad multa conniventes, censoria virgulâ eos notaverint &c.

Seb. le Nain de Tillemont dans ses Memoires Ecclesiastiques T. 1. p. 1701.

Abdias embellit par quantité de circonstances toute cette narration dû martyre de S. Jacque & de son compagnon. Mais ce qui n'est que dans cet auteur, peût passer pour n'estre nulle part. C'est pourquoi nous n'avons pas cru estre obligez de perdre le temps à le lire, Car quand il disoit quelque chose de vray, on ne le sauroit discerner des contes & des fables qv'il y mesle.

Caspar Barthius lib. 50. Adversar. cap. 9. pag. 1360. post memorata scripta Hieronymi, Augustini, Hilarii, Ambrosii:

Abdiæ Babylonii extat huc pertinens scriptum, sed suppositum autori, interprete utique hujus ætatis, nisi & hic (c) tamen fictus. Chri-

bdiæ vel umbram Apostolici pectoris ac Majestatis referre, sed omnia illic frigere & ineptula esse ac superstitiosa.

(c) Hoc est, nisi & id ipsum pro commento habendum, quod sit in latinam ex alia lingva translatus. Ac profecto latine primitus scriptum ab autore quisquis fuit, longe mihi videtur verisimilius. Confer præter argumenta supra p. 389. adducta quæ noto ad lib. 1. c. 5 seq. Neq; tantus mihi videtur hoc scriptum antiquitatis, ut cum Hie-

Digitized by Google

Christianus Daumius præfat. ad Hieronymi, Theologi Græci, φιλοπονίαν.

Sed & desideratur in hâc nova editione (a) Bibliothecæ Patrum Lugdunensi Abdias Babylonius vulgo sic appellatus, quisquis etiam ille fuerit, sive Julius Africanus sive quis alius, nam

ronymis & Augustinis possit de ætate contendere. Nam ex veteribus nemo ejus meminit, & scribendi genus ipsum, & usus familiarior Vulgatæ ac versionum Rufini se. quiorem ætatem arguunt.

(a) Desideratur etiam in aliis Bibliothecarum Patrum editionibus, unde falluntur qui Abdiam in Bibliothecis Patrum extare affirmant viri docti, Philippus Labbeus de script. Eccles. Theophilus Spizelius in specimine Bibl. Universalis, Lud. Elias Dupin in Bibl. & Gvil. Caveus in Historia literaria scriptorum Ecclesiasticorum, Petrus Baylius in dictionario Historico Critico, etiam secunda in editione: Christophorus Hendreich in Pandectis Brandenburgicis, aliique, sive conjecturæ suæ sive aliorum non examinatis testimoniis hoc tribuentes. Porro editiones Abdiæ hæ mihi innotuerunt. Prima Oporiniana Basileæ (non Parisiis ut est apud Rob. Cocum in censura vett. scriptor. p. 82.) in fol. (non in 8vo. ut doctissimus autor Chartophylacis Ecclesiastici) A. 1551. (non 1532. ut Dupin in Bibl. Eccles. T. 1. pag. 18.) Vulgante Wolfgango Lazio, qui duobus Mstis codd. usus, uno ex Monasterio Ossiacensi in Carinthia, & altero vetustiore ex monasterio S. Trudberti ad Sylvam Hercin. Secunda Johannis Fabri Paris. 1560. 8vo. Proximæ tres Colonienses apud Maternum Cholinum Anno 1566. & 1569. 1576. 12mo. cum Joachimi Perionii libro de gestis & vitis Apostolorum, aliorumque Anonymorum de vita Matthæi, Marci & Matthiæ. Extat & Parisiensis editio A. 1571. 8vo. unâ cum Fabri & Lazii præfationibus vitaque Clementis Romani, Martialis Lemovicensis, Cypriani, Apollinaris Martyris & aliorum. Denique Laurentius

Digitized by Google

nam nunc istud non inquiro, de vitis Apostolorum, una cum anonymo *Philalethe Eusebiano* (b) de passionibus Apostolorum (c) à Frid. Nausea A. 1531. Coloniæ in 4to publici juris facto, ex quo aut Pseudo Abdias ille sua exscripsit, aut ex isto ille, ut videbunt qui utrumque inter se committent. HISTO-

de la Barre Abdiam edidit & recensuit in Historia Christiana veterum Patrum Paris. A. 1583. fol. Gallicam Anonymi versionem Parisiis A. 1569. in forma minori vulgatam & Belgicam Joh. de Berkelaer quam utramque memorat in pandectis Brandenburgicis Clarissimus Hendreichius, non vidi. (b) In Bibliotheca Academiæ Juliæ sive Helmstadiensis in codice Mſ. membranaceo ante septem vel octo secula exarato habetur *Melito Episcopus de virtutibus Apostolorum.* Cujus in prima statim pagina, manu Flacii annotatum est hunc librum fuisse editum à Lazio, sub nomine Abdiæ. Diversus tamen est ab Abdia, licet in quibusdam consentiat, ut lector videre potest ex hujus ipsius Melitonis sive Melliti Episcopi Laodicensis libro de passione S. Johannis Evangelistæ quem edidit Florentinius ad Martyrolog. vetus p. 130. - 137. Ubi etiam habes idem exordium quod ex codice Mſ. Helmstadiensi descripsit doctissimus Tentzelius in dialogis vernaculis Anni 1692. pag. 993. Nempe multi fuere ejusmodi qui aliquot abhinc seculis in describendis sive confingendis potius Apostolorum actibus ingenios esse voluerunt, ne dicam de antiquis hæreticis falsa Apostolorum Acta ad errores suos incrustandos comminiscentibus. Verum de his infra ad calcem pseudo Abdiæ. (c) Baronius ad A. C. 68. num. 7. notat passiones Apostolorum à Gelasio inter Apocrypha rejici, quod si verum esset (ego enim in decreto Gelasiano neque Abdiæ opus inter Apocrypha relatum ut legitur in dictionario Moreriano, neque passiones Apostolorum proscriptas potui reperire (incertum tamen esset, librumne hunc à Nausea editum, vel Abdiam respexerit Gelasius, an potius alium antiquiorem. Testatur enim ipse pseudo Abdias se ex antiquioribus monumentis sua contraxisse. Vide lib. IX. c. 2.

Digitized by Google

HISTORIÆ APOSTOLICÆ,

LIBER PRIMUS.

De rebus à Beato Petro, principe Apostolorum, præclare gestis.

I.

POst corporeum Dominicæ nativitatis adventum, cùm ipse Dominus JEsus Christus, vera lux mundi, (a) mundanis inluxisset tenebris, ambulans juxta mare Galileæ, (b) vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare: erant enim piscatores, & ait illis: Venite post me, faciam vos fieri piscatores (c) hominum. At illi continuò relictis retibus, secuti sunt eum. Et cum venisset in partes Cæsareæ Philippi, (d) interrogabat discipulos suos dicens: Quem (e) dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt: Alii Joannem Baptistam, alii autem Heliam, alii verò Hieremiam, aut unum ex Prophetis. Tum Simon Petrus constanter & intrepidè respondit: *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Respondens autem JEsus, dixit: *Beatus es Simon Bariona,* (f) *quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed*

(a) Joh. I. 9. (b) Matth. IV. 18. (c) Vide Ezech. XLVII. 10. Justini Mart. qu. XX. ad Orthodox. (d) Matth. XVI. 13. (e) Ex vulgata latina Matthæi interpretatione, ubi *me* desideratur. Sic & Hieron. & Mſ. Græcum Bezæ, & versiones complures, Arab. Æthiop. Anglo sax. etiam D. Lutheri nostri. Ac certe abundat, ubicunque legitur. (f) Fili Johannis. Vide Hieron. ad locum Matthæi.

Digitized by Google

sed Pater meus, qui est in cœlis. Ego verò dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferni non prævalebunt adversus eam: & tibi dabo claves regni cœlorum, & quodcunque ligaveris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque solveris super terram, erit solutum & in cœlis. Contigerat fortè eodem tempore, ut Christus oraturus, ex more in montem quendam abiret, adsumptis, ex discipulis tribus carioribus, Petro, Joanne, & Jacobo. (g) Cumque adsumptus paulò altiùs solisque lumine circundatus, in medio Moysis & Heliæ, clarificatus à discipulis videretur: Domine, (inquit Petrus,) bonus est iste locus ad habitandum: itaque si placet, tria hic tabernacula faciemus: tibi unum, & reliquum (h) Heliæ ac Moysi. Sed nihil tum JEsus respondit: verum ut surgerent ac timorem exuerent admonuit, reliqvumque de passione sua sermonem protrahebat. Quæ cùm postea ante Paschatis solemnia instaret, sciens JEsus (i), quia omnia dedisset ei Pater in manus, & quia à Deo exiverat, & ad Deum vaderet, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cùm accepisset linteum, præcinxit se, deinde misit aquam in peluim, & cœpit lavare pedes Discipulorum suorum, & tergere illos linteo. Cumque venisset ad Simonem Petrum, dicit illi Petrus: Domine, tu mihi ne lavabis pedes? Respondit illi JEsus: Quod ego facio tu nescis modò, scies autem postea. Tum Petrus:

(g) Matth. XVII. 1. (h) reliqua duo. (i) Joh. XIII. 3.

Digitized by Google

trus: Non lavabis mihi pedes in æternum. Respondit JEsus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Ad quæ Petrus: Non tantum pedes, sed etiam caput meum, & manus meas. Quem sermonem excipiens JEsus, ait: Qui lotus est, non indiget ut ulterius (k) lavetur, sed est mundus totus. Hæc ante resurrectionem à beato Petro gesta sunt.

II. Post resurrectionem autem dicebat Dominus Jesus Petro: Simon Joannis diligis me? (l) Etiam Domine, inquit Petrus, tu scis quia amo te. Tum Christus: Pasce agnos meos. Et subdit: Simon Joannis, diligis me? Dicit ei Petrus: Tu scis quia diligo te. Pasce ergo oves meas, ait JEsus. Et dicit Petro tertiò: Simon Joannis, amas me? Quæ cùm audisset Petrus, contristatus est, quod ei tertiò dixisset, amas me, & respondens ait: Domine tu scis, quia amo te. Et JEsus: Pasce ergo oves meas: Amen dico tibi, cùm esses junior, cingebas te, & ambulabas quò volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans, qua morte clarificaturus esset Deum. Hæc autem facta sunt eo tempore, quo ad mare Tiberiadis Salvator post resurrectionem, piscantibus discipulis in littore apparuerat, quærens numquid pisces aliquot (m) cepis-

(k) Ita scripsi pro *ut interim lavetur*. Apud Johannem est: *nisi ut pedes lavet*. (l) Joh. XXI. 15. legitur *diligis me plus his?* (m) Joh. XXI. 4. *numquid pulmentarium habetis?*

Digitized by Google

cepiſſent? Sed illi, qui Dominum tum non cognoverant eminus, (n) pernegabant. Quo audito, JEſus rete ad dextram partem navis mitti præcepit. Quod ubi hi feciſſent, & Petrus ſe in mare dimiſiſſet, rete plenum piſcibus retraxerunt. Atque ex eo miraculo attoniti, Dominum cognoſcere cœperunt: & appellantes ad littus, prope eum piſcem ſubjectis carbonibus, & panem invenerunt. Cumqve centum & quinquaginta (o) piſces numeraſſent, quos ex reti colligebant, inuitabat Chriſtus diſcipulos ut ſederent, piſcemque & panem ſecum ederent. Et hæc quidem dum adhuc in terra is degebat, poſt reſurrectionem, à Petro facta ſunt, quæ digna ſunt memoria.

III. Poſtquam autem Dominus JEſus aſſumptus eſt in cœlum, Petrus & Joannes aſcendebant in templum, (p) ad horam orationis nonam. Et ecce quidam vir, qui erat claudus ex utero matris ſuæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur ſpecioſa, ut peteret eleemoſynam ab introeuntibus in templum. Is cum vidiſſet Petrum & Joannem ingredientes, ſupplicabat, ut eleemoſynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Joanne, dixit: Reſpice in nos. At ille intendebat in eos, ſperans ſe a-

(n) Ita diſtingvendus hic locus. Perperam in prioribus editt. *qui non cognoverant, eminus pernegabant.* (o) Centum & quinquaginta tres. Joh. XXI. 11. (p) Act. III. 1.

Digitized by Google

liquid accepturum ab eis. Tum Petrus: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc do tibi. In nomine JEsu Christi Nazareni, surge & ambula. Et apprehensa ejus dextra, allevavit eum. Et protinùs consolidatæ sunt bases ejus & plantæ: & exiliens stetit, & ambulabat: & ingressus cum illis in templum, coram omni populo testificabatur & magnificabat Dominum. Erat autem annorum amplius quadraginta. (q) Augebatur verò interea numerus credentium in Christum, multitudo virorum ac mulierum (r): ita ut in plateas ejicerent infirmos, & ponerent in lectulis suis ac grabatis, secus vias publicas, quibus Apostolos audiverant venturos. Conveniebant autem & ex proximis civitatibus multi Hierosolymam, ægros adferentes, & qui à spiritibus immundis vexabantur, quos omnes curabat Petrus. Interea cùm fama venisset Hierosolymam (s) quia Samaria verbum Domini receperet, miserunt eò Apostoli Petrum & Joannem: qui cùm venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine JEsu. At Apostoli imponebant manus super illos, & acceperunt Spiritum sanctum & Samaritani. Quam rem cùm vidisset Simon, qui dicitur Magus, quia per impositionem manus Apostolorum daretur Spiritus sanctus, obtulit eis

(q) Act. IV. 22. (r) Act. V. 14. (s) Act. VIII. 14.

Digitized by Google

pecuniam, dicens: Date & mihi hanc potestatem, ut cuicunque imposuero manus, accipiat Spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimâsti pecunia possideri. Non sit (t) tibi pars, neque sors in sermone (u) isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Quare age pœnitentiam, & recede ab hac nequitia tua, & roga Deum si fortè remittatur tibi hæc cogitatio (x) cordis tui quæ prava est: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precamini vos pro me Dominum, ut nihil eveniat super me horum quæ dixistis. Et isti quidem testificati & locuti verbum Domini, redibant Hierosolymam, & multis regionibus (y) Samaritanorum evangelizabant Dominum.

IV. Factum est autem, ut Petrus, (z) dum pertransiret multas urbes aç vicos, deveniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Ibi hominem quendam invenit nomine Æneam, (a) ab annis octo jacentem in lecto, qui erat paraly-

Ii 3

(t) Act. VIII. 21. *Non est tibi pars.* Sunt enim verba non imprecantis, sed rationem exponentis, quare inceptus sit ad dona sancti Spiritus suscipienda. (u) i. e. *in hac re* quam postulas. Ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ, Hebraismus. (x) Hæc in prioribus edit. vitiosè distinguebantur sic: *si forte remittatur tibi. Hæc cogitatio cordis tui prava est.* (y) Vicis, Κώμαις Act. VIII. 25. Nam erant in vicis quoque Synagogæ Matth. IX. 35. (z) Act. IX. 35. (a) De hoc Æneâ videndus Lambecius lib. 8. Bibl. Vindob. p. 333.

Digitized by Google

ralyticus, & ait illi Petrus: Ænea surge, sanat te Dominus noster JEsus Christus. Et continuò surrexit, & stravit sibi: & videbant illum omnes, qui habitabant Lyddæ, & Saronæ (b) qui conversi omnes ad Dominum fuerunt. Dum hæc agerentur, Christi discipula quædam nomine Tabita (c) occurrit, quæ interpretata dicitur Dorcas (d) Hæc erat plena operibus bonis, & eleemosynis, quas quotidie erogabat. Accidit autem ut fortè infirmata moreretur. Quam cùm lavissent agnati, (e) deposuerunt eam in cœnaculo. Quia autem non procul distabat Joppe à Lydda, (f) miserunt duos viros ad Petrum, rogantes ut non differret venire ad eos. Quæ cum accepisset Petrus, exurgens pervenit cum illis in Joppen.

(b) Vetus latinus interpres Act. IX. 35, quem autor sequitur, Saronam habuit pro urbis nomine perinde ut Lyddam. Sed significat agrum sive planitiem late patentem, illam singillatim hoc loco, quæ est inter montem Thabor & stagnum Tiberiadis, à Cæsarea Palæstinæ, usque ad Joppen. (c) Joh. Reuchlinus de verbo mirifico lib. 2. cap. XI. cum docuisset Marc. V. 41. legendum Tabithi Kumi, *similis*, inquit, *librariorum error in Actibus Apostolorum - - Nomen proprium enim discipulæ fidelis fuit TABIA, non TABITHA, quod interpretatio ejus DORCAS edocet. & est nomen Assyriorum* טביא *quod significat capream, sicuti legimus in libro Chaldaico illen Pithgamai.* At, enim præstat usui illorum temporum, quam librariorum errori, tanto consensu firmatam lectionem nominis Tabitha tribuere. (d) Δορκάς. (e) Ex more Judæorum de quo D. Geierus de luctu Hebr. cap. 1. §. 9. (f) Apud Plinium lib. 5. Hist. Nat. cap. 13. inter toparchias Judææ proxima Lyddæ recensetur Joppica,

Digitized by Google

pen. Et cùm veniſſet, duxerunt eum in cœnaculum, & circumſteterunt illum omnes viduæ flentes, & oſtendentes tunicas ac veſtes, quas fecerat illis (g) Dorcas. Quarum fletibus condolens Petrus, ejectis omnibus qui aderant foràs, extenſis in cœlum cum oculis manibus, & ponens genua, oravit. Converſusque ad corpus, dixit: Tabita ſurge. At illa aperuit oculos ſuos, & viſo Petro reſedit. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocaſſet ſanctos & viduas ad ſe, ſignificavit eam vivam. Notum autem factum eſt per univerſam Joppen, & crediderunt multi in Dominum.

V. Eodem tempore miſit Herodes Rex manus, (h) ut affligeret quosdam de Eccleſia. Videns autem quia placeret Judæis, appoſuit apprehendere (i) & Petrum: erant enim dies azymorum. Quem cum apprehendiſſet, miſit in carcerem, tradensque quatuor quaternionibus (k) militum cuſtodire eum, volebat poſt paſcha producere eum populo. Et Petrus

(g) Sic Latinus interpres Act. IX. 39. & quidam codices *ἀυλάς*, pro quo alii *μετ' ἀυλῶν ἄλλα*. (h) Act. XII. 1. *ἐπέβαλεν χεῖρας*. (i) h. e. *Inſuper etiam apprehendit.* Hebraismus, de quo Reineſius Epiſt. 20. ad Johannem Voſſium. (k) Per vices ſervaturis captivum. Modeſtus de vocabulis rei militaris: *de ſingulis centuriis quaterni equites & quaterni pedites excubitum nocte faciunt. Et quia impoſſibile videbatur in ſpeculis vigilantes ſingulos permanere, ideo in quatuor partes ad clepſydram ſunt diviſæ vigiliæ ut non amplius quàm tribus horis nocturnis neceſſarium ſit vigilare.* Eadem habet Vegetius lib. 3. c. 8.

Digitized by Google

trus quidem servabatur in carcere: fiebat autem oratio sine intermissione ab Ecclesia ad Dominum pro eo. Cùm autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites (l) vinctus catenis duabus. Et custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce Angelus Domini adstitit, & lumen refulsit in habitaculo carceris: percussoque latere Petri, suscitavit eum Dominus: Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus ejus. Dixit autem angelus ad eum: Præcinge te, & calcea te caligas (m) tuas, & fecit sic. Et dixit illi: Circumda tibi vestimentum tuum, (n) & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quia verum esset quod faciebat per Angelum: æstimabat autem se visum (o) videre. Transeuntes autem primam

(l) Ut Paulus Act. XXI. 33. catena eâdem unius militis sinistram vinciente & Apostoli dextram, alteraque catena Apostoli sinistram & alterius militis dextram. De hoc more Romanorum, quo alligabant militem vel binos milites, custodiendo reo, vide Ramirefii de Prado Pentecontrarch. cap. 5. Lipsium ad Taciti 3. Annal. & ad Senecæ Epist. 5. Illarum Catenarum unam quibus vinctus tum Petrus, ab Eudocia Imp. Theodosii conjuge donatam filiæ Valentiniani Cæs. uxori narrant quidam scriptores sed exigua, fide digni, ut agnoscunt Paschasius Quesnellus notis ad Leonem M. p. 284. & Tillemontius Memor. Ecclesiast. T. 1. p. 777. seq. (m) i. e. Crepidas sive soleas. Salmas. adversus Cercoëtium p. 228. Nigronus de caliga p. 56. (n) Post adstrictam tunicam jubet pallium induere. vide Salmas. ad Tertullianum de pallio p. 72. seq. (o) Tam insperatum hoc ipsi contingebat, Vix credebat oculis suis. Apparet etiam hinc visa tam clara sese obtulisse Prophetarum & Apostolorum sensibus, ac si vere res ipsas percepissent.

Digitized by Google

mam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum unum, & continuò discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se (p) reversus, dixit: Nunc scio vere, quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Judæorum.

VI. His ita gestis, surrexit quidam Simon Samareus (q) genere, qui dudum (r) visis miraculis Petri, pecunia comparare voluit donum spiritale, qui se magnum & perpetuos

(p) Ad se, id est in ædes suas. Sic Joh. XX. 10. πρὸς ἑαυτούς. Cicero pro Milone p. 371. edit. Clariss. Grævii: *devertit Clodius ad se ad Albanum.* Catullus: *Ad se quisque vago passim pede discedebant.* Neque aliter accipiendum putem locum Act. XII, 11. γενόμενος ἐν ἑαυτῷ *cum jam esset in ædibus suis constitutus.* (q) Act. VIII. 9. non legas nisi quod gentem Samariæ seduxerit. In Constitutt. Apostol. lib. 6. c. 7. tamen; diserte vocatur Σίμων ὁ ἀπὸ Γιτθῶν Σαμαρέυς. In recognitionibus Clementi adscriptis lib. 1. cap. 12. *Simon quidam Samaritanus ex castello Gitthonum.* Sic & Justinus Martyr aliique. Doctissimi enim Lemonii parum probabilis conjectura est, qui ut ostendat eundem esse Simonem Cyprium memoratum Josepho lib. 20. c. 5. contendit Simonem Magum non Γιτθίτα fuisse sed Κιτιέα. Apud Abdiam pro Samarius scripsi *Samareus*, Σαμαρεύς, quod patronymicum probat etiam Epaphroditus apud Stephanum Byz. (r) supra c. 3.

Digitized by Google

aliter ſtantem (s) eſſe dicebat: promittens eos qui in ſe crederent, prorſus diſſolvi non poſſe. Hic etiam Petri cupiens evertere vias, & ea, quæ docebat ad irritum revocare: diem conſtituit, in quo convenientibus turbis ad diſputandum cum Petro, præſens adeſſet. Erat autem tunc Petrus apud Cæſaream Stratonis. (t) Igitur illuceſcente ſtatuta die, Zachæus, (u) qui erat prior civitatis, adſtitit Petro dicens: tempus eſt ut procedas ad diſputandum, Petre. Turba autem in medio atrij congregata opprimitur, te opperiens, quorum in medio multis fultus adſeclis (x) conſtitit Simon. Tum Petrus ut hæc audivit, orationis gratia ſeeedere aliquos (y) jubens; qui non-

(s) Prius nomen extat Act. VIII. 9. Λέγων εἶναί τινα ἑαυτὸν μέγαν. Ad alterum cognomentum *Stantis* reſpicit Clemens Alex. 2. Strom. p. 383. & autor recognitionum adſcriptarum Clementi Romano lib. 1. cap. 72. ubi confer notas Cotelerii. Vide & infra c. 9. (t) Clemens 1. recognitt. c. 12. (u) Hujus Zachæi mentio etiam ibid. c. 20. ſed eo in loco inducitur monens Petrum quod Simon certaminis tempus adhuc ſeptem dies diſtuliſſet. Inde c. 74. proficiſcuntur Romam. Tum lib. 2. cap. 19. redit iterum Zachæus, & tempus jam eſſe monet ad diſputandum cum Simone. Quæ deinceps hic in Abdia ſequuntur, ibidem in recognitionibus ad verbum leguntur, ita ut ipſam Rufini verſionem ſervaverit pſeudo Abdias. (x) In prioribus editionibus hic habes lacunam. Sed ex laudato recognitionum loco ita apparet ſupplendam eſſe. (y) Ibidem Clemens narrat ſe à Petro diſcedere juſſum eſſe orationis cauſa; Nec preces tantum ſed jejunium quoque indixiſſe Apoſtolum antequam cum Si-

Digitized by Google

nondum erant diluti à peccatis, quæ in ignorantia commiserant, ait ad reliquos: Oremus fratres, ut Dominus per Christum filium suum (z) pro ineffabili misericordia sua adiuuet me, exeuntem pro salute hominum qui ab ipso creati sunt. Et hæc cum dixisset, oratione facta, processit ad atrium domus, in quo erat multitudo plurima populi congregata. Quos ubi omnes summo cum silentio esse attentos videret, & Magum Simonem in medio eorum velut signiferum, statim hoc modo cœpit:

VII. Pax vobis omnibus, qui parati estis dare dextras veritati. Quicunque enim obediunt ei, videntur quidem sibi, aliquid gratiæ conferre Domino. Porrò autem ipsi ab eo donum summi muneris consequuntur, (a) Justitiæ ejus semitas incedentes. Propter quod & primum est omnium, (b) justitiam Domini,

mone confligeret, refert Joh. Cassianus lib. 3. de cœnobior. institut. cap. 10. (z) *Per Christum suum.* ibid. (a) Verissimum monitum. Haud Deo sed sibi prodest qui pietatem colit. Non indiget nobis Deus, sed nos Deo. Plerique tamen putamus egregie nos de Deo mereri, & multa ab illo nobis deberi, quod facimus, si modo facimus vel partem eorum exiguam quæ non tantum nostri sunt officii sed ad nostram salutem unice spectant. Nonne sunt qui accedentes ad sacram Eucharistiam gratias laudesque etiam exposcunt, quasi magno debitore ipsorum Deo, quod non prorsus contemsisse videantur medium salutis suæ, qui ex disciplina prudentissima veterum Christianorum ipsi potius erant contemnendi & abstinendi. (b) Matth. VI. 33.

Digitized by Google

ni, regnumque inquirere ejus. Justitiam quidem, ut rectè agere doceamur: regnum verò, ut quæ sit merces posita laborum & patientiæ, noverimus. In quo est bonis quidem æternorum bonorum renumeratio: his autem, qui contra voluntatem ejus egerint, pro uniuscujusque gestis pœnarum digna restitutio. Hic ergo, hoc est, in præsenti vita (c) positos oportet vos agnoscere voluntatem Domini, ubi & agendi locus est. Nam, si quis velit, (d) antequam actus suos emendet, de his requirere, quæ non potest invenire, stulta & inefficax erit hujuscemodi inquisitio. Tempus enim breve est, & judicium gestorum causa agetur, (e) non quæstionum. Ideoque ante omnia hoc quæramus, quod nos, aut qualiter agere oporteat, ut æternam vitam consequi mereamur. Mea ergo ista sententia est, sicut

(c) Ἐν τῷ νῦν αἰῶνι Tit. II. 12. (d) Nilus Epist. ad Asclepium, (cujus locum jam ad Clementem notavit eruditissimus Cotelerius) Ἐὰν περὶ τῶν ἀγαθῶν περίεργα ζητῶμεν ζητήματά τινα ἀνωφελῆ καὶ ἀνεύρετα, ἐκ ἀνδρείᾳ φρενῶν πλανώμεθα καὶ ἐνδρενόμεθα. Ὅσα γὰρ ἐπάξει χρόνος βραχὺς, καὶ τὸ κρίνεσθαι ἡμῶν ἐφ' ἔργων, ἀ καὶ γνώσεως ἐστερήθημεν. Διὸ μὴ παλαιεύωμεν ζητεῖν τί χρὴ ποιήσαντας ζωῆς αἰωνίου τυχεῖν. Thomas de Kempis lib. 1. imitationis Christi, Cornelio Metaphraste: *Ce n'est pas ce qu'on sçait, c'est ce qu'on aime à vivre, dont il faut rendre conte au jour du jugement. Non si l'on a bien lu, si l'on a fait un livres mais si l'on a sçeu vivre religieusement.* (e) male in prioribus editt. *Digestorum causa agitur.*

Digitized by Google

ſicut & vero Prophetæ (f) viſum eſt: ut primum de juſtitia requiratur, ab his maxime qui Dominum ſe noſſe confitentur. Si ergo habet aliquis, quod eſſe rectius putet, dicat. Et cum dixerit, audiat: ſed cum patientia & quiete. Propter hoc enim ab initio, ſalutationis ſpecie, (g) pacem cunctis imprecatus ſum.

VIII. Ad hæc Simon reſpondit: Nos (h) pace tua opus non habemus. Si enim pax & concordia ſit, ad inveniendam veritatem nihil proficere poterimus: habent enim pacem inter ſe & latrones, & ſcortatores, & omnis nequitia cum ſemetipſa concordat: (i) Et nos ergo ſi ob hoc conuenimus, ut pacis cauſa omnibus quæ dicuntur præbeamus aſſenſum, nihil auditoribus conferemus, ſed è contrario inluſis eis, nos amici diſcedimus. Propter quod noli invocare pacem, ſed magis pugnam: (k) & ſi potes expugnare errores, ne requiras amicitiam, injuſtis aſſentationibus partam.

(f) In Clementis recognitionibus frequentiſſime Chriſto tribuitur *veri Prophetæ* nomen. Quo ſi merum hominem indicare voluit autor ſive interpolator, ut ex Epiphanio hæreſ. 30. & 54. 3. intelligitur, Ebionæum errorem ſat callide contexit. Vide Cotelerium ad lib. 1. recognitt. cap. 16. Quæ porro hic habet Abdias, petita ſunt ex lib. 2. recognitt. c. 22. ſeq. (g) vitioſe priores editiones: *ab initio ſalvationis ſpeciem pacis.* (h) Male in iisdem editr. *Non. pace tua* &c. (i) Matth. XII. 26. (k) *Pacis matrem*, addit autor recognitt. lib. 2. cap. 25. qui longe plura deinde narrat à Petro & Simone ultro citroque diſputata.

Digitized by Google

partam. Hoc enim te ante omnia scire volo, quia duobus inter se dimicantibus, tunc erit, cum alter ceciderit superatus. Et Petrus ait: (l) Quid times crebro audire pacem? an ignoras, quia perfectio legis est pax? (m) Ex peccatis enim bella nascuntur, & certamina. Ubi autem peccatum non fit, pax in disputationibus, veritas in operibus invenitur. Et Simon: Nihil momenti continent hæc verba, quæ loqueris. Sed nunc (n) ostendam virtutis ac divinitatis meæ potentiam, ut repente procidas, & adores me.

IX. Ego sum prima virtus, qui semper & sine initio sum. Ingressus autem in uterum Rachel (o) natus sum ex ea, ut homo, quo ab hominibus videri possim. Ego per aerem volavi, igne commixtus unum corpus (p) effectus sum: statuas moveri feci, animavi exanima, lapides panes feci, (q) de monte volatu transmeavi, manibus angelorum sustentatus, (r) ad terram descendi. Hæc non solum feci, sed & nunc facere possum: ut rebus ipsis probem omnibus, quia ego sum filius Domini, stans in æternum (s) & credentes mihi similiter in perpetuò stare faciam. Tua.

(l) Ibid. cap. 36. (m) Rom. XIII. 9. (n) lib. 2. recognitt. c. 46. seq. (o) Nomen matris Simonis Magi (p) Ut & ipse totus igneus apparerem. (q) Quod Diabolus à Christo petiit Matth. IV. 3. factum hoc a Simone narrat etiam Nicephorus lib. 2. cap. 27. ubi & alia huc facientia. (r) Priores edit. *sustentatus sum.* (s) i. e. immortalis. Sic Menander Simonis discipulus suis pollic

Digitized by Google

Tua autem verba vana sunt omnia, nec ullum potes opus ostendere veritatis: sicut & ille qui misit te Magus, (t) qui nec se ipsum potuit

citus est fore ὡς μηδὲ ἀποθνήσκοιεν. Teste Justino Martyre in Apologia 1. p. 69. 70. Voluerunt nempe sibimet inepte vindicare, quod fidei in se verissime tribuit Servator Joh. XI. 26. Neque tamen & Christi verba de præsenti vita accipienda sunt, ut nuper fecit scriptor quidam Anglus libelli, immortalem in his terris vitam fidelibus, ex Christi ut ait promisso, audacter pollicentis. Dicemus ne igitur, ex omnibus qui adhuc mortui sunt, ne unum fuisse qui in Christum crediderit? Neque tamen placet expositio autoris libri, qui inscribitur Vesperæ Groningenses, qui p. 294. seq. contendit Christum tantum negasse, quod fideles morituri sunt εἰς τὸν αἰῶνα, utpote resuscitandi ad vitam. Nam verba ὁ μὴ ἀποθάνῃ εἰς τὸν αἰῶνα ex Hebræo dicendi genere nihil aliud significant, quam *nunquam morietur*. Tota itaque quæstio est de qua morte Servatori nostro sermo sit. Nempe mortem corporis non habet pro morte, sed pro somno Joh. XI. 11. Neque ait h.l. eum quisquis credens mortuus fuerit, resuscitandum sive huic vitæ restituendum, sed victurum, hoc est permansurum in vita statuque beato coram Dei facie, imo tunc demum vere incepturum vivere, cum ex præsenti vita discesserit. Qui vero nondum ex hac vita abiit sed adhuc vivit idemque credit, ipsum similiter qua talem nulla ratione ne per mortem temporalem quidem ex hac vere vitali vita in Deo, depellendum, sed sempiterna beatitate fruiturum. Antisthenes apud Laërt. τὸς βιλομένους ἀθανάτους εἶναι ἔφη δεῖν ζῆν εὐσεβῶς καὶ δικαίως. Empedocles in aureis carminibus: ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος οὐκέτι θνητός. Apud Philonem lib. de profugis p. 358. legas pios χᾶν τῆς πρὸς σῶμα κοινωνίας ἀφαζευχθῶσι, ζῆν εἰς ἀεὶ, ἀθανάτου μοίρας ἐπιλαχόντας. (t) Blasphemia in Christum communis a-

Digitized by Google

potuit liberare de crucis pœna. Possum enim facere, ut volentibus me comprehendere, non appaream, & rursum volens videri, palam sim: si fugere velim, montes perforem, & saxa quasi lutum pertranseam. Si me de monte excelso præcipitem dedero, tanquam subvectus, in terram (u) illæsus deferar. Vinctus memetipsum soluam, eos vero, qui vincula injecerint, vinctos reddam. In carcere conligatus, claustra sponte patefieri faciam. Statuas inanimatas reddam ita, ut putentur ab his, qui vident, homines esse. Novas arbores subitò oriri faciam, & repentina virgulta producam. Igni meipsum injiciam, ut non ardeam. Vultum meum commuto (x) ut non cognoscar. Sed & duas facies habere me possum hominibus ostendere, ut ovis, ut capra (y) efficiar, puer parvus, barbam producam. In aëre volando invehar, aurum plu-

liis hæreticis, qui Salvatori nostro tribuerunt libros Magicos Petro ac Paulo inscriptos, ut dixi supra, agens de scriptis & dictis, ad Christum tanquam autorem relatis. (u) Ita scripsi pro *intrans*, quod habebant priores editt. (x) Pseudo Marcellus de Actibus Petri & Pauli: *Simon ingressus cœpit stare ante Neronem, & subito mutare effigiem, ita ut fieret subito puer, & post hæc senior, altera vero hora adolescentior. Mutabatur sexu & ætate, & per multas figuras, Diaboli ministerio jactabatur.* (y) Idem Marcellus aliquibus interjectis: *Egerat perfidus Simon præstigio suo ut diceret Neroni: jube decollarime in obscuro & ibidem dimitti occisum, & si non tertia die resurrexero, scias me Magum fuisse. Si autem resurrexero, scias me esse filium Dei. Et cum hoc fieri jussisset Nero*

Digitized by Google

plurimum oſtendam: Reges faciam, adorabor ut Dominus: Publice divinis donabor honoribus, (z) ita ut ſimulacrum mihi ſtatuentes, tanquam Dominum colant, & adorent. Et quid opus eſt multa dicere? quidquid voluero, facere potero. (a) Multæ enim jam mihi experimento cauſæ conſummatæ ſunt. Denique aliquando, inquit, cum mater mea Rachel juberet me exire ad agrum, ut meterem: ego talcem videns poſitam, præcepi ei, ut iret & meteret: meſſuit decuplo amplius cæteris. Multa jam nova virgulta produxi de terra, & comare ea ego feci, & ſub momento temporis apparere: &

Kk mon-

in obſcuro, egit ille arte Magica ut aries decollaretur, qui aries tamdiu Simon viſus eſt quamdiu decollaretur. (z) Juſtinus & alii veteres teſtantur Simoni ſtatuam à Romanis erectam cum inſcriptione *Simoni Deo Sancto.* Neque fidem hujus narrationis ſollicitare audent præter Baronium, Mammondum, Halloixium & Guil. Spencerum, Grotius T. 3. Opp. p. 488. ſeq. & in memoriis ad Hiſt. Eccleſ. ſpectantibus accuratiſſimus ac modeſtiſſimus Tillemontius. Certum tamen eſt decipi Juſtinum potuiſſe inſcriptione quæ extat ap. Gruterum p. 96. *Semoni Sango. Deo Fidio.* Vide Ciacconium in opuſculo præfixo expoſitioni columnæ Trajani, Antonium Van Dalen libro de oraculis, Reineſium in diſſ. de Sibyllinis, Ant. Pagi ad A. C. 42. num. 6. Mabillonium T. 1. muſei Ital. pag. 87. & autorem diſſertationis latinæ quæ inſerta legitur Novellis Reip. literariæ A. 1685. menſe Auguſto p. 844. Quos ſcriptores addas licet laudatis à Rev. D. Ittigio in diſſ. de hæreſiarchis p. 27.

(a) Simon apud Hieron. in Matth. 24. *Ego ſum ſermo Dei, ego ſpecioſus, ego Paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.*

Digitized by Google

montem proximum ego secundo perforavi.

X. His dictis à Simone, Petrus respondit: Ne aliis aliena. (b) Tu enim quod sis Magus, ex ipsis quæ gessisti confessus es, & manifestatus. Noster autem Magister, qui est filius Domini & hominis, manifeste bonus est. Quod autem verè sit Domini (c) filius, quibus oportuit dictum est, & dicitur. (d) Tu autem si non vis confiteri quòd magus es, cum omni hac turba pergamus ad domum tuam, & tunc apparebit quis sit magus. Hæc autem Petro dicente, Simon blasphemiis & maledictis agere cœpit, & (e) seditione facta, perturbatis omnibus, argui non potuit. Et Petrus, ne quasi blasphemiæ causa secedere videretur, perstitit immobilis, & arguere eum vehementius cœpit. Tum populus indignatus, Simonem de atrio ejectum extra januas domus repulit; eoque depulso, unus secutus est

(b) Apud Clementem lib. III. recognitt. c. 47. *Ne aliena.* Sed magis mihi probatur Abdiæ lectio, cujus sensus est: ne aliis tribuas magi cognomen quod ab illis alienum est, tibi vero convenit. Apud autorem recognitionum hæc verba connectuntur cum illis de quibus superiore capite dixi ad literam t. (c) In recognitt. hôc & aliis locis pro *Domini* rectius legitur *Dei.* Non quod DEus Pater non sit Dominus & Dominus Dominorum, sed quod Domini elogium in Novi fœderis libris frequentius designat Servatorem nostrum JEsum Christum. (d) Ibid. *& dicetur.* (e) Ibid. *ut seditione facta &c. argui non posset, & Petrus quasi blasphemiæ causa sece-*

Digitized by Google

est solus. (f) Facto autem silentio, Petrus alloqui populum hoc modo cœpit: Patienter, fratres, malos ferre debetis, scientes quia Dominus (g) cum possit eos excidere, patitur tamen durare usque ad præstitutam diem: in qua de omnibus judicium fiet. Quomodo ergo nos non patiemur, quos patitur Dominus, cui subsunt & obediunt cœli, & terræ? Vos ergo (h) qui ad Dominum convertimini per pœnitentiam, curvate ei genua. Hæc cum dixisset, omnis multitudo genua flexit Domino. Et Petrus respiciens ad cœlum, cum lachrymis orabat super eos, ut Dominus pro sua bonitate suscipere eos dignaretur, confugientes ad se. Et postquam oravit, & præcepit ut die postera maturius convenirent, sacrificium fecit: (i) tum deinde secundum consuetudinem quievit. (k)

XI. Mane autem facto, (l) veniens quidam

dens victus videretur: *Sed perstitit* &c. (f) De quo vide mox infra cap. XI. (g) Matth. XIII. 30. & V. 45. Ignatius ad Polycarpum jubet πάντων ἀνέχεσθαι ἐν ἀγάπῃ, πάντας βαστάζειν, ὡς καὶ αὐτὸν ὁ κύριος. Equidem Apoc. II. 2. laudatur angelus Ephesinæ Ecclesiæ quod malos ferre h. e. probare, eorumque malitiæ connivere non posset. At mox additur in laudem: καὶ ἐβάστασας, καὶ ὑπομονὴν ἔχεις V. 3. (h) Lib. 3. recognitt. c. 50. (i) Ibidem est: *multitudinem missam fecit*. Hoc pseudo-Abdias sic accepit, ac si fuisset: *missam fecit*, sive Eucharistiam celebravit. Quod observans Cotelerius negat se risum tenere potuisse (k) Ibid. *sumto cibo quievimus*. (l) Lib. 3. recognitt. c. 63.

Digitized by Google

dam ex discipulis Simonis, clamabat dicens: Obsecro te Petre, suscipe me miserum, & à mago Simone deceptum, cui ego velut cœlesti Domino intendebam, pro his quæ ab eo fieri mirabilibus videbam: auditis tamen sermonibus tuis, cœpit jam homo mihi videri, & quidem malus. (m) Veruntamen cùm hinc exisset, ego eum subsecutus sum solus: nondum enim ad liquidum impietates ejus agnoveram. Cùm autem vidisset me subsequentem, beatum me dicens, perduxit me in domum suam. Circa medium verò noctis ait ad me: Omnibus te hominibus faciam meliorem, si volueris usque ad finem perseverare mecum. Cui (n) cum promisissem, exegit à me sacramentum perseverantiæ: eoque accepto imposuit super humeros meos polluta quædam & execrabilia secreta sua, ut portarem, & secutus est me. (o) Ubi verò ventum est ad mare, navigium, quod forté aderat, ingressus, sumit à cervicibus meis, quod portare me jusserat. Et paulo post egressus, nihil extulit: certum quod in mare id (p) dejecerat. Rogabat ergo me cum ipso ut proficiscerer, dicens se Romam petere. Ibi enim se in tantum placiturum, ut Dominus (q) putetur, & divinis publicè donetur honoribus. Tunc, inquit, te omnibus divitiis (r) repletum, si huc

(m) Forte *Magus*. sed *malus* est etiam apud Clementem. (n) Vitiose priores editt. *Qui*. (o) In recognitt. *& sequi me jussit*. (p) Ita scribendum pro *quid*. (q) Deus summus. Vide Irenæum lib. 1, c. 20. (r) Priores

Digitized by Google

si huc redire placuerit, pluribus fultum ministeriis (s) remittam. Hæc ego audiens, nihil in eo secundum hanc professionem videns sed Magum & deceptorem eum intelligens, respondi: Quæso te ignosce mihi, quia pedes doleo, & propterea exire Cæsaream non valeo. Præterea est mihi uxor, sunt parvuli liberi, quos relinquere omnino non possum. At ille hæc audiens, & ignaviæ me incusans, profectus est Romam (t) dicens: Cùm audieris quanta mihi gloria in urbe Roma erit, pœnitebit te. Et post hæc ipse quidem ut ajebat, Romam petiit. Ego autem confestim redii huc, orans ut me suscipias ad pœnitentiam, quia ab eo deceptus sum.

XII. Cùm hæc dixisset is qui à Simone regressus est, jussit eum Petrus, in atrio residere. Procedens autem ipse, & turbas videns multò plures quàm superioribus diebus, stetit in loco solito, & ostendens eum, qui à Simone venerat, ait: Iste, fratres, quem videtis, paulò antè venit ad me, de Simonis mihi malis artibus nuncians, quomodo ipsam sceleris sui officinam projecerit in profundum, non quasi pœnitentia ductus, sed metuens ne deprehensus publicis legibus (u) subjaceret. Hæc dicente Petro, populus videns ho-

editt. *divinis*. (s) i. e. Angelis sive ministris. (t) *Doram* expressum est lib. 3. recognitt. cap. 63. Idem scriptor lib. 4. cap. 1. *Profecti Cæsaream ut Tripolim pergeremus, apud Doram breve oppidum primam fecimus mansionem quia non longe aberat.* (u) In Magos per Imperatores

minem qui venerat à Simone, ſtupebat. Igitur Petrus à Cæſarea digreſſus, Tripolim venit: & ingreſſus domum Maronis, (x) vidit locum aptum ad diſputandum. Ut autem vidit turbam, velut ingentis fluvii inundaſſe levem meatum (y) aſcendens ſupra baſin quandam quæ fortè juxta horti parietem ſtabat, primùm religionis more populum ſalutavit. (z) Quidam autem ex his qui aderant, & longo tempore à dæmonibus fuerant fatigati, in terram proruunt, obſecrantibus ſpiritibus immundis, (a) ut vel uno die indulgeretur eis in obſeſſis corporibus permanere. Quos Petrus increpans ſtatim juſſit abſcedere: & ſine mora diſceſſerunt. Poſt hos alii longis afflicti languoribus, rogabant Petrum, ut reciperent ſanitatem. Pro quibus ſe ſupplicaturum Domino, populo pollicetur, cùm priùs ſermo doctrinæ (b) fuiſſet expletus: ſed ſtatim, ut promiſit, langvoribus reſoluti ſunt. Et juſſit eos ſeorſum reſidere, cum his qui à dæmonibus fuerant curati, quaſi poſt laboris fatigationem.

XIII.

ſancitis. Vide Joh. Bodinum dæmonomaniæ libro & capite ultimo. (x) Lib. 4. recognitt. cap. 8. (y) Id. lib. 4. cap. 7. *lenem meatum.* Homerus Iliad. B. v. 209. ingentis turbæ tumultum ita deſcribit: οἷς δ' ὄτε κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης Αἰγαίῳ μεγάλῳ βρομέσσεται ὀρνυμένοιο. Eodem ſimili utitur v. 395. & alibi. (z) ut ſupra c. 7. (a) Sic Marc. V. 10. & 12. (b) Sermo à Petro habendus, qui refertur in recognitt. lib. 4. c. 8. ſeq.

Digitized by Google

XIII. Petrus autem egressus à Tripoli (c) pergebat Antiochiam (d). Et venit ad insulam Ancharadum (e) nomine, ubi erant in æde quadam columnæ viteæ (f) miræ magnitudinis, ad quas contuendas cùm multi abiissent cum Petro, & Petrus miratus eas, egressus esset pro foribus, vidit mulierculam quandam, stipem ab introeuntibus deposcentem. Quam attentius considerás, ait: Dic mulier, quod tibi membrum corporis deest, quòd huic injuriæ te subjecisti, ut stipem petas, (g) & non potius manibus tuis, quas à Domino accepisti, operum cibum quæras? At illa suspi-

(c) lib. 7. recognitt. c. 1. (d) Ibid. lib. 6. cap. ult. (e) Quasi vicinam Aradon dicas. In recognitt. scribitur jam *Autaradus*, lib. 7. cap. 8. & 24. quod nomen reperio etiam in Itinerario Antonini. Jam simpliciter *Aradus*, ut lib. 7. c. 26. & 12. ad quem postremum locum consule notas doctissimi Cotelerii. Eadem varietas in Homilia Clementina 12. cap. 1. & 12. tum in Clementina Epitome §. 70. & 80. εἰς Ἄραδον τὴν καλουμένη νῆσον τετρακοσίοις ὅπλοις ἀπὸ ὅλης σιδήρου ἀπέχουσαν. Stephanus Byz. Ἄραδος νῆσος Φοινίκης. Fuit & Aradus urbs quæ cum Tyro & Sidone nomen dedit Tripoli, ut notat Strabo lib. 16. p. 754. (f) *Vitreæ* priores editt. sed perperam, ut notatum eidem Cotelerio. Nam in Græca Epitome Clementina §. 8. & Homil. 12. Clement. est ἐπὶ ἰσορίᾳ τῶν ἐκεῖσε ἀμπελίνων δύο σύλων μέγιστα πάχη φερόντων. *Vitiferas columnas* vocat interpres Nicephori lib. 2. c. 35. Ex Plinio lib. 14. cap. 1. elegantes dixeris *vitigineas*. *Metaponti*, inquit, *templum Junonis vitigineis columnis petit.* (g) Turpe ac nefas putabant stipem publice petere, nisi debilis vel mutilus homo non

Digitized by Google

rans ait: Utinam mihi quidem manus essent, quæ moveri possent, nunc autem species tantum servata est manuum. Nam ipsæ sunt mortuæ, & meis morsibus (h) debiles & sine sensu redditæ. Tunc apprehensis Petrus manibus ejus, sanavit eas. (i) Erat enim hæc mulier mater Clementis, (k) à quo & in eodem loco cognita est. Nam per virtutes Petri, & alios filios recepit Faustinum & Faustum, qui mutatis nominibus Aquila ac Nicia (l) appellabantur: & virum suum Faustinum, qui multo à se tempore fuerant separati. Et cum vellent navigare ex illa Insula, (m) mater ait ad Clementem: Fili dulcissime, rectum est, ut valedicam mulierculæ (n) quæ me suscepit: Est enim egens & paralytica, jacens in lecto. Quibus auditis, Petrus, & omnes, qui audierant

posset sibi prospicere de victu. (h) Naufragium cum liberis passa præ animi mœstitia manus suas morsu lacerraverat. In Græca homilia 12. Clementin. cap. 13. τὼν δὲ μόνα σχήματα μόνον χειρῶν φυλάσσουσιν, νεκραὶ τυγχάνουσαι ὑπὸ δηγμάτων ἰδίων βεβασανισμέναι. Causam ipsa deinceps fuse enarrans apud pseudo Clementem inducitur, quam noster ut plura alia omisit. (i) Scil. manus. Neque enim cum eruditissimo Cotelerio putem his verbis respici simul sanatam à Petro Matthidiam, de qua homil. 12, Clementin. c. 23. & Epitomes de gestis Petri c. 91. (k) Lib. 7. recognitt. c. 11. (l) In Clementinis ubi hæc nomina frequentius occurrunt, dicitur Niceras, Νικήρας. Sic etiam lib. 6. Constitutt. Apost. c. 8. Porro Pater Clementis in iisdem recognitionibus lib. 10. ca vlt. vocatur Faustinianus. (m) Ibid. lib. 7. c. 2. (n) Vidua quædam mulier matrem Clementis naufragium pas-

Digitized by Google

rant admirati ſunt bonitatem & prudentiam fœminæ. Et continuò juſſit Petrus adire quosdam, & deferre mulierem in lectulo, ut jacebat. Cùm fuiſſet allata, & in medio turbæ adſtantis collocata, in conſpectu omnium Petrus ait: Si veritatis ego ſum præco, ad confirmandam fidem horum omnium qui aſſiſtunt, ut ſciant, & credant, quia unus eſt Dominus, qui fecit cœlum & terram, in nomine JEſu Chriſti filii ejus ſurgat hæc mulier. Et ſtatim ut hæc Petrus dixit, ſurrexit mulier ſana, & procidit ad pedes Petri, atque amicam ſuam ac familiarem oſculis petens, gratias Domino referebat.

XIV. His expletis, volente Petro ire (o) ad hoſpitium, dominus domûs ait ad eum: Turpe eſt, & impium tali ſancto viro, manere in ſtabulo, cum ego penè omnem domum vacantem habeam, lectosque ſtratos quàm plurimos, & quæ neceſſaria ſunt, parata. Sed Petro contradicente, uxor patris familiâs una cum liberis ſuis proſtravit ſe, ante eum, & exorabat dicens: Obſecro te mane apud nos. Sed ne ſic quidem adquieſcebat Petrus, donec filia eorum qui rogabant, ab immundo ſpiritu temporibus multis vexata, & catenis vincta, quæ fuerat intra conclave clauſa, effugato à

ſam tugurio exceperat, eamque aluerat, at deinde cum paralyſin ipſa incurriſſet, nec laborare amplius poſſet, ex ſtipe quam mater Clementis mendicando quæreret, ducebat vitam. Ibid. lib. 7. c. 17. ſeq. (o) Ibid. lib. 9. c. 38.

Digitized by Google

se dæmone, & ostiis patefactis, cum catenis suis veniens, procidit ad pedes Petri, dicens: Rectum est mi Domine, ut agas hodie hic salutaria mea (p) & non contristes me, neque parentes meos. Petro autem requirente catenarum sermonumque ejus causam: parentes præter spem læti effecti de filiæ sanitate, & velut stupore quodam attoniti, ipsi quidem dicere nequeunt. Adstantes autem familiæ ajunt: Hæc à septimo ætatis anno dæmone tentata, omnes qui accedere tentassent ad eam, scindere, dilaniare morsibus, etiam disrumpere conabatur. Et hoc à viginti annis usque ad præsens facere nunquam destitit, nec ab aliquo potuit curari: sed nec accedere quidem quisquam valebat ad eam. Multos enim inutiles reddidit, alios interemit. Omnibus enim viris validior erat, sine dubio viribus dæmonis usa. Nunc autem, ut vides, ex præsentia tui dæmon quidem fugit: ostia verò quæ summo cum munimento clausa fuerant, aperta sunt, & ipsa sana stat ante te, rogans ut diem salutarium tuorum lætum & ipsi & parentibus ejus facias, & maneas apud eos. Hæc cum ita unus ex famulis enarrasset, ac ipsæ etiam catenæ de manibus ejus ac pedibus fuissent spontè resolutæ, Petrus certus quòd per ipsum sanitas hæc reddita sit puellæ, adquievit ut maneret in domo patris ejus.

XV.

(p) τὰ σωτήρια, sacra & festa pro mea salute. Vide thesaurum Ill. Stephani. Sic σωτήρια, ἀποβατήρια, ἐνιαύσια, ἐτήσια, ἐπινίκια, μειλίχια, &c.

Digitized by Google

XV. Post hæc autem Petrus Romam veniens, in ipsis diebus sibi finem vitæ imminere præsensit. In conventu ergo fratrum positus, (q) adprehensa Clementis manu repentè consurgens in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Audite me fratres, & conservi mei: quoniam sicut edoctus sum ab eo, qui me misit Domino & magistro JEsu Christo, dies mortis meæ instat, Clementem hunc Episcopum vobis ordinabo, (r) cui soli meæ prædicationis & doctrinæ cathedram credo, qui mihi ab initio usque ad finem comes in omnibus fuit, & per hoc veritatem totius meæ prædicationis agnovit. Qui in omnibus tentationibus meis socius (s) extitit fideliter perseverans: quem præ cæteris expertus sum, Dominum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, justum, patientem, scientem ferre nonnullorum etiam ex his, qui in verbo Domini instruuntur, injurias. Propter quod ipsi trado à Domino mihi datam potestatem ligan-

(q) Hæc petita sunt ex Epistola Clementi supposita ad Jacobum, quæ Græce & Latine edita à Cotelerio T. 1. Patrum Apostolicorum p. 605. edit. Clarissimi Clerici. Secutus autem est auctor hic quoque uti in præcedentibus, versionem Rufini. (r) Ordinatum à Petro Clementem Romæ Episcopum tradit etiam Tertull. c. 32. de præscript. Sed alii veteres aliter. Vide Dallæum de pseudepigraphis Apostolicis p. 173. seq. & viros insignis doctrinæ Tillemontium & Cavenum in Clementis vita. (s) ex Luc. XXII. 28.

Digitized by Google

ligandi & ſolvendi, (t) ut de omnibus quibuscunque decreverit in terris, hoc decretum ſit & in cœlis. Ligabit enim quod oportet ligari, & ſolvet quod oportet ſolui. (u) Et hæc cùm dixiſſet, manus ei impoſuit, eumque in cathedra ſua ſedere compulit, multum eum inſtruens, qualiter aut Eccleſiam ſibi commiſſam regeret, aut oves ſuſceptas aleret.

XVI. Tunc & Paulus Apoſtolus Romam veniens, Chriſtum Dominum prædicabat. Tempore igitur Neronis Cæſaris, (u) erant Romæ ſalutiferi doctores Chriſtianorum Petrus & Paulus Apoſtoli, per quos dum fides Domini JEſu Chriſti in omnium creſceret mentes, & religionis propagarentur augmenta, qvia eſſent ſublimes operibus, clari magiſterio ob virtutem divinæ gratiæ, Nero per magum Simonem vehementer adverſari cœpit Apoſtolis: quia diverſis illuſionibus dæmonum ita magus

(t) Matt. XVI. 19. XVIII. 18. (u) Hæc congruentia videntur. ſententiæ quam verbis Chriſti dedit Johannes Lightfootus in Horis Talmudicis, Seldenus lib. 2. de Synedr. cap. 7. p. 177. ſeq. 196. ſeq. Grotius ad 1. Cor. VII. 35. & Franciſcus Burmannus parte 2. Exerc. pag. 126. quibus adde ſi placet Joh. Morinum lib. 1. de ſacramento pœnitentiæ c. 8. Adverſus Lightfootum diſputat Seb. Schmidius ὁ μαγαζίτης faſciculo diſputationum p. 726. ſeq. & Samuel Mareſius loc. XVI. Syſtem. p. 936. uti Seldenum impugnavit Hammondus ad Joh. XX. 23. & in libro Anglico de poteſtate ligandi & ſolvendi. (u) Quæ ſequuntur, ad verbum fere petita ſunt ex Hegeſippo lib. 3. de excidio Hieroſol. c. 2.

Digitized by Google

magus Cæsaris animum (x) obtinuerat, ut eum salutis suæ præsulem, vitæque custodem, remota ambiguitate confideret. Nam & bellorum victorias, & subjectiones gentium, & prosperitatem rerum se per eum in omnibus habiturum esse credebat. Sed Petrus Apostolus vanitates ejus & flagitia universa detexit, quia veritatis lux, & verbi divini claritas, quæ ob salutem hominum nuper obfulserat, totius mēdacii caligine de humanis mentibus discussa per Apostolos, ignorantiæ tenebras effugabat. Tunc Simon magus veri luminis fulgore perculsus cœcitatem continuò male sanæ mentis incurrit, quippe qui jam in Judæa per Apostolum Petrum de his quæ egerat sceleribus confutatus, transmarinam ingressus est fugam. Et qui in aliis terrarum partibus Petri expertus erat potentiam, tamen præveniens Romam, ausus est se jactare, quòd posset mortuos suscitare. Illo ipso tempore erat quidam defunctus adolescens nobilis, propinqvus Cæsaris. Ubi, cum multa turba propinquorum convenisset, sciscitabantur invicem, si esset aliquis qui posset mortuum excitare. Cele-

(x) Neminem unquam ulli arti validius faviſſe quàm Neronem Magiæ, auctor eſt Plinius lib. 30. c. 2. Magos ab eo adhibitos tradit etiam Svetonius in Nerone c. 34. Idem confirmat Dio, nec obſtat quod narrat Philoſtratus Philoſophos à Nerone propter Magiæ ſuſpicionem urbe pulſos eſſe, lib. 4. de vita Appollonii c. 12. Solent enim Magos, Aſtrologos & alios divinatores ſæpius vel maxime vexare & perſequi qui maxime illis ducuntur.

Digitized by Google

Celeberrimus ſcilicet & tunc Petrus in his operibus habebatur, ſed apud gentiles nulla hujus firmabatur fides. Dolor tamen exegit inquiri remedium: perrectum eſt ad Petrum. Fuerunt equidem qui etiam Simonem accerſendum putarent, ut uterque adeſſet. Tum Petrus ad cognatos defuncti ait, ut Simon, qui de ſua ſe jactabat potentia, prior, ſi poſſet, mortuum ſuſcitaret. Sin ille nequiviſſet, ſibi non ambiguum, quin Chriſtus opem ferret defuncto. Ibi Simon, qui putabatur apud gentiles magnæ eſſe potentiæ, conditionem interpoſuit, ut ſi ille mortuum ſuſcitaret, Petrus occideretur, qui tantæ poteſtati verbis audacibus laceſſendo inrogaſſet injuriam. Si verò illo nihil agente, Petrus mortuum ſuſcitaſſet, magus ſententiæ quæ in Apoſtolum data fuerat, ſubjaceret. Talis cùm eſſet interjecta conditio, quievit Petrus. Exorſus eſt autem Simon, & accedens ad lectulum defuncti, incantare atque immmurmurare dira clam carmina cœpit. Viſumque eſt circumſtantibus, caput agitari defuncti. Itaque clamor gentilium ingens attollitur, quod jam viveret, quod cum Simone loqueretur. Miraque indignatio in Petrum eſſe omnium cœpit, eo quòd eſſet auſus ſe tantæ poteſtati conferre. Tum Petrus fieri ſilentium poſtulat, & ait: Si vivit defunctus, loquatur: ſi ſuſcitatus eſt, ſurgat & ambulet, atque fabuletur. Ego verò phantasma hoc, (y) non veri-

(y) Sic Phantasma veritati opponitur Matt. XIV. 26.

Digitized by Google

ritatem esse, quòd cernitis motum caput defuncti, docebo. Denique (inquit) separetur magus a lectulo, & ad plenum figmenta diaboli denudabuntur. Abducitur itaque Simon à lectulo, & sine ulla spe vitæ manet defunctus immobilis. Adstitit Petrus à longe, & intra se orationi paulisper intentus, cum magna voce ait: Adolescens tibi dico surge: sanat te Dominus noster JEsus Christus. (z) Et statim surrexit adolescens, & locutus est, & ambulavit, & dedit eum Petrus matri suæ viventem. (a) Quæ cùm remunerare beatum Apostolum vellet: (b) Secura (inquit) esto mater de filio, & non verearis: habet enim custodem suum.

XVII. Et cùm vellet populus magum Simonem lapidare, ait Petrus: Satis est ad pœnam ejus, quod agnoscit se in suis actibus superatum. Vivat & Regnum Christi crescere videat, vel invitus. Torquebatur interea magus, & Apostolica perculsus gloria ad Neronem Cæsarem currit, novamque Petro injuriam molitus, obtinuit ut Petrum vocaret. Itaque cùm uterque coram Imperatore staret, prior Simon: (c) Miror te (inquit) Cæsar, hunc

(z) Formula qualis Act. III. 6, XVI. 18. (a) Exemplo Christi Luc. VII. 15. (b) Apud Hegesippum nihil de munere legitur, sed Petrum rogatum, ne a filio suscitato discederet. (c) Quæ sequuntur, διάλεξις ferre petita sunt ex Pseudo Marcelli relatione de actibus S. S. Petri & Pauli quam edidit Florentinius ad Martyrologium vetus p. 105, seq.

Digitized by Google

hunc te alicujus nomenti hominem existimare, imperitum piscatorem, mendacissimum, & nec in verbo nec in re aliqua præditum potestate. Sed ne diutius hunc patiar inimicum, præcipiam modò angelis meis, ut veniant, & vindicent me de isto. Ad quæ Petrus: Non equidem timeo angelos tuos, qui me coguntur timere, & in virtute, & in confidentia hujus Christi Domini mei, quem te esse mentiris. Nam si divinitas in te est, quæ cordis arcana rimatur, dic mihi nunc Simon, quid cogitem, vel quid facturus sim. Quam cogitationem meam, antequam tibi mentiatur magus, Cæsar optime, auribus tuis insinuabo, ut non possit mentiri quid cogitem. Tum Nero: Accede huc, & dic mihi quid cogites. Petrus dixit: Jube mihi adferri hordeaceum panem, & occulte dari. Cumque hoc jussum fuisset, Petrus ait: Dicat nunc ergo Simon, quid cogitatum, quid dictum, quid ve sit factum à me. Tum Nero, Quid dicis, Simon? Respondet Simon: imò Petrus dicat quid ego cogitaverim, vel quid fecerim. Tum Petrus: Quid cogitet Simon, me scire docebo, si tamen ipse prius dixerit, quid ego cogitaverim. Quæ cum audivisset Simon: Hoc (inquit) scias bone Imperator, quia cogitationes hominum nemo novit, nisi solus DEus: cæterum Petrus mentitur. Ad quæ iterum Petrus: Tu vero, qui filium DEi te esse dicis, dic quid cogitem, & quid fecerim modo in occulto, si potes, exprime. Petrus

Digitized by Google

trus autem benedixerat panem hordeaceum, quem acceperat, & fregerat, & in dextra atque sinistra manica sua collocaverat.

XVIII. Tunc Simon indignatus, quòd dicere non posset secretum Apostoli, exclamavit dicens: Procedant canes magni, & devorent eum in conspectu Cæsaris. Et cùm hæc dixisset, apparuerunt canes miræ magnitudinis, & impetum fecerunt in Petrum. Petrus vero extendens manus in orationem, ostendit canibus, quem benedixerat panem. Quem ut viderunt canes, subito nusquam comparuerunt. Tum conversus Petrus ad Cæsarem: Ecce ostendi tibi Imperator, quid cogitarit Simon, non verbis, sed factis. Nam qui angelos promiserat contra me esse venturos, canes exhibuit: ut se ostenderet non divinos Angelos, sed caninos habere. Quare indignatus magus, sese ad omnem excitare cœpit carminum suorum potentiam. Congregatque populum, ac offensum se dicit à Galilæis: relicturum se urbem, quam tueri soleret. Denique diem statuit, quo se per volatum supernis sedibus satis jactanter promittebat invehendum, veluti quando vellet cælum petiturus, in sua potestate consisteret. Statuto igitur die montem Capitolinum (d) ascendit, ac se de rupe dejiciens, volare cœpit.

Ll

(d) Ita & Hegesippus loco laudato. Verum in Pseudo-Marcello hæc paulo aliter narrantur. Fertur enim Simon à Nerone rogasse, ut in campo Martio turrim excelsam fieri jubeat, quo facto *ascendit in turrem coram omnibus*,

Digitized by Google

pit. Mirari populus ac venerari. Plerique etiam dicebant Dei hanc esse potentiam, non hominis, qui ita corpore volaret ad cœlum: nihilque tale Christum fecisse, multi asseverabant. Tunc Petrus stans in medio, inquit: Domine JEsu, ostende virtutem tuam, & ne permittas his vanis artibus decipi populum, qui tibi est crediturus. Sic decidat Domine (inquit) ut vivens se contra tuam potentiam nihil potuisse cognoscat. Cumque hæc cum lachrymis oraret Apostolus, ait: Adiuro vos in nomine JEsu Christi, qui eum fertis, ut nunc demittatis. Et statim ad vocem Petri demissus à dæmonibus, implicitis remigiis alarum (e) quas sumpserat, corruit: nec statim exanimatus est, (f) sed totus fractus corpore, debilitatisque cruribus, post parvum horarum spacium inibi expiravit.

extensis manibus, coronatus lauro, cœpit volare. Ibid. p. 109. Ejusdem turris meminit Walafridus Strabus (vel Venantius Fortunatus) in carmine de S. Petro apud Canisium T. 6. Lect. Antiqv. p. 659. ut taceam historiam Petri à Xaverio Persice scriptam p. 74. (e) Ex Arnobii sententia lib. 2. adversus gentes p. 50. Simon is non alis sed igneo curru instar Eliæ iter in cœlum meditatus fuit. *Viderant currum Simonis Magi & quadrigas igneas Petri ore difflatas, & nominato Christo evanuisse.* Sed nec in aliis per omnia inter se conveniunt, Magicum hunc Simonis volatum commemorantes veteres scriptores, quos laudatos vide à Florentinio p. 113. seq. ad Martyrolog. à Caveo sect. 9. & Tillemontio artic. 34. in vita Petri & à Rev. Ittigio diss. de hæresiarchis p. 29. (f) Idem Arnobius: *Viderunt inquam fidentem Diis falsis & ab eisdem metuentibus proditum pondere præcipi-*

Digitized by Google

piravit. Quòd ubi Neroni compertum est, deceptum se ac destitutum dolens, sublatumque sibi virum utilem ac necessarium reipublicæ indignatus, quærere cœpit causas, quibus Petrum occideret.

XIX. Itaque datur à Nerone præceptum, (g) ut Petrus comprehenderetur. Et cùm ab omnibus antè fuisset rogatus, ut se aliò conferret, ille semper resistebat, dicens: Nequaquam hoc se esse facturum, ut tanquam metu mortis territus fugeret. Quippe cùm sciret, & sibi & omnibus pro passione Christi, immortalitatis gloriam provenire. Cumque hæc & talia Petrus obtexisset, plebs lachrymans, (h) ne se relinqueret, ne imminente

tatum suo cruribus jacuisse præfractis: post deinde perlatum Brundam (Brundusium) *cruciatibus & pudore defessum ex altissimi culminis se rursum præcipitasse fastigio.* Pseudo Marcellus: *& continuo dimissus cecidit in locum qui sacra via dicitur, & in quatuor partes factus quatuor silices adunavit qui sunt ad testimonium Victoriæ Apostolorum usque in hodiernum diem.* Græca Acta Mſ. S. S. Petri & Pauli apud Cotelerium: ἔπεσεν εἰς τόπον καλούμενον Σάξα Βίβα ὅ ἐστιν ἱερὰ ὁδός, καὶ τέσσαρες σήλικας συνήντησεν ὅι εἰσὶν εἰς μαρτύριον τῆς τῶν Ἀποστόλων νικήσεως ἕως τῆς σήμερον. Alios scriptores veteres qui statim exanimatum lapsu Simonem narrant, vide apud eundem Cotelerium ad Const. Apostol. lib. 6. c. 9. Quanquam apud autorem constitutionum, Petrus (perinde ut hoc loco factum tradit Pseudo Abdias) voluit Simonem statim θανατῶσαι sed tantum συνελεῖν. (g) Quæ deinceps sequuntur, desumpta sunt ex narratione ejusdem Pseudo Marcelli, & ex Pseudo Lino de passione Petri (h) Hæ lacrymæ precesque populi Petrum ut sibi parce

Digitized by Google

procella Christianorum, despiceret tot bonorum lachrymas: victus tandem populorum fletibus adquievit, promisitque se urbem egressurum. Proxima igitur nocte salutatis fratribus, celebrataque oratione, proficisci solus cœpit. Ubi ventum erat ad portam, vidit Christum sibi occurrere. Quem adorans ait: Domine, quò vadis? Cui Dominus, *Venio Romam iterum crucifigi.* (i) Quod cum audisset, intellexit Apostolus, de sua hoc passione dictum, in quo scilicet passurus videretur Christus, quem pati constabat in singulis, non dolore corporis, sed misericordiæ contemplatione, & pietatis affectu. Itaque Petrus ad urbem rediit, captusque à custodibus, mox cruci adjudicatus est. Quo audito, ingens subitò populi concursus factus est, ita ut plateæ non reciperent homines utriusque ætatis, & sexus, qui summa voce clamabant dicentes, Cur occiditur Petrus? Quid admisit crimi-

nis?

set obsecrantis, prolixe exponuntur apud Pseudo Linum, qui aliam quoque causam quæsiti ad supplicium Apostoli refert, quod nempe Agrippæ, Albini & aliorum optimatum uxoribus dissvasisset maritos suos porro conjugali benevolentia prosequi. (i) Meminerunt hujus dicti præter Pseudo Linum, & Pseudo Marcellum, Origenes tomo 21. in Johannem. *Quod si cui placet admittere quod in actis Pauli scriptum est tanquam à Servatore dictum, denuo debeo crucifigi.* Ambrosius serm. 68. Gregorius M. in Ps. 101. &c. Notumque est adhuc ante Romam via Appia extare locum à Cardinale Polo restauratum sub titulo *Domine, quo vadis*, & lapis in quo vestigia Domini expressa dicunt monstratus in templo S. Sebastiani.

Digitized by Google

nis? Quid læsit urbem? Innocentem damnare nefas est. Et metuendum est, ne in tanti viri nece ulciscatur Christus (k), & nos omnes pereamus.

XX. At verò Petrus mulcebat plebis animos, ne adversus principem (l) desævirent, dicens eis: Viri Romani, qui in Christo creditis, & in illo solo speratis, in mente habetote ejus patientiam, & consolationem in his signis quæ vidistis facta per me. Sustinete itaque eum advenientem, & retribuentem unicuique secundum opera sua. Hoc autem quod nunc in me videtis fieri, jam antea mihi à Domino est proditum, non esse discipulum supra magistrum, (m) nec servum supra Dominum. Quare scitote, ad hoc ipsum me festinare, ut carne exutus, Domino adsistam. (n) Sed quid moror (inquit) & non accedo ad crucem? Teneant persecutores corpus, ego Domino meo spiritu adhærebo. Et accedens ad crucem, rogavit, ut cruci inversis vestigiis (o) figeretur: ea reverentia, ne ita servus crucifigi videretur, ut Dominus. (p) Quod ubi factum

(k) Apud Pseudo Linum, ex quo reliqua omnia, ad finem usque hujus libri primi, verbotenus desumta sunt: *Nonne timendum est, ne tanti ac talis viri necem DEus vindicet & nos omnes perire præcipiat.* (l) Agrippam, cædis Petri præcipuum autorem, si credimus eidem Pseudo Lino. (m) Matth. X. 24. (n) Philipp. I. 23. (o) Idem tradunt Origenes apud Euseb. lib. 3. Hist. c. 1. Eusebius ipse lib. 2. de resurrect. Hieronymus de script. Eccles. in S. Petro & Hegesippo, ut Chrysostomum, Asterium aliosque omittam. (p) Eandem caulam attingunt Ana-

Digitized by Google

ctum est, cœpit de cruce ad populum loqui: ô ineffabile ac profundum mysterium crucis, ô inseparabile vinculum charitatis. Istud est lignum vitæ, in quo Dominus Jesus exaltatus, omnia traxit ad se. Istud est lignum vitæ, in quo crucifixum est Corpus Domini Salvatoris. At in eo confixa est mors, & mundus totus æternæ mortis est vinculis absolutus. O gratia incomparabilis, & amor crucis inexcessibilis. Gratias itaque tibi Domine JEsu, fili Dei vivi, non solum voce & corde ago, sed etiam spiritu, quo te diligo, quo te loquor, quo te interpello, quo te teneo, quo te intelligo, quo te video. Tu mihi omnia, & in omnibus tu mihi totum, & nihil mihi aliud præter te solum. Qui es bonus & verus Dei filius, & Deus, cui cum æterno Patre & Spiritu sancto honor & gloria est, in cuncta semper sæcula sæculorum. Et cùm magna voce omnis populus respondisset Amen, emisit spiritum. Cujus corpus Marcellus, (q) unus ex discipulis ejus, nullius expectans sententiam propriis manibus de cruce deposuit, & pretiosissimis aromatibus conditum in suo ipsius sarcophago collocavit, in loco qui dicitur Vaticanus, (r) juxta

brosius, Augustinus, Theodoritus. Vide Tillemontium in vita Petri cap. 36. (q) Hic est sub cujus nomine fertur narratio jam mihi memorata de Petro, de qua dicam infra in notitia Actuum Apocryphorum. (r) Vide quæ Florentinius ad hæc verba Pseudo Marcelli p. 114. *Et posuerunt eum ad Terebinthum juxta Naumachiam in locum qui appellatur Vaticanus*, quod in codice Græco Va-

Digitized by Google

juxta viam triumphalem, ubi totius urbis veneratione celebratur in pace.

LIBER SECUNDUS.

De rebus à beato PAULO Apoſtolo & gentium doctore hinc inde geſtis.

I.

FUit vir quidam in Hieruſalem, de tribu Benjamin, (a) nomine Saulus (b), eruditiſſimus in libris Moyſi, & cunctis legis cærimoniis, (c) quæ tunc ſecundum literam gerebantur, nihil in his myſticum ſentiens, aut advertens. Hic devaſtabat Eccleſiam Dei, (d) ingrediens domos, & trahens viros ac mulieres in carcerem: & multos quotidie congregabat. Igitur cum adhuc ſpiraret minas & cædes (e) in Apoſtolos Domini, acceſſit ad principem Sacerdotum, & petiit ab eo epi-

tiçano de paſſione S. Petri in hanc ſententiam expreſſum reperit Paulus Aringhus Romæ ſubterran. lib. 2. c. 5. *Deducitur Petrus ad eam partem montis Vaticani quæ arborem ſupra terebinthum habet, & infra in ſubjecta planitie Naumachiam.* Conſer Acta Sanctorum die XV. Aprilis.

(a) Rom. XI. 1. Phil. III. 5. Hinc veteres quidam ad Paulum referunt illud Pſal. LXVIII. 27. *ibi Benjamin adoleſcentulus.* Conſer Altingii Schilo lib. 5. c. 20. Campegium Vitringam lib. 3. c. 3. obſ. & Huetium demonſtrat. Evangel. propoſ. 9. cap. 47. (b) Act. VIII. 1. (c) Act. XXII. 3. (d) Act. VIII. 3. (e) Act. IX. 1. ſeq. XXII. 3. ſeq.

Digitized by Google

stolas in Damascum ad Synagogas, ut si quos inveniſſet hujus viæ (f) viros ac mulieres, vinctos perduceret in Hieruſalem. In eo propoſito cùm iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco, & ecce ſubitò circumfulſit eum lux de cœlo, & cadens in terram audivit vocem dicentem ſibi: Saule, Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. (g) Cui dixit: Quis es Domine? Et ille: Ego ſum JEſus, quem tu perſequeris. Sed ſurge, & ingredere civitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur, ſtabant cum eo ſtupefacti, audientes quidem vocem, (h) neminem autem videntes. Surrexit quoque Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damaſcum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & neque manducabat, neque bibebat. Erat verò diſcipulus Chriſti quidam Damaſci, nomine Ananias, (i) & dixit

(f) i. e. doctrinæ Chriſtianæ. Sic βαδίσαι τὴν ὁδὸν τινὸς ἀγέσθαι ſectari dogmata Pythagoræ. Vide Pearſonii Opera poſthuma p. 74. & ad Symbolum Apoſtol. p. 183. ſeq. edit. latinæ. Lemonii notas ad Varia Sacra p. 922. & Bartholomæi Herbelot Bibliothecam Orientalem in voce bolo *Din*. (g) Πρὸς κέντρα λακτίζειν proverbium quod extat etiam apud Æſchylum & Pindarum, aliosque. Terentius Phormione: *Nam que inſcitia eſt adverſum ſtimulum calces*. (h) Sonum, non vocem articulatam, ut recte Eucherius. Atque ita concilianda Act. IX. 7. & XXII. 9. (i) E LXX. diſcipulis fuiſſe, Epiſcopum poſtea Damaſcenum & martyrem, tradunt recentiores. Vide

Digitized by Google

xit ad illum in visu Dominus: Anania. Et ille ait: Ecce ego Domine. Et Dominus ad illum: Surge, vade in vicum (k) qui vocatur rectus, & quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem (l): Ecce enim orat ipse, & expectat te, (m) ut introiens imponas sibi manus, ut visum recipiat. Respondens autem Ananias, inquit: Domine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala sanctis tuis fecerit in Hierusalem. Et hic habet potestatem à principibus Sacerdotum, alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Tum Dominus: Vade, ait, quoniam vas electionis (n) mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filiis Israël. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, & introivit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me JEsus, qui apparuit tibi in via (o) qua veniebas, ut videas, & implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt

Bollandum ad diem 25. Jan. & Tillemontium in Pauli vita c. 4. (k) Intelligit plateam in urbe Damasco, quæ tum Arabibus parebat, unde in Arabiam se abiisse narra Paulus Galat. 1. 17. (l) Tarsensis fuit Paulus, & tamen Judæus, ut contra Ebionitas hoc negantes recte & facile olim demonstravit Epiphanius. Confer Photii Epist. 102 & 246. seq. Tarsus Ciliciæ primæ metropolis, uti Ciliciæ secundæ Anazarbus. (m) Utpote viso jam de te monitus Act. IX, 12. (n) σκεῦος ἐκλεκτόν. Vid. Joh. Vorstium lib. 1. de Hebraismis N. T. p. 33. seq. (o) Non ambulanti in via occurrens, ut multis contendit Gafarellus in quæstione pacifica p. 187. seq. sed de cœlo ad eum loquens, ut me

Digitized by Google

runt ab oculis ejus tanquam ſquamæ, & viſum recepit. Et ſurgens baptizatus eſt: & cùm acceciſſet cibum, confortatus eſt.

II. Manſit autem cum diſcipulis qui erant Damaſci, per aliquot dies: & continuò in Synagogis paſſim prædicabat JEſum, quoniam hic eſt filius Dei. Quod cum viderent, ſtupebant omnes, & dicebant: Nonne hic eſt, qui expugnabat in Hieruſalem eos, qui invocabant nomen iſtud: & huc ad hoc venit, ut vinctos illos duceret ad Principes Sacerdotum? Interea Saulus convaleſcebat quotidie, & confundebat Judæos, qui habitabant Damaſci, affirmans, quoniam hic eſt Chriſtus JEſus filius Dei. Cùm implerentur (p) autem dies multi, conſilium inierunt Judæi, ut eum interficerent: Sed hæ inſidiæ Saulo ſtatim notæ factæ ſunt. Cuſtodiebant enim (q) portas die ac nocte, ut eum comprehenderent. Sed accipientes eum diſcipuli ejus nocte, demiſerunt per murum ſubmittentes in ſporta. Itaque cum veniſſet poſtea in Hieruſalem, tentabat ſe jungere diſcipulis Chriſti. At illi timebant eum, non credentes quia eſſet diſcipulus. Barnabas autem adprehenſum illum duxit ad Apoſtolos, & narravit illis, (r) quomodo

gno conſenſu veteres agnoſcunt, quos videas licet apud Edmundum Albertinum de Euchariſtia p. 189. (p) Interjecto tempore aliquo. (q) Parum huc quadrat particula *enim*, & Act. IX. 24. eſt in quibusdam Codd. παρετηροῦντο. In aliis: παρετηροῦντο δὲ καὶ. Vulgata: *cuſtodiebant autem*. Judæi nempe autoritate Ethnarchæ, Aretæ Regis Arabum. 2. Cor. XI. 32. (r) Pau-

Digitized by Google

do in via vidisset Dominum, & quomodo locutus fuerit sibi, & quæ Damasci egerit cum fiducia in nomine JEsu.

III. Ex hoc autem tempore Saulus, qui & Paulus, (s) cum evangelizaret Christum in multis civitatibus, venit Lystram. (t) Et erat ibi quidam infirmus pedibus, sedens, claudus ex utero matris suæ, qui nunquam ambulaverat. Hic ubi audivit Paulum loquentem, intuebatur eum fortiter. At Saulus, videns quia haberet fidem, ut salvus fieret, (u) dixit magna voce: Surge, & sta super pedes tuos rectus. Et exilivit statim homo ille, & ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, levaverunt vocem suam, dicentes: (x) Vere hic minister Dei est, qui tanta facit in Israël: Factum est autem, euntibus nobis

lus videlicet, ut Pseudo Abdias fensisse videtur. Ita certe colligas ex eo quod verba Act. IX. 27. ἐλάλησεν αὐτῷ mox interpretatur: *locutus fuerit sibi.* Alii nescio an verisimilius existimant non Paulum sed Barnabam hæc narrasse Apostolis, præcipue quia sequitur encomium de fiducia sive παῤῥησίᾳ Pauli, quod ex Barnabæ testimonio plus ponderis habebat fideique, & pulchrius sonat in ore Barnabæ quam Pauli ipsius. (s) Act. XIII. 9. Confer Dodwellum diss. 5. Cyprianicæ §. 12. Barthium lib. 7. Adversar. c. 14. & Christianum Fridericum Frankensteinium τὸν μακαρίτην in Epist ad Philemonem Observ. 2. (t) Act. XIV. 6. Urbs Lycaoniæ in Asia minore, quæ declinatur modo Λύστρα, Λύστρας modo Λύστρα, Λύστρων. (u) ut sanaretur. (x) Act. XIV. 11. alia populi vox refertur dicentis: *Dii similes facti nobis descenderunt ad nos*

Digitized by Google

nobis (y) ad orationem, puellam quandam habentem ſpiritum Pythonis (z) obviare, quæ quæſtum magnum præſtabat dominis ſuis divinando. Hæc ſubſecuta nos paululum, clamabat dicens: Iſti homines ſervi Dei excelſi ſunt qui adnunciant vobis viam ſalutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens igitur Paulus, (a) dixit ſpiritui: Præcipio tibi in nomine JEſu Chriſti, exi ab ea. Et exivit ab ea eadem hora.

IV. Poſteà vero cum veniſſent quidam ex diſcipulis cum eo in Aſiam, diſputabat in Schola Tyranni (b) per biennium: ita ut omnes qui erant in Aſia, audirent verbum Dei, Judæi atque gentiles, virtutesque (c) non modicas Deus faciebat per manus Pauli, ita

(y) Lucæ verba Act. XVI. 16. (z) Puellam ἐγγαστρίμυθον. Vide quæ de Pythonibus præter Grotium ad Actorum locum, Lemonius notis ad Varia ſacra p. 1009. ſeq. & Antonius Van Dalen in libro de origine Idololatriæ. (a) Dolet Apoſtolo, quod Diabolus Evangeliſtæ eſſe conatur, ut loquitur Auguſtinus lib. 2. ad Simplicianum qv. 3. Similiter Chriſtus plus ſimplici vice dæmonas ipſum prodentes obmuteſcere & exire juſſit. Marc. I. 25. V. 8. Luc. IV. 41. (b) Nomen proprium Act. XIX. 9. Tyranni Sophiſtæ alicujus meminit Suidas & teſtatur ſcripſiſſe de ſtatibus & diviſione orationis libros decem. Fuit & hoc nomen ſatelliti cuidam Herodis ut ex Joſephi XVI. 16. obſervat Grotius, cui adde Tyrannum Sacerdotem Ethnicum, de cujus Impoſturis Rufinus lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 25. (c) Miracula eximia. Nam & mortuos ſuſcitaſſe & graviſſimos morbos ſola umbra ſua ſanaſſe tradit Chryſoſtomus. Confer Tillemontium T. 1. me-

Digitized by Google

ita ut etiam supra languidos deferrentur à corpore ejus sudaria & semicincta (d) & recedebant ab eis langvores, & spiritus nequam egrediebantur. In una autem sabbathorum (e) cùm veniſſemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis, profecturus in crastinum (f) protraxitque sermonem usque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo, ubi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens nomine Euthychus (g) super fenestram, cùm mergeretur somno gravi, disputante diu Paulo, depressus somno, cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Ad quem cùm descendisset Paulus, incubuit super eum, & complexus dixit: Nolite turbari. Anima enim ipsius in eo est. Ascendensque rursus, fregit panem: & cùm gustasset, sermonem protraxit usque in lucem. Interea adducunt pue-

mor. Eccles. p. 602. 825. seq. (d) De sudarii vocabulo videndus Grotius ad Luc. XIX. 20. & Joh. XI. 44. De semicincto sive semicinctio cujus meminit Martialis Apophoretis districho 153. consule Bezam, atque eundem Grotium ad Act. XIX. 12. Sudaria Kopfbinden / Semicinctia schurtzen / non Schnupftücher / ut Scholiastes Græcus. (e) Act. XX. 7. ἐν μιᾷ τῶν σαββάτων in prima die hebdomadis sive die Dominico. Sic δευτέρᾳ σαββάτων Constitutt. Apostol. lib. 2. c. 47. (f) Postridie ex urbe Troade, in qua hæc contigerunt, profecturus in Asson, decem circiter Leucas à Troade distantem. (g) Idem plane Romæ factum esse Patroclo cuidam juveni, quem Neronis fuisse ait pocillatorem, autor est Pseudo Linus de passione S. Pauli.

Digitized by Google

puerum viventem qui ex casu obierat, & consolati sunt (h) omnes non minimum.

V. Post hæc Paulus, adscensa navi, venit in Insulam quæ dicitur Miletus. (i) Barbari verò præstabant non modicam humanitatem nobis, & accensa pyra reficiebant nos omnes propter imbrem qui imminebat, (k) & frigus. Cumque congregasset Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera (l) à calore prorupit, invasitque manum ejus. Ut verò viderunt barbari pendentem bestiam de manu ejus, ad invicem dicebant: Utique homicida est homo hic, qui cum evaserit de mari, ultio non permittit eum vivere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem convertendum, & subitò casurum, ac moriturum. Cum

(h) παρεκλήθησαν, recreati sunt à luctu quem repentinus Entychi obitus ipsis attulerat. Verbum *consolor* recte etiam significatione passiva ac reciproca poni, docet Gellius lib. 15. c. 13. (i) In Africo mari, ad meridiem Siciliæ, Hodie Malta. Vide Erasmum Schmidium ad Act. XXVIII. 1. Erasmus Roterodamus errorem in prioribus commentariorum in N. T. editionibus admissum ipse in postremis emendavit, quod non animadversum Clarissimo Viro Johanni Clerico Artis Criticæ parte 1. p. 35. seq. & observatoribus Hallensibus T. 4. p. 331. ubi Erasmum reprehendunt quod Meliten maris Adriatici cum altera Melite confuderit. (k) τὸν ἐφεστῶτα qui jam supervenerat nobis adhærebatque. (l) θηρίον. Confer Lambertum Bos in diatribis ad N. T. p. 62. seq. Bochartum Hieroz. partis 2. lib. 3. c. 2.

Digitized by Google

Cum autem illis sperantibus & videntibus, Paulo nihil mali fieret: (m) convertentes se dicebant, eum esse Deum. In locis autem illis erant prædia Principis, nomine Publii, qui nos (n) suscipiens triduo, benignè exhibuit. Contigit autem patrem Publii febribus & dysenteria vexatum, jacere. Ad quem Paulus ingressus, cum orasset, & imposuisset ei manus, salvavit (o) eum. Quo facto omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur ab eo. Qui etiam multis honoribus Paulum sunt prosecuti. Exinde navigans venit Romam, ibique solutus à vinculis (p) mansit biennio toto in conducto (q) suo, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans subinde regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino JESU Christo.

VI. Post crucem vero Petri & elisionem Simonis magi, (r) in urbe adhuc libera manebat

(m) Eleganter in hanc rem Jacobus Duportus:

Sic quem viperea damnat gens barbara linguâ
Cædis & admissæ clamitat esse reum,
Absolvit serpens, (sunt ipsa pericula tanti)
Insontemque suo prædicat ore virum.

(n) Verba Lucæ, qui Pauli in itinere socius fuit. Act. XXVIII. 7. (o) id est, sanavit. (p) Non quod prorsus liber dimissus fuerit, sed cum antea in arctioribus vinculis captivus servaretur, jam deinceps sub unius duntaxat militis custodia liceret ipsi in qua vellet domo versari. Vide Act. XXVIII. 16. (q) In domo quæ in ejus usum conducta erat. Vide Grotium ad Act. XXVIII. 30. (r) De qua

Digitized by Google

nebat custodia: qui a corona etiam martyrii eadem die dispensatione divina subtractus (s) fuerat, ut per eum omnes gentes Evangelii prædicatione implerentur. (t) Itaque cum Romam à Julio (u) centurione Paulus fuisset perductus, sub unius militis duntaxat custodia (x) constitutus, post tertium diem convocavit primores Judæorum; cumque convenissent in hospitium ejus, loquebatur illis: Ego, viri fratres (inquit) nihil adversus plebem faciens, aut consvetudinem majorum, vinctus ab Hierosolymis traditus sum in manus Romanorum. Qui cum inquisitionem de me habuissent, constituerant me primo dimittere, eò quod nulla esset causa mortis in me. Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem. (y) Quam ob causam cum essem in itinere, rogavi vos videre & alloqui: Propter spem enim Israelis (z) hac sum catena circumdatus. At illi dixerunt ad eum: Nos neque

supra lib. 1. Porro Lectorem per se intellecturum arbitror, plures S. Pauli res à Pseudo Abdia male prorsus omitti, quæ à S. Luca rectissime traditæ fuerunt: Deinde alia hinc inde carptim vix attingi. (s) Dionysius Corinthius apud Eusebium lib. 2. c. 25. Hist. & alii veteres tradunt uno prorsus tempore, uno eodemque die & anno martyrium subiisse Paulum cum Petro: Pseudo Abdias autem hic & infra c. ult. adsentiri maluit Prudentio & aliis, qui referunt martyrium utriusque in unum eundemque diem 29 Junii, sed diversorum annorum, ut Paulus per annum vel biennium Petro superstes manserit. Confer. Tillemont. ad vitam Petri notâ 44. Caveum in vita Pauli c. 7. §. 9. (t) Rom. XV. 19. (u) Act. XXVII. 1. (x) Act. XXVIII. 16. (y) Act. XXV. 11. (z) Propter testimonium & prædicatio-

Digitized by Google

neque literas accepimus de te à Judæa, neque adueniens aliquis fratrum adnunciauit nomen (a) & conditionem tuam. Cupimus autem nunc (b) ex te audire, quæ sentis. Nam de secta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur. Igitur constituto die venerunt ad eum plurimi in hospitium, ex Judæis. Quibus exponebat ille Scripturas (c) testificans regnum Dei, suadensque eis ex lege Moysi & Prophetis, à mane usque ad vesperam docebat. Sed cum non omnes crederent in Jesum, dixit Paulus ad eos: Spiritus Sanctus rectè per Esaiam (d) locutus est: Vade ad populum istum, & dicas: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non poteritis perspicere. Incrassatum est enim cor populi hujus, & oculos compresserunt, ne fortè videant oculis, & auribus audiant & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Notum ergo cupio esse vobis, & gentibus (e) missum esse hoc salutare Dei, & ipsos ad salutem venturos. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Judæi, magnas inter se concertationes agitantes. Ipse autem Paulus mansit Ro-

nem de Messia, quem venturum omnes Judæi sperant, ego doceo venisse. (a) Act. XXVIII. 21. legas: *neque adueniens aliquis fratrum nunciavit aut locutus est quid de te malum*, sive mali aliquid tibi accidisse vel impendere. (b) Hoc *nunc* oportune inseritur ad explendum sensum Act. XXVIII. 22. (c) Et hoc recte additum, ad explendam sententiam. (d) Es. VI. 9. Matth. XIII. 14. (e) Act. XXVIII. 28. absolutè legitur ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ, postquam nempe Judæi illud non dubitassent recipere

mæ toto illo biennio, in conducto ſuo (f) & ſuſcipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ ſunt de Domino Jeſu Chriſto, cum omni fiducia, ſine impedimento.

VII. Hæc dum Romæ Apoſtolus faceret (g) interea apud Neronem Cæſarem defertur, quod non ſolum nouam ſuoerſtitionem inueheret (h), verumetiam aduerſus Imperium ſeditiones excitaret. Accerſitus igitur, & interrogatus à Nerone, ut rationem doctrinæ ſuæ redderet, ita coram Cæſare locutus eſt: De doctrina quidem Magiſtri mei, de qua interrogaſti me, non eam capiunt, niſi qui fidem mundo pectore abhibuerint (i). Quæ enim pacis ſunt & charitatis, docui, & per circuitum ab Hieruſalem usque in Illyricum repleui verbum pacis. (k) Docui, ut homines ſe inuicem diligant (l): Docui, ut inuicem ſe honore præueniant (m) Docui ſublimes & divites

& adſpernari. XIII. 46. XVIII. 6. (f) Extra urbem, horreum publicum ſibi conduxiſſe refert Pſeudo Linus de paſſione Pauli. (g) Hactenus ex Actibus Apoſtolorum S. Lucæ. Quæ ſequuntur ex actis incertis Martyrii Pauli conſarcinata ſunt. (h) Chryſoſtomus teſtatur ſingularem cauſam mortis Pauli fuiſſe, quod concubinam & pincernam Neronis ad fidem Chriſtianam converteſſet. Vide ejus homil. 10. in 2. ad Tim. & adverſus vituperatores vitæ monaſticæ lib. 1. c. 4. (i) Eſ. VII. 9. Confer Clementem Alex. 1. Strom. p. 273. (k) Rom. XV. 19. πεπληρωκέναι τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ. Sic Coloſſ. I. 25. πληρῶσαι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. Senſus eſt eum cum πληροφορίᾳ & abundanter docuiſſe. Similiter Hebræi utuntur verbo מלא pro *docere* ut notavit Vitringa in Obſerv. ſacr. p. 199. (l) Rom. XII. 10. (m) ibid.

Digitized by Google

vites, ſe non extollere, & ſperare in incerto divitiarum, ſed in Deum ponere ſpem ſuam (n). Docui mediocres, in victu & veſtimento contentos eſſe (o). Docui pauperes, in ſua egeſtate gaudere (p). Docui patres, filios ſuos docere diſciplinam timoris Dei (q) Docui filios, obtemperare parentibus, & monitis ſalutaribus. (r) Docui poſſidentes, reddere tributum (s) ſollicitudine. Docui negotiatores, reddere vectigalia (t) miniſtris Reipublicæ. Docui uxores, diligere viros ſuos, (u) & timere eos quaſi dominos. (x) Docui viros, fidem ſervare conjugibus, ſicut illi ſervari ſibi pudorem omnibus modis volunt: Quod enim punit maritus in uxore adultera, hoc punit in marito adultero ipſe pater & conditor rerum Deus. (y) Docui præterea dominos, ut mitius cum ſervis ſuis agant. (z) Docui ſervos, ut fideliter, & quaſi Deo, ita ſerviant dominis ſuis. (a) Docui Eccleſiam credentium, unum & omnipotentem, inviſibilem & incomprehenſibilem colere Deum. (b) Hæc autem mihi doctrina non ab hominibus, neque per hominem aliquem (c) data eſt, ſed per Jeſum Chriſtum, & Patrem gloriæ, qui mihi de cœlo locutus eſt. Et dum me mitteret ad prædicationem Dominus meus Jeſus Chriſtus, dixit mihi: Vade, (d) & ego ero tecum, ſpiritus vitæ

Mm 2 omni-

(n) 1. Tim. VI. 17. (o) 1. Tim. VI. 8. (p) 2. Cor. VI. 10. (q) Eph. VI. 4. (r) Eph. VI. 1. Coloſſ. III. 20. (s) Rom. XIII. 7. (t) ibid. (u) Tit. II. 4. (x) Eph. V. 22. & 33. Coloſſ. III. 18. (y) Hebr. XIII. 4. (z) Eph. VI. 9. Coloſſ. IV. 1. (a) Eph. VI. 5. (b) 1. Tim. I. 17. (c) Galat. I. 1. (d) Act. IX. 15. (e) à tribus ad hoc miſſis, *Megiſto* ; *Longino* &

Digitized by Google

omnibus credentibus in me: & omnia quæcunque dixeris, aut feceris, ego justificabo.

VIII. Hæc cum dixisset Paulus, Nero Imperator obstupuit: indignatusque postea, sententiam in eum mortis pronunciavit, ut capite afficeretur. Et cum ei de morte illius tardius nunciaretur (e), misit duos ex armigeris suis Nero, Feregam & Parthemium: (f) qui euntes invenerunt Paulum cum omni fiducia & libertate universum populum de Christi mirabilibus instruentem. Hos cum vidisset Paulus se accedentes, hortabatur eos, dicens: Venite filii, & vos credite in Deum, ut salventur animæ vestræ, qui me & omnes credentes sibi per adventum unigeniti filii sui suscitavit, & in regno suo quod æternum est, collocauit. Qui responderunt, dicentes: Nos quidem, Paule, prius ibimus ad Neronem, nunciantes ei finem mortis tuæ. Tu autem ora pro nobis, ut credamus illi, quem tu prædicas Deum. Rogabant enim Paulum pro salute sua, ut baptizarentur. Tum rursus Apostolus: Post paululum (g) (inquit) filii, venite huc ad sepulchrum meum, & invenietis duos viros orantes, Titum & Lucam: ipsi post me dabunt signum salutis (h). Et cùm hæc dixisset, supervenerunt milites, qui correptum eum foràs, extra civitatem duxerunt. Paulus verò cum venisset ad locum supplicii, convertit se contra Orientem: & elevatis manibus ac oculis

Acesio, qui sermonibus Pauli & ipsi moveri se passi fuerant ut Christum amplecterentur. Vide PseudoLinum de passione Pauli. (f) Apud eumddem PseudoLinum vocantur *Perretas & Parthenius*. (g) *Cras, valde diluculo*. Ibid. (h) *Sa-*

Digitized by Google

oculis ſuis ad cælum, diutiſſimè (i) oravit. Et completa oratione, dedit pacem fratribus qui eum ſecuti fuerant: & valefaciens eis, flexis genibus, crucisque ſe ſigno muniens, (k) cervicem præbuit percuſſori. Ecujus gladio, deſecto capite, pro ſanguine lac (l) cucurrit, ita ut percuſſoris dextram lactea unda perfunderet. Quod cum circunſtantibus viſum fuiſſet, obſtupefacti omnes magnificaverunt Deum, qui tantam gloriam donaverat Apoſtolo ſuo. Cujus corpus Lucina Chriſti famula, ſecundo ab urbe milliario, via Hoſtienſi, (m) in proprio prædio, differtum aromatibus ſepelivit. Paſſus eſt autem III. Kalend. Julias, duobus jam à paſſione Petri elapſis annis, (n) regnante Domino

ptiſſimum. (i) Apud eundem Pſeudo Linum: *tenſis in cœlum manibus diutiſſime cum lacrymis Hebraice oravit, & gratias egit Deo. Cum patrio ſermone conſummaſſet orationem, valedicens fratribus, benedixit eos. Et ligans ſibi de Plautillæ matrio* (linteolo) *oculos, in terra utrumque genu fixit, & collum tetendit. Spiculator vero in altum brachia elevans, eum tota vi percuſſit, & caput ejus abſcidit. Quod poſtquam à corpore præciſum fuit, nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti Hebraice clara voce perſonuit.* (k) Hujus nulla mentio apud Pſeudo Linum. (l) Idem traditur in homilia Pſeudo Chryſoſtomi in Petrum & Paulum T. 6. p. 267. & in ſermone 68. qui legitur inter Ambroſianos. Pſeudo Linus: *ſtatimque de corpore ejus unda lactis in veſtimenta militis exiliit, & poſtea ſanguis defluxit.* (m) Vide Euſebium lib. 2. Hiſt. Eccleſ. c. 25. Mabillonium T. 1. itin. Ital. p. 52. ſeq. (n) Alii eodem plane tempore cum Petro occubuiſſe Paulum contendunt, ita ut contrariam ſententiam hæreticis tribuat Gelaſius. At enim Prudentius, Arator, Cedrenus aliique interjecto uniusanni periodo Paulum ajunt martyrii coronam adeptum fuiſſe. Alii quibus

Digitized by Google

nostro Jesu Christo, (o) cui est apud æternum Patrem & Spiritum sanctum honor & gloria, in secula seculorum, Amen.

LIBER TERTIUS.

De gestis beati Andreæ Apostoli.

I.

ANdreas Apostolus, Simonis Petri, qui Barionas cognominatus erat, frater germanus fuit & Jonæ filius; (a) ex primis erat, (b) qui Christo à Joanne in Jordane baptizato adhæserunt. Audiens quippe à Joanne in deserto, (c) hunc Dei agnum esse, miraculo ductus, simul authoritate Joannis, ad fratrem festinabundus contendit. Cui cum de Christo significâsset, Petro (d) persualit, ut sese ad illum contemplandum sequeretur. Quam rem mox casus insecutus est, ut quo tempore is cum Simone fratre retia in mare mitteret, Christus fore

noster ad stipulatur, biennium; Justinus & Irenæus, si credimus Simeoni Metaphrastæ in Martyrio Pauli apud Surium ad diem 29. Junii, integrum quinquennium inter Petri crucifixionem & Pauli de collationem interfuisse testantur. Confer quæ supra ad cap. 6. & quæ viri docti notant ad Epistolam 1. Clementis Romani ad Corinthios c. 5. Florentinium ad Martyrolog. p. 633. (o) De hac formula præter Blondelli librum videbis ubi lubebit Steph. Baluzium ad Capitularia Regum Francor. p. 1135. seq.

(a) Vide supra lib. 1. c. 1. (b) Hinc Græcis πρωτόκλητος. Confer Cangii glossarium in hâc voce. (c) Joh. 1. 36. (d) Joh. 1. 42.

Digitized by Google

fortè transiret: à quo ambo vocati fratres,(e) sine mora discipuli magistrum secuti sunt. Quo in munere cum diu Christum sequeretur, probatus magistro, ad Apostolatus demum apicem (f) ante passionem vocatus fuit. Et hæc quidem ante Dominicam passionem, ab hoc Dei viro gesta sunt.

II. At verò post illum Dominicæ ascensionis nobilem glorioſumque triumphum, cum beati Apostoli prædicare verbum Domini per diversas regiones incepissent, tum & Andreas Apostolus apud Achaiam (g) provinciam, adnunciare Dominum Jesum Christum exorsus est. Eodem tempore Matthæus Apostolus, qui & Evangelista, Myrmidoni urbi (h) verbum salutis adnunciaverat: sed incolæ civitatis illius graviter & indignè ferentes, quæ de redemptoris nostri virtutibus audiverant, ac sua nolentes destruere templa, beatum Apostolum erutis oculis, catenisque oneratum carceri incluserant eo animo, ut paucis interpositis diebus in-

(e) Matth. IV. 18. (f) Matth. X. 2. (g) Hieron. Epist. 148. ad Marcell. *Erat igitur* (Dominus) *uno eodemque tempore & cum Apostolis quadraginta diebus, & cum angelis, & in Patrei & in extremis maris finibus erat: in omnibus locis versabatur, cum Thoma in India, cum Petro Romæ, cum Paulo in Illyrico, cum Tito in Græcia, cum Andrea in* ACHAIA, *cum singulis Apostolis & Apostolicis viris in singulis cunctisque regionibus.* In Patris Achajæ urbe natalem Episcopatus S. Andreæ celebrant Martyrologia Nonis Februarii. Vide Bollandum & Florentinium ad 5. Febr. (h) Urbi Æthiophiæ. Confer Andream Sausayum de gloria S. Andreæ lib. 2. c. 10. *Myrmenen* vocat Nicephorus lib. 2. c. 41. Hist. Eccles. & in Antropophagorum terra sitam esse ait.

Digitized by Google

terficerent. Quod antequam fieret, Angelus à Domino missus ad Andream Apostolum, ut in Myrmidonem civitatem maturaret, & fratrem Matthæum de squalore carceris erueret, monuit. Cui ille ait: Domine, ecce viam nescio, & quò ibo? Et ille: Vade (inquit) ad litus maris, & invenies navem, quam statim conscende, ego enim ero dux itineris tui. Paruit Andreas, inventamque navem ascendens, flantibus ventis congruis prosperè navigavit ad urbem. Quam ut ingressus est, ad publicum se illico carcerem contulit, inveniensque cum reliquis vinctis Matthæum, amarissimè flevit, & facta oratione hæc verba locutus est: Domine Jesu Christe, quem fideliter prædicamus, & ob cujus nomen tanta perferimus, qui cæcis visum (i) surdis auditum, paralyticis gressum, leprosis mundiciam, mortuis vitam, immensa clementia largiri dignatus es, aperi oculos servituri, ut eat ad annunciandum verbum tuum. Et statim locus ille contremuit, (k) & lumen resulsit in carcere, & oculi beati Apostoli restaurati, & cunctorum catenæ confractæ sunt, & trabes, (l) in qua pedes eorum coarctati erant, scissa est. Quibus factis, omnes magnificabant Dominum, dicentes: Quia magnus est Deus, quem prædicant servi ejus. Ita educti per beatum Andream de squalore carceris, omnes quà capti

(i) Matth. XI. 5. (k) Perinde ut Act. XVI. 26. (l) Compedum sive bojarum, pedicarumve lignearum genus, quibus pedes captivorum inserti & deinde addito claustro obserati, ut loco se movere non possent. Vide Turnebum lib. 20

Digitized by Google

capti fuerant, abiit unusquisque ad propria: (m) cum quibus & Matthæus recesserat.

III. Ipse verò Andreas manens apud Myrmidonem, prædicabat incolis verbum Domini. quod cum minùs audirent, adprehensum Andream ligatis pedibus (n) per plateas civitatis trahebant. Quibus in tormentis cùm jam sanguis effluereet, & capilli vellerentur, (o) Apostolus ad Dominum in hæc verba orationem habuit: Aperi, Domine Jesu Christe, oculos (p) cordium illorum, ut cognoscant te Deum verum, & desistant ab hac iniquitate: neque velis hoc illis peccatum statuere, (q) quia nesciunt quod faciunt. (r) Hæc cum dixisset, timor subitus invasit incolas civitatis illius, ut dimisso Apostolo, peccatum agnoscerent, dicentes: Peccavimus in justum. Cumque se ad pedes Apostoli (s) demitterent, remissionem delicti, & sibi ostendi viam salutis petebant. Quibus ille erectis, (t) prædicabat Dominum Jesum Christum, & miracula quæ fecerat in hoc mundo ostendit, & quemadmodum ipsum mundum jam pereuntem proprio cruore (u) redemerit. Ita vendicatis Domino incolis ejus civitatis, cunctos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, (x) concessa peccatorum remissione baptizavit.

Adversar. c. 27. (m) εἰς τὰ ἴδια, *in suam quisque domum*, ut Act. XXI. 6 (n) Supplicium, quod vernaculâ vocamus schleiffen. (o) Capite terræ subinde allisо. (p) Sic Eliseus 4. Regg. VI. 17. (q) ut Stephanus Act. VII. 60. (r) Luc. XXIII. 34. (s) ut Cornelius ad pedes Petri Act. X. 25. (t) surgere jussis. vide ibid. v. 26. (u) Act. XX. 28 (x) ex præcepto Christi Matth. XXVIII. 19.

IV. Quibus gestis, recedens ab eo loco, venit in regionem suam: (y) ubi cum ambularet cum discipulis suis, accessit ad eum cæcus quidam, & ait: Andrea Apostole Christi, scio quia posses mihi reddere visum, sed nolo eum recipere. Hoc tantum deprecor, ut jubeas his qui tecum sunt, tantum conferre pecuniæ, unde vestitum & victum comparem. Cui Andreas: Verè (inquit) cognosco, hanc non hominis, sed diaboli vocem esse, qui non sinit hominem istum recipere visum: & conversus tetigit oculos cæci, & confestim recepit lumen, & glorificabat Deum. Cumque vestimentum vile haberet, & hispidum, ait Apostolus ad discipulos suos: Auferte ab eo vestimenta sordida, & date ei indumentum novum. Et cum omnibus, qui cæcus erat, expoliatus esset, inquit Apostolus: Quod sufficit illi, hoc accipiat. Et sic accepto vestimento, gratias agens rediit in domum suam.

V. Interea Demetrii cujusdam, primi civitatis Amasæorum, (z) puer erat Ægyptius, quem amore unico diligebat. Is correptus febri, fortè eo tempore spiritum exhalauerat. Itaque auditis Demetrius signis, quæ faciebat beatus Apostolus, venit ad eum, & procidens cum lachrymis ante pedes ejus, inquit: Nihil tibi difficilè est, ô minister Dei. Ecce puer meus quem unicè diligebam, mortuus est. Confido autem,

(y) rediit in Achajam. Confer supra c. 8. (z) In Menæo Græcorum ad 30. Febr. ubi de Andreæ actis narratio extat, hæc urbs Achajæ vocatur *Amynsus*. Porrò *puer* παῖς

Digitized by Google

tem, & rogo, ut domum meam ingressus, eum ut potes, reddas mihi. Hæc audiens beatus Apostolus, condolens lachrymis ejus, venit ad domum in qua puer decumbebat, & prædicans diutissimè (a) ea quæ ad salutem populi pertinebant, conversus ad (b) feretrum, ait: Tibi dico puer, in nomine Jesu Christi, surge, & sta sanus. Et confestim surrexit puer Ægyptius, & reddidit illum Apostolus domino suo. Tunc omnes qui erant increduli, crediderunt in Deum, & baptizati sunt à beato Andrea.

VI. Dum hæc fierent, puer quidam Sostratus nomine, venit secretius ad beatum Andream conquerens; Mater mea (inquit) concupivit formam speciei meæ, & jugiter me insectatur, ut commiscear ei: quod ego infandum execratus, fugi. At illa felle commota, adiit Proconsulem provinciæ, (c) ut crimen suum retorqueat in me. (d) Et scio, cum accusatus fuero, quia nihil habeo quod ad hæc respondeam, Satius autem duco vitam amittere, quàm matris detegere crimen. (e) Nunc autem hæc tibi confiteor, ut digneris pro me Dominum exorare, ne innocens præsenti vita priver. Hæc eo

h. l. non filium sed servum notat. Vide quæ ad Evangel. Nicodemi c. 8. Demetrius ille Judæus fuit, si fides eidem Menæo. (a) Ita supra p. 451. *diutissime oravit*. (b) Sic Petrus ad claudum Act. III. 6. (c) Achajæ, quæ provincia erat proconsularis. Vide Wolfg. Lazium de Rep. Rom. De Achaja in provinciam à Romanis redacta agit Carolus Sigonius lib. 1. de antiquo jure provinciar. c. 9. (d) Ut Potipharis uxor Gen. XXXIX. 14. (e) Similem fere fabulam de Secundo Philosopho refert Vincentius Bellovacensis lib. XI. spec. hist. c. 70. & autor vitæ Secundi quam cum sententiis

Digitized by Google

eo dicente, venerunt ministri Proconsulis, accersentes eum. Beatus verò Apostolus facta oratione surrexit, & abiit cum puero. Mater autem instanter accusabat eum, dicens: Hic, domine Proconsul, oblitus maternæ pietatis, stuprum mihi inferre voluit, adeò ut vix ab eo me eripere potuerim, ne violaret. Ad quæ Proconsul: Dic (inquit) puer, si vera sunt ista, quæ mater tua prosequitur. At ille tacebat. Iterū atq; iterum interrogabat Proconsul, & nihil ei quicquam puer respondit. Durante autem eo in silentio, Proconsul habebat cum suis consilium, quid esset ea re agendum. Mater autē pueri cœpit flere. Ad quam conversus beatus Andreas Apostolus, inquit: O infelix, quæ fletus emittis amaritudinis, (f) propter incestum quem in filium es meditata. Quam adeò concupiscentia præcipitavit, ut unicum amittere filium, libidine inflammante, non verearis. Hæc eo dicente, mulier ait: Audi Proconsul, postquam filius meus hæc in me molitus est, homini huic ab eo tempore adhæsit semper. Proconsul autem super his ira commotus, puerum jussit in culleum parricidii recludi, & in flumen proijci: Andream autem in carcerem retrudi, donec excogitatis suppliciis & ipsum perderet. Tum verò orante beato Apostolo, mox terræmotus (g) magnus cum tonitru gravi factus est, & Proconsul de sede cecidit, & omnes terræ (h) decubue-

ctus auctoribus Græce habeo descriptam ex codice Gudiano.
(f) profectas ex ira ob scelus negatum. (g) Ut Act. XVI. 26. (h) i. e. ad terram prostrati sunt omnes qui aderant.

Digitized by Google

buerunt. Tum & mater pueri percussa aruit, (i) & mortua est. Quæ videns Proconsul, prostratus pedibus (k) sancti Apostoli: Miserere (inquit) pereuntibus, famule Dei, ne terra nos deglutiat. Orante igitur beato Apostolo, confestim terræ motus cessavit, ac fulgura & tonitrua quievêre. Ipse autem circumiens eos qui turbati jacebant, cunctos sanitati restituit. Ex eo tempore & Proconsul, & multi alii in Achaia provincia, suscipientes verbum Domini, crediderunt in Jesum Christum, & baptizati sunt ab Apostolo Domini. Contigit autem, ut eo tempore Cratini quoque Synopensis (l) filius, dum in balneo mulierum (m) lavaretur, à dæmone, perdito sensu graviter cruciaretur. Ipse igitur cum & febre graviter ægrotaret, & uxor similiter hydrope intumuisset, epistolam ad Proconsulem misit, in qua rogabat ut Andream exoraret, ad se ut veniret. Deprecante igitur Proconsule, Andreas adscenso vehiculo venit ad civitatem. Cumque introiisset in domum Cratini, conturbavit spiritus malignus puerum, & venit & procidit ante pedes beati Apostoli. Quem ille increpans: discede (inquit) humani generis inimice, à famulo Dei: & statim multum clamitans, ab eo discessit. Et veniens Apostolus ad stratum Cratini, Rectè ægrotas (ait) qui relicto proprio thoro, scorto misceris. Surge

Simile apud Poëtam: *it clamor cœlo.* (i) malim *corruit.* (k) Perinde ut custos carceris Act. XVI. 29. (l) Synope Achajæ civitas. (m) Viri honesti non magis in balneo mulierum lavabantur, quam honestæ fœminæ in balneo virorum. Atque hoc præsenti loco commemoratur tanquam

Digitized by Google

ge in nomine Domini Jesu Christi, & sta sanus, & noli ultrà peccare, ne majorem ægrotationem incurras. (n) Et sanatus est ex illa hora Cratinus. Mulieri quoque dixit: decepit te, ô infœlix mulier, concupiscentia oculorum (o), ut relicto conjuge, aliis miscereris. Et ait: Domine Jesu Christe, deprecor piam misericordiam tuam, ut exaudias servum tuum, & præstes, ut si hæc mulier ad cœnum libidinis, quo priùs erat fœdata, fuerit revoluta, non sanetur omnino. Quare si Domine novisti, cujus potentiâ etiam futura prænoscuntur, quod deinceps hæc mulier ab hoc possit (p) se flagitio abstinere, jam te jubente, sanetur. Hæc eo dicente, disrupto per inferiorem partem humore, sanata est cum viro suo. Beatus autem Apostolus, cum gratias egisset, fregit panem (q), & dedit ei. Quo accepto, credidit Domino, cum omni domo sua: nec deinceps illa scelus, aut, vir ejus, quod prius admiserant, perpetraverunt. Quibus factis, Cratinus cum magna munera Apostolo, prostratus in terra cum uxore, tribuere vellet: Non est meum (inquit vir Dei) hæc accipere, dilectissimi: sed potius vestrum est, ea indigentibus erogare.

VII. Et ita nihil accipiens ex his quæ offerebantur, Nicæam proficiscitur, in Asiam, ubi erant

documentum libidinis Cratini. (n) Ex Joh. V. 14. (o) 1. Joh. II. 16. (p) Ni adeo perdita est, ut nec velit nec per inveteratam consvetudinem possit ab illo scelere se abstinere. Vide Jerem. XIII. 23. Solet & alias verbum *posse*, non unb in loco poni pro *velle*; Præcipuè verò ubi de moribus agitur, in quibus valet ferè illud Senecæ: *non velle in culpa est, non posse prætenditur.* (q) Eucharisticum. (r) De-

Digitized by Google

erant ſeptem dæmones inter monumenta commorantes, ſecus viam : (r) qui prætereuntes homines quotidie lapidabant, & morte afficiebant. Veniente autem beato Apoſtolo, exiit ei obviam univerſa civitas cum ramis olivarum, proclamantes laudes, atque dicentes: Salus noſtra in manu tua eſt, homo Dei. Et cum expoſuiſſent omnem rei ordinem, reſpondit Apoſtolus : Si creditis in Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei omnipotentis, cum Spiritu ſancto unum Deum, (s) liberabimini ejus auxilio, ab hac dæmonum infeſtatione. At illi clamabant, dicentes: Quæcunque prædicaveris, credimus, & obaudimus iuſſioni tuæ, ut modò ab iſta tentatione liberemur. At ille gratias agens Deo pro eorum fide, juſſit ipſos dæmones in conſpectu omnis populi ejus adſiſtere: qui venerunt in ſimilitudine canum. (t) Tunc converſus Apoſtolus ad populum, inquit : Ecce dæmones, qui adverſati ſunt vobis. Si itaque creditis, quòd in nomine Jeſu Chriſti poſſim eis imperare, ut deſiſtant à vobis, confitemini coram me. At illi clamaverunt, dicentes: Credimus Jeſum Chriſtum filium Dei eſſe, quem prædicas. Tunc beatus Andreas imperavit dæmonibus, dicens: Ite in loca arida & infructoſa (u) nulli penitus homini nocentes, neque acceſſum habentes, ubicunque nomen Domi-

moniacus ita fere deſcribitur Marc. V. 5. Sed hoc loco inducuntur dæmones ipſi ſive ſpectra dæmoniaca in Monumentis commorata fuiſſe & vias infeſtaſſe. (s) Inſigne teſtimonium, ſi conſtaret de fide teſtimonii. (t) Sic ſupra lib. 1. c. 18. (u) Matth. XII. 43.

Digitized by Google

*D*omini fuerit invocatum, donec accipiatis debitum vobis ſupplicium ignis æterni. Hæc eo dicente, dæmones dato rugitu evanuerunt ex oculis adſiſtentium, & liberata eſt civitas ea ex illa hora. Baptizavit quoque incolas illius beatus Apoſtolus: & inſtituit eis Epiſcopum Caliſtum (w) virum ſapientem, & irreprehenſibiliter cuſtodientem quæ à doctore ſuſceperat.

VIII. Poſtea egreſſus Nicæam Andreas, cum ad portam Nicomediæ appropinquaret, efferebatur mortuus ingrabato, cujus pater ſenex ſervorum ſuſtentatus manibus, vix obſequium funeri valebat impendere. Mater quoque hac (x) ætate gravata, ſparſis crinibus ſequebatur, dicens: Væ mihi, cujus uſque ad hoc tempus ætas producta eſt, ut funeris mei apparatum in filii funus expendam. Cumque hæc & ſimilia deplorantes cadaver vociferando proſequerentur, affuit *A*poſtolus *D*omini, condolenſque lachrimis eorum, ait: *D*icite mihi obſecro, quid huic puero contigit, ut ab hac luce migraret? *A*t illi præ timore diu nihil reſpondere poterant; tandem collecta mente, ſubiecerunt: *D*um eſſet (inquiunt) juvenis iſte in cubiculo ſolus, advenerunt ſubitò ſeptem canes, & irruerunt in eum. *A*b his igitur miſerrimè diſcerptus, decidit, & mortuus eſt. Tunc beatus *A*ndreas ſuſpirans, & in cœlum oculos erigens, cum lachrymis ait: Scio *D*omine, quia dæmonum illorum fuerunt inſidiæ, quos à Nicæa urbe pepuli

(y)

(W) De hoc Caliſto primo ut fertur Nicææ Bithyniæ Epiſcopo per Andream Apoſtolum ordinato, alium apud ſcriptores fide dignos ſilentium. (x) forte *hanc*,

Digitized by Google

(y) & nunc rogo, Jesu benigne, ut resuscites eum, ne congaudeat adversarius humani generis de ejus interitu. Et hæc dicens, ait ad Patrem mortui: Quid dabis mihi, si restituero tibi Filium tuum salvum? Et ille: Nihil habeo pretiosius: ipsum enim dabo, si ad vitam surrexerit, te jubente. Quibus dictis, iterum beatus Apostolus ad cælum expansis manibus oravit, dicens: Redeat quæso, Domine, anima pueri, ut isto resuscitato, relictis cuncti idolis, ad te convertantur, fiatque ejus vivificatio salus omnium pereuntium, ut jam non amplius subdantur morti, sed tui effecti vitam mereantur æternam. Respondentibus autem fidelibus, Amen, conversus ad feretrum, inquit: In nomine Jesu Christi surge, & sta super pedes tuos. Et statim admirante populo surrexit, ita ut omnes qui aderant, voce magna clamarent: Magnus est Deus Christus, quem prædicat servus ejus Andreas. Parentes quoque pueri multa munera dederunt filio suscitato à mortuis, quæ beato Apostolo offerret. Sed ille nihil ex his accepit: puerum tantum secum ad Macedoniam abire præcipiens, salutaribus verbis instruxit.

IX. Egressus itaque Nicomedia Apostolus, navem conscendit, ingressusque Hellespontum, fretum navigabat, ut veniret Byzantium. Et ecce commotum est mare, & incubuit super eos ventus validus, ita ut navis mergeretur. Itaque cum omnes mortis periculum præstolarentur, oravit beatus Andreas ad Dominum, præcipiensque vento, (z) siluit. Quieverunt autem

patrem scilicet. (y) supra c. 7. (z) Perinde ut Christus

tem mox & fluctus maris, & tranquillitas secuta est: ereptique omnes à præsenti discrimine, Byzantium pervenerunt. Inde progressi, ut transirent Thracias, occurrit eis multitudo hominum à longè, cum evaginatis gladiis lanceas manu gestantium, qui volebant in illos irruere. Quod cum vidisset Andreas Apostolus, faciens crucis signum (a) contra eos, ait: Oro Domine, ut decidat pater eorũ, (b) qui hæc eos agere instigavit. Conturbentur virtute divina, ne lædant sperantes in te. Hæc eo dicente, Angelus Domini cum magno splendore præteriens, tetigit gladios eorum, & mox corruerunt proni omnes in terram. Et ita beatus Apostolus cum suis sine detrimento præterivit. Et qui hostes antea fuerant, projectis gladiis adorabant illum, Angelusque Domini cum ingenti lumine recessit.

X. Interea Andreas emenso itinere, ad Perinthum civitatem Thraciæ maritimam pervenerat, ut nave in Macedoniam traiiceret. Cumque angeli monitu, qui ei iterum apparuit, navem conscendisset, antequam solverent à terra, verbum Domini cunctis in navi secum existentibus prædicabat. Cujus verbis salutaribus per-

Matth. VIII. 26. Porro *siluit*, ventus videlicet primum, deinde etiam fluctus mavis. Etenim Verba *præcipiens* vento ponuntur pro *Apostolo præcipiente ventis*, qualem enallagen casus jam plus simplici vice in his libris notare me memini. (a) Usus crucis, qualis Apostolorum ætate inauditus, sed occurrens etiam supra p. 455. (b) Ut Dæmonis potentia supprimatur.

Digitized by Google

persuasi cuncti, cum ipso navis præfecto, in Jesum Christum credentes, glorificabant Deum. Quare lætatus sanctus Apostolus, quod nec in mari defuerit, qui verbum Domini audiret, & ad Filium Dei omnipotentis converteretur, glorificabat & laudabat Deum conditorem cœli & terræ.

XI. Dum hæc fierent, & antequam adhuc Apostolus in Macedoniam pervenisset, accidit quòd duo viri in Philippis fratres germani essent, nobiles, & quibus erat magna domi facultas: erantque alteri Filii duo, alteri totidem Filiæ. Hi, cùm in civibus nulli forent, qui digne generationi illorum jungi possent, inito fœdere obligaverunt se mutuo, ut unam domum facerent, & unius Filii alterius Filias in matrimonium acciperent. Cumque jam dies nuptiarum esset constitutus, factum est verbum Domini ad eos, dicens: Nolite conjungere liberos vestros, donec huc veniat famulus meus Andreas: ipse enim vobis, quæ agere debeatis, ostendet. Jam autem thalamus præparatus erat, & convivæ vocati erant, omnisque apparatus nuptialis in promptu tenebatur. Interea triduo elapso, advenit beatus Apostolus, & videntes eum gavisi sunt magno gaudio: & occurrentes ei cum coronis (c), processerunt ante pedes ejus, & dixerunt: Te admoniti præstolamur, famule Dei, ut venias & adnuncies nobis, quid faciamus. Sumus enim oraculo divino

(c) Coronati, ut solebant in nuptiis. Vide Carolum Paschalium, Maderum &c. libb. de coronis.

Digitized by Google

jussite operiri : & ne antea conjungerentur liberi nostri, quàm tu venires, indicatum est nobis. Erat autem tunc vultus beati Apostoli tanquam Sol (d) relucens, ita ut omnes admirarentur, & honorarent eum. Qui cum audivisset quæ gesta essent, Nolite (ait) filioli, nolite seduci, nolite decipere hos juvenes, quibus potest fructus apparere justitiæ. Sed magis pœnitentiam agite, quia deliquistis in Dominum, ut proximo sanguine velletis polluere conjugia filiorum vestrorum. Neque verò nos nuptias evertimus, (e) aut vetamus, (f) cum ab initio Deus (g) masculum jungi præcepisset & fœminam : verùm incesta (h) potius damnamus. Hæc eo loquente, commoti parentes eorum dixerunt: Oramus Domine, ut depreceris pro nobis Deum tuum, quia nescientes fecimus hoc delictum. Adolescentes autem videntes vultum

(d) Matth. XVII. 2. de Christo. (e) Notandus hic locus, cum alioqui in isto pseudo Abdiæ libro sint nonnulla quæ videantur Manichæorum lacunas sapere & iniquiora esse conjugio. (f) alii legunt *vitamus*. (g) Gen. III. 22. (h) De nuptiis consobrinorum nihil definit lex divina, quicquid in contrarium disputet Antonius à Mara sive Elias Schnegassius A. 1697. mense Majo in hac urbe Hamburgi defunctus, in singulari diatriba vulgata Rostochii A. 1693. 4. de conjugio jure naturæ & lege divina prohibito privigni cum privigno, duarum fratrum cum duabus sororibus, Patris & Filii cum matre & Filia, inter vitricum & viduam à privigno relictam, inter viduum relictum à defuncta privigna & defunctæ privignæ novercam. Theodosius Imp. tamè testeAurelio Victore tantum pudori tribuit & continentiæ, ut consobrinarum nuptias vetuerit tanquam sororum. Lex Theodosii quam respicit etiam Augustinus XV. 16. de C. D. non

Digitized by Google

tum Apostoli splendere tanquam angeli Dei (i), dicebant: Magna & immaculata est doctrina tua, vir beate, quod nesciebamus. Nunc enim verè cognovimus, quia Deus loquitur in te. Ad quos conversus Sanctus Andreas: Custodite (inquit) sine pollutione (k) quæ audistis à me, ut sit Deus vobiscum, & accipitatis mercedem (l) operis vestri: id est, sempiternam vitam, quæ nullo clauditur fine.

XII. Hæc dicens Apostolus, benedixit eis: & relictis Philippis, perrexit in Thessalonicam. Ubi juvenis quidam nobilis erat, dives opibus, Exoos (m) nomine, cujus parentes magno in ea civitate loco erant. Hic cum de virtutibus beati Andreæ cognovisset, venit ad Apostolum insciis parentibus: & procidens ad pedes ejus rogabat eum, dicens: Ostende mihi (n) Domi-

exeat. Extant leges in eandem sententiam latæ ab Arcadio & Honorio lib. 3. Cod. Theodos. *de incestis nuptiis*, & ab Honorio & Theodosio juniore lib. 2. l. unica *si nuptiæ ex rescripto petantur.* Legem *celebrandis* in Codice Justinianeo de Nuptiis, qua nomine Arcadii & Honorii pro legitimo habetur connubium consobrinorum, suspectam suppositamque docet Simondus in quæst. triplici T. 3. Opusc. Idem contendit in Institutionum lib. 1. tit. 10. de nuptiis §. 4. pro *duorum autem fratrum liberi conjungi possunt*, legendum esse ex auctoritate MStorum codicum, Theophili græci interpretis, & verborum ipsorum nexu, *conjungi non possunt*. Ab eo tempore easdem nuptias prohibuerunt Gregorius & Innocentius III. aliique Pontifices, potestate tamen de illis dispensandi retentâ, quod beneficium Principi reservatum ait Cassiodorus lib. 7. Variar. Epist. 47. (i) De Stephano Act. VI. 15. (k) Sine pollutione peccati, Judith. XIII. 20. (l) Matth. V. 12. (m) ἐξωθεν, quasi peregrinum sive externum dicas. (n) Petitio qualis Act. II. 37

Digitized by Google

ne viam veritatis, ut immortalitatem consequi possim. Cognovi enim, quòd verus minister sis ejus qui te misit. Sanctus verò Apostolus prædicabat ei Dominum Jesum Christum, & credidit adolescens ex illa hora adhærens viro Dei, nulla facta vel parentum vel facultatum suarum mentione. Interea parentes requirentes Filium, cum audivissent quòd cum Apostolo moraretur, accedentes muneribus Filium ab Andrea separare nitebantur. Sed noluit adolescens obtemperare, dicens: Utinam nec vos has opes (o) haberetis: & mundi simul cognoscentes authorem, qui est verus Deus, animas vestras ab ira futura (p) erueretis. Quæ dum juvenis faceret, sanctus quoque Apostolus descendit de tristega, (q) & prædicabat eis verbum Domini: sed non audientibus rediit ad puerum, & clausit ostia domûs. At illi vocata cohorte, venerunt ut incenderent domum. Cumq; scirpos & faculas subiecissent, & jam flamma ferretur in altum, arrepta adolescens ampulla aquæ: Domine (inquit) Jesu Christe, in cujus manu omnium elementorum natura consistit, qui arentia inficis & infecta facis arescere: qui ignita refrigeras, & extincta succendis: extingue jam hos ignes, ut tui non tepescant, sed magis ad fidem accendantur. Et hæc dicens, effudit desuper aquam ex ampulla: & statim omne incendium ita sublatum est, ac si nunquam accensum fuisset. Quod videntes paren-

Matth. XIX. 16. (o) Quæ vobis impedimento sunt ad salutem. Matth. XIX. 23. (p) Matth. III. 7. (q) De

Digitized by Google

parentes pueri, dicebant: Ecce Filius jam noster magus effectus est. Et adhibentes scalas, volebant ascendere in tristegam, ut eos interficerent. Dominus autem excœcavit eos (r) ne viderent ascensum scalarum.

XIII. Quumque in hac peruersitate durarent, quidam Lysimachus (t) è civibus ait: Ut quid ò viri, cassò vos labore consumitis? Deus enim pugnat pro viris istis, & vos non cognoscitis. Desistite ab hac stultitia, ne vos cœlestis ira consumat. Hæc eo dicente, compunctionis corde (u) dicebant: Verus est Deus, quem isti colunt, quem & nos sequi constituimus. Advenerant autem jam tenebræ noctis, & subitò lumen affulsit, & omnium oculi illuminati sunt: ascendentesque ubi erat Apostolus cum puero, invenerunt eum orantem. Prostrati igitur in pavimento, clamabant, dicentes: Te rogamus Domine, ut ores pro servis tuis, qui errore seducti sunt. Tanta autem omnes compunctio cordis tetigerat, ut diceret Lysimachus, qui vicinus erat: Verè Christus est Filius Dei, quem prædicat servus ejus, Andreas. Itaque cùm omnes corrobborati ab Apostolo in fide crederent, parentes tamen infideles manserunt, & exe-

conclavi sive ὑπερῴῳ quod erat in tertia contignatione domus, si ab imò numerare incipias. Τριῶγυ nomen habes Act. XX, 9. (r) Ut Gen. XIX. 11. & 4. Regg. VI. 18. (s) Palantes incerti, nec scalas præ ἀσφαλείᾳ conscendere valentes. (t) Nomen confictum è re. Lysimachus enim, ut notissimum est, Græcis sonat eum qui lites pugnasque dissolvit. (u) Forte rectius: *compunctione cordis*, vel *compuncti corde* κατανυγέντες τῇ καρδίᾳ ut Act. II. 37.

Digitized by Google

crantes adolescentem, domum regressi sunt, subdentes omnia, quæ habebant, publicis ditionibus. (x) Qui haud multò post, quinquaginta diebus elapsis, unius horæ momento exspiraverunt. Et post hæc, propterea quod diligerent omnes viri civitatis adolescentem, ob mansuetudinem ejus, patrimonium ei à publico est restitutum. Et cum possideret cuncta quæ parentes ejus habebant, non tamen discedebat ab Apostolo, sed fructus prædiorum (y) in pauperum necessitatibus, & curis indigentium expendebat.

XIV. Igitur cum multo tempore apud Thessalonicam sanctus Apostolus Domini, una cum adolescente moraretur, congregatis subinde in theatrum (z) multis hominum millibus, prædicabat non solum Andreas verbum Dei, sed ipse etiam juvenis, adeò ut mirarentur cuncti prudentiam ejus. Itaque evenit postmodum, ut Carpiani (a) cujusdam civis, Filius, valde ægrotaret, pro quo cum multi & apud adolescentem, & apud Apostolum ipsum precibus intercederent: Nihil est (inquit sanctus Andreas) impossibile apud Dominum. (b) Sed tamen ut credatis, adducite eum in conspectum nostrum, & sanabit illum Dominus Jesus Christus. Quæ audiens pater ægroti, cucurrit mox ad Filium suum domum. Hodie, Adiman-

(x) Ita, ut filio exheredato, bona parentum, post eorum obitum fisco publico cederent. (y) Confer Act. IV. 34. seq. (z) Ut Act. XIX. 29. (a) Carpiani sive Carpi, populus Dacorum circa Istrum fluvium, memoratus Ptolemæo lib. 3. cap. 5. Geograph. (b) Matth. XIX. 26. Marc. XIV. 36.

Digitized by Google

mante (c) inquit (hoc enim erat ægroti pueri nomen) sanus eris. Ad quem Filius: jam video insomnii mei exitum. Nam per quietem hunc vidi virum, qui me sanabit. Et hæc dicens, induit vestimenta sua, surrexitque à grabato, & pergebat ad theatrum cursu veloci, ita ut non possent parentes vestigia ejus adsequi; & procidens ad pedes beati Apostoli, gratias egit pro sanitate recepta. Populus autem qui aderat, obstupescebat, videns eum post viginti tres annos ambulantem, ex quo lecto fixus fuisset: glorificabantque cuncti Dominum, dicentes, Quia non est similis Deo Andreæ (d).

XV. Accessit & alius à civibus tum ad beatum virum, cujus Filius Spiritum immundum habebat. Sana quæso, (ait) vir Dei, Filium meum, quia male vexatur à dæmonio. Dæmon vero sciens futurum se ejici, seduxit puerum in secretum cubiculum, & suffocavit eum laqueo, (e) extorquens animam ejus. (f) Denique Pater, cùm invenisset filium mortuum, plurimum fleuit, & ait amicis: Ferte cadauer ad theatrum. Confido enim, quod poterit resuscitari ab hospite, qui prædicat Deum verum. Quod ubi factum fuisset, ac posito coram Apostolo cadavere, totam rei causam cognovisset, conversus ad populum Andreas: Quid (inquit) vobis proderit, viri Thessalonicenses, cum hæc fieri vide-

Luc. 1. 37. &c. (c) Adimantus, ἀδείμαντος cui nihil est amplius metuendum. Vitiosè in prioribus edit. *Adimathe.* (d) Ita de Deo Danielis Dan. VI. 26. (e) Simili phrasi Oenonem βρόχοις ἀπαγχόνισαν tradit Tzetzes ad Lycophronem p. 11. edit. Potteri. (f) τὴν ψυχὴν ἀποπνίγων.

Digitized by Google

videtis, & non creditis? At illi dixerunt: Ne dubites, quin isto resuscitato, omnes in Deum tuum credituri simus. Hæc illis dicentibus, ait Apostolus: In nomine Jesu Christi, surge puer; & statim surrexit, & stupefactus omnis populus clamabat, dicens: Nunc credimus Deo illi cuncti, quem prædicas. Sufficiunt hæc nobis. Et deducentes eum ad domum suam cum facibus & lucernis, eo quod jam nox advenisset, manserunt apud eum per triduum: quo tempore de illis quæ Dei erant, abunde omnes instruxit.

XVI. Dum hæc apud Thessalonicam fiunt, interea vir quidam ex Philippis, Medias (g) nomine, cujus Filius gravi ægritudine torquebatur, Thessalonicam ad Apostolum venit, deprecans Filii sanitatem, tanto animi affectu, ut lachrymas emitteret. Beatus Apostolus abstergens genas ejus, & caput manu demulcens, dicebat: Confortare fili: tantum crede, & implentur voluntates tuæ; adprehensaque manu illius, cum eo ibat in Philippos. Cumque ingrederentur portam civitatis, occurrit ei senex rogans pro Filiis, quos carceri conclusos Medias habebat, ulceribus pene, & temporis diuturnitate putrefactos. Ubi conversus ad Mediam sanctus Andreas: Audi homo, tu quidem deprecaris, ut sanetur Filius tuus; cum apud te vincti retineantur, quorum jam sunt carnes exesæ. Quare si preces tuas vis ad Dominum proficisci, solve prius miserorum catenas, ut Filius tuus à debilitate laxetur. Nam sentio impedimentum fieri precibus meis, malitiam (h) quam exerces.

(g) Medius. (h) Malecta tionem immisericordem

Digitized by Google

erces. "Quæ audiens Medias, procidit ad pedes Apostoli, & deosculans, inquit: Absolvantur & hi duo, & alii septem, de quibus nihil audivisti, tantum ut sanetur Filius meus. Et jussit eos in conspectum beati Apostoli exhiberi. At ille imponens eis manus, & per triduum abluens vulnera eorum, sanitati restituit, libertatique donavit. Postera verò die ait ad puerum: Surge in nomine Jesu Christi, qui me misit, ut medear infirmitati tuæ: & adprehensa manu ejus, levavit eum. Qui statim surrexit, & ambulabat, magnificans Dominum. Vocabatur autem puer ille Philomedes (i), qui tribus decubuerat annis. Clamante autem plebe, & dicente: Et nostris medere infirmis, famule Dei. Conversus ait Andreas ad puerum: Vade per domos ægrotantium, & in nomine Jesu Christi, in quo sanatus es tu, jube eos exsurgere. At ille admirantibus cunctis, abiit per domos infirmorum, invocatoque Christi nomine, restituebat sanitati quotidie quam plurimos. Credidit igitur ex eo tempore omnis populus Philipporum, offerensque ei munera, rogant multi ut audirent verbum Dei. Beatus verò Apostolus prædicans Deum verum, nihil de muneribus accipiebat.

XVII. Denique Nicolaus quidam ex civium numero, exhibens carrucam * deauratam cum quatuor muliscandidis, totidemque equis, obtulit beato Apostolo dicens: Hæc accipe famule

captivorum. (i) Φιλομήδης quod nomen frequentius altero Μηδίων, quanquam notissima nomina sunt Μήδων, Μήδειος. * Vide Pignor. de servis p. 453. Sebeſer.

mule Dei, quibus nihil inveni in rebus meis præstantius, tantum ut sanetur Filia mea, quæ diutino morbo cruciatur. Cui subridens beatus Apostolus: Accipio quidem (inquit) munera tua Nicolaë charissime, sed non hæc visibilia. Nam si pro Filia quæ pretiosa in domo tua habes offerre cupis, quanto magis pro anima debes tale quoddam munus pretiosum offerre? Ego vero hoc solum à te accipere cupio, ut homo ille interior *cognoscat verum Deum factorem suum, rerumque omnium creatorem, qui terrena respuat, & æterna desideret; qui caduca negligat, sempiterna diligat: qui illa quæ videntur contemplatione spiritalis intentionis advertat, ut cum in his exercitato sensu vigueris, vitam æternam consequi merearis: filiam hic sanitati redditam, etiam in illo æternitatis gaudio perfruaris. Hæc eo dicente, persuasit omnibus, ut relictis idolis, Deum verum crederent. Filiam quoque ipsius ejusdem Nicolai sanavit ab infirmitate in illa hora; & omnes magnificabant eum, percurrente per totam Macedoniam fama de virtutibus, quas faciebat super infirmos Apostolus Domini.

XVIII. Evenit porrò sequenti die, cum doceret beatus Andreas populos, ut adolescens quidam exclamaret voce magna, dicens: Quid tibi & nobis (k) Andrea famule Dei? venisti ne ut nos è propriis sedibus exturbares? Tunc beatus Apostolus vocato ad se juvene, ait: Enarra auctor criminis, quod sit opus tuum? Et ille: Ego

* Rom. VII. 22. 1. Petr. III. 4.

II. 27. de re vehicular. (k) Vox dæmonum, hominem inha-

Digitized by Google

Ego (inquit) in hoc puero, ab adolescentia ejus habitavi, suspicans quod nunquam ab eo recederem. Nudiustertius autem audivi patrē illius dicentem amico suo: Vadam ad hominem famulum Dei Andream, & sanabit Filium meum. Timens igitur cruciatus, quos nobis infers, ecce egrediar ex eo coram te. Et hæc dicens, prostratus solo ante pedes Apostoli, exiit à puero, & sanatus est ex illa hora, surgensque voce magna glorificabat Deum.

XIX. Tantam verò gratiam Deus præstiterat sancto Apostolo, ut sua sponte quotidie multi venirent ad audiendum verbum salutis. Sed & philosophi veniebant & differebant cum eo, & nemo poterat resistere doctrinæ ejus. (l) Igitur cum hæc agerentur à viro Dei apud Thessalonicam, surrexit quidam inimicus prædicationis Apostolicæ. Is accessit Proconsulem provinciæ (m) Quirinum, & ei de Andrea significavit, quemadmodum multos quotidie à religione majorum & Deorum cultura averteret, in Thessalonica; qui templa deorum prædicaret destrui, (n) cærimonias respui, & omnia pristinæ legis decreta convelli, unum Deum tantum coli præcipiens, cujus etiam se famulum profiteretur. Quibus commotus Proconsul, milites qui comprehenderent ipsum, misit. Qui venientes ad portam, in qua domo commoraretur Apostolus didicerunt

bi tantium ut Marc. I. 24. (l) Ut Stephani Act. VI. 10. (m) Thessalonica erat civitas provinciæ Macedoniæ. (n) h. e.

Digitized by Google

runt. Ingredientesque illam, cum vidissent vultum ejus fulgore nimio resplendentem (o) timore perterriti ceciderunt ante pedes ejus. Beatus verò Apostolus narrabat audientibus, quæ de eo Proconsuli nunciata fuissent. Et venientes populi cum gladiis & fustibus volebant milites interficere : sed prohibuit Sanctus Apostolus. Impeditis igitur Proconsul iis quos constituerat, fremuit valde : & misit alios viginti, & ipsi ascendentes in domum, cum vidissent beatum Apostolum, turbati nihil dixêre. Quæ Proconsul ut accepit, iratus misit aliam militum catervam, qui eum cum vi adducerent. Quibus visis, Apostolus ait : Numquid propter me venistis ? Et illi : Propter te (inquiunt) si tamen tu es magus, qui prædicas Deus non coli. Quibus ille respondit : Ego magus non sum, sed Apostolus Dei mei Jesu Christi, quem prædico.

XX. Dum hæc agerentur, unus militum arreptus à dæmone, evaginato gladio clamans dixit : Quid mihi & tibi (p), Quirine Proconsul, ut mitteres me ad hominem, qui non modò extrudere ab hoc vase (q), verum etiam suis me virtutibus incendere (r) potest ? utinam venires ad occursum ei, & nihil mali ageres contra illum. Quum autem hæc dixisset, egressus

non amplius frequentari. (o) Ut Act. VI. 15.

(p) Quâ re offensus à me es, vel quid tibi in mentem venit?

(q) Locus obscurus & forte corruptus. Tentatum varie, *cum hoc ense*, vel *valet hostes à se*, vel *detrudere ab hoc* (proposito) *valet*. Sed nihil mutandum, dæmonis enim Verba sunt, cujus σκεῦος miles obsessus.

(r) Ad amorem & admirationem sui. Est quæ

Digitized by Google

sus est à milite (s), ceciditque miles, & mortuus est. Interea adfuit Proconsul cum magno furore, & stans secus Sanctum Apostolum, eum tamen videre nequivit. Cui ille dixit: Ego sum, quem quæris, Proconsul. Et statim aperti sunt oculi ejus, & vidit illum, & indignans ait: Quæ est hæc insania, ut contemnas jussionem nostram, & ministros nostros subiicias ditioni tuæ? Jam verè te magum atque maleficum esse, manifestum est. Quapropter feris te obiiciam: & quod nos & quod Deos contemnas: & tunc videbo, si te possit eripere crucifixus quem prædicas. Cui beatus Apostolus: Oportet (inquit) & te credere Proconsul, Deum verum, & quem misit * filium ejus Jesum Christum, præsertim cum videas unum de militibus tuis interiisse. Et prostratus ad orationem Sanctus Apostolus, cum diutissimè preces fudisset ad Dominum, tetigit militem, dicens: Surge, suscitat te Dominus meus Jesus Christus, quem prædico. Et statim surrexit miles, & stetit sanus. Cumque populus acclamaret, Gloria Deo nostro: Proconsul ait, Nolite credere, ô simplices, magus est. At illi clamabant, dicentes: Non est hæc magica, sed doctrina vera & sana. Ad quæ Proconsul: Hominem istum bestiis tradam, & de vobis scribam Cæsari, ut velociter pereatis, quia contemnitis leges ejus. Illi autem volentes eum lapidibus obruere, dicebant: Scribe Cæsari, quia Macedones recepere verbum Dei, & contem-

* Joh. XVII. 3.

putet exponendum ex 4. Regg. I. 10. (s) Proconsul puta-

temptis idolis Deum verum adorant. Ad quæ iratus Proconsul, abiit in Prætorium.

XXI. Et facto mane, intromisit feras in stadium, & jussit eò trahi ac proiici beatum Andream. Quo adprehenso, cum capillis tractus ac fustibus impulsus in harena fuisset relictus, admiserunt aprum ferocem & horribilem, qui ter cum circuisset Sanctum Dei, nihil nocuit. Videntes autem hæc populi, dederunt gloriam Deo. Proconsul verò jussit adduci taurum, qui a trigenta militibus tractus, & a duobus venatoribus impulsus, Andream non attigit, sed venatores in frusta discerpsit: & postremo dans mugitum, cecidit, & mortuus est. Et statim acclamabat populus, dicens: Verus Deus Christus. Dum hæc agerentur, Angelus Domini visus est descendisse de cœlo, & confortabat S. Apostolum (t) in stadio. Denique Proconsul fervens ira, jussit leopardum (u) ferocissimum dimitti; qui dimissus, reliquit populum, & ascendens ad sedem Proconsulis, arripuit Filium ejus, & suffocavit eum (x). Tantaque insania Proconsulem obtinuerat, ut neque de his aliquid, aut doleret, aut

ad S. Andream protinus tendens plenus irarum. (t) Ut Jesum ab Angelo confirmatum testatur Lucas XXII. 43. (u) Leopardum Constantini demum ævo innotuisse existimabat vir summus Sam. Bochartus i. Hieroz. III. 2. Sed antiquioribus temporibus illum vindicat Pearsonius Apologia pro Ignatii Epistolis parte 2. p. 376. & Cotelerius ad Ignat p. 28. edit. Clarissimi Clerici. (x) Non tantum ἄγχων ἀυτὸν, sive περισφίγγων, sed plane ἀπάγχων sive vitâ exuens.

Digitized by Google

aut diceret. Inter hæc beatus Apoſtolus converſus ad populum dixit: Ex his cognoſcitis viri Theſſalonicenſes, quia verum Deum colitis, cujus virtute beſtiæ ſuperatæ ſunt, quem nunc Quirinus Conſul ignorat. Sed ego, ut credatis facilius, etiam filium illius in nomine Chriſti, quem prædico, ſuſcitabo, ut confundatur ſtultiſſimus pater ejus. Et proſtratus terræ (x) diutiſſimè oravit, adprehenſaque manu ſuffocati, ſuſcitavit eum. Hæc videntes populi, magnificaverunt Deum, & quærebant Quirinum interficere: ſed non ſunt permiſſi ab Apoſtolo. Proconſul autem confuſus, diſceſſit in Prætorium ſuum.

XXII. His ita geſtis, adoleſcens quidam, qui diu jam cum Apoſtolo manſerat, indicavit matri ſuæ quæ acta erant: & accerſivit eam, ut veniret ad occurſum ſancti. Quæ accedens, procidit ad pedes Apoſtoli, & quærebat audire verbum Domini. Cui cum ſatisfactum eſſet, deprecatione multa rogavit, ut accederet ad agrum ejus, in quo ſerpens miræ magnitudinis erat, qui totam regionem illam devaſtabat. Adpropinquante autem Apoſtolo, ſibila magna emittens, erecto capite obviam venit. Erat enim longitudo ejus quinquaginta cubitorum, (y) ut omnes qui aderant metu terrerentur, & terræ decubarent. Tunc Sanctus Dei ait ad eum: Abde caput, funeſte, quod erexiſti in

Oo prin-

(x) Sic ſupra p. 462. *terræ decubuerunt*: & mox c. 22. *terræ decubarent*, pro *in terram*. (y) De ſerpentibus miræ magnitudinis conſule Freinsheim. ad Curtii IX. 1. 4. Illuſtrem Ludolfum comment. ad Hiſt. Æthiop. p. 165. ſeqq.

Digitized by Google

principio ad perniciem generis humani, & subde te famulis Dei, ac morere. Et statim serpens emittens gravem rugitum, circumdedit quercum magnam, quæ propinqua erat, & obligans se circa eam, evomensque rivum veneni, expiravit. Sanctus verò Apostolus post hæc ad prædium pervenit, in quo parvulus, quem serpens perculerat, mortuus decubabat. Et videns flere parentes illius, inquit: Dominus noster, qui vult vos salvos fieri, misit me huc, ut credatis in eum. Nunc autem abeuntes, videte interfectorem filii vestri. At illi dixerunt: Nihil de morte dolemus Filii, si ultionem de inimico videmus. Illis verò abeuntibus, dixit Apostolus ad uxorem Proconsulis: Vade, & suscita puerum. At illa nihil addubitans, accessit ad corpus, & inquit: In nomine Dei mei Jesu Christi, surge puer in columis. Et statim surrexit. Parentesque redeuntes, cum vidissent & serpentem mortuum, & invenissent Filium viventem, prostrati coram Apostolo, gratias Deo agebant.

XXIII. Sequenti verò nocte vidit per quietem beatus Andreas visionem, quam & fratribus enarravit, dicens: Audite somnium meum, dilectissimi. Videbam, & ecce mons magnus erat, in sublime elatus, qui nihil super se de terrenis rebus habebat, nisi quod luce resplendescebat in tantum, ut mundum putaretur illuminare. Et ecce adstiterunt mihi dilectissimi fratres, Petrus & Joannes. Et Joannes (z) quidem extensa manu Petro Apostolo, levabat

(z) Joannem jam in monte constitutum ponitur vidisse

Digitized by Google

bat eum in verticem montis, & conversus ad me, rogabat ascendere post Petrum, dicens: Andrea, poculum Petri bibiturus (a) es; & extensis manibus, subdit: Appropinqua mihi, & extende manus tuas, ut conjungantur manibus meis, & caput tuum capiti meo societur. Quæ cum feciſſem, inventus ſum brevior eſſe Joanne. Et poſt hæc ait mihi: Vis cognoſcere imaginem hujus rei quam cernis, vel quis ſit qui tibi loquatur? Et ego: Deſidero, inquam. Et ait mihi: Ego ſum verbum crucis (b) in qua pendebis in proximo, propter nomen ejus quem prædicas. Et multa alia dixit, quæ nunc ſilere opertet: prodebuntur (c) autem tunc: cum ad hanc æmulationem acceſſero. Quare rogo, conveniant omnes qui ſuſcepêre verbum Dei, ut commendem illos Domino Jeſu Chriſto, quò eos in doctrina ſua immaculatos cuſtodire dignetur. Ego verò jam reſolvor à corpore, & vado ad promiſſionem illam, quam mihi polliceri dignatus eſt Regnator cœli & terræ, qui eſt Filius omnipotentis Dei, cum Sancto Spiritu verus Deus, permanens in ſæcula ſempiterna. Hæc audientes fratres, flebant valde, & cædebant palmis (d) facies ſuas, cum gemitu magno. Denique convenienti-

 bus

Andreas, licet Joannes adhuc fuerit in vivis, quando Andreas martyrium ſubiit. Atque ideo forte Andreas mox brevior dicitur inventus Joanne. (a) h. e. crucifigeris. Phraſis petita è Matth. XX. 22. (b) crucis præco. (c) pro *prodentur*. Vicisſim *auges* pro *augebis*, apud interpretem Irenæi, notante Clariſſimo Grabio, ut præteream plura ejusmodi obſervata Voſſio, Dausquejo, & aliis. Sic

Digitized by Google

bus cunctis, ait iterum: Scitote dilectissimi, me discessurum à vobis. Sed credo in Jesum, cujus verbum prædico, quia custodiet vos à malo, ut non divellatur ab inimico hæc messis, quam in vobis seui: id est, cognitio & doctrina Jesu Christi Domini mei. Vos autem orate jugiter, & state fortes in fide, ut evulsa Dominus omni zizania scandali, (e) tanquam triticum mundum, in horreo vos cœlesti congregare dignetur. Et sic per dies quinque docebat eos, & confirmabat in præceptis Dei.

XXIV. Posthæc autem expansis manibus oravit ad Dominum, dicens: Custodi quæso Domine gregem hunc, qui jam tuam cognovit salutem, ut non prævaleat ille malignus: Sed quæ te jubente, & me dispensante suscepit, inviolata custodire mereatur, in sæcula sæculorum. Et his dictis, omnes qui aderant, responderunt, Amen. (f) Apostolus vero accipiens panem, & gratias agens fregit, & dedit, & dedit omnibus dicens: Accipite gratiam, (g) quam vobis tradidit per me famulum suum Christus Dominus Deus noster. Et exosculans singulos, atque commendans Domino, ex Philippis Thessalonicam profectus est, ibique biduò docens

implentur pro *implebuntur* supra c. 16. (d) Signum gravis luctus, ut apud Virgil. *unguibus ora soror fœdans & pectora pugnis.* Vide Kirchmannum lib. 2. de funer. c. 11. B. Gerardum de luctu Hebr. c. 10. & 16. (e) Matth. XIII. (f) Sic supra p. 467 & p. 440. de Petro: *& cum magna voce omnis populus respondisset Amen, emisit Spiritum.* Polycarpum precibus suis Amen ipsum addidisse refer. Euseb. p. 133. seq. Hist. Eccles. (g) Eucharistiam, Optatus V. 7. ubi

Digitized by Google

cens discesſit ab eis. Multi autem ex Macedonia fideles profecti ſunt cum eo, quorum fuerunt duæ naves. Quærebant autem omnes, ut illam navem, in qua Apoſtolus vehebatur, conſcenderent, deſiderantes eum audire loquentem, ſcilicet ut nec in mari (b) deeſſet eis verbum Domini. Ad quos converſus Apoſtolus: Novi (inquit) deſiderium veſtrum, dilectiſſimi, ſed navis hæc parvula eſt. Quare rogo ut pueri cum impedimentis in majorem navem tranſeant: Vos verò in iſta quæ minor eſt, nobiſcum properabitis. Et dato eis Anthimo (i), qui conſolaretur eos, juſſit aliam conſcendere navem, quàm propè ſibi ſemper eſſe juſſerat, ut & ipſi viderent eum, & verbum Domini audirent. Hæc dum fierent, accidit ut quidam ſolutus in ſomnum (k), vento impulſus caderet in mare. Quod videns Anthimus, converſus ad Apoſtolum: Succurre doctor (inquit) bone, periit enim unus de famulis. Tunc beatus Andreas increpavit ventum, & ſtatim ſiluit, & tranquillum redditum eſt mare. Homo verò qui ceciderat, unda famulante ad navem devectus eſt. Cujus manu Anthimus ad-

ſermo de menſa Dominicâ: *Veniunt gentes ad gratiam.* Etiam Græci Χάριν dicunt eodem ſenſu, ut poſt Caſaubonum notavit Suicerus, quem vide in Theſauro. (b) Sic in navi docuere Chriſtus & Paulus Apoſtolus, & Andreas ſupra cap. 10. (i) Tres hoc nomine ſub Diocletiano paſſos memorant Martyrologia, quorum unus Epiſcopus Nicomedienſis celebratur Euſebio VIII. 6. Ἄνθιμος vero ibi ſcriptum reperio, non ut priores Abdiæ editiones *Antymus*. (k) Gemina Eutychi hiſtoria, de qua ſupra lib. 2. c. 4.

Digitized by Google

prehensa, levavit eum in navem: & omnes admirati sunt virtutem Apostoli, quod etiam mare (l) obediret ei.

XXV. Duodecima igitur die Patras Achaiæ civitatem adpulsi sunt, egressique de navi, in quodam diversorio morabantur. Denique cum multi precibus insisterent, ut in domos eorum ingrederetur, dixit: Vivit Dominus, quia non vadam, nisi quo præceperit ille. Et nocte dormiens, nihil revelationis accepit. Altera verò nocte, cum esset ex hoc tristis, audivit vocem dicentem sibi: Andrea, ego sum tecum, (m) & non derelinquam te. Quæ audiens ille, glorificabat Dominum pro hac visione. Dum hæc fierent, interea Lesbius (n) Proconsul admonetur divinitus, ut susciperet hominem Dei. Qui misit in occursum Apostolo homines, qui eum hospitio exciperent, & sibi adducerent. Quod cum ille audivisset, venit ad Proconsulem, & ingressus cubiculum ejus, vidit eum jacentem clausis oculis quasi mortuum. Pungensque latus ejus, inquit: Surge, & enarra: Ego (inquit) sum qui execrabar viam (o) quam doces: & miseram milites cum navibus ad Proconsulem Macedoniæ, ut vinctum te transmitterent mihi, teque ipsum morte damnarem: sed ecce naufragia perferen-

(l) Ut supra p. 467. seq. ἰσχυε καὶ ἀνθρίζω. (m) Similis vox ad Polycarpum Vide Euseb. p. 131. Hist. Eccles. (n) Ita scripsi pro *Lisbius* vel *Lysbius* quod exhibebant priores. Lesbii cujusdam mentio apud Arrianum Epictet. p. 304 edit. Cantabrig. (o) Ut supra p. 442.

Digitized by Google

rentes, nunquam potuerunt accedere, quo jussi sunt. Dumque in hac mente essem, ut destruerem viam tuam (p), apparuerunt mihi duo viri Aethiopes, qui me flagris cædebant (q) dicentes: Non possumus hic jam ullam potestatem habere, quia venit homo ille, quem persequi cogitabas. Quare isthac adhuc nocte, qua potestatem habemus, ulciscemur nos in te. Et sic graviter cæso, recesserunt à me. Nunc igitur vir Dei deprecari velis Dominum (q), ut dimittat hoc mihi delictum, & ipse saner ab infirmitate qua teneor. Hæc eo coram omni populo narrante, beatus Apostolus prædicabat assidue verbum Domini, & credebant omnes.

XXVI. Proconsul vero sanatus, credidit & ipse, & corroboratus est in fide affatim. Qua ex re accidit, ut Trophima, quæ Proconsulis quondam concubina fuerat, & alio posthæc viro sociata vivebat, relinqueret & ipsa virum suum, (r) & Apostolicæ doctrinæ adhæreret. Veniebat enim ipsa plerunque in domum Proconsulis, in qua jugiter scilicet docebat Apostolus. Istud in iram maritum ejus concitavit, ut accederet Proconsulis conjugem, dicens: Si nescis domina, Trophima viri tui scortum est, quam ipse sub prætextu mihi collocavit, ut ea nihilominus pro libitu, ut facit, potiretur. Quæ

(p) Religionem Christianam quam profiteris. (q) Mali Dæmones hoc loco ita accepisse dicuntur Proconsulem, ut bini sub Juvenum specie Angeli Heliodorum 2. Macc. III. 26. (q) Confer 2. Macc. III. 31. (r) Quasi hoc svasisset Apostolus Andreas, ut Petrum fecisse notavi supra p. 438. e Pseu-

Digitized by Google

illa audiens, succensa felle, inquit: Iccirco ergo (s) me reliquit vir meus. Jam enim sex menses transierunt, ex quo non conjungitur mihi. Jam autem intelligo, quod diligit ancillam suam. Et hæc dicens, vocavit Procuratorem suum, jussitque Trophimam ut scortum damnare, atque in lupanar retrudi. Nec mora, deducitur ad lupanar, ac lenoni donatur. Sed nihil horum Lesbius sciebat, requirens tamen eam, ab uxore deludebatur. Trophima vero, ex quo die lupanar erat ingressa, projecta humi assidue orabat. Cumque venissent, qui eam contingerent, ponebat Evangelium quod secum habebat, ad pectus suum, & statim omnes vires perdebant. Quare cum accederet eam impudicissimæ vitæ juvenis quidam, ac illudens vim jam pararet, adeò ut scissis vestimentis Evangelium è pectore caderet, Trophima consternata, ac lachrymans, extensis ad cælum manibus, inquit: Ne patiaris Domine me pollui, ob cujus nomen diligo castitatem. Et statim apparuit ei Angelus Domini, & juvenis cecidit ante pedes ejus, & mortuus est. Itaque confortata pia mulier, benedicebat & glorificabat Dominum, qui non permiserat eam deludi. Ipsa quoque tantam ex illo tempore in fide constantiam acceperat, ut non ita multo post in nomine Jesu Christi puerum à mortuis resuscitarit: ad quod quidem spectaculum universa civitas convenerat.

XXVII. Interea temporis uxor Proconsulis

(s) Aliud ap. Plautum *ergo igitur*, & plura hujus generis notata Danicli Vechnero in Hellenolexia p. 91. seq.

Digitized by Google

lis abiit ad balneum, cum Procuratore ſuo: (t) cumque lavarentur ſimul, apparuit eis dæmon teterrimus, à quo percuſſi ambo ceciderunt & mortui ſunt. Quæ dum ita fierent, planctus factus eſt magnus: & nunciatum eſt Apoſtolo & Proconſuli, quod uxor ejus cum lenone mortua eſſet. Motus igitur his turbis beatus Andreas, plebem in hæc verba alloquitur: Videte dilectiſſimi, quantum prævaleat inimicus. Nam Trophima propter pudicitiam lupanari inclusa eſt. Sed non defuit judicium divinum, mox enim & materfamiliâs, quæ hoc præceperat, cum lenone ſuo percuſſa in balneo cecidit, & extincta eſt. Hæc eo dicente, ecce advenit nutrix (u) mortuæ, quæ præ ſenectute manibus portabatur. Et ipſa ſciſsis veſtibus, cum clamore magno: Scimus (inquit) quia dilectus Deo es, & quæcunque petieris Deum tuum, præſtat tibi. Quare miſerere, & reſuſcita illam. Cujus lacrymis motus beatus Apoſtolus condolebat, converſusque ad Proconſulem, ait: Vis ut reſuſcitetur? Cui ille. Abſit (inquit) ut vivat, quæ tantum flagitium commiſit in domo mea. Et Apoſtolus: Noli (ait) ſic agere; miſereri enim nos oportet petentibus, ut miſericordiam & ipſi conſequamur à Domino (x). Hæc eo dicente, perrexit Proconſul ad Prætorium. Sanctus verò Apoſtolus, juſsit corpus exhiberi in medium, & accedens ait: Rogo benigne Domine Jeſu Chriſte, ut reſuſcitetur hæc mulier,

(t) Lenone, ut ſtatim ſequitur. (u) Τίτθη, quod vocabulum etiam aviam ſignificat. (x) Jac. II. 13.

Digitized by Google

ut cognoscant omnes, quia tu es Deus solus, qui non pateris innocentes perire. Et conversus tetigit corpus mulieris, dicens: Surge in nomine Jesu Christi Domini mei. Et statim surrexit mulier. Quæ demisso vultu flens & gemens, respiciebat in terram. Cui Apostolus: ingredere (ait) in cubiculum tuum, & esto secretius orans, donec conforteris à Domino. Cui illa respondit: Facito me prius cum Trophima pacificam, in quam tantum mali misera admisi. Ad quæ Apostolus: Noli (inquit) timere, non enim Trophima eorum amplius meminit, neque ultionem ullam desiderat: sed gratias agit Domino, in omnibus quæ acciderant ei. Vocata tamen ab Apostolo Trophima, cum Callista uxore Proconsulis, quæ resuscitata à mortuis fuerat, reconciliata est.

XXVIII. Lesbius verò ipse, videlicet Proconsul, in tantum profecit in fide, ut quadam die Apostolum accedens, omnia ei peccata ultro confiteretur. Cui Sanctus Apostolus: Gratias (inquit) ago Domino, ô Fili, quod times futurum judicium: sed viriliter age, & confortare in Domino, quem credis. Et tenens manum ejus, ambulabat in littore. Post deambulationem verò cum sedisset, sedebant & singuli qui cum eo erant, super arenam, audientes verbum Domini. Et ecce cadaver necatum in mari, projectum est ad littus maris, & proxime ad pedes S. Andreæ. Quod videns beatus Apostolus, exultans in Domino, ait: Oportet hunc resuscitari, ut cognoscamus, quæ in eum adver-

Digitized by Google

versarius operatus est. Et fusa oratione, tenens manum mortui, erexit illum : & statim revixit, & loquebatur. Cumque nudus esset, dedit ei tunicam, dicens: Dic nobis ordine & expone omnia quæ contigerunt tibi. At ille respondit: Nihil te cælabo, quicunque sis homo. Ego sum Sostrati Filius (y) civis Macedonis, qui nuper ab Italia navigavi. Sed cum revertissem ad propria (z) audivi doctrinam surrexisse novam quam nullus hominum prius audivisset. Sed & signa prodigiaque, ac medelas magnas fieri à quodam doctore, fama erat, qui se veri Dei affirmat esse discipulum. Ego autem cum hæc audivissem, properavi ut talem videre hominem possem. Non enim aliud tum arbitrabar, nisi divina esse quæ is gereret. Itaque navigare cœpi cum amicis & pueris meis; & cum essem in alto, subito orta tempestas, nos fluctibus oppressit: & utinam simul projecti fuissemus, ut & illi resuscitati à te fuissent, sicut ego sum. Et hæc dicens, volvebat multa in corde suo, & arbitrabatur ipsum jam esse, quem cum tanto periculo quæsisset, & procidens ad pedes ejus ait : Scio quia tu es famulus Dei veri. Rogo pro his qui mecum fuerunt in navi, ut & ipsi, te impertiente, vitam mereantur, ut cognoscant Deum verum, quem prædicas. Tunc Sanctus Apostolus, repletus Spiritu Sancto, prædicabat ei constanter verbum Domini, ita, ut admiraretur adolescens super doctrina

(y) Philopator nomine, ut infra perhibetur. (z) Domum, ut supra p. 459. infra p. 498.

Digitized by Google

na ejus. Et demum expansis manibus ait : Ostende nobis quæ Domine & reliqua cadavera mortuorum, ut & ipsi cognoscant, te duce, Deum solum & verum. Hæc eo dicente, statim apparuerunt triginta novem corpora ad littus, unda famulante, devecta. Itaque flente juvene, simul omnes flere cœperunt : prostratique ante pedes Apostoli, rogabant, ut & isti resuscitarentur.

XXIX. Sed & Philopator (hoc enim erat nomen adolescentis) dicebat : Genitor meus per bonam voluntatem impositis necessariis, (a) & largitus vim pecuniæ, misit me huc. Quare si audierit, quæ mihi contigerunt, blasphemabit Deum tuum, & doctrinam ejus refutabit (b). Sed absit ut hoc fiat. Rursus flentibus omnibus, rogavit Apostolus, ut congregarentur corpora simul : sparsim enim projecta fuerant. Tunc congregatis omnibus in unum, ait Apostolus : Quem vis prius resuscitari ? At ille dixit : Varum, conlactaneum (c) meum. Hæc audiens Apostolus, flexis in terram genibus, palmisque extensis ad cœlum, diutissimè oravit cum lachrymis, dicens : Jesu bone, resuscita hunc mortuum, qui cum Philopatore nutritus est, ut cognoscat gloriam tuam, & magnificetur nomen tuum in populis. Et statim surrexit juvenis,

(a) Amicis suis me comitaturis in itinere. (b) h. e. re-sciet. Vide præclaræ doctrinæ virum Joh. Georgium Grævium ad hæc Flori lib. 1. c. 1. *angustias urbis Remus increpat saltu.* Porro de Sostrato non rejiciente sed avide amplexante doctrinam Andreæ, dicetur mox c. 31. (c) Evangel. Nativ. Mariæ p. 33.

Digitized by Google

juvenis, & mirabantur omnes qui aderant: Apostolus autem iterum super singulos orationem fundens ait: Quæso Domine Jesu, ut & isti resurgant, qui de profundo æquoris sunt delati. Quæ cum dixisset, jussit fratribus, ut unusquisque tenens mortuum, diceret: Resuscitet te Jesus Christus Filius Dei vivi. Quod cum factum fuisset, resuscitati sunt triginta octo, & glorificaverunt Deum qui aderant uncti, dicentes: Quia non est similis Deo Andreæ. (d) Lesbius vero Proconsul, cum multis muneribus fuisset Philopatorem prosecutus: Non contristet te frater, inquit, facultatum amissio: consulo, ut non recedas à famulo Dei. Et erat semper cum Apostolo Philopator ex illa hora, intendens omnibus diligenter, quæ dicebantur ab eo.

XXX. Dum hæc fierent apud Patras Achaiæ civitatem, contigit ut mulier Calliopa*nomine, quæ homicidæ conjuncta, conceptum susceperat inlicitum, magnis in partu doloribus arctaretur, nec partum proferre posset. Hæc ad sororem suam inquit: Vade quæso, & invoca Dianam, deam nostram, (e) ut misereatur mei. Ipsa enim habet patrocinium obstetricandi. Faciente igitur sorore, quæ sibi imperata fuerant, venit ad eam nocte diabolus, (f) dicens: Quid me caeso invocas, cum tibi nihil prodesse possim?

(d) Ut supra p. 477. * Calliopæ ut Calliste nomen ductum à formæ pulchritudine. (e) Cicero 2. de Nat. Deor. *Ut apud Græcos Dianam eamque Luciferam, sic apud nostros Junonem Lucinam in pariendo invocant.* (f) Dæmon sub Dianæ nomine ab idololatris cultus & imploratus.

Digitized by Google

sim? Sed mage Apostolum Dei Andream accede, qui in Achaia moratur, & ipse miserebitur sororis tuæ. Surrexit igitur mulier, & venit ad Apostolum, & narravit ei omnia quæ contigerunt. At ille nihil moratus, venit in Corinthum ad domum mulieris ægrotantis. Erat autem Lesbius Proconsul cum eo. Vidensque Apostolus mulierem gravidam dolorum cruciatu torqueri, ait: Merito hæc pateris, quæ malè nupsisti, & ex dolo concipiens, nunc intolerabiles labores sustines. Insuper consuluisti dæmonia, quæ neque ulli, neque sibi (g) prodesse possunt. Crede nunc Jesum Christum Filium Dei, & projice puerperium; veruntamen mortuus egredietur, quod indigne concepisti. Hæc ut mulier credidit, mox egredientibus cunctis de cubiculo, projecit partum mortuum, & ab omnibus doloribus liberata est.

XXXI. Itaque cum multa prodigia faceret in Corintho Apostolus, Sostratus, pater Philopatoris, admonitus per visum ut Andream accederet, maturavit iter in Achaiam: & cum cognovisset ubi esset, pervenit in Corinthum, habensque occurrentem Apostolum, statim cognovit eum Sostratus, sicut jam antea ei per quietem erat ostensus: complexusque pedes illius (h) inquit: Miserere mei quæso famule Dei, sicut & filio meo misertus es. Philopator autem ait Apostolo: Hic est pater meus, quem cernis. Is

(g) Non valent se à cruciatibus & suppliciis infernalibus liberare, quidnaque opis possint ferre hominibus?
(h) Notissimus gestus supplicantium.

Digitized by Google

Iste interrogat jam quid eum oporteat agere. Ad quæ beatus Apostolus: Scio (inquit) quia pro cognoscenda veritate ad nos venerit. Gratias agimus Domino Jesu Christo, qui se credentibus revelare dignetur. Dum hæc diceret Andreas, interea Leontius Sostrati servus, ait Domino suo: Vides Domine, qua luce refulgeat vultus (i) hominis hujus? Cui ille: Video (inquit) dilectissime, & ideo non discedam ab eo, sed simul ambo cum illo vivamus, & audiamus verba vitæ æternæ. Et sequenti die obtulit Apostolo munera multa. Sanctus vero Dei dixit ad eum: Non est meum, accipere aliud à vobis, nisi ut vos ipsos lucrifaciam, cum credideritis in Jesum, qui me misit Evangelizare in hunc locum. Si pecuniam desiderassem, Lesbium (k) equidem ditiorem reperissem, qui me multo magis ditare potuisset. Hoc autem cupio, ut conferatis mihi, quod vobis poterit prodesse ad salutem æternam.

XXXII. His gestis in Corintho, post paucos dies beatus Apostolus jussit sibi balneum præparari. Et cum venisset lavandi gratia, vidit senem, dæmonium habentem, & trementem valde. Quem dum admiraretur, alius puer adolescens egressus de piscina, procidit ad pedes Apostoli, dicens: Quid nobis & tibi (l) Andrea? venisti ne huc, ut destruas nos de sedibus nostris? Erectus autem, adstante populo, dixit Apostolus: Nolite timere, sed credite in JESUM

(i) Supra p. 470. 471. (k) Achajæ Procos. de quo sæpius mentio facta. (l) Gemina vox dæmonis in obsesso supra c. 18.

Digitized by Google

SUM ſalvatorem noſtrum. Clamantibus igitur omnibus, Credimus, quæ prædicas: increpavit utrumque Dæmonem Andreas, & egreſſi ſunt confeſtim à corporibus poſſeſſis, dimiſſique & ſenex & adoleſcens redierunt ad propria. Interea Apoſtolus lavans, nihil quidem de doctrina intermittebat: ſciens inimicum generis humani ubique inſidiari, (l) ſive in lavacris, ſive in fluminibus. Et idcirco nomen Domini aſſiduè invocandum ſuaſit, ut is qui vult inſidiari, non habeat poteſtatem. Quod videntes viri civitatis, veniebant & adferebant ægrotos, ponentes coram eo, & curabantur: & multi etiam de aliis civitatibus, qui verbum Domini acceperant, quotidie accedebant beatum Apoſtolum, ut ab eo erudirentur.

XXXIII. Dum hæc agerentur in Corintho, ecce quidam ſenex Nicolaus nomine, ſciſſis veſtibus venit ad Apoſtolum, dicens: Famule Dei, ecce ſeptuaginta quatuor anni ſunt vitæ meæ, quibus non diſcesſi ab immunditiis ac ſcortatione, in lupanaribus ſubinde exercens inlicita. Et nunc tertia dies eſt, ex quo audivi miracula quæ agis; & prædicationes tuas, quæ ſunt plenæ verbis vitalibus. Cogitabam enim mecum, ut relicto hoc opere, venirem ad te, & oſtenderes mihi meliora. Sed dum hæc cogitarem, venit mihi rurſus aliud in mentem, ut priorem ſenſum relinquerem, & non facerem bonum quod cogitabam. Luctante igitur conſcientia mea, accepi Evangelium (m), & oravi

(l) 1. Petr. V. 8. (m) Librum Evangelii, cui mox vix

vi Dominum, ut hæc aliquando me faceret obliviſci. Itaque poſt paucos dies oblitus Evangelii, quod ſuper me erat, inflammante cogitatione perverſa, abii iterum in lupanar. Et ecce mulier meretrix videns me, ait: Egredere ſenex, egredere. Angelus enim Domini es tu, non contingas me, neque appropinques huic loco: video enim in te myſterium magnum. Cumque ego obſtupefactus cogitarem, quid hoc eſſet? recolui, quod Evangelium mecum haberem. Abii, & converſus venio nunc ad te, famulum Dei, ut miſerearis erroribus meis. Spes enim mihi eſt maxima, quòd non pereo, ſi oraveris pro humilitate mea. Hæc audiens beatus Andreas, cum multa contra fornicationem diſſeruiſſet, proſtratus genibus, expanſisque manibus tacitus orabat. Emittensque gemitus cum lachrymis, ab hora diei ſexta(n)uſq;

Pp ad

miraculoſa tribuitur, ut paulo ante c. 31. Equidem parum conſtat quatuor Evangelia ſuperſtite ad huc Andrea Apoſtolo edita fuiſſe, quanquam de uno atque altero, Matthæi Evangelio præſertim, nullum videtur eſſe dubium. Sed vis miraculoſa codicibus Evangelicis adſcribi ſequioribus demum ſeculis cœpit, quibus in hanc rem inepte laudatus eſt locus Pauli Rom. I. 16. *Evangelium virtus eſt in ſalutem omni credenti*, quaſi de valetudine corporis per librum Evangeliorum reſtituenda vel conſervanda ibi ageretur. Vide Rev. D. Joh. Andreæ Schmidii Exercitationem de cultu externo Evangelior. p. 138. ſeq. de quo argumento, ut in tranſcurſu hoc notem, conſulendus etiam Joh. Ciampinus part. I. vett. monumentor. c. 16. (n) Quæ alioqui deſtinata precationi. Vide Grotium ad Act. III. 1. & X. 9. Origenem de Oratione §. 38. Georgii Caſſandri Opera p. 181. ſeq. Joh. Felli Epiſcopi Oxonienſis notas ad Epiſt. 1. Clementis §. 40.

Digitized by Google

ad horam nonam, surgebat abluta facie, (o) nihil cibi accipere volens, dixitque: Non gustabo, donec cognoscam, si miserebitur Deus huic homini, & si sit reputandus inter salvatos. Et cum jejunasset etiam altera die, nihil tamen ei revelatum fuit de homine isto, usque ad quintum diem, (p) in quo flens vehementer, dicebat: Domine, pro mortuis obtinemus pietatem (q) tuam, Et nunc iste qui (r) tua cognoscere desiderat magnalia, cur non revertatur (s), ut sanes illum? Hæc eo dicente, vox de cœlis delata est dicens: obtines Andrea, profecto: sed sicut tu jejuniis fatigatus es, ita & ipse studeat, per jejunium ut salvetur. Et vocans eum, prædicavit ei Apostolus abstinentiam. Die verò sexto vocavit omnes Christianos, & rogabat ut orarent universi pro eo; qui prostrati solo, orabant dicentes: Domine pie, misericors, remitte homini delictum suum. Quo facto, & ipse (t) gustavit, & cæteros manducare permisit. Nicolaus (u) quoque rediit ad Domum suam, & omnia quæ habebat distribuit indigentibus. Ipse quoque multum se excruciavit, ita ut per sex menses nihil aliud quàm aquam acciperet, & pane arido * vesceretur. Igitur exacta digna pœnitentia, haud ita multo post

(o) Abstergens lacrymas quas inter orandum emiserat.

(p) Terminus, quantum auxilio divino posuerant Israëlitæ Judith. VIII. 23. (q) à misericordia tua impetramus, ut mortuos suscitare possimus. (r) Alii legunt *quia*. (s) Convertatur, & in gratiam à te recipiatur. (t) Apostolus puta, qui voverat nihil cibi se gustaturum, donec de salute senis illius voce divina certior redditus fuisset.

(u) Hoc nomen senis, de quo agitur. * ξηροφαγία.

Digitized by Google

post senex iste excesfit è sæculo. Aderat tum beatus Andreas. Sed circa ipsam mortem senis, vox ad Apostolum facta est alio loco: Andrea, meus advectus (x) est Nicolaus. At ille gratias agens, narravit fratribus Nicolaum excessisse de corpore, orans ut in pace quiesceret.

XXXIV. Dum hæc apud Corinthum ab eo fierent, & fama de virtutibus ejus quotidie cresceret, venit ad Apostolum Antiphanes civis Megarensis, & ait: Si qua in te est bonitas juxta præceptum Salvatoris (y), quem prædicas, hanc ostende jam nobis, vir Dei, & libera domum de insidiis quibus tentatur. Ad quem Apostolus: Enarra nobis homo, quæ contigerunt tibi. Et ille: Dum de itinere (inquit) domum reversus fuissem, & ingrederer januam atrii mei: ecce audivi vocem janitoris, miserrimè declamantis. Quumque interrogassem quæ essent hæ voces, narraverunt mihi qui aderant, ipsum cum uxore & filio malè à dæmonio torqueri. Tum vero ascendens ad superiora domûs, vidi & alios pueros stridentes dentibus, & in me impetum facientes, risusque insanos arridentes. Quos cum præterirem, ascendi iterum ad alia superiora, in quibus conjunx jacebat, ab his verberata gravissimè: quæ ita erat amentiæ fatigatione turbata, ut cæsarie (z) supra oculos dimissa, neque adspicere me, neque cognoscere

Pp 2 pos-

(x) Priores edit. *affectus*. Postis & legere: *meus effectus est*, quasi dixeris: mihi est redditus, ad me in cœlum evolavit. (y) Luc. VI. 36. (z) Cæsaries propriè virorum est, coma mulierum. Sed hæc observare non est

Digitized by Google

posset. Hanc ergo, rogo vir Dei, ut restituas mihi. De cæteris verò curam nullam habeo. His dictis, sanctus Apostolus misericordia motus, respondit: Non est acceptio personarum apud Deum (a), qui propterea venit, ut cunctos salvos faceret, ne perirent (b), & ait: Eamus ad domum ejus. Cumque progrediens Andreas ex illâ civitate (c), venisset in Megaram, jam jamque januam domus ingrederetur, dæmones unius vocis impetu clamaverunt, dicentes: Ut quid nos hic Andrea persequeris (d)? ut quid domum non tibi concessam adis? Quæ tua sunt, posside: quæ nobis concessa sunt, ne velis penetrare. Quæ Sanctus Apostolus, ut erant insolita, admiratus, adscendit in cubiculum ubi mulier decumbebat, & cum flexis genubus orasset, adprehensa manu mulieris inquit: Sanat te Dominus JESUS Christus (e) & statim surrexit mulier à lectulo, & benedicebat Deum. Similiter & singulis quibuscunque qui à dæmonio vexabantur, imponens manum, sanitati cunctos in domo restituit: habuitque deinceps Antiphanem & uxorem ejus firmissimos adjutores in Megara, ad prædicandum verbum Domini.

XXXV. His gestis (f) non ita multo post beatus Apostolus Patras civitatem revertitur, in

nostri scriptoris. (a) Act. X. 34. (b) Joh. III. 16. 1. Tim. IV. 10. (c) Priores editi *& lache*, sensu nullo. Cæterum ad hunc locum corrumpendum occasio fuit compendiosa scriptio vocabuli *&c.* pro *civitate* (d) Similis vox dæmonum supra c. 18. &c. (e) De hac formula vide supra p. 433. (f) Plura S. Andreæ gesta narrantur in Me-

Digitized by Google

in qua Proconsul Ageates (g) erat, qui nuper adeo Lesbio successerat. Hic mulier quædam Ephidama * nomine, quæ ex doctrina Sosiæ (h) cujusdam Apostolici discipuli, Christo mancipata fuerat, Andream accedit, amplectensque pedes beati Apostoli, inquit: Rogat te, vir sancte, domina mea Maximilla, quæ magnis febribus retinetur: ut eam accedere digneris, Cupit enim audire doctrinam tuam. Hæc autem Proconsulis conjunx erat, cujus morbum vir

næis Græcor 30. Nov. & apud Nicephorum aliosque scriptores. v. g. quod Synope Achajæ civitate ordinaverit Episcopum Philologum nomine, item quod Byzantium profectus Episcopum primum ibi ordinaverit Stachyn: &, si Nicetam Paphlagonem Orat. de S. Andrea, edita à Combefisio T. 1, auctar. noviss, p. 341. audimus *omnes Boreales oras, omnemque Ponti maritimam in virtute sermonis sapientiæ ac intelligentiæ, in virtute signorum & prodigiorum Evangelii complexus est prædicatione, παντα χῆ τὲ θυσιαςήρια, ἱερεῖς τε καὶ ἱεραρχας τοῖς πιςεύσι καθιςῶν παντα-χῆ ubique erectis aris, sacerdotibusque ac Episcopis ubique fidelibus præpositis.* Quod Epirum non tantum adierit teste Naz. Orat. 25. Sed & Æthiopas, ne de Scythis, Sacisque dicam. At enim Abdiam nostrum diversa plura a reliquis tradentem audiamus. (g) *Ægeas* vocatur non tantum in passione S. Andreæ, quæ extat sub nomine presbyterorum & Diaconorum Ecclesiæ Achajæ, sed & apud Sophronium (qui male regem Edessenorum vocat in additamentis ad Catalogum Hieronymianum) aliosque veteres: & apud nostrum infra p. 510. & 514. *Ægeates* Nicephoro lib. 2. c. 39. & Nicetæ. Apud Augustinum c. 38. de fide contra Manichæos, Egetes.

* Augustino *Iphidamia.*

(h) Sosii diaconi qui sub Diocletiano passus est mentio in Romano Martyrolog. 23. Sept. Sed nihil ei cum hoc Sosia commune.

Digitized by Google

tam graviter ferebat, ut educto mucrone sibi vellet mortem consciscere. Sic igitur præcedente Ephidama, Apostolus venit in cubiculum, in quo mulier jacebat ægrota, & videns stantem præsidem cum evaginato gladio, ait illi: Nihil tibi nunc mali feceris (i) ô Proconsul, sed reconde gladium tuum in locum suum. Erit enim tempus quando ad nos is exercendus erit. Sed nihil intelligens Præses, dedit accedendi locum. Tunc Apostolus veniens ante lectum infirmæ, facta oratione apprehendit manum ejus, & statim sudore perfusa est mulier, & discessit ab ea febris, jussitque ei Apostolus dare cibum. Quæ ut vidit Proconsul, centum argenteos jussit numerari Sancto Dei: quos ille nec adspicere voluit.

XXXVI. Egressusque domum illius, in itinere vidit hominem jacentem in cœno debilem, cui multi è civibus stipem porrigebant, unde alimentum haberet. Misertus itaque miseri ait ad eum Andreas: In nomine Jesu Christi surge sanus. Qui protinùs surgens, glorificabat Deum. Et cum progressus fuisset paululum, in alio loco vidit hominem cœcum cum uxore & filio, & ait Apostolus: Verè diaboli est hoc opus, qui hos homines mente & corpore excœcavit. Ecce ego vobis in nomine Dei mei corporalium oculorum restituo lumen: ipse quoque mentium vestrarum tenebras reserare dignetur, ut cognita luce, quæ inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum

(k)

(i) Eadem Phrasis Act. XVI. 28.

Digitized by Google

(k), salvi esse possitis. Et imponens eis manus, aperuit oculos illorum. At illi procidentes, osculabantur pedes ejus (l), & dicebant: Quia non est alius Deus (m), nisi quem prædicat famulus ejus Andreas.

XXXVII. Hæc dum apud Patras faceret beatus Apostolus signa, abduxit quidam ad littus Andream, ubi nauta quispiam, quinquaginta annis (n) debilitate nimia projectus in cæno jacebat, ulceribus scatens & vermibus, cui nullius medici potuit cura mederi. Hic cum adspexisset Apostolum: Forsitan tu es (inquit) discipulus Dei illius, qui solus salvare potest. Cui Sanctus Apostolus ait: Ego sum, qui in nomine Dei mei te sanitati restituo. Et adiecit: In nomine Jesu Christi surge, & sequere me. At ille relictis pannis purulentis, in quibus tabes defluxerat, sequebatur eum, profluente pure cum vermibus à corpore ejus. Cumque venissent ad mare, ingressus est uterque aquam: abluensque eum Apostolus in nomine Trinitatis (o), ita sanum reddidit, ut nullum penitus infirmitatis hujus corporeæ residisset indicium: tantumque fide post acceptam sanitatem accensus

(k) Joh. I. 9. (l) Ut mulier peccatrix pedes Jesu, Luc. VII. 38. (m) Supra p. 475. (n) Sensus est, non 50 annos natum fuisse, sed per 50. annos luctatum cum morbo, ut Joh. V. 5. mentio hominis per 38. annos laborantis.

(o) Baptizans in nomine Patris & Filii & Spiritus S. ut supra. p. 459. Trinitatis vocabulo usus est Tertullianus lib. contra Praxeam c. 2. & lib. de pudicitia c. 21. ut falsus omnino fuerit quisquis apud Rob. Cocum p. 58. Censuræ veterum scriptorum affirmavit illam vocem pri-

Digitized by Google

est, ut nudus (p) per civitatam cucurrerit, adnuncians: Quia ille est verus Deus, quem Andreas prædicat. Et mirabantur omnes, congratulantes sospitati ejus.

XXXVIII. Cumque talia, & alia plura digna admiratione apud Patras per beatum Apostolum agerentur, interea advenit ex Italia Stratocles (q), frater Proconsulis, huic erat puer (r) Alcman nomine, quem in precio singulariter habebat. Evenit autem, ut ab impulsu dæmonis percussus tunc jaceret, spumansque in atrio, tumultum magnum excitaret. Quæ videns Stratocles, nimis molliter casum dilectissimi pueri ferebat. Et ecce Maximilla & Ephidama consolantes virum, dicunt: Noli contristari frater, mox enim puer recuperabitur. Est enim hic vir quispiam, qui viam salutis ostendens, multos revocat ab infirmitate ad integram sanitatem. Mittamus ad illum, & statim reddet tibi puerum sanum. Haud mora, accersitur Apostolus, qui rogatus à matronis adprehensa manu ejus ait: Surge puer in nomine Jesu Christi, Dei mei, quem prædico. Et statim surrexit incolumis. Stratocles verò credidit exinde in Dominum, & ita confortatus est in

mum ad dilucidiorem rei explicationem adinventam in Concilio Nicæno. (p) Statim à baptismo, antequam post depositas purulentas & verminosas vestes novo amictu induceretur. (q) Nicephorus lib. 2. c. 39. refert S. Andream à Procos, ideo affectum supplicio, quod fratrem Stratoclem & conjugem Maximillam ad Christi fidem adduxisset & impietatem Procos detestari docuisset. (r) Servus, παῖς.

Digitized by Google

in fide, ut ex illa hora non discederet ab Apostolo, sed quotidie adhærens lateri ejus, audiebat verbum salutis.

XXXIX. Interea dum hæc fierent apud Patras; contigit ut abeunte Proconsule in Macedoniam, Maximilla uxor verbis salutaribus instructa, in tantum beato Apostolo adhæreret, ut reversus Præses, parum abfuerit quin & uxorem, & magnam insuper hominum multitudinem, in Prætorio cum Apostolo audientes verbum salutis invenisset. Quod præsentiens beatus Andreas, flexis genubus: Ne patiaris (inquit) Domine ingredi Proconsulem in hunc locum, donec omnes egrediantur exinde. Quod cum fecisset ante quam Proconsul Prætorium fuisset ingressus, accidit illi voluntas purgandi ventris; Cumque secessum petiisset, & moras innecteret, Sanctus Apostolus singulis manus imponens, & consignans cruce (s), eos abire permisit: novissimè autem se signans & ipse, discessit. Maximilla autem jam & antea

Pp 5

(s) Apostolos hac signatione sive σφραγίδι crucis usos cujus & p. 455. & 468. fuit mentio, incertum est, licet secundo post Christum natum seculo mos ille jam ita invaluerat, ut Tertullianus scripserit. c. 3. de corona militis: *ad omnem progressum atque promotum, ad omnem aditum & exitum, ad vestitum & calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quæcunque nos conversatio exercet, frontem crucis signaculo terimus.* Confer ibi Pamelium, Joh. Steph. Durantum de ritibus Eccles. Cathol. lib. 1. c. 6. lib. 2. c. 45. Petavium lib. XV. de incarnat. c. 10. qui p. 57. ad Epiphanium agit etiam de vi salutari ac miraculosa signaculo crucis tributâ à quibusdam veteribus.

Digitized by Google

teà, & poſt illa tempora ſæpe domum ubi Apoſtolus morabatur cum aliis Chriſtianis ingrediebatur, & verbum Domini aſſiduè audiebat. Qua ex re factum eſt, ut rariùs viro ſuo commiſceretur (t). Quod ille ægrè ferens, & cauſam in Apoſtolum conijciens, Andream accerſit: cui cum religionem ſaniorem exprobaſſet, & ut ad idola adoranda mentem converteret vellet, perſuadere conaretur, reſpondit intrepidus beatus Apoſtolus: Ego ſum, inquit, Proconſul, qui prædico verbum veritatis, & Dominum Jeſum, ut recedentes homines ab idolis manu factis, verum Deum agnoſcere incipiant, per quem facta ſunt omnia. Ad hoc enim

(t) Confer quæ ſupra p. 489. Auguſtinus lib. de fide contra Manichæos c. 38. *Attendite in actibus Leucii quos ſub nomine Apoſtolorum ſcribit, qualia ſint quæ accipitis de Maximilla uxore Egetis, quæ cum nollet marito debitum reddere, cum Apoſtolus dixerit* (1. Cor. VII. 3.) Uxori vir debitum reddat, ſimiliter & uxor viro: *illa ſuppoſuerit marito ſuo ancillam Euclian nomine, exornans eam, ſicut ibi ſcriptum eſt, adverſariis lenocinüs & fucationibus, & eam nocte pro ſe vicariam ſupponens, ut ille neſciens cum ea tanquam cum uxore concumberet. Ibi etiam ſcriptum eſt quod cum eadem Maximilla & Iphidamia ſimul eſſent ad audiendum Apoſtolum Andream, puerulus quidam ſpecioſus, quem vult Leucius vel Deum vel certe angelum intelligi, commendaverit eas Andreæ Apoſtolo, & perrexerit ad prætorium Egetis, & ingreſſus cubiculum eorum finxerit vocem muliebrem quaſi Maximillæ murmurantis de doloribus ſexus fœminei, & Iphidamiæ reſpondentis. Quæ colloquia cum audiſſet Egetes, diſceſſerit.* Ex hoc loco patet diverſa fuiſſe Acta quæ legit Auguſtinus ab his libris Pſeudo Adriæ: quanquam non nulla etiam ex illis Leucii actibus in hos libros derivata eſſe videntur.

Digitized by Google

enim cum esset Dominus majestatis, descendit de cœlo, hominis formam suscipiens, qui primus perierat : & cum esset Deus, sponte pati dignatus est, ut eum, quem ipse fecerat, de morte liberaret. Hæc audiens Proconsul, jussit eum recludi in carcerem. Ubi, quamdiu clausus tenebatur, plurima quotidie turba ad eum confluebat, quam his verbis Sanctus Andreas alloquebatur : Ego quidem sum missus Apostolus à Domino meo, ad vos, charissimi fratres,* ut homines positos in tenebris & umbra mortis, per verbum Dei ad viam veritatis & luminis revocarem. Quo in instituto, haud unquam cessavi, hortans vos subindè ut recedentes à dæmonum culturis, verum Deum quærentes, & in mandatis ejus perseverantes, promissionis ejus hæredes inveniamini. Hortor autem vos dilectissimi, & moneo, ut fidem vestram, quam supra fundamenta Domini mei Jesu Christi posuistis, crescere sinatis in spem & laudem Domini. Cæterum in his, quæ mihi contingunt, nolo vos quidquam contristari. Ita enim promissa sunt à Domino meo Jesu Christo, sicut scriptum est (u) Pro nomine illius multa (x) nos esse passuros, & flagellandos : atque adeo ante judices staturos, in testimonium ejus. Qui perseveraverit usque in finem, (y) hic salvus erit. Orate ergo sine cessatione, ut diabolus, qui circuit (z) ut leo rugiens, quærens aliquem devorare, elusus & prostratus jaceat, à servis Domini superatus.

* Luc. I. 79. XL.

(u) Matth. X. 17. seq. (x) Ita scripsi pro *mulctandos* (y) Matth. X. 22. (z) 1. Petr. V. 8.

Digitized by Google

XL. Cum hæc, & alia plurima exhortans turbam per totam noctem doceret, & cum prolongasset sermonem, sequenti die primo diluculo procedens Aegeas Proconsul, tribunal conscendit, accersitoque Sancto Andrea, illum in hæc verba convenit: Scis quare te custodiæ manciparim? ut dum vana & superstitiosa, nescio quæ in vulgum disseminas, ita aliquid certius cognoscerem de te. Interim audio nescio quæ ridicula tota nocte locutum. Cui Andreas respondit: Ego non cesso, quæ mihi à Domino sunt injuncta exercere, ut populus de via erroris liberatus, ad veram possit cognitionem perduci. Tum Proconsul; Recede (ait) ab hac stultitia, & noli bene viventes subvertere. Andreas dixit: Mihi Deus meus Jesus Christus præcepit, ut opportunè & importunè (a) verbum ejus prædicare non cessem, atque errantibus pœnitentiam ostenderem. Tum rursus Aegeas: Aut promitte te recessurum (ait) ab hac superflua & superstitiosa doctrina, aut statim jubebo te interfici. Andreas respondit: Ego non solum interfici, sed diversis etiam pœnis excruciari paratus sum, priusquam à prædicatione divina recessero. Sic Proconsul septem eum ternionibus flagellorum (b) cæsum crucifigi præcepit, mandans nominatim quæstionariis, (c) ut

(a) 2. Tim. IV. 2. (b) In passione S. Andreæ quæ extat sub nomine presbyterorum & Diaconorum Ecclesiarum Achajæ & in qua prolixe referuntur sermones cum Procos. habiti ab Apostolo, mentio fit septem ternorum flagellorum, his verbis: *Tunc Ægeas jussit eum flagellis cædi extensum. Qui cum septem terniones transisset, elevatus est ad-*

Digitized by Google

(c) ut ligatis manibus & pedibus & non clavis (d) affixus ſuſpenderetur, quo diutino cruciatu deficeret. Hæc videns plebs, indigna in virum Dei committi in turba dicebat: Juſtus homo, & amicus Dei, & doctor bonus, ducitur immeritò ad mortem. Andreas verò cum plurimis vetbis eos alloqueretur, pervenit tandem ad locum, videnſque procul crucem, exclamavit, dicens: Salve crux, quæ diu fatigata (e) requieſcis, tanto tempore expectans me. Certiſſimè autem ſcio, te gaudere ſuſcipientem diſcipulum ejus, qui pependit in te. Quapropter lætus

que adductus ante eum. Senſus itaque eſt flagris accepiſſe plagas unam & viginti. (c) Ibid. *Tunc indignatus Ægeas cruci eum affigi præcepit, mandans hoc quæſtionariis, ut ligatis pedibus & manibus quaſi in equuleo tenderetur, ne clavis affixus cito deficeret, ſed cruciaretur potius longo cruciatu.* Quæſtionarii ſunt carnifices, ut multis docet Cangius in gloſſario. Rationem in equuleo tendendi reos, erudite exponit Antonius Gallonius lib. de SS. Martyrum cruciatibus capite 3. quod integrum etiam Hieron. Magii libello de equuleo ſubjectum legitur in edit. Amſt. 1664. 12o. (d) De utroque modo crucifigendi, clavis vel funibus agit Lipſius lib. 2. de cruce c. 8. ubi & præſentem Abdiæ locum laudat. (e) Fatigata deſiderio me ſuſcipiendi. Paſſio S. Andreæ: *Salve crux quæ in corpore Chriſti dedicata es, & ex membrorum ejus margaritis ornata. - - Securus ergo & gaudens venio ad te, ut & tu exultans ſuſcipias me diſcipulum ejus qui pependit in te, qui amator tuus ſemper fui & deſideravi amplecti te. O bona crux, quæ decorem & pulchritudinem de membris Domini ſuſcepiſti, diu deſiderata, ſollicite amata, ſine intermiſſione quæſita, & aliquando jam concupiſcenti animo præparata, accipe me ab hominibus & redde me Magiſtro meo, ut per te me recipiat qui per te redemit me.*

Digitized by Google

lætus pergo ad te: quia secretum tuum cognosco, & mysterium novi, qua de causa fixa sis. Suscipe nunc quem desideras, quia tandem speciem tuam desiderans, inveni in te. Video enim in te, quæ à Domino mihi sunt promissa. Suscipe itaque electa crux humilem propter Deum, & transfer servum ejus ad Dominum suum. Et hæc dicens beatissimus Andreas, expolians se (f) tradidit ministris. Qui ligantes manus, & pedes eis, secundum quod eis fuerat præceptum, suspenderunt eum in cruce (g).

XLI. Adstante verò turba ingenti, viginti ferme millium hominum, inter quos etiam stabat frater Aegeatis Stratocles, aperuit beatus Apostolus os suum, & ita loquutus est: Ego quidem gratias habeo Domino meo Jesu Christo, qui me tandem perfunctum jussione sua, abire corpore vult, ut per bonam confessionem, perpetuam consequar misericordiam, dilectusque & notus ejus efficiar, qui me ad vos misit. Vos

(f) Exuens vestimenta sua. Ibid. *Et hæc dicens expoliavit se, & vestimenta sua tradidit carnificibus.* Coloss. II. 15. ἀπεκδυσάμενος vetus latina reddit *expolians.*

(g) Joh. Evchaita: φανερόν τε τοῖς ἄνδρες ὁμῶς Ἀνδρέαν. Vulgo persuasum est formam crucis cui alligatus fuit Andreas, decussatam fuisse, quale nempe est latinorum X vel Græcorum χ. Sed parum certam esse illam famam notavit Lipsius lib. 1. de cruce c. 7. Et crux S. Andreæ quæ hodieque ostenditur Massiliæ ad S. Victorem, non decussata est sed erecta. Vide Molanum de Imaginibus lib. 3. c. 51. Gretserum de Cruce lib. 1. c. 4. Combefisium in notis ad Hippolyti Thebani opusculum de 12. Apostolis T. 2. auctar. nov. p. 835.

Digitized by Google

Vos autem manete in verbo vobis tradito (h), docentes & admonentes alterutrum, ut & ipsi sitis cum Deo meo in perpetuum, & cum eo habitetis, promissionesque ejusdem recipiatis. Et cum respondissent qui aderant Christiani, Amen (i): toto eo die, & nocte quæ insecuta est, jugiter loquebatur, neque in aliquo fatigabatur aut deficiebat. Sequenti igitur die videntes ejus tolerantiam & animi constantiam, denique spiritus prudentiam, & mentis robur: venerunt turbæ ad Aegeatem, ac sedente eo pro tribunali, vociferantes dixerunt: Quæ ista tua est tam crudelis sententia, Proconsul, ut hominem probum, qui nihil mali commisit, crucis supplicio velis condemnari? Perturbata est tota civitas, & simul cum eo omnes perimus. Quæsumus te, ne Cæsaris tam celebrem perdas civitatem (k). Concede nobis hominem justum, redde nobis hominem Sanctum, ne interficias hominem Deo charum, ne perdas hominem mansuetum & pium. Biduò (l) enim suspensus vivit, quæ res miraculo non caret: & quod plus est, loquitur adhuc, & nos sermonibus reficit. Quare reddas nobis hunc virum, ut vivamus: solve pudicum, & omnes patriæ (m) erunt in pace. XLII.

(h) Similes admonitiones 1. Cor. XI. 2. & 2. Thess. II. 15. (i) Ut supra p. 486. (k) Patris, civitate Achajæ provinciæ hæc gesta sunt. (l) Passio S. Andreæ: *Virum Sanctum, pudicum, ornatum moribus, bonum doctorem, pium, modestum, rationabilem, non hoc debere pati, sed debere deponi de cruce, quia jam secunda die in cruce positus veritatem prædicare non cessat.* (m) Forte legendum: *Patriæ*, quali decerent: tota hæc civitas. Aut *omnes Patriæ* sunt omnes incolæ urbis. Vide Can.

Digitized by Google

XLII. His commotus Proconsul, cum & minas ac tumultum populi metueret, surgens de tribunali Andream solvere cogitabat: profectusque ad locum crucis, læto populo quod famulus Dei liberaretur, & frequenti comitante, tristis & facta pœnitens, Andreæ suspenso appropinquabat. Ad quem ille: Quid ad nos (inquit) Aegeas venisti? numquid solvere me cupis, & pœnitentia ductus cedere desideras? non mihi crede, persuadebis, ut ex ista cruce recedam. Et cum populus, ut solveret hominem, juberet: Sanctus Andreas exclamavit voce magna, & dixit: Ne permittas famulum tuum Domine Jesu Christe, qui propter nomen tuum pendet in ligno, solvi: neque permittas quæso Deus misericors, secretis tuis inhærentem, humanis amplius conversationibus tradi (n). Sed suscipe tu magister me, quem dilexi, quem cognovi, quem retineo, quem videre desidero, in quo sum quod sum. Suscipe exitum meum Jesu bone, & misericors. Et hæc dicens diutissimè (o) Dominum clarificans & gaudens, nobis (p) flentibus reddidit Spiritum. Cujus corpus

gii glossar. in *patria*, ubi inter alia reperies locum S. Bernardi de moribus Episcopor. c. 7. *Cum præsideant urbibus valde populosis & totas ut ita dicam patrias propriæ diœcesis ambitu circumcludant.* Eodem sensu *omnes gentes* habes in Evangel. Nicodemi c. 7. p. 253. (n) In passione S. Andreæ additur, carnifices alios aliosque ad crucem accedentes & Andream solvere conatos non potuisse eum contingere.

(o) Hoc vocabulo frequenter noster in simili causa utitur, ut p. 455. 461. &c. (p) Lazius annotat, ex hoc loco apparere Abdiam ipsum interfuisse passionis S. *Andreæ.* Sed ne

Digitized by Google

pus Maximilla Proconsulis uxor accipiens conditum aromatibus, celebri in loco (q) sepelivit, & ex illo tempore pudicitiam & castitatem servans, in fide quoque accepta constans permansit. Ægeas verò maritus illius, arreptus ea nocte à dæmonio (r), de loco alto se præcipitavit, & mortuus est Stratocles porrò frater ejus, cùm hæc audivisset, de bonis Proconsulis nihil contingere voluit, dicens: Quæ tua sunt, tecum pereant (s). Mihi sufficit Dominus Jesus, quem cognovi per famulum ejus Andream. Est autem passus venerabilis & Sanctus Dei Andreas Apostolus apud Achajam, in civitate Patris, sub Ægeate Proconsule, pridie Kalendas Decembris (t), regnante Domino Jesu Christo, (u) cui sit gloria in sæcula sæculorum, Amen.

dicam solenne esse fabularum sutoribus & perfacile talia de se fingere, notabis hunc scriptorem servare non raro verba eorum quos describit, ut supra Lucæ p. 445. & 449.

(q) *In loco quo se constituerat sepeliendam*, ut habent Acta passionis quæ tribuuntur presbyteris Achaiæ. (r) Ibid. *Ægeas vero iratus contra populum disponebat contestationem publicam facere, & ad Cæsarem accusationem contra Maximillam & populum destinare. Sed dum ordinat, in conspectu officii sui à Diabolo arreptus est, & in medio foro civitatis volutatus exspiravit. Nunciatum est fratri ejus, cui nomen erat Stratocles, & misit servos suos, dixitque eis ut inter Biathanatos sepelirent eum. Ipse autem de facultatibus ejus nihil quæsivit &c.* (s) Act. VIII. 20. (t) Confer quæ notant Baronius ad Martyrolog. Rom. 30. Nov. Florentinius ad Indiculum Apostolor. p. 116. sq. (u) Ut supra in extremo libri 2.

Digitized by Google

LIBER QUARTUS.

De historia ac rebus gestis Jacobi majoris (a) *Apostoli.*

I.

JAcobus Zebedæi Filius, & Joannis (b) qui Evangelium reliquit, frater germanus fuit: quem Christus Salvator noster, in navi cum patre, & fratre visum, sequi se jusserat (c). Quod divino compunctus amore fecit, adhæsitque Domino nostro ex eo tempore non solum ut discipulus, quos multos habuit, verum etiam in monte (d) ad Apostolatus apicem ab eodem vocatus, post passionem Domini, Judæam (e) & Samariam in divisione Apostolica sortitus est. Quas provincias cum perageret, ingrediens per synagogas, secundum scripturas ostendebat omnia quæ à Prophetis prædicta erant

(a) Jacobus major dicitur ad distinctionem fratris Jesu quem Jacobum minorem vocat Marcus XV. 40. De illo infra libro VI. (b) Matth. IV. 21. (c) ibid. & Marc. I. 20. (d) Marc. III. 13. & 17. (e) Autor Græcæ versionis Hieronymi de viris illustribus affirmat Jacobum Zebedæi Evangelium prædicasse τοῖς δώδεκα φύλοις ταῖς ἐν τῇ διασπορᾷ quod non dubito petitum esse ex inscriptione Epistolæ Jacobi, licet hanc Hieronymus ipse & alii non tributunt Jacobo Zebedæi, sed Jacobo fratri Domini. Autor de vita & morte sanctorum inter Isidori Hisp. opera editus c. 72. addit Hispaniæ & occidentalium locorum populis Evangelium prædicasse. Idem tradunt & alii, sed recentiores & parum fide digni scriptores. Vide Baron. ad martyrolog.

Digitized by Google

erant de Domino Jesu Christo, ea in ipso impleta esse (f):

II. Quod dum fieret, opponebant se Sancto Apostolo Hermogenes & Philetus (g) quispiam asserentes, quod non verus Dei Filius esset Jesus Christus Nazarænus, cujus se ille Apostolum memoraret. Jacobus autem in Spiritu Sancto confidenter agens, omnes assertiones illorum evacuavit, ostendens de scripturis Sanctis, hunc esse verum Filium Dei generi humano promissum. Quare motus Philetus, cum Jacobi prudentiam admiraretur, reversus ad Hermogenem, dixit ei: Jacobum, qui se servum Christi Jesu Nazaræni adserit, & Apostolum ejus scias superari non posse. Nam in nomine ejus vidi eum dæmones ex obsessis corporibus ejicientem. vidi eum & cœcos inluminantem, leprosos mundantem. Asserunt etiam amicissimi mei, quòd viderint insuper eum mortuos suscitantem. Sed quid multis moramur? Omnes scripturas Sanctas memoriter retinet, ex quibus ostendit, non esse alterum Filium Dei, nisi illum quem Judæi crucifixerunt. Quare si consilio meo obtemperas, eamus ad eum, & indulgentiam impetremus. Quod si non feceris, ego saltem relicto te, ad ipsum me conferam, ut discipulus ejus esse merear. Quæ ut audivit Hermogenes, ira succensus, Philetum vinculis magicis constrinxit (h),

Rom. 25. Jul. & T. 9. Annal. ad A. 816. num. 69. sq. Tillemontium notâ 6. ad vitam Jacobi majoris. (f) Ut Paulus 2. Cor. XV. 3. sq. (g) Nomina nota ex 2. Tim. I. 15. & II. 17. (h) Ut membris suis uti & loco movere se non posset,

Digitized by Google

& ait: Videbimus si Jacobus tuus solvat te. Philetus autem misit festinanter puerum suum ad Jacobum, ut ei nunciaret quæ gesta essent. Et statim misit beatus Apostolus sudarium suum Phileto, dicens: Dominus Jesus Christus erigit allisos, & ipse solvit compeditos. Statim autem ut de sudario (i) ejus tetigit eum is, qui missus erat, resolutus à vinculo magi, currens venit ad Jacobum, & cœpit insultare maleficiis magistri.

III. Hermogenes verò magus dolens quod ei insultaret, arte sua excitavit dæmones, & misit eos ad Jacobum dicens: Ite, & ipsum Jacobum mihi, & simul Philetum discipulum meum adducite, ut vindicer in his, ne mihi & cæteri discipuli mei ita illudant. Venientes igitur dæmones, ubi Jacobus orabat, ululatum in aëre facere cœperunt, dicentes: Jacobi Apostole Dei, miserere nostri: quia antequam veniat tempus incendii (k), nos etiam exurimur. Quibus Jacobus: Ut quid venistis ad me? Dicunt ei dæmones: Misit nos Hermogenes, ut te & Philetum ad ipsum perduceremus. Mox autem ut ingressi sumus, angelus Dei Sanctus catenis igneis (l) religavit nos, & miserè cruciamur. Dicit eis Jacobus: In nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti, exsolvat vos iterum angelus Dei ita ut revertentes ad Hermogenem, non eum læda-

quasi correptus paralysi. (i) Confer quæ supra p. 447. (k) Tempus suppliciorum majorum post consummationem sæculi dæmones expectantium. Confer interpretes ad Matth. VIII. 29. & 2. Petr. II. 4. (l) Religatos alioqui ζόφῳ ut loquitur Petrus, sive ut in Judæ est Epistola δε-

Digitized by Google

ædatis, sed vinctum huc illum adducatis. Qui cum abiissent, ligaverunt Hermogenis ad tergum manus de restibus, & ita vinctum adduxerunt eum ad Apostolum, dicentes: Ad quem nos miseras, cum incensi flagraremus, ecce hunc adducimus tibi. Ad quem Apostolus Dei: Multisime hominum (inquit) cum inimicus generis humani rationem tecum haberet, quare non considerâsti, quos ad læsionem meam mitteres? Sed tamen illos adhuc non permitto, ut furorem suum tibi ostendant. Clamabant quoque tum ipsi dæmones: Da nobis eum in potestatem, ut possimus & tuas iniurias vindicare, & nostra incendia. Ad quos Apostolus: Ecce (inquit) Philetus ante vos stat, cur eum non tenetis? Dicunt ei dæmones: Nos non possumus vel formicam contingere, quæ in cubiculo tuo est. Tunc beatus Jacobus ad Philetum ait: Ut cognoscas scholam Domini nostri Jesu Christi hanc esse, ut discant homines bona pro malis reddere (m), ille te ligavit, tu eum solve. Ille te vinctum à dæmonibus ad se conatus est adducere, tu eum captum à dæmonibus liberum ire permitte. Itaque ut solvit eum Philetus, dejectus & confusus Hermogenes stetit. Ad quem conversus Apostolus Domini: Vade liber, quocunque volueris. Non est enim disciplinæ nostræ, ut invitus (n) aliquis convertatur. Dicit ei Hermogenes: Ecce novi iras dæmonum, ni-

αμοῖτ ἀίδιοις ὑπὸ ζόφον.

(m) Matth. V. 44. (n) Lactantius IV. 19. *Religionis non est cogere religionem, quæ prius suscipi debet, non vi.*

Digitized by Google

si mihi dederis aliquid quod mecum geram, tenebunt me, & diversis cruciatibus interficient me. Cui beatus Jacobus: Accipe (inquit) baculum (o) itineris mei, & cum eo perge securus quocunque volueris. Qui accipiens baculum Apostoli, abiit ad domum suam.

IV. Et haud mora, collectis libris magicis, Zabarias (p) plenas ad Apostolum attulit cervicibus & suis & discipulorum impositas, & cœpit eos ignibus coram eo comburere (q). Sed Jacobus prohibuit: Ne fortè odor incendii (inquit) vexet incautos, appende Zabariis lapides & plumbum, & mitte in mare. Quod cum fecisset Hermogenes, reversus cœpit tenere plantas Apostoli, rogans eum & dicens: Animarum liberator, accipe pœnitentem, quem invidentem & detrahentem hactenus sustinuisti. Respondens dixit Jacobus: Si veram Deo pœnitentiam obtuleris, veram ejus indulgentiam consequeris. Dicit ei Hermogenes: In tantum veram Deo pœnitentiam offero, ut omnes codices meos, in quibus erat inlicita præsumptio, abiecerim, & omnibus simul artibus renunciaverim inimici. Tunc Sanctus Apostolus: Vade (inquit) per domos eorum quos evertisti, ut & revoces Domino quæ tulisti. Doce hoc esse verum, quod anteà docebas esse falsum, &

(o) Pictores Jacobum majorem fingere solent cum baculo & concha. Vide Johannem Molanum lib. 3. de imaginibus c. 26. (p) Svidas: Ζαβαρεῖον, ἐν ᾧ αἱ ζάβαι αἱ ἱεραὶ ἄπλατοι πολεμικαὶ ἀπόκειναι· Ζάβα γὰρ τὸ λωρίκιον. Cœpit deinde usurpari etiam pro vase majore ad res quaslibet portandas. Germani Zober vocant. (q) ut

Digitized by Google

& hoc esse falsum, quod modò docebas verum. Idolū quoq; quod adorabas, & divinationes quas tibi putabas ab eo responderi, confringe. Præterea pecunias quas malo opere acquisisti, bona ratione expende; ut sicut fuisti Filius diaboli, imitando diabolum, efficiaris ita Filius Dei sequendo Deum, qui quotidie etiam ingratis præstat beneficia (r), & se blasphemantibus exhibet alimenta. Si enim, cum malus esses (s) circa Deum, bonus circa te extitit Dominus, quantò magis erit circa te benignior, si magus esse cessaveris, & bonis ei operibus cœperis complacere? Hæc & his similia dicente Jacobo, in omnibus obtemperavit Hermogenes, & ita cœpit in Dei esse timore perfectus, ut etiam virtutes per eum plurimæ fierent à Domino.

V. Videntes igitur Judæi, quia hunc magum, quem invictum putabant, ita convertisset Apostolus & omnes simul discipulos & amicos ejus, qui solebant ad synagogam convenire, Jesu Christo per Jacobum credidisse, obtulerunt pecunias centurionibus duobus, qui præerant (t) Hierosolymis, Lysiæ & Theocrito, ut comprehenderent Jacobum. Exorta autem à populo seditione, cum duceretur in custodiam, dicebant ei Pharisæi: Ut quid prædicas Jesum, hominem, quem inter latrones crucifixum omnes scimus? Ad quæ Jacobus repletus Spiritu

libris περιέργοις sive Magicis factum Act. XIX. 20.

(r) Matth. V. 45. (s) Genus argumenti quale Rom. V. 8. seq. (t) Qui præerant cohortibus suis in urbe Hierosolymitana. *Lysias* quasi dissolutum dicas, & *Theocritus* damnatus à Deo.

Digitized by Google

tu Sancto: Audite me (inquit) viri fratres, & omnes qui Abrahæ Filii esse cupitis. Promisit Deus Patri nostro Abrahæ *quod in semine ejus hæreditarentur omnes gentes* (u). Semen autem ejus non est super Ismael, sed supra Israel. Ille enim cum matre sua Agar ejectus, à portione seminis Abrahæ exclusus fuit. Abrahæ à Deo dictum est quia in Isaac vocabitur tibi semen (x), Amicus autem Dei Abraham Pater noster appellatus est (y), antequam circumcisionem acciperet, & antequam Sabbata coleret, & antequam legem aliquam (z) divinæ constitutionis sciret. Amicus autem factus est, non quidem circumcidendo se, sed credendo in Deum (a), hoc quod in semine ejus hæreditarentur omnes gentes. Si ergo Abraham amicus factus est credendo, constat, inimicum Deo esse, qui non credit in Deum. Hæc cum differuisset Apostolus, dixerunt Judæi: Et quis est, qui non credit in Deum?

VI. Jacobus respondit: Qui non credit, quòd in semine Abrahæ hereditentur omnes gentes: Qui non credit Moysen dicentem (b), *Suscitabit vobis Dominus Prophetam magnum, ipsum audietis tanquam me, per omnia quæ præceperit vobis.* Hoc

(u) Gen. XXII. 18. (x) Gen. XXI. 12. adde Galat. IV. 22-30. (y) Gen. XII. seq. Jac. II. 23. (z) Legem Mosaicam Cerimonialem. Idem argumentum urgent Eusebius in demonstrat. Evangelica lib. 1 & alii veteres Christiani. (a) Rom. IV. 3. ex Gen. XV. 6. (b) Deut. XVIII. 15. *Prophetam de gente tua & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus.* Sed & in recognitionibus Clementis lib. 1. c. 36. editum reperio: *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus*

Digitized by Google

Hoc autem promissum Esaias prædixit, quo ordine fieret, ait enim (c): *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emanuel: quod est interpretatum, nobiscum Deus.* Addit Hieremias (d): *Ecce veniet redemptor tuus Hierusalem, & hoc ejus signum erit: Cæcorum oculos aperiet, surdis reddet auditum, & voce sua excitabit mortuos.* Ezechiel (e) hunc etiam designat, dicens: *Veniet rex tuus Sion, venit humilis, & restaurat te.* Daniel (f) quoque dicit: *Sicut filius hominis, ita adveniet, & ipse obtinebit principatus & potestates.* Prædixit hunc & David (g): *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu.* Et Patris vox de Filio dicit: (h) *Ipse invocabit me, Pater meus es tu, & ego primogenitum ponam illum excelsum apud reges terræ.* Et iterum: (i) *de fructu ventris tui ponam supra sedem meam* (k). Quin & passionem ejus prædixerunt Prophetæ; Esaias (l) enim dicit: *Sicut ovis ad occisionem ductus est.* Et

vester, *quem sicut me ipsum audite.* Aliter tamen ibi codices MSti, teste Cotelerio, quem vide. (c) Es. VII. 14. Matth. *I.* 23. (d) Hæc apud Jeremiam non leguntur, non magis quam locus quem è Jeremia laudat Irenæus V. 26. & ante eum Justinus Martyr dial. cum Tryphone p. 298. Judæos arguens quod illum ex Græca versione eraserint. Sensus verborum quæ laudat Abdias occurrit Es. XXXV. 4. seq. & XXIX. 18. (e) Nec hæc apud Ezechielem reperio: sed gemina leguntur Zach. IX. 9. quem locum per memoriæ lapsum Sophoniæ tribuit Justinus Martyr Apologia 1. p. 72. seq. edit. Clarissimi Grabii. (f) Dan. VII. 13. seq. (g) Psal. II. 7. (h) Ps. LXXXIX. 27. seq. (i) Ps. CXXXII. 11. (k) In Psalmi loco est: *super sedem tuam* לכסא לך Etiam in Græco: ἐπὶ τῦ θρόνυ συ. (l) Es. LIII. 7.

Digitized by Google

David in persona ejus (m) dicit: *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea: Ipsi verò conspexerunt & inspexerunt in me, diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Et alio loco * David ait: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Et iterum de morte ejus vaticinatus (n): *Caro mea requiescet in spe, quoniam non derelinques in inferno animam meam, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Vox autem Filii ad Patrem dicit (o): *Exsurgam adhuc, & tecum sum.* Et iterum (p): *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exsurgam dicit Dominus.* De adscensione præterea illius dictum est à Propheta: (q) *Adscendit in altum, captivam duxit*

(m) Ps. XXII. 17. seq. *Ps. LXIX. 22. (n) Ps. XVI. 9. seq. (o) Ps. CXXXIX. 18. ἐξηγέρθην καὶ ἔτι εἰμὶ μετὰ σοῦ. (p) Ps. XII. 6. (q) Eundem locum laudans Hippolytus de Antichristo ὁ δὲ προφήτης, inquit, λέγει. In latinâ versione Combefisii T. 1. auctar. novis. p. 49. pro *Propheta quoque* male legitur *propterea quoque*. Hieronymus ad Ephes. V. 14. *qui simplici responsione contentus est, dicet in reconditis eum Prophetis & his quæ vocantur Apocrypha hæc lecta in medium protulisse.* Ex Apocryphis Jeremiæ petitum esse hunc locum notat Georgius Syncellus p. 27. Epiphanius quoque, si audimus Grotium & Combefisium. Sed Combefisius Grotium secutus est. Grotius in Drusii præteritis videns post Syncelli locum ex Scaligero p. 406. ad Græca Eusebii laudatum (Syncellus eum ipse nondum lucem tunc adspexerat) lectorem remitti ad Epiphanium contra hæreses p. 141. putavit idem quod in verbis Syncelli tradi etiam apud Epiphanium. Sed Epiphanius p. 141. edit. Cornarii tantum laudat locum Eph. V. 14. At p. 163. (edit. Petav. T. 1. p. 372.) tessatur petitum ex Elia

Digitized by Google

xit captivitatem. Et iterum (r): *Adscendit Deus in jubilatione.* Et rursus (s): *adscendit super Cherubim, & volavit.* Item Anna mater Sancti Samuelis dicit (t): *Dominus adscendit in cœlos, & tonat.* Et multa alia inveniuntur in lege de adscensione ejus testimonia. Nam quod sedeat ad dextram Patris, idem David inquit (u): *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Et quòd (x) venturus sit judicare sæculum per ignem, dicit Propheta. Et iterum (y): *Dominus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempestas valida.*

VII. Hæc omnia in Domino nostro Jesu Christo, & impleta sunt partim, quæ fuerunt prædicta, & quæ nondum facta sunt, implebuntur propediem, ita sicut Prophetæ prædixerunt vobis. Ait enim Esaias (z): *Surgent mortui, & resurgent, qui in monumentis sunt.* Si interroges, Quid erit, si resurrexerint? Respondit David (a), audivisse se Dominum loquentem. *Semel loquutus est Deus, duo hæc audivi: Quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, qui reddes unicuique secundum opera sua.* Unde, Viri fratres, unusquisque vestrum pœnitentiam agat, ut non recipiat secundum opera sua, qui se scit participem esse eorum, qui crucifixerunt eum, qui mundum totum a cruciatibus

non ex Jeremiæ Apocryphis. Τοῦτο δὲ ἐμφέρεται, inquit, Ἐν τῷ Ἡλίᾳ. (r) Ps. XLVII. 6. (s) Ps. XVIII. 10. (t) 1. Sam. II. 10. in Græco: Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανὸς καὶ ἐβρόντησεν. (u) Ps. CX. 1. (x) Ps. XCVI. 13; XCVIII. 9. (y) Ps. L. 3. (z) Es. XXVI. 19. (a) Psal. LXII. 11. seq.

Digitized by Google

bus liberavit. Siquidem è sputamento suo (b) oculos cœci nati inluminavit: Et ut probaretur ipse esse, qui Adam de limo terræ formaverat (c), lutum fecit de saliva sua, & imposuit oculis ac sanavit eos. Et cum nos discipuli ejus interrogassemus illum (d) qui peccassent, hic an parentes ejus, ut cœcus nasceretur? Respondit nobis Magister, dicens: Neque hic peccavit, neque parentes ejus, sed ut manifestentur opera Domini in eo: id est, ut manifestus fieret artifex, qui eum fecerat, cum ipse faceret quod minùs fuerat factum. Nam & hoc, quod pro bonis mala recepturus esset, prædictum est in persona ejus, per David regem (e), cum diceret: *Retribuebant mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.* Denique post tanta beneficia in Judæos collata, cum tot paralyticos curasset, leprosos mundasset, tot dæmones fugasset, & mortuos suscitasset, omnes una voce clamaverunt (f): *Reus est mortis.* Præterea quod a suo discipulo tradendus fuerat hoc ordine item prædictum fuit a Davide (g): *Qui edebat panem meum, ampliavit adversus me supplantationem.* Hæc omnia, viri fratres, Filii Abrahæ prædixerunt, loquente per os eorum Spiritu Sancto (h). Numquid si hæc non credimus, poterimus evadere perpetui ignis supplicium, aut non meritò puniendi erimus? cum etiam gentes (i) credant vocibus Prophetarum: nos verò (k) populus quon-

(b) Joh. IX. 6. (c) Gen. II. 7. (d) Joh. IX. 2. (e) Ps. XXXV. 12. (f) Matth. XXVI. 6. (g) Ps. XLI. 10. Joh. XIII. 18. (h) 2. Petr. I. 21. (i) gentiles ad Christianismum conversi. (k) Judæi.

Digitized by Google

quondam electus, nullam Patriarchis & Prophetis noſtris fidem adhibebimus? Equidem cenſeo erubeſcenda & punienda tot factis & ſceleribus crimina, lacrymoſis vocibus lugenda eſſe nobis, ut pœnitentiam noſtram pius indultor accipiat: ne illa nobis tandem eveniant, quæ gentilibus majoribus noſtris acciderunt (l). *Aperta eſt terra, & deglutivit Dathan, operuit ſuper ſynagogam Abirom. Exarſit ignis in ſynagoga eorum, & flamma conſumpſit peccatores.*

VIII. Hæc cum diſſeruiſſet, non ſine admiratione & ſingulari gratia Dei coram turbis, clamaverunt omnes una voce, dicentes: Peccavimus, injuſtè egimus: da nobis remedium, quid faciamus? Quibus Jacobus ait: Viri fratres, nolite deſperare: credite tantum, (m) & baptizamini, ut deleantur omnia peccata veſtra. Cum itaque poſt hunc ſermonem B. Apoſtoli, multi ex Judæis baptizati eſſent, Abiathar pontifex anni illius (n), videns magnum quotidie populum in Jeſum credere, per pecunias excitavit ſeditionem graviſſimam, ita ut unus ex ſcribis Phariſæorum mitteret funem (o) in collum Apoſtoli, & perduceret eum ad Prætorium

(l) Pſal. CVI. 17. ſeq. ex Num. XVI. 32. ſeq. (m) Ut Act. II. 37. poſt concionem Petri. (n) Nullus Abjathar Pontifex hoc tempore occurrit apud Joſephum. Dicitur tamen h. l. *Pontifex illius anni*, i. e. illius temporis, ut Joh. XI. 49. 51. & XVIII. 13. neque enim in ſingulos annos Pontifices mutabantur. (o) Suidas in Ἡρῳδης vocat καθηγεμόνα ſive accuſatorem Jacobi. Clementi Alex. lib. 7. Hypotypoſeon apud Euſebium lib 2. Hiſt. c. 9. dicitur ὑπηρέτην αὐτὸν εἰς δικαστήριον, quaſi miles fuiſſet vel apparitor,

um Herodis regis. Herodes is (p) Filius Archelai erat: qui ut causam accepit, ju sit beatum Jacobum decollari. Cumque duceretur ad locum suplicii, vidit paralyticum jacentem, & clamantem sibi: Vir Sancte libera me a doloribus, quibus omnia membra mea cruciantur. Ad quem conversus Apostolus: In nomine (inquit) crucifixi Domini mei Jesu Christi, pro cujus fide ducor ad mortem, exsurge sanus, & benedic Salvatorem tuum. Et protinus exsurrexit, & cœpit gaudens currere, & benedicere nomen Domini Jesu.

IX. Tunc ille Pharisæorum scriba, quem diximus funem collo ejus circumdedisse, Josias nomine, procidens ante pedes Apostoli (q): Obsecro te (ait) ut des mihi indulgentiam, & facias me nominis Sancti participem. Ad quem conversus Jacobus dicit: Tu credis, quia Dominus Jesus Christus, quem crucifixerunt Judæi, ipse sit verus Filius Dei vivi? Et ait Josias: Ego credo, & hæc est fides mea, ex hac hora, quia ipse

De fune collo Apostoli injecto neuter meminit, neque de nomine, neque quod fuerit ex scribis Pharisæorum. Forte igitur hæc narratio Abdiæ uti plenior ita ad veritatem est expressior, judicio Combefisii ad Niceræ orat. de Jacobo T. 1. auctar. novissim. p. 480. Sed ut ita certo habeamus, opus fuerit melioris fidei teste. (p) Act. XII. 1. seq. Obiter notandus error Sigonii, qui lib. 5. c. 2. de Rep. Hebr. memorans Jacobum fratrem Domini sub Anna sive Anano Pontifice interfectum, allegat Actorum caput duodecimum, ubi non de Jacobo fratre Domini, sed de Jacobo Zebedæi agatur. Neque hoc observatum Viro Clarissimo qui in Sigonium iterata vice commentarium edidit: p. 463. edit. Lugd. Bat. 1701. (q) Clemens Alex. ex traditione veteri

Digitized by Google

ipse est Filius Dei vivi. Quæ videns Abiathar Pontifex, scribam jussit comprehendi, & dixit ei: Si non discesseris a Jacobo, & maledixeris nomen Jesu (r), cum ipso decollabere. Cui Josias: Maledictus (inquit) tu, & maledicti omnes dies tui. Nomen autem Domini Jesu Christi, quem Jacobus prædicat, est benedictum in sæcula. Tunc Abiathar felle succensus, pugnis cædere scribam præcepit: & missa relatione de eo ad Herodem, impetravit ut simul cum Jacobo decollaretur. Jacobus igitur cum

hanc rem ita narrat apud Euseb. Ὁ δὴ οὖν εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς δικαστήριον μαρτυρήσαντα, αὐτὸν ἰδὼν καὶ πεισθεὶς ὁμολογῆσαι ἐπὶ τῷ καὶ αὐτὸς ἑαυτὸν Χριστιανὸν. Συναπήχθησαν ἐν ἄμφω. Καὶ καλὰ τὴν ὁδὸν ἠξίωσεν ἀφεθῆναι αὐτῷ ὑπὸ τοῦ Ἰακώβου. Ὁ δὲ ὀλίγον σκεψάμενος, εἰρήνη σοι εἶπε, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. Καὶ οὕτως ἀμφότεροι ὁμοῦ ἐκαρατομήθησαν. Suidas: Τὸν δὲ Ἰάκωβον ἰδὼν ἀπαγόμενον τὴν ὑπὲρ θάνατον ὁ καθηγορῶν αὐτοῦ, καὶ μεταμεληθεὶς, προσέπεσε τοῖς ποσὶ τοῦ Ἀποστόλου λέγων· συγχώρησόν μοι ἄνθρωπε τῷ θεῷ ὅτι μεταμέλημαι ἐφ' οἷς ἐλάλησα κατὰ σοῦ. Ὁ δὲ μακάριος παραυτίκα τοῦτον καταφιλήσας εἶπεν αὐτῷ· Εἰρήνη σοι τέκνον, εἰρήνη σοι, καὶ συγχωρῶ σοι τῷ πλαίσματί σου. Ὁ δὲ μετὰ φωνῆς μεγάλης ἐν θεὸς Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἐπὶ πάντων ἀπηγόρευσεν, ὡς καὶ τὸ τοῦ μαρτυρίου βραβεῖον ἀπενέγκασθαι.

(r) Ad hoc adigere Christianos, mos persecutorum. Vide Act. XXVI. 11. Proconsul ad Polycarpum: λοιδόρησον τὸν Χριστόν. Plinius Trajano scribit se Christianismi suspectos jussisse Diis supplicare & *maledicere Christo*. Cyprianus lib. de mortalitate. *Cogeris maledicere*. Origenes 1. contra Celsum: ἐπιβλέποντες ἐξομοσαμένους τὸν Χριστιανι-

Digitized by Google

cum Josia ductus ad locum supplicii, antequam decollaretur, rogavit spiculatorem (s), ut aquæ (t) illi facultas fieret. Et allata est ei lagena plena cum aqua. Quam accipiens Apostolus: Credis (inquit) in nomine Jesu Christi, Filii Dei? At ille dixit: Credo. Et perfudit eum Jacobus, & dixit: Da mihi pacis osculum (u). Cumque osculatus esset eum, posuit manum super caput ejus, & benedixit eum, & fecit signaculum crucis (x) Christi in fronte ejus. Et haud

μόν. Idem lib. 6. de Ophianis neminem admittentibus ἐὰν μὴ ἀράς θῶται κατὰ τῦ Ἰησῦ. Barcochebas ap. Justinum 1. Apolog. Christianos ad supplicium rapiens εἰ μὴ ἀρνοῖντο Ἰησῦν τὸν Χριστὸν καὶ βλασφημοῖεν. Tertullianus Scorpiac. c. 9. *ut qui se Christianum negasset, ipsum quoque Christum compelleretur blasphemando notare.* (s) Spiculator sive speculator hoc loco miles est, carnificis partibus functurus. Vide Ramiresium de Prado c. 7. pentecontarchi. Drusium & Grotium ad Marci VI. 27. Doughteji analect. in N. T. excurs. 23. Cangium in utroque glossario. Franciscum Junium ad Ulphilam p. 318. Buxtorfii Lex. Talmud. in אספקלטור. Bulengernm de Imperio Romano III. 34. Eadem sentu vox σπεκυλάτωρ plus simplici vice occurrit in narratione Græca inedita de Secundo Philosopho. Sensu alio apud Ciceronem pro lege Manil. *Speculatorem quam legatum esse maluerunt.* i. e. spectatorem curiosum, ut Physicum alibi vocat *speculatorem naturæ.* Vide & Livium XL. 7. Prudentius: - - *aurum Quod petit arsurus pariter speculator avarus.* Livio speculator etiam ponitur pro hemerodromo & pro eo qui in specula stat, XXXI. 24. Speculatorem pro Episcopo observavit Barthius p. 2944. seq. Adversar. (t) Ad Josiam baptizandum. (u) Osculi meminit & Clemens apud Euseb. & Syidas. (x) Vide quæ supra p. 509.

Digitized by Google

haud mora, cervicem spiculatori porrexit. Pòst & Josias, perfectus jam in fide, martyrii palmam exsultans accepit, pro eo quem in mundum nobis saluti Deus æternus miserat: Cui sit honor & gloria, in sæcula sæculorum.

LIBER QUINTUS.

De rebus a S. Joanne Evangelista gestis.

§. I.

JOannes Jacobi superioris (a) frater germanus, sed minor natu, (b) Zebedæo Patre, cum piscaretur, vocatus a Christo fuit: (c) quem postea non solum ad Apostolatus culmen (d) evexit, sed præcipuo quodam amore (e) complectebatur. Unde & in monte (f) cum se Christus manifestâsset, & in horto (g) cum caperetur, ex tribus unus fuit. Quin & in cœna postrema (h) cum novum illud testamentum (i) salutis nostræ mundi Salvator conderet, proximè Christo asfidens, in sinu ejus reclinans obdormiuit (k). De quo & illud Evangelista scribit

Rr

(a) De quo superiore libro V. dictum est. (b) Hoc non differre traditur ab Evangelistis, licet id innuere videntur, dum Jacobum semper Johanni præponunt. Ætatis quoque respectu *minimum discipulum* Johannem vocant Hieronymus & alii, *inter cæteros juniorem* Ambros. in Lucæ 23. p. 163. (c) Matth. IV. 21. (d) Matth. X. 2. Marc. III. 17. (e) Joh. XIII. 23. XXI. 7. & 20. (f) Matth. XVII. 3. (g) Matth. XXVI. 37. (h) Joh. XIII. 23. (i) Luc. XXII. 20.

(k) Obdormivisse, non legas in genuinis Evangelistis, sed

Digitized by Google

bit (l), quòd mater Christum rogaverit, ut Filiorum alter illi a dextris, alter a sinistris in regno cœlorum sederet. Jacobum nimirum, & ipsum Joannem intelligens. Is, ut Christus in ligno crucis præcepit (m), Virginis matris Domini curam a passione magistri semper habuit: & communibus cum fratre Jacobo auspiciis, Judæis Samaritanisque (n) Jesum Salvatorem prædicabat. Petro quoque subinde adhærebat, unde post resurrectionem, cum Dominus piscantibus occurrisset (o), Joannes agnitum prius Petro significavit. Accepto quoque Spiritu Sancto, cum Petro hora nona templum Hierosolymitanum ingressus (p), Æneæ paralytico & claudo ex utero matris ad speciosam portam stipem petenti, sanitatem contribuit. Secutus posthæc jussa magistri, ut Evangelium gentibus adnunciaret, (q) ex Palæstina in Asiã, (r) atque inde in Ephesum trajecit, ubi ad Domitiani

Cæ-

tantum quod esset ἀνακείμενος ἐν τῷ κόλπῳ τοῦ Ἰησοῦ Quomodo illud factum sit, intelliges optime ex Salmasio ad Solin. p. 886. edit. Traject. (Paris. p. 1255.) & ex veteri imagine apud Lambecium lib. 3. Commentar. post pag. 10. & Danielem Nesselium in Epitome Lambecii parte 1. p. 88. Conser & imagines accumbentium mensæ, quæ occurrunt apud Hieron. Mercurialem in arte Gymnastica lib. 1. c. XI. Petrum Ciacconium & Fulvium Ursinum de triclinio, Pignorium de servis p. 194. & 478 Balduinum de calceo p. 260. Nigronum de caliga p. 260. Matthiam Flacium in clave, vocabulo *Sinus*. (l) Matthæus XX. 20. (m) Joh. XIX. 27. (n) De Jacobo supra p. 516. de Johanne confer Act. VIII. 14. (o) Joh. XXI 2. seq. (p) Act. III. 1. & supra p. 405. Male autem confunditur paralyticus ille cum Æneæ de quo Act. IX. 34. & supra p. 407. (q) Matth. XXVIII. 19. (r) Pseudo Procho-

Digitized by Google

Cæsaris ætatem usque (s) Apostolico munere suo fungebatur, nonagenarius fere (t), quod de illo in vita Christus prædixisse videtur. Nam cùm Christus (u) Petrum, ut se sequeretur juberet, & Joannes citius sequeretur, quia molestè Petrum ferre videret, qui ab ipso etiam quæsiverat, quid Joannem facere vellet; Christus ei respondit: Si eum manere in vita vellet, quoad ipse veniret, quid ejus interesset? Quod discipuli non intelligentes verbum, vana opinione (x), antequam Spiritum adhuc Sanctum accepissent, Joannem nunquam moriturum existimárunt.

II. Est igitur & hoc ipsum amoris Salvatoris in beatum Joannem indicium non vulgare, quòd vita reliquos omnes superaverit, & ut dictum

rus in vita Johannis & Menæa 27. Octobr. narrant Johannem per triduum ex merè recusasse in Asiam proficisci, ideoq; à Petro reprehensum, sed &, Jonæ instar, naufragio punitum. Abdias hoc merito prætermittit, contentus dixisse quod Johannes in Asia & celeberrima Asiæ urbe Epheso prædicaverit Evangelium. Eusebius III. 1. Hist. Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν διελήλυθεν πρὸς ἅς ἡμᾶς διατρίψας ἐν ἐφέσῳ τελευτᾷ. Ephesi mortuum tradit etiam Polycrates apud eundem Euseb. V. 24. (s) Imo Nervæ, si credimus Hippolyto Thebano, vel potius, Trajani, ut testatur Irenæus II. 29. III. 3. Eusebius in Chron. Hieronymus in Catal. & alii. Sub Domitiano tamen in Patmum insulam relegatum esse mox dicetur. (t) Epiphanius LI. 12. nonagesimum annum ætatis excessisse ait. Alii 98. vel 99. vel 104. vel 106 vel plane 120. ætatis annos Johanni tribuunt. Vide Tillemontium in vita Johannis c. 10. T. 1. Memor. p. 943. Nostrũ infrac. 22 (u) Joh. xxi 19. (x) Et tamen multis credita. Vide Hippolytum de Anti-Christo, Prologum Hieronymo adscriptum in Evangelium

Digitized by Google

ctum est, ad Domitiani Imperatoris ætatem usq; in Asia verbum salutis populis adnunciarit, & paulò post defuncto Timotheo (y) Ecclesiam gubernare cœperit apud urbem Ephesum. Cui Proconsul loci cum edictum Imperatoris, ut Christum negaret, & à prædicatione cessaret, legisset, beatus Apostolus intrepidè respondit: (z) Obedire oportere Deo magis quàm hominibus. Proinde nec Christum Deum meum (inquit) negabo, nec à prædicatione nominis ejus quiescam, donec consumpsero cursum ministerii mei, quod à Domino suscepi. Ad cujus responsionem motus Proconsul, jussit eum velut rebellem, in dolio ferventis olei mergi (a). Qui

Johannis, Ephraimum Theopolitanum ap. Photium cod. 229. p. 418. ubi provocat ad suffragium Cyrilli, & scriptores πράξεων atque vitæ Johannis. Nicephorum II 42. Gregorium Tur. de gloria Martyrum c. 30. Theophanem apud Combefisium T. 1. auctar. novissi. p. 484. d. scriptorem de morte sanctorum qui extat inter opera Isidori Hisp. c. 73. Georgii Trapezuntii opusculum quod S. Johannes Evangelista nondum sit mortuus, ad Papam &c. Florentinium ad Martyrolog. p. 123. seq. At enim explodit Augustinus tractat. 24. in Joh. & è recentioribus Bessarion contra Trapezunt. libello peculiari: Joh. Sebastianus Mitternacht dissertationibus XIX. ad locum Joh. XXI. 22. editis Geræ 1668. 8. Tillemontius in vita Johannis c. 11. & nota 17. seq. Allatius de Georgiis p. 379. memorat syntagma suum de fine & vitæ exitu Johannis Evangelistæ, sed adhuc quod sciam ineditum. (y) Primò Ephesi Episcopo. Quo superstite etiam, Johannis, si præsens erat, tanquam Apostoli, major ibi fuit auctoritas. Cæterum Ephesi Metropolitanum, septem Episcopis præsentibus post Timothei mortem Johannem constitutum, ex Martyrio Timothei tradit Photius cod. 254.

(z) Ut Act. IV. 19. & V. 39. (a) Tertull. de præscript. c. 36. *Apostolus Joannes postquam in oleum*

Digitized by Google

Qui ſtatim ut conjectus in æneo eſt, veluti athleta, unctus, (b) non aduſtus, de vaſe exiit. Ad quod miraculum Proconſul ſtupefactus, voluit eum libertati ſuæ reddere: & feciſſet niſi timuiſſet edictum Cæſaris (c): mitiorem igitur pœnam excogitans, in exilium eum relegavit, in inſulam quæ dicitur Patmos (d). In qua & Apocalypſin (e), quæ ex nomine ejus legitur, & vidit, & ſcripſit. Poſt mortem autem Domitiani, quia omnia illius decreta Senatus infringi juſſerat, (f) inter cæteros, qui ab illo relegati fuerant, & ad propria remeabant, etiam Sanctus Joannes Epheſum rediit, ubi & hoſpitiolum,

igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Idem narrat Hieron. l. in Jovin. & ad Matth. xx. 23. Romæ hoc accidiſſe affirmant Martyrologiorum ſcriptores, ſpectante Senatu, jubente Domitiano: quod noſter verius fortaſſe Epheſi, juſſu Procos. Vide Combefiſ. T. 1. auctar. noviſſ. p. 484. b. (b) Athletas & gladiatores oleo ungi ſolitos, res notiſſima. Vide Petri Fabri agnoſtica, Hieron. Mercurialem &c. (c) Adverſus Chriſtianos à Domitiano latum. (d) Inſulam Archipelagi non adeo magnam, quæ hodie *Palmoſa*. Vide Harduin. ad Plinium T. 1. p. 458. (e) Vide Irenæum V. 30. Euſebium III. 18. Fallitur itaque Hentenius qui præfat. in Aretam, ſub Nerone ſcriptam à Johanne Apocalypſin putat. Fallitur quoque Epiphanius qui LI. 12. ſub Claudio Cæſare Johannem è Patmo reverſum eſſe tradit. Utramque ſententiam refellit David Blondellus lib. 2. de Sibyllis c. 2. ſeq. etſi Epiphanio aſſentiuntur Grotius, Lightfootus, Peganius, Lomeierus & noviſſime vir inſignis doctrinæ atque ingenii excellentiſſimi Hermannus van der Hardt in conjectura de millenario. (f) Lactantius de mortibus perſecutorum c. 3. *Reſciſſis igitur actis tyranni, non modo in ſtatum priſtinum Eccleſia reſtituta eſt, ſed etiam multo clarius ac floridius enituit.* adde Euſebium III. 20. &

Digitized by Google

& multos amicos habebat. Plenitudine enim gratiæ divinæ, & conversatione sincera commendatus, omnibus amabilis erat. In qua civitate senescens, etiam prædicationem verbi divini signis & virtutibus confirmabat, ita ut tactu vestimenti ejus (g) languentes sanarentur, infirmi curarentur, cœci illuminarentur, leprosi mundarentur: denique dæmones passim ab hominibus expellerentur.

III. Cùm ergo rediisset Ephesum Apostolus (h), rogabatur etiam vicinas inlustrare provincias, quo vel Ecclesias fundaret, in quibus non erant locis: vel in quibus erant, Sacerdotes ac ministros institueret, secundum quod ei de unoquoque Spiritus Sanctus indicâsset (i). Cum

Hieron. Catalogo S. E. ubi de Johanne &c. (g) Ut tactu vestium Christi Matth. IX, 20. Vide & quæ de Paulo supra p. 447. (h) Quæ sequuntur petita sunt ex Eusebio III. 23. qui illa desumsisse se fatetur ex libro Clementis Alex. qui inscribitur τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος; Liber Clementis etiamnum extat, sub falso Origenis nomine editus à Mich. Ghislerio T. 3. in Jeremiam p. 271. sed Clementi restitutus à Combefisio T. 1. auctar. noviss. p. 185. Deinde separatim excusus Oxonii minore forma curante Joh. Fello Episcopo, & Lipsiæ à Rev. Lipsiensium Antistite D. Ittigio in supplemento Operum Clementis Alexandrini. Eandem narrationem qualis cap. ultimo libelli Clementis legitur, subjectam deprehendo Operibus Dionysii Areopagitæ Græce editis Florentiæ A. 1515. 8. Habent & Syncellus p. 345. seq. Nicephorus & alii juniores. Memorat Chrysostomus lib. 1. ad Theodorum lapsum lib. 1. c. 11. Anastasius Sinaita in Psal. 6. & Antiochus serm. 122. qui postremus non Clementem sed Irenæum laudat autorem, quia & ipse fortassis alicubi eandem rem in scriptis suis prodiderat. (i) Δοκιμάσαντος τῷ

Digitized by Google

Cùm igitur veniſſet ad quandam urbem haud longè poſitam, omnibus Eccleſiaſticis ſolenniter impletis (k), vidit juvenem quendam validum corpore, & vultu elegantem, ſed animo acrem nimis. Reſpiciensque ad Epiſcopum, qui nuper fuerat ordinatus: Hunc (inquit) ſummo ſtudio tibi commendo, ſub teſtimonio Chriſti, & totius Eccleſiæ. Tum ille ſuſcipiens, omnem ſe adhibiturum, ſicut præcipiebat, diligentiam pollicetur. Sed iterum atque iterum eadem ſæpiùs repetens, juvenem commendabat attentiùs. Et poſthæc Epheſum rediit. Tum verò presbyter in domum ſuam adoleſcentem ſuſcepit commendatum, & cum omni diligentia enutrit, amplectitur, fovet, ad ultimum etiam baptiſmi (l) gratiam tradit. Poſthæc jam velut confidens gratiæ, qua fuerat communitus, paulò indulgentiùs habere juvenem cœpit. Sed ille ubi immatura libertate potitus eſt, continuò per æquævos, quibus luxus & deſidia cordi eſt, amare vitia, & corruptæ viæ incedere

σφράγισμα inquit Clemens 1. ad Corinth. Vide Act. xx. 28.

(k) Ad hunc locum conferes ubi lubebit Walonem Meſſalinum ſive Salmaſium de Epiſcopis & presbyteris p. 229. Combefiſium T. 1. auctar. noviſſ. p. 193.

(l) Clemens Alex. Τὸ τελειωτὸν ἐφωτισμα. Euſeb. τὸ τέλειον αἰνιττόμενοι φυλακτήριον, ἐπισήσας τὴν σφραγῖδα τῦ Κυρίυ. Senſus idem, quem noſter optime expreſſit, Rufini, ut ſolet, verſionem ſecutus. Nam & φωτισμὸς & σφραγὶς nomen de baptiſmo apud veteres pervulgatum, ut patet vel ex theſauro Sviceri. Chriſtophorſonum, qui de Confirmatione hunc locum interpretatur, confutant Valeſius ad Euſeb. & Dallæus de uſu Patrum p. 124. ſeq.

Digitized by Google

tramitem perdocetur. Et primò quidem conviviorum illecebris decipitur, inde nocturnis eum furtis socium mali sibi, participemque conscisciunt: post hæc jam ad majora flagitia pertrahunt. Cùm intereà sensim juvenis formabatur & instituebatur ad scelera, & quia esset acer ingenio (m), sicut equus effrenis & validus, duris morsibus obfirmatis, recti itineris lineam derelinquens, rectore contempto, rapido cursu totus fertur in præceps. Ita succedentibus sibi malis, ut desperationem quoque à Domino præstitæ salutis acceperit, dedignatur jam de parvis sceleribus cogitare, grandia quæque molitur: & ex integro perditioni se tradens, nulli inferior esse in flagitiis cupit. Denique illos ipsos qui prius magistri criminum fuerant, discipulos facit: Et latronum ex his turmam, quibus ipse dux & princeps violentus præesset, instituit, & cum his omni crudelitate grassatur. Verùm tempore elapso, cùm rei ita poposcisset utilitas, invitatur iterum ad illam urbem Joannes. Et cum cætera, quorum gratia venerat, ordinâsset: Age (inquit) ô Episcope, depositum repræsenta, quod tibi ego & planè & Christus commendavimus, Ecclesia teste, quam regis. At ille obstupuit, primùm pecuniam putans à se reposci, quam non acce-

(m) Nempe optima ingenia cum ad malum inclinant sunt pessima. Hinc Socrates apud Xenophontem docet felicissimas indoles maxime omnium curâ atque institutione indigere. ὅτι ἄριστα δοκοῦσι εἶναι φύσεις μάλιστα παιδείας δέονται, & διαφερόντως. Plura in hanc

Digitized by Google

acceperat. Sed rursum considerabat, nec posse fallere Joannem, nec quod non dedit, quærere: hærebat igitur stupens. Quem Joannes hærentem videns: Juvenem illum (inquit) repeto à te, & animam fratris. Tunc graviter suspirans senior (n), & in lachrymas resolutus: ille, ait, mortuus est. Quomodo (inquit) vel quali morte? Domino (ait) mortuus est (o), quia pessimus & flagitiosus evasit, ad ultimum etiam latrocinium adgressus est: Et nunc adeò montem quendam cum multa latronum manu occupat. Quibus auditis, Apostolus vestem continuò, qua erat indutus, scindit (p), & cum ingenti gemitu feriens caput suum (q), Bonum (r) te (inquit) custodem fratris animæ dereliqui. Sed jam nunc mihi equus paretur, & dux itineris. Et ita confestim ab ipsa Ecclesia (s) ascendens, eo concitus properabat. Cumque perveniisset ad locum, attinetur ab his latronibus, qui custodias observabant. Sed ille

rem notavi ad Vitam Procli scriptam à Marino p. 26. seq.

(n) ὁ πρεσβύτης, Euseb. (o) Θεῷ τέθνηκεν. Male priores editt. *Domine, mortuus est.* Philostratus lib. 1. vitæ Apollonii de juvene quodam luxurioso: ἐτρύφα γε σὺν ηδ ἐν πότοις ἔζη, μᾶλλον δὲ ἀπέθνησκεν. Confer Pricæum ad 1. Tim. V. 6. & quæ scripsi in Observationibus sacris lib. 3. c. 16. (p) Ut mos facere super mortuis. Vide D. Geierum de luctu Hebr. c. 22. §. 2. seq. Spizelium in elevatione relationis Montezinianæ p. 85. seq. 2 (q) De simili lugentium more supra p. 486. (r) Ironia qualis in illo: *Egregiam vero laudem & spolia ampla reportas.* (s) à cœtu fidelium cum Episcopo congregatorum.

Digitized by Google

neque effugere, neque prorsus declinare usquam nitens, ingenti tantum voce clamabat: Quia ad hoc ipsum veni, adducite mihi Principem vestrum. Qui cum veniret armatus, eminus agnito Joanne Apostolo, pudore tactus, in fugam vertitur. Ille equo post eum admisso, confestim insequitur fugientem, etiam ætatis oblitus, simul & clamans: Quid fugis o Fili Patrem tuum? quid fugis inermem senem? miserere (t), noli timere; habes adhuc spem vitæ. Ego Christo rationem reddam pro te. Equidem pro te mortem excipio libenter, sicut & Dominus excepit pro nobis, & pro tua anima dabo animam meam. Sta tantum, & crede mihi, quia Christus me misit. At ille audiens, restitit, ac vultum demisit in terram: post hoc arma projecit, tremefactusque flebat amarissimè. Et accedentis ad se senis genubus provolutus, gemitibus ac ululatibus quibus poterat satisfecit. Denique uberrimis lacrymarum suarum fontibus iterum baptizatur (u), occultans solam dexteram suam. (x) Apostolus verò jurisjurandi sacramento (y) se ei à salvatore impetraturum veniam pollicens,

(t) Ita scripsi, quia apud Clementem & Euseb. ἐλέησόν με τέκνον. Male apud Rufinum editur: *miser here*. Priores Abdiæ editt. *quid fugis inermem senem miser?*

(u) Notum est quod pœnitentia vocatur baptismus lacrymarum. Confer Joh Morinum de Sacramento pœnitentiæ lib. 4. & IX. 2. & p. 616. & IX. 13. & X. 6. Neque enim hîc cogitandum de iterato baptismo proprie dicto. (x) Qua viz. homicidia & furta patraverat. (y) Juravit Apostolus quod noverat Deum ipsum juramento interposito confir

Digitized by Google

cens, simulque genibus ejus provolutus, atque ipsam dextram, ex cujus cædis conscientia torquebatur, tanquam jam per pœnitentiam purgatam, deosculans, ad Ecclesiam revocat, & indesinenter pro eo orationes perfundens: & cum ipso pariter ducens crebra jejunia, indulgentiam à Domino, quam ei pollicitus fuerat, expetebat. Sed & variis sermonum consolationibus (z), veluti quibusdam præcantationibus, efferos & exterritos ejus animos mitigabat. Nec prius abstitit, quàm eum in omnibus emendatum, etiam Ecclesiæ præficeret (a) loci illius: præbens per hoc magna exempla veræ pœnitentiæ, & documentum ingens novæ regenerationis, atque insignia quædam & trophæa visibilis in eo resurrectionis (b) ostendens.

IV.

masse. Ezech. XXXIII. 11. (z) Ποικίλαις σειρῆσι λόγων κατεπᾴδων. Ita legendum videtur ap. Euseb. pro ῥήσεως, etsi hoc tuetur Valesius, & habuit codex Ghislerii MStus. (a) Merito hoc incredibile visum eidem viro summo Henrico Valesio, ut latro, tametsi per pœnitentiam conversus, statim ad Episcopi dignitatem eveheretur. In Græco Clementis est κατέσησε τῇ ἐκκλησίᾳ. In quatuor Codd. MSS. Eusebii quos inspexit Valesius: ἀπεκαλέσησε, donec eum Ecclesiæ restituisset. Anastasius Sinaita: ἕως αὐτὸν παῖδα μετ' ἑαυτὸ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ συνήγαγε. Prius reduxerat eum ad Ecclesiam tanquam pœnitentem, nunc restituit Ecclesiæ tanquam reconciliatum, peracta pœnitentia. (b) Uti per peccatum mortuus, ita per pœnitentiam resurrexit. Vide interpretes ad Eph. V. 14. Swicerum T. 1. thesauri p. 306.

Digitized by Google

IV. Ita igitur cum plurimas urbes adiisset Sanctus Joannes, prædicans verbum Dei, revertitur Ephesum, quòd sibi finem vitæ adesse intelligeret. Apud Ephesum verò in tanta gratia hominum exinde Apostolus semper extitit, ut alius manus ejus gauderet contingere, alius applicare eas oculis suis, & pectori admovere, si ita usus exposceret. Plerique etiam tactu vestis (c) exhilarati, quia tetigerant amictum ejus, sanabantur. Sed hæc sancta gaudia & piam celebritatem adversarius ingemiscens, immunem fraudis esse non passus, interturbare conatus est, vas sibi ad nocendum eligens gentilis hominis, qui Deum nesciret: causam verò arripiens, de pulchritudine fœminæ nobilis & Christianæ, Drusianæ nomine. Adscisebat quoque idem inimicus noster ad facilitatem prolapsionis, adolescentis ætatem. Adolescenti nomen Callimacho erat. Is Drusianam cum vidisset, perditè adamare cœpit. Et quamvis Andronici nosset (d) uxorem, etiam in adulterii crimen exæstuabat. Frequens erat sermo, & certa opinio, quod ea fœmina Apostolicis intenta sermonibus, propter Dei cultum viro non commisceretur (e), clausaque in sepulcro, ne ita quidem victa in arbitrium concessisset mariti. Quin etiam mori elegerat, quàm consuetudinem repetere conjugii, cum

(c) Ut supra p. 516. (d) Quamvis probe sciret eam matrimonio jam junctam esse cum Andronico. (e) Confer supra p. 438. 489. 508. Equidem suspicio est non injusta hanc narrationem ex Leucii Manichæi Actibus Apostolicis petitam esse.

Digitized by Google

cum præsertim maritus insisteret dicens: Aut reddes te mihi uxorem, qualem antè præbebas, aut morte persequar repugnatem. Sed nec mortis timore revocata est, nec a contemplatione cœlesti vel donis vel ullis illecebris revocari potuit. Verum hæc amore insaniens adolescens, quem diximus, tametsi sciret atque audiret, cum revocaretur a plurimis, eo quod nihil esset effecturus, contempsit, & confirmatam Dei verbo, suo furore tentandam putavit, quæ maritum proprium etiam ad observantiam provocaverat castitatis, conjugii copulam mentis tantummodo charitate (f) servans. Itaque cum compellâsset fœminam, nuncio speque potiundi dejectus, mœstiorem indies cœpit ducere vitam. Drusiana quoque procaci interpellatione offensa, post biduum in febrem incidit, dolens quod ad patriam (g) revertisset, & tantum ex ejus forma nefas exortum esset: Utinam (inquit) vel in patriam nunquam rediissem, vel ille verbo Dei instructus, in hunc se errorem non conjecisset. Ego igitur quia causa tanti vulneris infirmæ animæ sum, solvi me ab hac vita cupio, Domine Jesu. Ut evocata ancilla tua, quietiùs vitam miser proroget. Hæc præsente Joanne Apostolo Drusiana dicebat: Sed quo tenderet sermo, nec

(f) Constat sane Christianos conjuges consensu pari non raro continentiam sibi indixisse. Vide Pamelium ad Tertullian. c. 8. de resurrect. notâ 81. Rittershus. ad Salvianum p. 375. Sed invito alterutro istud facere, ut h. l. Drusiana invito marito, contra præceptum Apostoli esse non dubitarunt. 1. Cor. VII. 4. (g) Ephesum.

Digitized by Google

nec Apostolus, nec alii intelligebant. Tristis igitur ac mœsta, propter vulnus adolescentis illius, obiit diem. Mœstiorem quoque maritum fecit, quia conturbatum uxor ejus habuisset exitum, & mœrore affecta, animam optâsset absolvi.

V. Flebat igitur Andronicus, ita ut reprehenderetur ab Apostolo dicente: Ita ne fleveris, quasi ignores (h), quo illa concesserit. Nescis illam conversationem esse meliorem, quæ in cœlo est, ad quam Sancta & fidelis Drusiana transivit, expectans spem resurrectionis à mortuis? Cui respondit Andronicus, se non diffidere quod resurrectura sit Drusiana, nec mutare fidem: sed putare, quod qui purè hujus vitæ confecerit cursum, ille salvetur. Sibi autem hoc dolori esse, quod cognoverit, latentem quendam mœrorem subiisse sorori (i) suæ (ita Drusianam appellabat) cujus causam cognoscere ex illa nunquam potuerat, nec humato jam corpore sciret. Et cùm interrogâsset Apostolus Andronicum secretò, quæ causa fuisset: residens paulisper præsentibus fratribus omnibus, qui convenerant alloquio dulci Apostoli frui cupientes, in hæc verba locutus est:

VI. Gubernator nautis & omnibus qui navigant, & ipsi etiam navi, cum eam in portu constituerit, ac fideli commiserit stationi, tunc valedicit. Sic agricola cum dederit terræ

(h) 1. Thess. IV. 13. Ponitur itaque etiam Andronicus iste Drusianæ maritus fuisse Christianus. (i) Ut Abraham Saram Gen. XII. 13. & Paulus ἀδελφὴν γυναῖκα 1. Cor. IX. 5.

Digitized by Google

ræ ſemen, & multo labore novale exercuerit diligentiam exhibuerit, detulerit cuſtodiam, tunc requiem laboris accipit, cum in apothecis multiplicatam meſſem locaverit. Præterea qui currit in ſtadio, tunc exultat, cum bravium (k) acceperit. Qui athletarum more decertare parat, tunc gaudet, cum coronam acceperit. Omnes poſtremo, qui diverſis artibus ſtudent, & operibus incumbunt, in fine muneris vel operis Deum merito laudant omnes, quod deſtituti non ſint, ſed juſtificati (l) juxta promiſſum Domini, quod Sanctis ſuis dignatus eſt polliceri. Quid non (m) convenire arbitror, ut unusquisque tunc fidem ſuam, quam exercet, probatam ſciat, cum explens vitalis muneris curſum, purum reddat, quod ſibi creditum eſt? Multa ſunt enim quæ fidem facile ſingulorum frangant, & quaſi turbationem quandam inferunt humanæ cogitationis ſolicitudini: filii, parentes, gloria, paupertas, adulatio, juventus, pulchritudo, jactantia, cupiditas divitiarum, prælatio, negligentia, invidia, diſſimulatio, injuria, amor, triſtitia, poſſeſſio ſervi, patrimonium, occaſio, & alia hujuſcemodi impedimenta, quæ obſiſtere ſolent: ſicut gubernatori currenti curſum proprium, ventus frequenter exortus occurrit, & properantem retardat, & tempeſtatem excitat & procellas. Agricolæ quoque adultam ſpem triſtior ludit

(k) Βραβεῖον. Notum eſt literas b & v permutari. (l) Sir. XIV. 21. (m) Ita ſcripſi, pro: quod non. (n) 2. Tim. II. 5. ſeq.

Digitized by Google

ludit eventus: ita etiam, priusquam vitæ hujus aliquis exitum subeat, effectum prospicere debet, & qualem sit habiturus, addiscere: videlicet, vigilantémne ac sobrium, & cui nihil impedimenti possit adferri, an vero conturbatum & obligatum voluptatibus sæcularibus. Sicut enim laudat corporis decorem nemo, nisi cum omnia deposuerit indumenta: nemo ducem, nisi eum qui gloriosè universum bellum confecerit: nemo medicum, nisi eum qui curaverit ægritudines varias: ita nemo potest laudare vitam, nisi is qui plenum fidei animum, & templo Dei (o) dignam carnem suam præstiterit: quæ non ipso cursu vana specie dissoluta corruerit, non obstupefacta & hebetata (p) rebus humanis sit, neque inclinata ad temporalia, neque perpetuis caduca prætulerit, & non manentibus manentia commutârit, neque honoraverit (q) quæ honorificanda non sunt, neque denique amaverit plena opera contumeliis: & qui pignus satanæ (r) non acceperit, aut intra pectus suum serpentem clauserit: qui non riserit non ridenda, vel opprobrium non erubuerit pro Christo. Est etiam qui verbo aliquid dicit, & opere negat. Non igitur lubricam carnem præstare unusquisque suam debet, ne vas (s) faciat immunditiæ: sed talem quæ non sordida exuratur libidine, non immunditia vincatur, non avaritia superetur, non

(o) 1. Cor. III. 16. (p) Ita scripsi pro barbaro *hebeta* quod habebant priores edit. (q) Ps. XV. 4. (r) Apoc. XIII. 16. XIV. 9. XVI. 2. XX. 4. (s) 1. Thess. IV. 4.

Digitized by Google

non cupiditate pecuniæ subjugetur, non ferocia corporis dometur, non ira & indignatione prodatur, non absorbeatur tristitia, non ludicris quibusdam in hac vita actibus enervetur: sed ea quæ fidem in Jesum Christum Dominum nostrum adaugent & provehunt, suscipiat, ut vitam recipiat æternam, pulcherrimum præmium pro illis, quæ in hoc sæculo despexerit.

VII. Hæc cùm adhortationis gratia Sanctus Apostolus dissereret graviter, ut fratrum animos provocaret ad concupiscenda æterna, & contemnenda temporalia: is tamen de quo diximus adolescens, qui Drusianam adamabat, cæcum pectore vulnus alens, suo indies magis magisque consumebatur incendio, quòd nec mulieris potuit morte restingui. Nec mirum si nullam accipiebat Joannis sermone medicinam, qui negligens audiendi, non remedium vulneri adhibere quærebat, sed scelus quotidie immane desiderabat augere. Itaque accidit postea mortuâ Drusianâ, atque sepulchro illatâ, cùm in mortuam adhuc Callimachus deperiret, Procuratorem Andronici (t) pretio corrupit, ut sibi tumulum in quo Drusiana condita erat, reseraret, corporisque adamatæ copiam faceret. Quod ubi proclivè tandem impetravit, tentabat inlicitum nefas corpori inferre defuncto. In quod non repentino quodam motu, sed furiosa quadam meditationis amentia latus: Etsi viva (inquit) coitus noluisti mecum subire consortium, mortuæ eam tibi tamen

Ss

(t) Fortunatum nomine, ut infra habetur.

Digitized by Google

men inrogabo injuriam. Ita adhibito flagitii procuratore, adolescens furens cum sepulchrum fuisset ingressus, corpus primò involutum pannis exuere cœpit. Subjecit procurator sceleris immanis: Quid profecisti infelix Drusiana, negando viva quod mortua sustinebis? Ita sermone pariter atque opere geminabatur scelus. Et cùm jam sublatis propè omnibus exuviis sepulturæ, solum genitalis partis superesset velamen, commixtionem inlicitam molitur immani juvenis libidine furens. Et ecce subitò, incertum unde, ingens serpens occurrit, cujus uno saucius morsu, sed magis diro furentis terrore perculsus, corruit juvenis, ita ut veneni frigore subitò omnis ejus vis evanuerit: supra quem statim serpens lapsum adscendens quiescebat.

VIII. Sequenti verò die, qui erat tertius à die mortis Drusianæ, cùm Sanctus Joannes, & vir mulieris Andronicus, matutinis horis ad tumulum * convenissent, ut sacra celebrarent, ecce claves non inveniebantur. Quocirca Joannes: Rectè, inquit, claves sepulchri perierunt, quoniam Drusiana in sepulchro inter mortuos non est. Verum ingrediamur, sponte fores aperientur. Non enim dubitare pos-

* Notus mos veterum Christianorum ad sepulchra & in sepulchris orantium. Noti. quoque cœtus antelucani, & preces matutinæ. Sepulchra vero sic erant plerumque in Oriente comparata, ut in illa tanquam in specum quendam ingredi liceret pluribus hominibus. Inde hoc loco clavis ad sepulchrum desideratur.

Digitized by Google

posſum de Domini misericordia, quin & hoc conferat nobis, qui multa concesſit. Cùm igitur appropinquaſſent sepulchro, subito præcepto Joannis apertæ sunt fortes: & juxta sepulchrum Druſianæ vidimus (u) speciosum adolescentem, adridentem. Quem videns Joannes, cum clamore ait: Et hic nos prævenis Domine Iesu Chriſte? Qua causa igitur veniſti Domine? Et audivimus sono vocis exprimi: Propter Druſianam, quam habes nunc resuscitare: & propter illum, qui propior sepulchro ejus examinatus jacet: qui & honorificabunt propter me Deum. Et hæc cùm dixiſſet bonus (x) ad Ioannem, in cœlum, videntibus Ioanne & cæteris, revertebatur. Converſus autem Ioannes, cum vidiſſet duo jacentia prope sepulchrum corpora, quorum unum Callimachi erat, qui princeps Epheſiorum erat, supra cujus corpus serpens cubabat immenſus; alterum vero corpus erat Fortunati, qui procurator fuerat Andronici: Intuens igitur utriusq; corpus, cogitabat secũ ipſe, & dicebat: Quid ſibi vult hæc ſpecies, & quare mihi Dominus non demonſtravit, quæ hic gerebantur, qui nunquam dedignari ſolet?

IX. Verum Andronicus cum seminudum corpus Druſianæ vidiſſet cum uno tantum velamine jacere in sepulchro, illos autem duos mortuos; ait ad Ioannem, Intelligo quid factum

Ss 2

(u) quaſi Pseudo Abdias, vel ex quo hæc scripſit autor Johanni tunc adfuiſſet. (x) ὁ καλὸς, speciosus ille adolescens, quem Chriſtum ipſum fuiſſe ponit autor.

Digitized by Google

ctum sit, ô Ioannes. Nam iste Callimachus juvenis adamaverat Drusianam, dum viveret, & cùm esset ejus petitio refutata (y), nihilominus tamen mulierem non desinebat incessere. Verum frequentis repulsæ dolore commotus, Procuratoris mei amicitiam ambivit, ut ejus opera ad usus nefandos uteretur. Quin ajunt eum crebro vivente Drusiana dixisse, si non posset concubitu ejus potiri viventis, injuriam (z) tamen defunctæ esse facturum. Et fortasse, Ioannes, propterea bonus iste velavit ejus reliquias, ne scilicet corpus pateretur injuriam. Et ideo arbitror istos morte mulctatos esse, quia immanes ausus flagitii tentaverunt. Puto etiam ideo hanc ad te factam esse vocem, resuscitandæ Drusianæ, quod cum mœrore & tristitia vitæ istius exitum immaturè clausisset, dolens quod juvenem formæ suæ culpa affecisset. Quæ igitur causa, ut cum tria videamus corpora, de duobus tantum resuscitandis facta vox sit, de tertio autem siluerit: nisi quod reformari Drusianam Dominus voluerit, ex eo quod cum mœrore decesserat, ut diem suum cum tranquillitate componeret. Hic quoque juvenis, (a) quam causam veniæ habet, nisi quod videatur ipse, tanquam unus de errantibus, esse deceptus. Tertius autem, (b) puto quod indignus beneficio Domini nostri Iesu Christi existimetur.

(y) i.e. repulsa atque rejecta. Sic supra p. 494.
(z) ὑβρίειν, quod vocabulum singillatim ubi ἔργα διαχεῖ ponit notant Grammatici. (a) Callimmachus. (b) Fortunatus, qui incentivum hujus insaniæ addiderat Callimacho, proditorque fuerat funeris Drusianæ, cujus precibus

Digitized by Google

tur. Accingere igitur Ioannes obsecro, & primo omnium Callimachum resuscitato, ut ipse nobis quæ gesta sunt, prodat.

X. Accedens autem Johannes, juxta corpus defuncti juvenis, dixit serpenti: Discede ab eo, qui (c) serviturus est Domino nostro Iesu Christo. Et statim recessit serpens. Quo facto, procumbens humi, precatus est Dominum in hæc verba: Deus, cujus gloria honoratur à nobis, qui omnem operationem inferiorem domas: Deus, cujus voluntas virtute tua consummatur (d), propter gloriam tuam, exaudi nos: & nunc consummetur in isto juvene gratia tua. Et si qua facta sunt per istum juvenem, hæc nobis, surgente eodem, demonstrato. Et statim juvenis surgens, integram horam requievit. Sed ubi ad vigorem sensus sui reversus est, interrogatur à Ioanne, ut causam sui (e) aperiret. Ita ingressus rem omnem explanavit, quemadmodum suprà Andronicus intimaverit. Amorem sibi Drusianæ causam fuisse, ut nec à desiderio mortuæ temperârit. Qui interrogatus rursùm à Ioanne, utrùm nunc temeritatis suæ circa reliquias plenas venerationis & gratiæ, aliquem habere potuisset effectum? Respondit: Quomodo aliquid poteram vel audere, vel facere, cum talis bestia re-

tamen & ipse infrasuscitatus, quanquam ob malitiæ pertinaciam mox iterum correptus à serpente mortem oppetit. (c) Alii *quia*. (d) Qui efficere potes, quicquid vis. Ut Kelex apud Ovid. *Immensa est finemque potentia cæli non habet, & quicquid supera voluere peractum est.* (e) Forte *funeris sui*.

Digitized by Google

pentè in me irruisset, quæ Fortunatum vulnere etiam perculit, qui incentivum addiderat hujus insaniæ, quæ videbatur jam posse quiescere. Mihi autem illud causa mortis fuit, quod cum animi quadam dementia, & planè infelici languore correptus, detraxissem defuncto corpori exuvias, ac discedens paulisper, me jam ad impium facinus præparabam, quo volebam cum defunctæ corporis reliquiis convenire: Ecce vidi, quemadmodum speciosus juvenis corpus Drusianæ sua veste velabat, à cujus facie scintillæ ignis resiliebant in totum sepulchrum. Ex quibus una in me veniens, vocem dedit: Callimache morere, ut vivas. Quis fuerit homo iste, nescio. Sed quia te video hic Dei servum, & nunc apparuisti mihi, cognosco & illum Angelum Dei fuisse, & novi, quia verè à te Deus adnunciatur. Unde rogo & deprecor, ne me in hac ærumna relinquas. Scio enim atque reminiscor quæ gesserim, & quam indigna tentaverim. Et ipse animo mœreo. Utinam viscera mea referare posses, & videre interiorem mei sensum doloris. Denique mœreo, quod nequaquam à tantis flagitiis temperaverim (f). Sed hujus mœroris a te expecto medicinam, qui ut es Dei omnipotentis prædicator, cujus est filius verus Dominus noster Iesus Christus, ita a te verbum ejus cupio scire. Nec dubito, si manum porrigas, ut & vocis ejus compleatur veritas, quæ dicebat, Oportere me mori, ut viverem. Mortuus sum autem

(f) Priores edit. *tentaverim.*

Digitized by Google

tem ille insolens, sed resuscitatus sum mitis atque manſuetus. Mortuus sum Gentilis, sed resuscitatus sum Christianus. Cognosco jam quidem veritatem, sed peto ut plenius mihi tuis magisteriis reveletur. Quibus verbis lætatus Apostolus: Et quid agam (inquit) Domine Jesu Christe, nescio. Obstupui in excessu meo, tantam tuam esse misericordiam: simul insolitam quandam patientiam tuam recognosco. Hæc cum dixisset, benedicens Dominum, apprehendit Callimachum, & osculatus est eum, dicens: Benedictus Dominus Deus, & Filius ejus Jesus Christus, qui tui misertus est, & a furore atque dementia, mortis specie liberavit, qui illa tua refrigeravit incendia, (g) qui occasionem culpæ ademit, qui vesanæ libidinis tentamina succidit, qui jam mortuum peccato rursum reddidit vitæ, ut in Domini nostri Jesu Christi fide gratiaque requiescas. Vides quanta multitudo (h) ad ministerium nostrum, & ad salutem tuam venerit.

XI. Andronicus autem ubi vidit Callimachum resuscitatum, viscera maritali resolutus affectu, rogare cœpit Apostolum, ut Drusianam quoque resoluta morte revocaret, dicens: Oportere eam resurgere, ut tristitiam exuat, cui (i) jam mortua videbatur, mœrorem quo possit absolvere: eo quod doluit occasione formæ suæ juvenem esse deceptum. Rogat ergo ut & ipsam resuscitaret, & quando vellet Dominus, iterum avocaret eam. Motus itaque Joannes,

(g) Libidinis. (h) Divinorum beneficiorum. (i) Id

Digitized by Google

& petitione viri, & modestia *Drusianæ*, accedens ad sepulchrum, & manum ejus tenens, cum Dominum esset deprecatus: Drusiana (inquit) surge in nomine Jesu Christi Domini nostri, surge in gloria ejus. Quæ surgens ascendit de tumulo. Et cum vidisset se nudam, in illo tenui tantum velamine; causam quæsivit. Quam ubi ab Apostolo cognovit, honorificavit Dominum, ac se induit.

XII. Deinde respiciens Fortunati corpus jacere, ait ad Joannem: Pater, & hic resurgat quæso, quamvis funeris mei se præbuerit proditorem. Quod ubi audivit Callimachus, rogare cœpit, ne hominem improbum resuscitare vellet, cujus incentivo præcipitatus sit in furorem, quod hunc etiam, quam audierat gratia non contigerit, eo quod de se tantum & Drusiana resultaverit venerabilis illius vocis (k) oraculum: Dignum (inquit) morte judicavit, quem dignum resurrectione non prodidit. Cui respondit Joannes: Non didicimus Fili, malum pro malo reddere. Nam & nos peccatores sumus, qui gravia commisimus, & per Dominum nostrum Jesum Christum consecuti sumus misericordiam, qui non putavit mala pro malis esse reddenda, sed pœnitentia & conversione sepelienda delicta. Sed si mihi non permittis, ut Fortunatus resurgat, Drusianæ hoc munus atque opus erit. Quæ repleta Spiritu Sancto, accedens ad corpus Fortunati, ait: Domine omnipotens, qui concessisti, ut hæc tam miranda

(k) propter quam. Vide supra c. 6. (k) Supra c. 9.

da opera tua cernerem, qui me consortem nominis hujus esse voluisti: qui denique contulisti mihi, ut non solum te ipsa cognoscerem (l), sed etiam maritum consortio quodam germanitatis (m) agnoscerem: qui mortem elegisti meam, ut separata paulisper à corpore, magis essem tua: qui juvenem istum (n) obire jussisti, ut in eo culpa moreretur, vita repararetur: Et nunc igitur Domine, ne despicias preces famulæ tuæ: jube Fortunatum resurgere, etsi proditor meus esse tentaverit. Et adprehendens manum ejus, inquit: Surge Fortunate in nomine Jesu Christi, Domini & Dei nostri. Qui cum surrexisset, & vidisset, Drusianam resuscitatam, Callimachum Domino credidisse, ingratus salutis suæ, ait: Mori sibi melius fuisse quam resuscitari, ne videret quod etiam ad illos virtutis gratia perveniisset.

XIII. Quem adspiciens Joannes, ait: Hoc est quod Dominus in Evangelio locutus est, (o) quia arbor mala malos fructus facit: Malæ enim radicis succus inolevit, & ideo non potest bonus fructus succo degenerante concrescere. Nihil hic communis natura deliquit, sed radicis (p) totum est vitium. Eâdem omnes arbores fœcunditate, & quasi quodam gremio parentis ac sinu fovet terra mater, ac provehit: ejusdem quoque aëris tem-

(l) Christiana fierem. (m) Non vivens cum eo amplius tanquam cum conjuge sed tanquam cum fratre. Vide supra p. 542. & p. 546. (n) Callimachum. (o) Matth. VII. 17. (p) Non deerunt qui & in hoc loco videre sibi videbuntur vestigia Leucii Manichæi.

Digitized by Google

temperie ager omnis utitur. Dominus quoque omnipotens pari usu omnia imbre perfundit, & eodem sole tepefacit secreta terrarum & ligna sylvarum: Sed diversus est fructus, variusque proventus arborum singularum. Alia sterilis est, alia fœcunda. Atqui in illa sterili, radix vitiis causa est, quæ terrenæ ubertatis, & cœlestium beneficiorum gratiam sentire non potuit. Similiter autem omnes homines Deus noster ad imaginem suam fecit (q), hoc est ad illam divinam gratiam provocavit, ut misericordiam, virtutem, pietatem atque justitiam, & cætera quæ in Deo laudamus, & nos imitari debeamus: suum oriri jussit solem (r), & omnibus Dominus noster Jesus Christus advenit, omnibus crucifixus est (s), omnibus surrexit. Sed hoc tantum munus ac donum Dei Patris, qui pro nobis tradidit Filium suum, itemque Domini nostri Jesu Christi, qui se pro nostra redemptione obtulit, pauci usque ad finem vendicant. Alii fastidiunt, & oblatam salutem recusant, dum nolunt credere auctorem salutis. Plerique etiam, dum invident gratiæ divinæ quæ operatur in nobis (t) se hoc cœlesti fructu abdicant: ut iste miser invidia deceptus nec redditæ sibi vitæ munere gratulatur. Habet igitur carbones suos (u), habet & fructum malæ arboris (x), quem accendat ignis, & suis se consumat incendiis. Separetur radix hujusmodi à fidelium conversatione, & ab omni opere

(q) Gen. I. 26. (r) Matth. V. 45. (s) Hebr. II. 9. (t) Lividi oculis adspiciunt miracula quæ negare non possunt (u) Rom. XII. 20. (x) Matth. VII. 19.

Digitized by Google

pere timentium Deum, ab omni devotorum munere, à congregatione Sanctorum, & a communione Sacramentorum: non habeat communionem cum vivente Drusiana cujus & mortem injuria dignam putavit, & vitam invidia ferre non potuit. Nos autem communionem quam deferebamus mortuæ, viventi impertiamus. Ita gratiarum Domino nostro Jesu Christo actione celebrata, domum Andronici Apostolus repetivit: ubi suggerente sibi Spiritu, fratribus ostendit, Fortunatum vulneratum denuo à serpente (y) esse. Jussitque cito aliquem dirigi, qui nunciaret fidem veri. Unum igitur ex juvenibus destinârunt, qui regressus vidit eum jam frigidum (z), & per corpus ejus venena serpentia. Sed ubi nunciatum esset Joanni, quod intra tres moriturus esset horas, ait: *Habes Filium tuum Diabole.* Et illam diem cum fratribus lætum exegit.

XIV. Altera verò die Craton (a) Philosophus in foro proposuerat, de contemptu divitia-

(y) Ut supra c. 7. (z) Non quod jam mortuus esset, sed quod jam veneni vis artus invasisset. (a) Cratonis hujus nomen forte confictum è nomine Cratetis Philosophi Thebani, quem notum est pecuniam projecisse additis verbis: *pereas, ne me perdas,* ve', ut Græci quidam narrant: Κράτης ἀπολέσει τὰ κεφήτη, ἵνα μὴ τὰ κεφήτη κεφτήσῃ τὸν κεφήτα. Ad scribam verba unius Procopii Epist. 45. quia in editis valde corrupta sunt. ὅθεν δὲ μὴ ὡς ἀποτρίψω κεχρημένῳ σώματι τὴν ἐλευθέραν ἐκείνην φωνὴν, πίωσε, λέγων, πίωσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον, αὐλὸν γὰρ Ἀνάξαρχον ἔποιε πίωσεις. ὁ δὲ ἰῶν ὑπαρχόντων ἐκβολὴν αὐθαίρετον ποιησάμενος.

Digitized by Google

tiarum exempla se editurum. Erat autem spectaculum hujusmodi. Duos juvenes persuaserat, ditissimos civitatis, fratres, ut distracto patrimonio, gemmas emerent singulas, quas in conspectu plebis publicè fregerunt. Quod dum facerent illi, contigit ut transiret fortè Apostolus. Qui vocans ad se Cratonem Philosophum, ait: Stultus est iste mundi contemptus, (b) qui hominum ore laudatur, divino jam pridem judicio condemnatus. Sicut enim vana medicina est, ex qua non abscinditur morbus: ita vana doctrina est (c), ex qua non vitia curantur animarum & morum. Atqui magister meus juvenem cupientem ad vitam æternam pervenire, his verbis instruxit (d), quibus diceret, Ut, si vellet perfectus esse, venderet omnia sua, & daret pauperibus: quo facto, thesaurum in cœlis acquireret, & vitam, quæ

Κράτης, ἔφασκε, Κράτητα ἀληθέστερος. Porro hanc de Cratone fabulam legas quoque in Apocrypha de passione S. Johannis Evangelistæ narratione quam sub Melitonis nomine ex perversto ut vocat Hagiologio suo vulgavit Florentinius ad Martyrolog. Rom. p. 131. seq. In eadem autem quoque verbis mentio fit Drusianæ a Johanne in vitam revocatæ, quam Drusinam vocat Ordericus Vitalis: sed de Callimacho & Fortunato ne χρύ. Alius Videtur Craton de quo infra lib. 6. c. 20. (b) Ad nullius utilitatem sed ad solam jactationem & gloriam comparatus. (c) Pythagoras ap. Stobæum serm. 80. Κενὸς ἐκεῖνος φιλοσόφου λόγος ὑφ' οὗ μηδὲν ἀνθρώπου πάθος θεραπεύεται. ὥσπερ γὰρ ἰατρικὴς οὐκ ὠφελεῖ, μὴ τὰς νόσους ἐκβαλούσης ἀπὸ τῶν σωμάτων, οὕτως οὐδὲ φιλοσοφίας, ἢ μὴ τὸ τῆς ψυχῆς κακὸν ἐκβάλλῃ.

(d) Matth. XIX. 21.

Digitized by Google

quæ finem non habet, inveniret. Ad quem Craton: Humanæ, inquit, cupiditatis fructus (e) in medio hominum positus, confractus est. Sed si verè Deus est magister tuus, & vult hoc fieri, ut pauperibus erogetur census pretii harum gemmarum, fac reintegrari species (f), ut quod ego feci ad famam hominum, tu facias ad gloriam ejus, quem tuum Magistrum esse commemoras. Tunc beatus Joannes colligens fragmenta gemmarum, illaque manu retinens, elevavit oculos ad cœlum, & dixit: Domine Jesu Christe, cui nihil impossibile est, qui fractum mundum per lignum concupiscentiæ, rursus per lignum crucis tuæ in tuis fidelibus restaurâsti: quo nato cœco (g) oculos, quos natura negaverat, reddidisti: qui mortuum Lazarum (h), & sepultum, post quartum diem ad superos revocâsti, & omnes morbos omnesque ægrimonias, virtutis tuæ verbo subjecisti: adeo nunc super istos lapides precioſos, quos ignorantes fructus eleemosynæ ad plausus hominum confregerunt: tu Domine per manus angelorum tuorum modo recupera, ut pretio eorum misericordiæ usus expletus, faciat credentes tibi ingenito patri per unigenitum Filium tuum, Dominum nostrum Jesum Christum, cum Sancto Spiritu illuminatore & sanctifica-

(e) Gemmas inquit. (f) Sequioribus scriptoribus gemmæ & quævis suppellex pretiosior vocantur *species*. Vide Cangii glossar. Porro narrationis hujus de gemmis à S. Johanne repatatis meminit etiam Frèculfus Lexoviensis T. 2. lib. 2. c. 9. (g) Joh. IX. 1. (h) Joh. XI. 43.

Digitized by Google

ctificatore totius Ecclesiæ, in sæcula sæculorum. Cumque respondissent fideles, qui cum Apostolo erant, & dixissent, Amen: (i) ita mox sunt solidata fragmenta gemmarum; ut nec signum aliquod in his quòd fractæ fuissent, remaneret. Quæ Craton Philosophus cum suis discipulis cernens, pedibus Apostoli advolutus, credidit exinde, & baptizatus est cum omnibus, cœpitque & ipse fidem Domini nostri Jesu Christi publice prædicare.

XV. Itaque duo fratres illi, quos diximus, venundantes gemmas, quas vendito patrimonio suo emerant, pauperibus tradiderunt: & cœpit de reliquo infinita turba credentium adhærere Apostolo. Quæ cùm fierent, accidit ut eodem exemplo duo (k) honorati civitatis Ephesiorum, omnia sua venderent, & egentibus distribuerent, sequentes Apostolum per civitatem euntem, & verbū Domini prædicantē. Hi cum Pergamum urbem ingrederentur, viderunt servos sericis indutos vestibus, in publicum procedentes, & in gloria sæculari fulgentes. Unde factum est, ut sagitta diaboli (l) percussi, tristes efficerentur; quòd se in uno pallio viderent egentes, suos verò servos potentes atque fulgentes. Sed hos dolos diaboli intelligens

(i) Ut supra p. 486. (k) Horum nomina infra c. 17. & 18. ponuntur Atticus & Eugenius. In Mellitâ vero quam dixi narratione à Florentinio edita hoc refertur de iisdem juvenibus fratribus qui gemmas fregerant. (l) Ephes. VI. 16. ubi βέλη τῦ πνρ̃ Chrysostomus exponit τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἀτόπους.

Digitized by Google

gens Apostolus Christi, ait: Video vos & animos mutâsse, & vultus propter hoc, quod doctrinam Domini mei Jesu Christi secuti, omnia quæ habere potuistis, pauperibus contuliſtis. Unde si vultis recuperare omnia, quæ in auro, argento & lapidibus pretiosis quondam habebatis, deferte mihi virgas rectas in singulis fascibus. Quod cum feciſſent, invocato nomine Domini Jesu Christi, conversæ sunt in aurum (m). Et dixit ad eos Apostolus: Adferte mihi lapides minutos à littore maris. Quod cum & ipsum feciſſent, invocata majestate Domini, conversi sunt in gemmas lapilli omnes. Et conversus ad viros istos beatus Joannes: Circuite (inquit) aurifices & gemmarios per dies septem, & cum probaveritis aurum verum & veras gemmas esse, nunciate mihi. Euntes autem ambo post septem dies reversi sunt ad Apostolum, dicentes: Domine, omnium aurificum officinas circuivimus, qui omnes dixerunt, tam purum aurum se nunquam vidisse. Sed & gemmarii eadem dixerunt, tam optimos lapides & pretiosos se nunquam vidisse.

XVI. Tunc dicit eis Sanctus Johannes: Ite, & redimite vobis terras, quas vendidiſtis, quia cœlorum prædia perdidiſtis. Emite vobis sericas vestes, ut pro tempore fulgeatis sicut rosa,

(m) Autor de vita & morte sanctorum (qui legitur inter opera Isidori Hisp.) c. 72. ubi de S. Johanne: *mutavit in aurum sylvestres frondium virgas, littoreaque saxa in gemmas, & gemmarum fragmina in propriam reformavit figuram.* Ita legendus iste locus.

Digitized by Google

rosa, quæ odorem & ruborem ostendens, repente marcescis. Suspirâstis enim in vestrorum adspectu, & vos effectos pauperes gemuistis: Estote ergo floridi, ut marcescatis: estote divites temporaliter, ut in perpetuo mendicetis. Numquid non valet manus Domini, ut faciat divitias affluentes, & incomparabiliter splendentes? sed certamen statuit animorum, ut credant se æternas habituros divitias, qui pro ejus nomine temporales opes habere noluerunt. Denique narravit nobis magister noster de quodam divite (n), qui epulabatur quotidie, & fulgebat in auro & purpura. Ad cujus fores jacebat mendicans Lazarus, qui cupiebat vel micas, quæ de mensa ejus cadebant, accipere: Et nemo illi dabat. Contigit autem, ut una die ambo deficerent, & ille mendicus duceretur in requiem, quæ est in sinu Abrahæ, dives autem mitteretur in flammam incendii. Unde elevans oculos, vidit Lazarum, & rogat, ut intingat digitum in aquam, & refrigeret os suum, quo cruciaretur in flammis. Cui respondens Abraham dixit: Memento Fili, quia recepisti bona in vita tua: Lazarus autem hic similiter mala. Quare meritò iste nunc consolatur (o), cùm tu torqueris. Et in omnibus (p) chaos magnam inter vos & nos firmatum est,

(n) Euthymius ad Luc. XVI. 19. notat nomen hujus divitis quibusdam dictum *Nimeusin*. Et ædes ejus suo adhuc tempore monstratas Hierosolymis refert Adrichomius in descriptione tetræ sanctæ. Alii Hetodem à Christo perstringi putarunt. (o) De hoc verbo supra p. 448.

(p) *ἐπὶ πᾶσι, χάσμα μέγα ἐστήριλαι denique, ex-*

Digitized by Google

est, ut neque inde huc, neque hinc illuc transire possint. At ille respondit: Sunt mihi quinque fratres, obsecro ut surgat aliquis, qui moneat eos, ne veniant in hanc flammam. Cui Abraham ait: Habent Moysen & Prophetas, audiant eos. Ad hæc ille respondit: Domine, nisi resurrexerit aliquis, non credunt. Cui dixit Abraham: Si Moysi & Prophetis non credunt, neque si aliquis resurrexerit, fidem habebunt. Hos autem sermones suos Dominus & Magister noster, virtutum (q) firmabat exemplis. Nam cum dicerent ei; Quis inde huc venit, ut credamus ei? Respondit ille: Deferte huc mortuos quos habetis. Cumque apportassent coram illo adolescentem mortuum (r), veluti dormiens excitatus est ab eo, & dabat fidem cunctis sermonibus suis. Sed ut quid ego de Domino meo non referam, cum in præsenti sint, quos in ejus nomine & vobis præsentibus atque adspicientibus à mortuis excitavi? In cujus nomine & paralyticos curatos vidistis, le-

stus inter nos & vos hiatus perpetuo intercedit. Luc. XVI. 26. Confer Acta Perpetuæ & Felicitatis in actis selectis Theodorici Ruinarti p. 87. (q) Miraculorum. (r) Paulo aliter Mellitus apud Florentinium pag. 133. *Cumque adportassent coram illo tria corpora mortuorum, velut dormientia excitata sunt ab eo qui dabant fidem cunctis sermonibus ejus.* Nihil de his tribus à Christo suscitatis, neque de adolescente (de quo Abdias) genuini Evangelistæ, etsi plures à Christo suscitatos quam Archisynagogi Filium, Viduæ Nainiticæ Filium & Lazarum suspicatur S. Augustinus serm. 44. de verbis Domini.

Digitized by Google

profos mundatos, & cæcos inluminatos, & multos denique à dæmonibus liberatos. Sed has virtutum opes habere non possunt, qui voluerint divitias habere terrenas. Denique vos ipsi quando ad infirmos intrâstis, invocato nomine Jesu Christi, salvati sunt illi. Fugâstis dæmonia, & cæcis lumina redidistis. Ecce ablata est hæc gratia à vobis, & facti estis miseri, qui eratis fortes & magni. Et cum tantus esset timor in dæmoniis, ut jussu vestro obsessos homines derelinquerent, modo vos timebitis dæmonia. Amator enim pecuniæ, servus est Mamonæ. Mamona autem dæmonis (s) nomen est, qui lucris carnalibus præest, & dominatoreorum qui diligunt mundum. Ipsi autem amatores mundi non possident divitias, sed ipsi à divitiis possidentur. Absurdum enim est, cum sit unus venter, cui tot cibi reponantur,

(s) Mammon Syris qui Plutus apud Græcos. Vide Barthium lib. 55. Adversar. c. 4. & lib. 60. p. 2978. seq. Petrus Lombardus lib. 2. sententiar. dist. 6. *Inde etiam est quod nomine Dæmonis divitiæ vocantur sive Mammona. Est enim Mammon nomen dæmonis, quo nomine vocantur divitiæ secundum Syros. Hoc autem non ideo est, quod Diabolus in potestate habeat dare vel auferre divitias cui velit: sed quia eis utitur ad hominum tentationem & deceptionem.* De vocabulo Mammonæ præter interpretes ad Matth. VI. 24. & Luc. XVI. 9. agunt Drusius in vocibus Hebraicis N. T. & ad sententias Benjra Alphab. 2. lit. Sade. Waserus de numis Hebr. lib. 1. c. 2. Fevardentius & Gallasius ad Irenæi lib. 3. c. 8. Wetstenius ad dialogum Origeni adscriptum contra Marcionitas p. 36.

Digitized by Google

tur, qui mille ventribus satisfacerent: & uni corpori tot vestes, quæ mille hominum corporibus præbere indumenta valeant. Sic frustrà, quod in usum non venit, custoditur: & cui custodiatur, omnino nescitur, dicente Sancto Spiritu per Prophetam (t): Vanè conturbatur omnis homo, qui thesaurizat, & ignorat cui congregat ea. Nudos (u) nos fuderunt in lucem partus mulierum, egentes cibi & poculi: nudos nos recipiet terra, quos edidit. In communi possidemus (x) cœli divitias, splendor solis diviti & pauperi æqualis est, similiter lunæ lumen & siderum. Aëris quoque temperies, & pluviarum guttæ: & Ecclesiæ janua, & fons sanctificationis, (y) & remissio peccatorum, & participatio altaris, & esca corporis & potus sanguinis (z) Christi, & chrismatis unctio,

(t) Davidem Ps. XXXIX. 7. (u) Cohel. V. 14. Job. I. 21. 1. Tim. VI. 7. (x) Vide Pricæum ad Matth. V. 45. Act. XIV. 17. & XVII. 25. (y) Baptismus. (z) Ex præcepto Domini: *bibite ex hoc omnes*, quod non curantes Manichæi olim sub una specie communicarunt, vinum dæmonis opus esse existimantes. Vide Leonis M. Serm. 4. quadragesimal. c. 5. Paschasium Quesnellum notis ad Leonem p. 260. seq. & in addendis p. 913. Ex alia longe causâ jam à quinque seculis potum sanguinis Christi Laicis subtraxit Ecclesia Romana, sed subtrahit tamen, atque ita subtrahit, ut qui hoc ipso adversus Christi institutionem eam facere queruntur, illi audiant hæretici, quibus singillatim designandis lapidum nomen excogitatum est Ἀτομοπρεσβύται. Vide Cangii glossas. in τροπεῖς. Ad seculum vero duodecimum usque communionem sub utraque longe lateque in omni Ecclesia patuisse, non diffitentur viri etiam Romanæ Ecclesiæ doctissimi. Restituendam integro

Digitized by Google

ctio, (a) & gratia largitoris (b), & visitatio Domini (c), & indulgentia peccati : hæc omnia absque personæ acceptione æqualis est dispensatio conditoris. Neque aliter dives, aliter pauper his donis utitur. Sed miser & infelix homo, qui vult plus aliquid habere, quàm sufficit. Nascuntur enim hinc calores febrium, rigores frigorum, dolores varii in cunctis corporum membris. Et neque escâ cibari potest, neque poculo satiari, ut cognoscat aviditas non sibi pecunias profuturas : quæ repositæ, custodibus suis sollicitudinem (d) diurnam nocturnamque incutiunt, & nec unius horæ spatio quie-

libro svasit sed frustra Georgius Cassander: frustra alii, etiam Reges ac Principes eandem rem jampridem postularunt. Clemens VI. in bulla data A. 1437. qua Regi Galliæ usum calicis concedit, affirmavit hoc se facere *ad majus gratiæ augmentum.* Quidni igitur alii Laici ægerrime ferant hoc majus gratiæ augmentum sibi à Pontifice contra universale Domini institutum, contra universalem Ecclesiæ universalis per prima 12. secula traditionem, sine ulla quam profiteri non erubescat causa intercipi ac prohiberi.

(a) In baptismo olim chrismate sive oleo sancto ungebantur mares pariter & fœminæ, ut constat ex Const. Apost. III. 15. & aliis veteribus, quos ad eum locum laudat Cotelerius. Peculiarem de chrismate tractatum se conscripsisse testatur Salmasius p. 84. apparat. de primatu Papæ. Sed is lucem non adspexit. Abunde tamen hoc argumentum persecuti sunt viri docti qui de baptismo & confirmatione egerunt, & novissime Thomas Milles ad Cyrillum Hierosolymitanum. (b) Dei Patris qui Filium suum largitus est toti generi humano. (c) Filii Dei, qui venit in terram, pro omnium hominum salute mortem oppetiturus. (d) Cohel. V. 16.

Digitized by Google

quietos aut ſecuros eſſe patiuntur. Nam dum cuſtodiuntur, fures inſidiantur (e), dum poſſeſſio colitur, dum aratris intendunt, dum ſolvunt fiſcalia, (f) dum ædificant promptuaria, (g) dum lucris ſtudent, dum potentiorum impetus mitigare nituntur, dum minus potentes nudare contendunt, dum iras ſuas quibus poſſunt inferunt, & inlatas in ſe tolerare vix poſſunt, dū blandimenta carnis aſſentiunt (h) dum ludere tabulis (i) & ſpectaculis (k) non perhorreſcunt, dum polluere & pollui non metuunt, ſubitò exeunt de iſto ſæculo, nudi, ſola ſecum peccata portantes (l), pro quibus ſunt pœnas paſſuri perpetuas.

XVII. Hæc dicente S. Joanne Apoſtolo, ecce efferebatur juvenis à matre vidua, qui triginta diebus elapſis uxorem primum duxerat. Venientes autē turbæ quæ exequiis officia faciebant, ſimul cum matre vidua, conjecerunt ſe ad pedes Apoſtoli, eundem omnes pariter mugitum fletumque ac gemitum emittentes. Rogabant enim, ut in nomine Dei ſui, ſicut Drusianam, ita & hunc juvenem (m) mortuum

(e) i. e. dum cuſtodiuntur adverſus inſidias furum. (f) Tributa & penſitationes quæ fiſco debentur. Vide Cangii gloſſar. (g) horrea, uti dives ille Luc. XII. 18. (h) i. e. ſentiunt ſive illis fruuntur. (i) aleâ, calculis teſſeriſve. (k) gladiatoriis, Comicis &c. (l) Ut pios ſequuntur opera ſua bona Apoc. XIV. 13, ita malos mala 1. Tim. V. 24, Barnabæ Epiſt. *Unusquisque ſecundum, quæ facit accipiet. Si fuerit bonus, bonitas eum antecedet: ſi nequam, merces nequitiæ eum ſequitur.*

(m) Forte hic eſt quem Epheſi à Johanne ſuſcitatum narrat

Digitized by Google

resuscitaret. Tantus autem omnium tum extitit fletus, ut etiam ipse Apostolus (n) vix à fletu & lacrymis temperaret. Itaque prosternens se in orationem, diutissimè flevit. Et exurgens ab oratione, expandit manus suas ad cœlum, intra se diutissimè (o) orationi intentus. Hoc cum fecisset & tertiò, jubet solvi involutum corpus, & ait: O juvenis Stactee (p) qui amore carnis tuæ ductus citò animam amisisti: ô juvenis, qui nesciviſti creatorem tuum, qui Salvatorem hominum non cognoviſti, nesciſti amicum verum (q), & idcirco in insidias hostis pessimi incurristi: ecce pro ignorantia tua lacrymas Domino meo simul & preces effudi, ut exurgens à mortuis lethi vinculo resoluto, istis duobus (r) Attico & Eugenio annuncies, quantam gloriam amiserint, & quantam incurrerint pœnam. Tunc exurgens Stacteus adoravit Apostolum, & cœpit increpare discipulos ejus dicens: Vidi angelos vestros flen-

Apollonius qui contra Montanistas scripsit, apud Eusch. lib. 5. c. 18. Hist. Sozomenus VII. 7. ὁ δὲ μόνῳ Πέτρῳ & ὁ Ἀπόστολος ἤγειρε νεκρὸν αἴμα καὶ Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐν Ἐφέσῳ, καὶ Φιλίππου θυγατέρες ἐν Ἱεραπόλει. (n) ut Christus Lazarum suscitaturus Joh. XI. 35. (o) Jam alibi observavi, admodum frequens esse nostro hoc *diutissime* cum de precibus vel sermonibus Apostolorum agit. (p) Ita scripsi pro *Syricus*, quod erat in prioribus edit. quia & infra *Stacteus* vocatur apud nostrum, & bis apud Joh. Mellitum a Florentinio edium p. 134. (q) Ita scripsi ex eodem Mellito, cum priores editiones haberent *amicum verum*. (r) honoratis Ephesiorum, de quibus agi cœptum cap. 15. seq.

Digitized by Google

flentes (s) & Satanæ angelos in vestra dejectione gratulantes. Jam enim regnum paratum vobis, & ex coruscantibus gemmis zætas (t) instructas, plenas gaudii, plenas epulis, plenas deliciis, plenas denique vita perpetua, & lumine æterno, parvo tempore amisistis: & acquisivistis vobis loca tenebrarum, plena draconibus, plena stridentibus flammis, plena cruciatibus, & incomparabilibus pœnis, plena

(s) Luc. XV. 22. Christus testatur lætari angelos homine pœnitente. Sic vicissim dolent hominibus in peccata relabentibus, eosque fugiunt velut apes fumum, & fœtorem columbæ, ut bene ait Basilius in Ps. 33. T. 1. p. 220. seq. Idem Judæis ac Mohametanis persuasum esse docent Gilbertas Gaulminus notis ad lib. de morte Mosis p. 337. & Joh. Gregorius Anglus Observationum doctissimar. inquædam S. Scripturæ loca cap. 30. E platonicis Chalcidius p. 226. *Nunc de Sancta daemonum genere fit sermo quod ait Plato* (in Timæo.) *admirabili quadam esse prudentia memoriaque & docilitate felici, quod omnia sciat cogitationesque hominum introspiciat & bonis quidem delectetur, improbos oderit, contingente se tristitia quæ nascitur ex odio displicentis. Solus quippe Deus utpote plena perfectaque divinitatis neque tristitia neque voluptate contingitur.* Addam è Christianis Procopium Gazæum p. 503. in Octateuch. quod opus eximium Græce ex MS. Augustano à se descriptum novaque versione & notis illustratum in scriniis servat Clariss. amicus atque conterraneus meus Gotfridus Olearius: *Qui voluntate Daemonum non obtemperant, dolore illos afficiunt, angelosque lætitiâ.* (t) Hoc vocabulum quo dicta sive cœnatio denotatur, occurrit etiam in quibusdam codicibus Plinii lib. 2. Epist. 17. Sed ibi melliores MSti non Zæta habent sed Zotheca, ut monuit Sir-

Digitized by Google

na doloribus, plena anguſtiis, plena timore & tremore horrifico. Amiſiſtis loca floribus immarcescibilibus plena, fulgentia, plena vocibus organorum: (u) & acquiſiviſtis econtrà vobis loca, in quibus die noctuque non ceſſat mugitus, & ululatus & luctus. Nam nihil aliud vobis ſupereſt, niſi rogetis Apoſtolum Domini, ut ſicut me reſuſcitavit ad vitam, ita vos quoque (x) reſuſcitet ab interitu ad ſalutem, & animas veſtras quæ jam de libro vitæ deletæ ſunt (y), iterum reducat (z).

XVIII.

mondus ad Sidon. & ad Phœbadium Barthius. Atque ita lib. 5. Epiſt. 6. *Zotheculam* non *Zeteculam*. Paſſim tamen apud alios ſcriptores *Zæta* legitur, ut apud Lampridium in Heliogabalo, Aldhelmum de virginitate & alios quos vide in Cangii gloſſario. Cæterum Zæta pro diæta ponitur, ut Zabolus pro diabolo, ζάκος & pro Διάκος & ſimilia, de quibus Antonius Velſerus in Epiſtola ad Hieron. Fabrum de Zæta & Zætario quam habes ad calcem Pignorii de ſervis, & in operibus Velſeri omiſſâ miror. Apud Ammianũ XXIII. 6. *Diavas* & *Adiavas* fluvii pro *Zabaſ* & *Anzabas* apud Commodianum *Zacones* pro *Diacones*. Vicisſim *cæmidiare* pro κωλωμίζειν, & ſimilia apud illuſtris doctrinæ virum Joh. Frid. Gronovium lib. 4. obſ. p. 209. ſeq. Vide & Theoph. Raynaudum T. 12. Opp. p. 391. Tho. Crenium virum diligentiſſ. parte 7. animadverſ. hiſtor. Philol. p. 89. ſeq.

(u) Muſicorum inſtrumentorum dulci voluptate aures beatorum afficientium. Quo refer & verba illa in hymno latino Germanico Petri Dresdenſis: da die Engel ſingen nova cantica, und die Schellen klingen in Regis curia.

(x) Utpote Deo mortuos.

(y) i. e. jam mortuæ ſunt. Tunc enim Deus noſtro ſcriptori dicitur delere hominem è libro vitæ, cum moritur. Talis autem liber vitæ eſt, qualis eſt vita & mors de qua agit. At hoc loco ſermo illi eſt de vita & morte ani-

Digitized by Google

XVIII. Quibus dictis, & ipse qui recens suscitatus fuerat, & omnis populus unà cum Attico & Eugenio, prosternebat se pedibus Apostoli, & exorabant, ut intercederet pro his ad Dominum. Quibus Sanctus Apostolus hoc dedit in responsis: ut per triginta dies Deo pœnitentiam offerent, in quo spatio maximè precarentur, ut virgæ aureæ (a) ad suam naturam redirent, similiter & lapides (b) ad vilitatem, qua nati fuerant, remearent. Factum est autem, ut triginta dierum transacto spatio, cum virgæ mutarentur & petræ. Et venientes Atticus & Eugenius, dixerunt Apostolo: Semper misericordiam docuisti, semper indul-

mæ, adeoque de libro vitæ spiritalis. Nam est præterea liber vitæ hujus temporalis, de quo Hieron. & alii veteres accipienda esse observant verba Mosis Exod. XXXII. 32. *Dele me ex libro quem scripsisti.* ut gemina sint verbis Num. XI. 15. *Obsecro ut interficias me.* Saltim responsio Dei: *qui peccat, eum delebo*, illam interpretationem neutiquam refellit, nam tametsi pii quoque moriuntur, at non continuo ante tempus in pœnam præ aliis interficiuntur, quod impiis minatum esse Deum ex pluribus sacrarum literarum locis constat. Illustris Stillingfleetus in Epistola ad Deistam p. 126. sq. librum ex quo deleri optabat Moses interpretatus est de numero eorum qui intraturi essent Palæstinam. (z) Procopius Gazæus in cap. 1. Numeror. *Sæpenumero quando à virtute ad vitium defletitimus, descriptionis in librum vitæ permutationem fieri, est intelligendum.* (a) In aurum à Johanne mutatæ. Supra c. 15. (b) In gemmas mutati ab eodem Apostolo. Porro *ad vilitatem* scripsi pro *ad utilitatem* quod præferebant priores editiones.

Digitized by Google

gentiam prædicasti, & præcepisti, ut homo homini indulgeret. Et, si hominem homini indulgere vult Deus, quantò magis ipse, cum Deus sit, homini & indulget & parcit, in quem peccatum nostrum contulimus, & quod oculis concupiscentibus in mundo deliquimus, oculis flentibus pœnitemus. Oramus nunc igitur te Domine, oramus Apostole Dei, ut indulgentiam quam semper promisisti verbis, factis tandem ostendas. Tunc sanctus Johannes flentibus & pœnitentibus, universis etiam pro his intervenientibus, dixit: Dominus Deus noster his sermonibus usus est, dum de peccatoribus ageretur, ut diceret (c), *Nolo mortem peccatoris, sed volo potius ut convertatur, & vivat.* Nam dum nos doceret de pœnitentibus Dominus Jesus Christus, ait: (d) *Amen dico vobis, quia magnum gaudium est in cœlo super unum peccatorem pœnitentem & convertentem se à peccatis suis: & amplior lætitia super illo est, quàm super nonaginta novem, qui non peccaverunt* (e). Unde vos volo scire, quia Dominus accipit pœnitentiam horum. Conversusque ad Articum & Eugenium, dixit: Euntes reportate virgas ad sylvam, unde eas assumpsistis, quoniam ad suam jam sunt naturam reversæ: & lapides, ad littus maris, quoniam petræ effectæ sunt, ut antè fuerant. Quod cum fuisset impletum, receperunt gratiam, quam

(c) Ezech. XXXIII. 11. (d) Luc. XV. 7. (e) Apud Lucam non legas, *qui non peccaverunt*, sed: *quibus non opus est pœnitentia*, quæ verba ad scopum Christi optime interpretaberis, si de beatis jam in cœlum receptis accipies.

Digitized by Google

quam amiserant: ita ut jam iterum fugarent dæmones, sicut prius, & infirmos curarent, & cœcos illuminarent, multasque indies per eos virtutes Dominus faceret.

XIX. Dum hæc fierent apud Ephesum, & omnes indies magis magisque Asiæ provinciæ Joannem & excolerent & prædicarent, accidit ut cultores idolorum excitarent seditionem (f). Unde factum est, ut Joannem traherent ad templum Dianæ (g), & urgerent eum, ut ei fœditatem sacrificiorum offerret. Inter hæc beatus Joannes inquit: Ducamus omnes eos ad Ecclesiam Domini nostri Jesu Christi, & cum invocaveritis nomen ejus, faciam cadere templum hoc, & comminui idolum hoc vestrum. Quod ubi factum fuerit, justum nobis videri debet, ut relicta superstitione ejus rei quæ à Deo meo victa est, & confracta, ad id ipsum convertamini. Ad hanc vocem conticuit populus: & licèt essent pauci, qui contra-

(f) Tota hæc narratio etiam extat apud Joh. Mellitum editum à Florentinio p. 134. sq. ad Martyrologium.

(g) De hoc templo ita Livius lib. 1. c. 45. *jam tum* (Servii Tullii temporibus) *erat inclytum Dianæ Ephesiæ fanum, id communiter à civitatibus Asiæ factum fama ferebat.* Confer interpretes ad Act. XIX. 27. ubi inter alia legas Dianam Ephesiam cultam à tota Asia, ἣν ὅλη ἡ Ἀσία καὶ οἰκουμένη σέβεται. Id non falso ab Ephesiis dictum ostendunt è veteribus Strabo præsertim libro XIV. & recentioribus Seldenus ad marmora Oxonienſia p. 57. Petrus Faber III. semestr. p. 51. seq. Leo Allatius ad Philonem Byz. de septem orbis spectaculis p. 91. seq. Petrus Petitus de Amazonibus c. 30. Vide etiam Octavium Falcone-

Digitized by Google

tradicerent huic definitioni, pars tamen maxima consensum attribuit. Tunc beatus Joannes blandis alloquiis exhortabatur populum, ut à templo longè se facerent. Cumque universi exteriore parte foràs exirent, voce clara clamavit: ut sciat hæc omnis turba, quia idolum hoc Dianæ vestræ dæmonium est, & non Deus, corruat (h) cum omnibus manufactis idolis quæ coluntur in eo, ita tamen, ut nullam in hominibus læsionem faciat. Continuo ad hanc vocem Apostoli, omnia simul cum templo suo idolium de numis Apameensium & illustrem Ez. Spanhemium lib. de Vesta & prytanibus Græcorum T. 5. thesauri antiquitatt. Rom. p. 698. (h) Ad hunc locum adscribam observationem integram Florentinii p. 140. ad Martyrolog. quam ector ita accipiat ut volet. Præcipuum, inquit, Ephesini templi Idolum fuisse Dianam multimammiam, cui fanum teste Hieronymo dicatum erat, dubitari nequit. At plura alia Idola Dianæ ibi recondita fuisse testis est Cæsar de bello civili lib. 3. qui Scipionem narrat pecunias in templo antiquitus depositas, cæterasque ejusdem Deæ statuas inde tolli jussisse. Quod vero cum idolo fanum illud ad jussa Johannis Apostoli corruerit, refert etiam Nicephorus lib. 2. c. 42. Quod videtur pugnare cum eo quod Trebellius Pollio sub duobus Gallienis refert, memorabile nempe templum illud à Scythis sive Gothis eo tempore devastatum & incensum: argumento, quod adhuc integrum staret, sicuti sub Vespasiano, quo vivente Plinius scripsit. At Johannem Ephesum rediisse post Domitianum, & deinceps hoc edidisse prodigium, ex Mellito palam est, sicuti Plinii tempore jam septies dirutum & restitutum fuerat, ut ipse testatur lib. XVI. c. 40. Ita in centum quinquaginta & amplius annorum spatio iterum redintegrari potuerat, ut sub Gallienis adhuc persisteret, & incendi iterumque vastari posset. Hæc ille.

Digitized by Google

idola ita corruerunt, ut efficerentur, si ut pulvis, quem projecit ventus à facie terræ. Itaque conversa sunt eadem die xij. millia gentilium, exceptis parvulis & mulieribus, & baptizati sunt, à beato Joanne, & virtute consecrati.

XX. Quæ cum animadverteret Aristodemus, qui erat Pontifex omnium illorum idolorum, repletus Spiritu nequissimo, excitavit seditionem in populo, ut populus contra populum pararetur ad bellum. Ad quem conversus Joannes: Dic mihi Aristodeme (inquit) quid faciam ut tollam indignationem de animo tuo? Cui Aristodemus: Si vis ut credam Deo tuo, dabo tibi venenum bibere. Quod cum biberis, & non fueris mortuus, apparet verum esse Deum tuum. Respondit Apostolus: Venenum si dederis mihi bibere, invocato nomine Domini mei, nocere non poterit (i). Cui rursus Aristodemus: Volo ut prius videas bibentes, & statim morientes, ut vel sic possit cor tuum ab hoc poculo abhorrere. Ad quem beatus Joannes: jam anteà dixi tibi, quia paratus sum bibere, ut credas in Dominum Jesum Christum, cum me videris post veneni poculum sanum. Perrexit itaque Aristodemus ad Proconsulem, & petiit ab eo duos viros, de quibus debebat ultimum supplicium sumi. Quos cum statuisset in medio foro coram omni populo, adspiciente Apostolo, fecit eos bibere venenum: qui mox ut biberunt, Spiritum exhalauerunt. Tunc conversus ad Joannem Aristodemus:

(i) Marc. XVI. 18.

Digitized by Google

demus: Audi me (inquit) & recede ab hac doctrina tua, qua à Deorum cultura revocas populum: aut accipe & bibe, ut ostendas omnipotentem esse Deum tuum, si posteaquam biberis, poteris incolumis permanere. Tunc beatus Joannes, jacentibus mortuis his, qui venenum biberant, ut intrepidus & constans accepit calicem (k) & signaculum crucis (l) faciens,

(k) Augustinus in soliloqv. *pro tua dulcedine gustandâ veneni poculum Joannes potavit.* Scriptor de morte sanctorum, qui extat inter opera Isidori Hisp. c. 73. *Bibens lethiferum haustum non solum evasit periculum, sed eodem prostratos poculo in vitæ reparavit statum.* Idem narrant Mellitus & alii. Hinc Joannes cum calice vulgo pingitur. Vide Joh. Molanum de imaginibus, Jac. Thomasii τῦ μαχαιρίτα Exercitationem de poculo S. Johannis & Andream Saussæum de panoplia sacerdotali lib. 8. c. 3. p. 188. Romæ in Ecclesia S. Johannis ante Portam latinam adhuc ostenditur calix ex quo venenum Apostolo propinatum ferunt. Sed & de Justo Barsaba legas apud Euseb. III. ult. Hist. p. 112. ὃς δηλητήριον φάρμακον ἐμπιὼν καὶ μηδὲν ἀνδρὸς διὰ τὴν τῦ Κυρίᾳ Χάριν ὑπομείνα[illegible]. Idem de Victore milite Cilice observat Grotius ex martyrologio Adonis prid. Id. Maji, & de Sabino Canusino Episcopo, ex Gregorio Tur. Et quod Talmudistæ cognatum quendam Josuæ Filii Levi, eum venenum bibisset, pronunciato Jesu nomine convaluisse narrant. Christophorus quoque Angelus in libro de statu Ecclesiæ Græcæ refert Patriarcham quendam pium Cpolitanum hausto veneno quod Judæorum insidiæ illi paraverant nihil detrimenti passum esse. Non desunt qui putant sed parum verisimiliter huic de Johanne traditioni, quam probabulosa habent, excogitandæ ansam dedisse verba Christi dicta ad Johannem & Jacobum Matth. XX. 22. *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum?* (l) Tanto frequen-

Digitized by Google

ens, ita locutus est: Deus meus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, cujus verbo cœli firmati sunt (m), cui omnia subjecta sunt, cui omnis creatura deservit, & omnis potestas subjecta est, quem & metuit, & expavescit. Itaque nos te ad auxilium invocamus, cujus audito nomine serpens conquiescit, draco fugit, silet vipera, & rubeta illa quæ dicitur rana (n), inquieta (o) torpescit, scorpius extinguitur, regulus vincitur, & phalangius nihil noxium operatur: denique omnia venenata, & adhuc ferociora repentia & noxia animalia terebrantur. Tu inquam ille, extingue hoc venenosum virus, extingue operationes ejus mortiferas, & vires quas in se habet evacua: & da in conspectu tuo omnibus his, quos tu creâsti, oculos, ut videant, aures, ut audiant, & cor, ut magnitudinem tuam intelligant. Et cum hæc dixisset, os suum, & totum semetipsum armavit signo crucis, & bibit totum, quod erat in calice. Et postea quam bibit, dixit: Peto ut propter quos (p) bibi, convertantur ad te

tior hujus signaculi crucis mentio in his libris, quo altius est de illo in scriptis genuinis Apostolicæ ætatis silentium.

(m) Ps. XXXIII. 6. (n) De ranæ rubetæ præsenti Veneno hujusque mirandis effectibus multa Plinius, quem vide. Eidem de reliquis venenatis bestiis differenti jungendus Nicander in Theriacis. Longe plurimarum effigies ex antiquo Dioscoridis codice MSto in æs incisas exhibet post Lambecium T. 2. Commentar. Daniel Nesselius part. 3. ante pag. 9. (o) *Inquieta* putem hoc loco positum pro *quieta*. Sic *infucatus* & *infractus* bonis scriptoribus non alio fere sensu ponitur quam pro fracto & pleno fuco.

p) Qui me ad hoc bibendum coëgerunt.

Digitized by Google

te Domine, & salutem quæ apud te est, te inluminante mereantur. Attendente populo (q) Joannem per tres horas vultum habere hilarem, & nulla penitus in eo esse signa palloris, aut trepidationis, clamare voce magna cœpit: Unus Deus verus est, quem colit (r) Joannes.

XXI. Aristodemus tamen ne sic quidem credebat, populo objurgante hunc; ille autem conversus ad Joannem, dixit: Deest mihi adhuc unum, quòd si istos qui hoc mortui veneno sunt, in nomine Dei tui excitaveris, emundabitur ab omni dubio mens mea. Quæ cum dixisset, plebs insurgebat in Aristodemum, dicens: Incendemus te & domum tuam (s), si pergas ulterius Apostolum sermonibus tuis fatigare. Videns itaque Joannes acerrimè seditionem fieri, petiit silentium, & omnibus audientibus ait: Prima est, quam de virtutibus divinis imitari debemus patientia, per quam ferre possumus incredulorum insipientiam: Unde si adhuc Aristodemus ab infidelitate tenetur, solvamus nodos infidelitatis ejus. Cogetur, quantumuis serò, agnoscere creatorem suum, non enim cessabo ab hoc opere donec medela ejus possit vulneribus opitulari. Et sicut medici habentes inter manus ægrum medela indigentem: ita etiam nos, si adhuc curatus non est Aristodemus his, quæ facta modò sunt, curabitur illis quæ jam faciam. Et convocans ad se Aristodemum, dedit ei tunicam suam,

(q) Ut Paulum Act. XX. 6. seq. (r) Ita supra p. 475. 505. (s) Formula eadem Judic. XIV. 15.

Digitized by Google

am, ipse verò pallio (t) amictus cœpit stare. Cui ait Aristodemus: Ut quid tunicam mihi tuam dedisti? Ad quem Joannes: Ut vel sic confusus, à tua infidelitate recedas. Et Aristodemus: Et quomodo (ait) me tunica tua faciet ab infidelitate recedere? Cui respondit Apostolus: Vade, & mitte eam (u) super corpora defunctorum, & dices ita: Apostolus Domini nostri Jesu Christi misit me, ut in ejus nomine exsurgatis, ut cognoscant omnes, quia vita & mors famulantur Domino meo Jesu Christo. Quod cum fecisset Aristodemus, & vidisset eos exsurgere, adorans Joannem, festinus perrexit ad Proconsulem, & cœpit clara voce dicere: Audi me, audi me Proconsul: meminisse te puto, quod contra Joannem frequenter iram tuam excitaverim, & multa quotidie contra eum fim molitus: unde vereor, ne iram ejus experiar. Deus (x) enim sub specie hominis latens venenum bibens, non solum incolumis perseverat, sed etiam eos, qui veneno mortui fuerant, per manus meas, tunicæ ejus attactu, ipse ille revocavit, ut vivant, nulla secum signa

Uu mor-

(t) *Tunica*, χιτὼν, vestimentum interius: *pallium* ἱμάτιον exterius operimentum. Vide interpretes ad Matth. V. 40. & Ælian. lib. 1. c. 16. var. Hist. Octavian. Ferrarium Part. 1. de re vestiar. lib. 3. c. 1. part. 2. lib. 4. c. 3.

(u) De vi miraculosa vestium Apostolor. mentio Act. XIX. 12. supra p. 447. & 518. &c. Sic Elisæi ossibus admotis cadaver excitatur 4. Reg. XIII. 21. (x) Sic Act. XIV. 11. de Paulo & Barnaba. οἱ θεοὶ ὁμοιωθέντες ἀνθρώποις κατέβησαν πρὸς ἡμᾶς.

mortis habentes. Quæ audiens Proconsul: Et quid vis ut faciam? inquit. Respondit Aristodemus: Eamus & advoluti ejus genubus, veniam postulemus, & quidquid nobis ille jusserit, faciamus. Tunc venientes simul prostraverunt se, indulgentiam flagitantes. Quos ille suscipiens, orationem cum gratiarum actione obtulit Deo, præcepitque eis unius hebdomadæ jejunium: quo expleto baptizavit eos in nomine Domini nostri Jesu Christi, patrisque ejus omnipotentis, & inluminatoris Spiritus Sancti. Qui cum baptizati fuissent cum universis domibus & famulis suis, affinitatibusque, fregerunt omnia simulacra, & fabricaverunt basilicam in nomine Sancti (y) Joannis: qua ipse

(y) Eadem leguntur apud Mellitum p. 136. ex quo & præcedentia ad verbum petita sunt, & major pars eorum quæ sequuntur. Templum Johannis Apostoli prope Ephesum urbem (πρὸ τῆς ἐφεσίων πόλεως) ab indigenis in rupe exstructum admodum parvum fuisse testatur Procopius sub init. libri 5. de ædificiis Justiniani Imp. qui illud vetustate collapsum longe præstantius ampliusque restauravit. Meminere & illius templi Menæa 8. Maji. Et idem Procopius in ἀνεκδότοις· Καὶ Θεοδόσιος μὲν προσεμαθὼν ἐς τὸ ἱερὸν Ἰωάννου καλαφίωνα τὸ Ἀποστόλου, ὅπερ ἀντεῦθα ἀγιώτατόν τε ἐπιεικῶς καὶ ἐνδιμον ἐστιν. Ἀνδρέου δὲ ὁ τῆς ἐφέσου Ἀρχιερεὺς χρήμασιν δι' ἀναπεισθεὶς τὸν ἀνδρῶνα ἐνεχείρισεν. Superstite autem Johanne in ejus nomine basilicâ exstructam fuisse & nullatenus est verisimile & fide dignorum autorum testimoniis destituum. Templum Johannis Ephesinum hodie à Turcis in Mosqueam mutatum lustrasse se testatur Jac. Sponius p. 69. Itinerar. edit. Germanicæ.

Digitized by Google

ipse Joannes Apostolus adsumptus est (z) hoc ordine.

XXII. Cum esset annorum nonaginta septem (a), apparuit ei Dominus Jesus Christus cum discipulis suis, & dixit ei: Veni ad me, quia tempus est, ut epuleris in convivio meo (b) cum fratribus tuis. Itaque cum surrexisset Apostolus, addidit idem Dominus. Dominica resurrectionis meæ (c) quæ post quinque dies futura est, ita venies ad me. Et cum hæc dixisset, cœlo receptus est (d). Interea inlucescente dominica, convenit universa multitudo ad Ecclesiam, quæ in ejus nomine erat extructa. Ibi

(z) i.e. obiit, ita ut jam natrabo. (a) Diversas veterum sententias de ætate Johannis vide supra p. 513. quibus adde quod Hippolytus Thebanus apud Lambecium lib. 3. commentar. p. 47. Johanni tribuit annos 110 licet Cedrenus p. 203. ex eodem Hippolyto quem pro antiquo illo Portuensi Episcopo perperam habuit, refert Johannem sub Nerva obiisse, natum annos 106. Et Hippolyti opusculum de XII. Apostolis à Combefisio editum T. 2. auctar. nov. nihil habet de Johannis ætate. (b) De quo Matth. VIII. 11. (c) Recte notavit Florentinius hoc non intelligendum esse de die Paschatos sed alia quadam Dominica quia non alienum est ab usu scriptorum antiquorum quamcunque diem Dominicam à resurrectione Christi nominare. Vide Joh. Mabillonii Analecta T. 2. p. 101. & 138. Constat Sane diem Solis a Christianis statim Apostolorum ætate consecratum ideo quod Christus in ea resurrexit. Barnabæ Epist. c. 15. διὸ καὶ ἄγομεν τὴν ἡμέραν τὴν ὀγδόην εἰς εὐφροσύνην ἐν ᾗ καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀνέστη ἐκ νεκρῶν. Vide ad hunc locum Hug. Menardi notas. (d) Christus nempe qui Joanni apparuerat, Apostolis suis qui omnes solo Johanne excepto diem obierant stipatus.

Digitized by Google

à plurimo pullorum cantu (e) cum egissent mysteria Dei, horam circiter diei tertiam, omnem populum in hæc verba allocutus est (f): Conservi & coheredes & comparticipes regni Dei, vidistis quæ Dominus Jesus per manus nostras opera facere dignatus sit. Nos quidem ministri fuimus voluntatis illius: ille verò auctor operum, quæ à nobis fieri videbantur, extitit, illoque jubente omnia fiebant. Quare illa signa, dona, requiem, ministerium, gloriam, fidem, communionem, munera, grâtiam, quamdiu donavit ille, accepimus: quamdiu concesit, divisimus. In illo conversati sumus, in illo exultavimus, in illo viximus. Sed nunc ad aliud is me opus vocat, quod consummari debet in Domino. *Dissolvi jam delectat, & esse cum Christo* (g): ut hoc quod olim desideravimus, tribuere is tandem dignetur. Quid igitur jam vobis pro exangysi (h) relinquam? Sed habetis ejus pignora, habetis depositum mansue-

(e) De antelucanis primorum Christianorum cœtibus quibus Eucharistiæ sacramentum celebrabant ut memorat Tertullianus, de corona militis c. 3. vide quæ notant viri docti Vossius & Kortholtus ad Plinii Epistolam ad Trajanum.

(f) Apud Mellitum p. 136. tota Johannis morituri oratio absolvitur his verbis: *Fratres & conservi mei & coheredes & participes regni Dei, cognoscite Dominum Jesum Christum, quantas virtutes, quanta prodigia, signa quoque & charismata, similiter doctrinam per me vobis præstiterit. Perseverate in ejus mandatis, me enim Dominus jam de hoc mundo vocare dignatur.*

(g) Ex voto Pauli Philip. 1. 23. (h) ἐξαγγύησιν (quo vocabulo usus Demosthenes contra Timocratem)

Digitized by Google

suetudinis ejus atque pietatis. In vobis conversetur illud, in vobis castè viventibus delectetur. In vobis præterea epuletur patrium cibum (i), ut faciatis voluntatem Patris, qui in cœlo est. Denique in vobis coronetur ea laurea, quam ipse composuit his floribus, quos ipse proprio cruore vestivit. Tu autem Domine Jesu, Ecclesiam tuam, quam ædificâsti tibi, misericordia tua benignè protege. Tu enim Domine solus misericors es, solus pius, solus Salvator & justus: qui radix es immortalitatis, & fons incorruptionis, consortium nobis hujus communionis sanctifica. Et adiecit: Deus, qui solus es Salvator, qui hanc plebem per glorioſam Filii tui passionem acquirere dignatus es in libertatem, & commanentem in tuis præceptis, & abundantem in tuis bonis operibus, semper quæso Domine, custodire digneris. Exaudi supplices servi tui preces, & dirige hanc plebem tuam, tibi dicatam, legibusque tuis servientem, & quam adoptivum tibi populum elegisti, insuper & Filios vocare dignatus es. Dirige inquam, in præceptis tuis diebus ac noctibus gradientem, per benedictum unigenitum Filium tuum, qui nos elegit esse discipulos, & ovium tuarum pastores esse constituit: qui tecum Pater vivit, dominatur, & regnat, cum Sancto Spiritu, sæcula in sæculorum.

Harpocration docet esse vadimonium quo interposito alter liberatur. Sensus igitur est, Johannem per mortem libertati asserendum vadimonii loco commendare exemplum Christi. (i) Joh. IV. 34.

Digitized by Google

XXIII. Et cum compleviſſet orationem, petiit ſibi dari panem (k) & reſpiciens ad cœlum, benedixit eum, & fractum erogavit omnibus, dicens: Pars mea ſit vobiſcum, & veſtra mecum. Continuoque ad Byrrhum (l) ait (hoc nomen viro erat) ut adſumptis duobus fratribus, cum duobus cophinis & ferramentis, ſe ſequeretur. Egreſſus igitur ſumma cũ animi tranquillitate, præcepit ut plerique diſcederent. Et cum veniſſet ad ſepulchrum quoddam, unus de fratribus ait ad juvenes, quos Byrrhus deduxerat: Fodite filioli. Et illi fodiebant, Urgebat verò eos Apoſtolus, ut altiùs foderent. Et cum illi præcepto obedirent, hortabatur cæteros fratres, ut ſequerentur Dominum, & ſingulorum affectus ædificabat Dei verbo: ne videretur ipſe, dum juvenes foderent, feriari. Ubi autem, ſicut voluit, facta eſt fovea, nihil quoquam noſtrum (m) ſciente, exuit veſtem, & ſtravit eam in illa fovea, & ſtans ſola linea veſte tectus, extendensque manus, Deum invocabat, dicens: Deus Pater omnipotens, & tu Domine Jeſu, qui ſervum tuum ſpeciali amore foviſti, qui adnunciatus es à Patriachis, nominatus es per legem, redarguere & monere digna-

(k) Euchariſticum. (l) Byrrhi Diaconi mentio in Epiſtola Ignatii ad Smyrnæos & alibi, ubi vocatur Burrhus. Quod eſt ex Pyrrho ut buxus è πυξός. Nomen Burrhi commune pluribus Romanis, ut Neronis præceptori apud Tacitum, Sveton. Dionem, alii apud Martialem lib. 4. Epigr. 41. &c. (m) Quaſi qui hæc ſcripſit rebus Johannis interfuiſſet. Sic infra c. 24. *Qui interfuimus*, alii

Digitized by Google

gnatus es per Prophetas: qui per Evangelium miseratus es, & peccata donâsti: qui per Apostolos provocâsti, ut ad congregandum tuos populos convenirent, quos sitientes verbi tui fonte potâsti, mitigâsti asperos, & animi defectum replêsti Spiritus tui gratia: suscipe tandem Joannis tui animam, quem citò elegisti, sed serò adsumpsisti. Tu Domine, qui servulum tuum mundum à conjunctione fœminea (n) præstitisti, te Domine rogo, qui festinanti mihi ad nuptias in juventute demonstrâsti te, atque dixisti: Mihi necessarius es Joannes, operam tuam quæro. Sed cum juventutis ardore visus essem non servare præceptum, & diffisus quod integritatem servare vix possem, animum ad nuptias appulissem: tu quasi bonus Dominus ægritudinem mihi corporis inferens, castigans castigâsti me Domine, & morti non tradidisti

gaudebamus, alii plorabamus. (n) Faustus Manichæus apud Augustinum in opere adversus eundem scripto XXX. 3. *Mitto enim cæteros ejusdem Domini nostri Apostolos Petrum & Andream, Thomam, & illum inexpertem Veneris inter cæteros beatum Johannem &c.* Non Manichæis autem tantum sed & Catholicis scriptoribus hanc sententiam probatam esse doc et idem Augustinus sub extremum tractatus ultimi in Johannem. *Sunt qui senserint, & hi quidem non contemtibiles sacri eloquii tractatores, à Christo Johannem Apostolum propterea plus amatum, quod neque uxorem duxerit, & ab ineunte pueritia castissimus vixerit. Hoc quidem in scripturis Canonicis non evidenter apparet: verumtamen id quoque multum adjuvat congruentiam*

Digitized by Google

me. Tertiò quoque ſtudentem nuptiis (o) impedimento leviore revocâſti. Tu mihi Domine, in mari dignatus es dicere: Joannes, niſi meus eſſes, permitterem tibi ut uxorem ducere. Tuum igitur hoc munus eſt, qui motum carnis edomare ac temperare dignatus es, fidem infundere, ut nihil mihi precioſius ſit, niſi tibi adhærere. Tu me de morte ad vitam, à ſæculo ad regnum Dei, ab ægritudine animi ad ſanitatem vocâſti. Tu mihi vivendi lex, ſpirandi gratia es, & certandi corona. Venio er-

bujusce ſententiæ, quod illa vita per eum ſignificata eſt ubi non erunt nuptiæ. Hiſce præter Epiphanium, Ambroſium, Chryſoſtomum, Paulinum & Caſſianum (quos in hanc ſententiam laudat Tillemontius T. 1. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 912.) accedunt Hieronymus 1. contra Jovinian. *Cur Joannem Apoſtolum & Baptiſtam ſua dilectione* (Dominus) *caſtravit, quos viros fecerat.* Scriptor commentarior. in Epiſtolas Pauli (qui legitur inter Ambroſii opera) ad 2. Cor. XI. 2. *Nam ſi mulieres intelligas, ut ideo putes virgines dictas quia corpora ſua intaminata ſervaverunt, excludis ab hac gloria Sanctos, quia omnes Apoſtoli exceptis Johanne & Paulo uxores habuerunt.* Et ante hos Tertullianus de monogamia c. 17. Johannem *Chriſti ſpadonem* vocat, quod nempe ſe continuiſſet a conjugio propter regnum cœlorum. Neque adeo certum eſt eo loco ſermonem eſſe de Johanne Baptiſta, uti nec Auguſtino c. 21. de bono conjugali: *Apoſtolus Chriſti non conjugans nec generans.* At De Johanne Baptiſta (non de Apoſtolo ut Baronius tradit ad A.C. 31. num. 31.) diſerte Pſeudo Ignatius Epiſt. interpolata ad Philadelph. num. 4. (o) In præfationibus quæ Evangelio Johannis ſub Hieronymi & Auguſtini falſis nominibus præfiguntur, legas Apoſtolum nubere

Digitized by Google

ergo ad te, Domine, venio ad convivium tuum (p): venio inquam gratias agens, quia me dignatus es Domine Jesu Christe, ad tuas epulas invitare, sciens quòd ex toto corde meo desiderabam te. Vidi faciem tuam, & quasi de sepultura susscitatus sum. Odor tuus concupiscentias in mè excitavit æternas: vox tua plena suavitate melliflua, & allocutio tua incomparabilis eloquiis angelorum. Quoties te rogavi ut ad te venirem, dixisti tu: Expecta, ut populum meum liberes, crediturum mihi. Et custodisti corpus meum ab omni pollutione, & animam meam semper inluminâsti: & non dereliquisti me cùm irem in exilium, & cum redirem: & posuisti in ore meo verbum veritatis tuæ, ut commemorarem testimonia virtutum tuarum: & scripsi ea opera quæ oculis meis vidi, & ea verba quæ audivi ex ore tuo his auribus meis. (q) Et nunc ego Domine commendo

volentem de fluctivaga nuptiarum tempestate revocatum esse à Domino. Nempe ex quorundam opinione Johannes fuit sponsus, uti Anachita nescio quæ, vel Maria Magdalena sponsa, in nuptiis Canæ Galileæ quibus Christus interfuit Joh. II. Haymo: *Iste sponsus juxta literam ut quidam tradunt accipitur Johannes Apostolus, qui cum nuptias fecisset, viso miraculo Domini relinquens nuptias, virgo eum secutus est.* Similia occurrunt apud Rupertum Tuitiensem, Ludolphum Saxonem, Pelbartum de Temesvvar aliosque juniores. Sed ignorant hanc fabulam scriptores antiqui, explodunt Baronius ad A. C. 31. num. 31. Joh. Molanus lib. 4. de imagin. c. 20. Jac. Thomasius ὁ μανταρίτης præfatione LXXVIII. Clarissimus Bayllus in Lexi- &c. (p) Cœleste ut supra pag. 581. (q) Con-

Digitized by Google

mendo tibi Filios tuos, quos tibi Ecclesia tua virgo, vera mater per aquā & Spiritum Sanctum regeneravit. Suscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus veniens invitasti me. Aperi mihi pulsanti januam vitæ, Principes tenebrarum non occurrant mihi, nec veniat mihi (r) pes superbiæ, & manus extranea à te (s) non attingat me: sed suscipe me secundùm verbum tuum, & perduc me ad convivium epularum tuarum, ubi epulantur tecum omnes amici tui. Tu es enim Christus Filius Dei vivi, qui præcepto Patris mundum salvâsti, qui & Spiritum Sanctum tūum nobis destinare dignatus es, ut nos de præceptis tuis commonefaceret (t) ille: per eundem Spiritum tibi gratias referimus, per infinita secula seculorum. Et cum omnis populus respondisset Amen, lux tanta (u) apparuit super Apostolum, per unam ferè horam, ut nullus eam sufferret aspectus. Et signans se totum (w) adstitit, & ait: Tu mecum Domine Jesu solus. Et projecit se supra tumulum (x), in quo straverat vestimenta sua, di-

fer, si placet, initium Epistolæ primæ Johannis. (r) i. e. adversus me, nihil valeat dæmonum superba celeritas. (s) In Melliti narratione ubi hæc Joannis oratio iisdem fere verbis extat, perperam p. 137. excusum est *ad te.* (t) ita scripsi pro *communes faceret.* (u) Hinc Lazius originem derivat & causam quare capita Sanctorum & præcipue Apostolorum radiata pingantur. Sed notum est ab Ethnicis Consecratorum imagines statuasque radiis circumdari solitas, ut præter alios docuit nuper Clarissimus Joh. Nicolai in libro de nimbis antiquorum. (vv) Crucis signo, cujus frequens mentio in his libris, apud Mellitum h. l. prætermissa. (x) Veterem hanc esse traditionem

Digitized by Google

dicens nobis: Pax vobiscum fratres. Ac omnes benedicens ac valefaciens, depositit se viventem in sepulchro suo, & jussit se operire, glorificans Dominum. Et statim reddidit Spiritum. Qui interfuimus, alii gaudebamus, alii plorabamus. Gaudebamus, quod tantam cernebamus gratiam: dolebamus, quod tanti viri adspectu & præsentiæ specie defraudabamur. Et protinus Manna (y) exiens de sepulchro, apparuit cunctis, quam usque hodie gignit locus iste: & fiunt virtutes per orationes ejus frequentes, hic ab omnibus infirmitatibus ægroti liberantur, & periculis eximuntur, & precum suarum quisque consequitur effectum. Hic est beatus Joannes, de quo Dominus prius

patet ex Augustino, tractatu 124. in Johannem: *Quem tradunt etiam quod in quibusdam Scripturis quamvis Apocryphis reperitur, quando sibi fieri jussit sepulchrum, incolumen fuisse præsentem, eoque effosso & diligentissime præparato, ibi se tanquam in lectulo collocasse, statimque eum esse defunctum.* Omitto Præfationes in Evangelium & Apocalypsin Johannis, vulgo lectas sub nomine Hieronymi, sed quarum prior videtur esse Bedæ, ante cujus commentarium in Johannem extat.

(y) Idem Augustinus: *Cui placet - - - asserat Apostolum Joannem vivere atque in illo sepulchro ejus quod est apud Ephesum dormire eumpotius quam mortuum jacere contendat. Assumat in argumentum quod illic terra sensim scatere & quasi ebullire perhibeatur, atque hoc ejus anhelitu fieri - - - Et cum mortuus putarerur, sepultum fuisse dormientem, & donec Christus veniat sic manere suamque vitam scaturigine pulveris indicare: qui pulvis creditur ut ab*

Digitized by Google

tis dixerat ad Petrum (z): *Si eum volo manere, quoad usque veniam, quid ad te? Tu verò sequere me*: significans, quod beatus Petrus per crucem honoraturus esset Dominum. Hic ergo subito corporis somno requiescit in pace, per Dominum nostrum Jesum Christum: qui coronis laureis clarificat Sanctos suos, & est æterna laus & expectatio omnibus electis ejus. Ipsi gloria & æternitas, virtus & potestas debetur, in sæcula sæculorum, Amen.

LIBER

imo ad superficiem tumuli ascendat flatu quiescentis impelli - - Viderint qui locum sciunt, - - quia & revera non à levibus hominibus id audivimus - - Restat ut si vere sit quod sparsit fama de terra quæ subinde ablata succrescit, aut ideo fiat ut eo modo commendetur pretiosa mors ejus &c. Ephraim Theopolitanus apud Photium cod. 226. p. 418. ubi de Johannis assumptione: Τάυλη τῇ δόξῃ συνάδουσι καὶ αἱ πράξεις τῦ μεγαπρεπέος Ἰωάννυ καὶ ὁ βίος· ἃ ἐκ ὀλίγοι προφέρουσι. κατατεθεὶς γάρ, φασι, κατὰ τὴν αὐτὴ ἐκείνῃ πρωτοπλίνθῳ ἔν τινι τόπῳ, ζητεῖς ἀφνίδιον ἐκ ἐυρίσκεται, ἀλλὰ μόνον τὸ ἁγίασμα (hoc Manna dicitur nostro) βρύον ἐξ αὐτῦ τῦ τόπυ ἐν ᾧ πρὸς βραχέων ροπὴν ἔλιθη. Ἀφ' ᾧ πάντες οἱς ἁγιασμὸς πηγὴν τὸ ἅγιον ἐκεῖνο μύρον ἀρύομθα. Mellitus de sepulchro Johannis: *Postea vero inventa est fovea illa plena nihil aliud in se habens nisi manna, quam usque hodie gignit locus ipse, & fiunt virtutes, orationum ejus meritis, cum omnibus infirmitatibus & periculis liberantur omnes, & precum suarum consequuntur effectum.* Die octava Maji quotannis sacrum hunc pulverem è Johannis sepulchro scaturire tradunt

Digitized by Google

LIBER SEXTUS.

De historia beatorum, Jacobi, Simonis, & Judæ, fratrum.

§. I.

SImon Chananæus (a) cognomine, ac Judas, qui & Thaddæus, & Jacobus quem fratrem Domini quidam (b) appellant, fratres germani fuerunt, ex Chana Galilææ oriundi, parentibus Alphæo & Maria Cleophæ (c) Filia. Quorum postremus (d) ex eadem matre,

Græci in Synaxario & in Menæis ad illum diem. Vide Combefisii notas ad Nicetæ Orat. in Johannem T. 1. auctar. noviss. p. 485. (z) Joh. XXI. 22. Confer quæsuprap. §33. seq.

(a) De hoc Simone & Juda agitur infra c. 7. seq. (b) Paulus Gal. I. 19. Josephus Antiquitatum Jud. XX. 8. Hegesippus apud Euseb. & Græci communiter, quibus est ἀδελφόθεος & θεοάδελφος. Vide Sviceri thesaurum & Combefisium ad Sim. Metaphrastæ commentar. de hoc Jacobo T. 1. Auctar. novisl. p. 541. & 543. sq. Dicitur etiam hic Jacobus minor Marc. XV. 40. ut distingvatur à Jacobo majore IV. (c) Alii universos tres, Simonem, Judam, Jacobum putant fuisse filios Josephi ex priore uxore, atque eo nomine fratres Christi appellatos Matt. VI. 3. vide supra p. 26. 32. 41. 103. 197. Alii opinantur fuisse Filios Alphæi, quia Jacobus Filius Alphæi Matth. X. 3. confer scriptores laudatos à Blondello Turriani vapulantis p. 30. sed nec desunt, qui Alphæum eundem esse putant cum Josepho, quam sententiam tuetur Clarisl. Caveus in Jacobi minoris vita. (d) Jacobus Menæa Græcorum 20 Jun. τὸν γένει τε τῇ

Digitized by Google

tre, sed Patre diverso natus fuit, Josepho scilicet justo, eo cui desponsata beatissima Deigenetrix Maria fuit. Unde & frater Domini: subintellige quod ad carnem, Jacobus appellatus est: quia Joseph Jacobi Pater, desponsatam verum minimè nuptam Mariam virginem habebat, quæ spiritu Sancto postea imprægnata, Salvatorem mundi Christum Jesum Dominum nostrum virgo peperit. Itaque ob hujus vinculi occasionem à Christo inter discipulos tres hi Mariæ Cleophæ Filii recepti sunt, & posterius

Ἰωσὴφ καὶ Ἱερουσολύμων τὸν πρῶτον ἱεραρχήσαντα Ἰάκωβος θεῖος καὶ τοῦ Κυρίου ἀδελφὸν ὑμνοις καὶ ἐγκωμίοις ἀνυμνήσομεν εὐσεβῶς. Euseb. lib. 2. c. 1. καὶ Ἰάκωβον τὸν τοῦ Κυρίου λεγόμενον ἀδελφὸν, ὅτι δὴ καὶ οὗτος Ἰωσὴφ ὠνόμαστο, παῖς τοῦ νομιζομένου εἶναι παλαὸς τοῦ Χριστοῦ. Conf. Acta Sanctorum Calendis Maji, ubi de hoc Jacobo. Atqui, inquiunt, mater Jacobi adhuc vivebat tempore passionis Christi, & à Maria matre Jesu distinguitur. Matth. XXVII, 56. Marc. XV. 40. collat. cum Joh. XIX. 25. Habuerit itaque Josephus eodem tempore binas uxores, easdemque sorores, quod merito absurdum videbatur Tillemontio in vita Jacobi minoris p. 990. & 1131. sq. Enimvero non satis certum est Mariam Jacobi & Joses matrem à Maria matre Jesu distingui, quæ illorum eodem sensu mater dici potuit, quo Jacobus & Joses fratres Christi. Greg. Nyssenus T. 2. p. 844. Μαρίαμ τὴν Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ μητέρα οὐδαμοῦ τοῖς ἁγίοις εὐαγγελισταῖς ὀνομασμένην, τὴν θεοτόκον εἶναι καὶ οὐκ ἄλλην πεπιστεύκαμεν. Tantummodo res mira videri queat eandem ab Evangelistis non potius dici matrem Jesu quam matrem Jacobi & Joses. Sed & Judas se vocat fratrem Jacobi præ modestia non ausus se fratrem Jesu appellare.

Digitized by Google

rius ad Apostolatus fastigium sublevati. Quorum minor natu Jacobus Christo Salvatori in primis semper dilectus, tanto rursus desiderio in Magistrum flagrabat, ut crucifixo eo cibum capere noluerit (e), priusquam à mortuis resurgentum videret, quod meminerat sibi & fratribus à Christo agente in vivis fuisse prædictum. Quare ei primum omnium (f) ut & Mariæ Magdalenæ, & Petro apparere voluit, ut discipulum in fide confirmaret: Et ne diutinum jejunium toleraret, favo mellis (g) oblato, ad comedendum insuper Jacobum invitavit (h). Is mansit post sublevationem Christi in cœlum, cum Petro & Joanne Hierosolymis (i), & Judæis verbum Domini prædicabat. Quod eò faci-

(e) Idem ex Evangelio Nazaræorum tradit de Iacobo Hieronymus in Catalogo S. E. Ex Hieronymo Gregorius Turonensis lib. 1. c. 22. Hist. Francorum. Radulphus Ardens homil. in Dom. XI. Trinit. itemque alii. (f) Inter primos, non primo omnium. Vide 1. Cor. XV. 7. Rev. Ittigium diss. de Hæresiarchis p. 82. Sed & γνῶσιν speciaiter à Christo accepisse & ab eodem primus Hierosolymitanus Episcopus ordinatus Iacobus traditur. Quod postremum merito in dubium vocat Walo Messalinu sive Salmasius de Episcopis & Presbyteris p. 196. 201. 203. Blondellus præf. de Episc. p. 19. (g) Luc. XXIV. 42.

(h) Evangel. Nazaræorum: *Afferte, ait Dominus, mensam & panem. Tulitque panem & benedixit, ac fregit, & post dedit Jacobo justo & dixit ei: frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit Filius hominis à dormientibus.* (i) Clemens Alex. ex Apocrypha Petri prædicatione lib. 6. Strom. p. 637. & Apollonius, qui

Digitized by Google

facilius etiam facere poterat, quia in templo Salomonis publico fungebatur ministerio (k).

II. Igitur nondum elapso quartodecimo anno a passione Domini, quando Paulus hunc cum Tito & Barnaba itineris sociis convenerat, dextrasque Jacobo & Petro atque Joanni porrexisset (l), convenientibus duodecim Apostolis in Hierusalem ad diem festum Paschæ, præsidente Jacobo (m) & populo audiente, breviter exposuerunt singuli, quæ in locis singulis fuerant per eos gesta. In quibus diebus Caiphas Pontifex, missis ad eos Sacerdotibus, rogavit eos, ire ad se, ut aut rationem docerent, quia Jesus ipse sit æternus Deus ac Christus: aut ipse contra doceret, quia non sit. Constituto igitur die ascenderunt in templum Apostoli, & coram omni populo protestari cœperunt de Jesu, simul & arguere Judæos de multis, quæ ab his absurdè gerebantur. Et cum starent in gradibus templi, (n) facto populi silentio, docuerunt Sacerdotes de uno solo Deo Christo Jesu, Saducæos de resurrectione mortuorum, Samaritas de consecratione Hierusa-

contra Montanum scripsit apud Euseb. V. 18. H. E. testantur Christum Apostolis interdixisse ante duodecimum annum Hierosolymis discedere. Vide & Act. I. 4. (k) Confer Epiphanium XXIX. 4. & LXXVIII. 13. ad quæ loca recte hanc fabulam explodit Petavius. (l) Galat. II. 9.

(m) Hic conventus diversus ab eo, de quo Act. XV. & ante Pauli conversionem accidisse ponitur, Præsidente Jacobo, ut & in altera Synodo factum veteres observant. Vide Chrysost. hom. 33. in Acta p. 676. (n) De his supra p. 26.

Digitized by Google

rusalem, Scribas denique & Pharisæos de regno cælorum: universum verò populum, quia Jesus est Christus æternus, informârunt. Ad ultimum autem monuerunt, ut priusquam progrederentur ad gentes (o) prædicare agnitionem Dei Patris, ipsi reconciliarentur Deo suscipientes Filium ejus. Alias enim eos nullo modo ostenderunt posse salvari (p), nisi per Sancti Spiritus gratiam trinæ invocationis (q) dilui baptismate properarent, & Eucharistiam (r) Christi Domini sumerent, cui soli de his quæ docuit credere deberent, ut sic æternam salutem consequi mererentur.

III. Ita igitur cum per septem dies persuasissent populo & Pontifici, ut confestim ad percipiendum Baptisma festinaretur, cumque jam res in eo esset, ut venirent & baptizarentur, ecce homo quidam inimicus (s) tunc cum paucis admodum ingrediens templum, clamare cœpit, & dicere: Quid facitis ô viri Israelitæ? cur vobis tam facilè subrepitur? cur præcipites ducimini ab hominibus infelicissimis, & à mago deceptis? Cumque hæc diceret, & hæc audiretur ac superaretur ab Episcopo Jacobo, conturbare populum & seditiones suscitare cœpit, ita ut ea quæ ab Apostolo dicebantur, plebs minimè posset audire. Igitur ex-

Xx agita-

(o) Act. XIII. 46. XVIII. 6. XXVIII. 28. (p) Joh. III. 5. Marc. XVI. 16. (q) Matth. XXVIII. 19. (r) Huc quidam olim traxere locum Joh. VI. 53. Adde Henr. de Noris Vidicias S. Augustini p. 110. seq. (s) Saulus, qui postea Paulus Apostolus, ut mox dicetur. Unde porrò hauserit hanc narratiunculam Pseudo Abdias, incertum est.

Digitized by Google

agitare cuncta clamoribus, & quæ fuerant multo labore ordinata convellere; simulque incusare Sacerdotes. Et opprobriis atque increpationibus cœpit cunctos accendere. Et veluti furibundus, singulos quosque ad cædem concitabat Apostolorum, dicens: Quid agitis? quid cessatis, ô segnes & desides? cur non manibus nostris invadimus, & discerpimus hos omnes? Et cum hæc dixisset, primus rapto ex ara usto, cædis fecit exordium. Tum deinde & cæteri videntes eum, simili ferebantur insania. Fit omnium clamor, cædentium pariter & cæsorum, & sanguis ubique plurimus funditur, & fuga permixta habetur: cum interim ille inimicus homo, Jacobum adgressus, de summis gradibus præcipitem dedit. Quem cum mortuum credidisset, ultra multare neglexit. In qua collisione, uno pede debilitatus, pessimè claudicabat. Hominem vero inimicum Saulum fuisse manifestum est, quem postea Dominus ad Apostolatus ministerium destinavit.

IV. Igitur Judæi postquam Paulus ad Cæsarem (t), quem appellaverat, a Festo Præside missus est, & frustratas insidias, quas ei intenderant, vident; in Jacobum fratrem Domini, immanitatem nequitiæ suæ vertunt. Quem hoc modo adorti sunt. Productum in medium, abnegare eum fidem Christi coram omni populo

(t) Per ingentem saltum ab iis, quæ ante conversionem Pauli acciderunt ait, pergit ad provocationem Apostoli ad Cæsarem, de qua Act. XXV. 11. sq. narrationemque suam pertexit ex Eusebii lib. 2. c. 23. servatis ipsis Rufini interpretis verbis.

Digitized by Google

pulo expetunt. At ille, contra omnium opinionem, voce satis libera, & multo majora (u) quam vellent, coram universo populo, cum omni fiducia profitetur, Filium Dei esse Salvatorem & Dominum nostrum Jesum Christum. Tum illi non ferentes tam grave & tam liberum testimonium viri, pro eo maximè, quod justissimus apud omnes habebatur, ob religiosæ & continentissimæ vitæ merita, in necem ejus vertuntur, & favente sibi occasione temporis, & ex morte Rectoris (x), alios quam plurimos adsciscunt. Contigerat tum fortè Festum apud Judæam obire (y), ac sine rectore ac principe esse Provinciam. Nam mortis Jacobi modus licet à *Clemente* & aliis (z) fuerit intimatus, exploratius tamen de eo *Hegesippus*, qui posteà primæ (a) Apostolorum successionis fuit, quinto

Xx 2 Com-

(u) Al. *majore*. (x) Præfecti provinciæ Festi, ut mox sequitur. (y) malè priores edit. *obire eundem*. (z) Clem. Alex. lib. 7. hypotyposeon apud Euseb. lib. 2. c. 1. H. E. vide & Epiphan. LXVI. 20. Theodorit. qv. 42. in Deut.

(a) Vitiosè priores edit. *primas Apostolorum successionis*. Nam apud Euseb. II. 23. ex quo hæc ad verbum repetita sunt, diserte: εἰμὶ τῆς πρώτης Ἀποστόλων γενόμενος καὶ διδασκῶν. De Hegesippo hoc ejusque scriptis consules præ cæteris Halloixium in Patrum Orientalium vitis, tomo posteriore. Quantum vero huic de Jacobo narrationi tribuendum sit, latè præter eundem Halloixium c. 3. p. 721. sqq. expenderunt Viri Doctissimi, Scaliger & Valesius ad Euseb. Walo Messalinus sive Salmasius libro de Episcopis, Petavius ad Epiphan. hæres 78. Theodoricus Ruinartius in actis Martyrum selectis p. 3. seq. Novissimè etiam prodiit Antonii Arnaldi dissertatio posthuma super hoc loco cum animadversionibus itidem posthumis Tillemontii Paris. 1701. formâ quartâ.

Digitized by Google

Commentariorum suorum libro his verbis refert:

V. Suscepit (inquit) Ecclesiam cum Apostolis (b) frater Domini Jacobus, qui ab omnibus cognominatus est Justus, ab ipsis Domini temporibus perdurans (c) usque ad nos. Et multi quidem Jacobi (d) vocati sunt, sed hic ex utero matris suæ Sanctus (e) fuit. Vinum & siceram

(b) Hieron. in Catalogo: *Suscepit Ecclesiam Hierosolymorum post Apostolos*, quasi apud Eusebium non esset μετὰ τῶν Ἀποστόλων sed quemadmodum habet Sophronius Hieronymi interpres μετὰ τὸὺς Ἀποστόλους. At parum probanda videtur Hieronymi lectio & interpretatio, licet ex hoc loco & Pseudo-Clemente collegerunt viri docti Iacobum quendam tertium & diversum ab Apostolis Hierosolymorum Episcopum, fratremque Christi fuisse, quod nullarenus credibile videtur. Conf. Dallæum lib. 1. de Pseudepigrahis Apostolicis c. 17. Pearson. lect. ad Acta Apostolorum p. 58. Petavium lib. 1. de Hierarchia Ecclesiast. c. 8. Spondanum ad A. C. 34. §. 83. Cotelerium ad Const. Apost. II. 55. Combefis. Auctar. noviss. T. 1. p. 540. seq. (c) Cognomen videlicet, sive cognominis *Justi* memoria, quam ab ipsis Prophetis repetit Hegesippus infra. c. 6. (d) Multi habuerunt nomen Iacobi, quo exercitium pietatis sive ἄσκησιν denotari tradunt Clemens Alex. l. Strom. p. 284. Euseb. IX. Præpar. p. 519. De claris Iacobis integrum librum olim paravit Lud. Iacobus à S. Carolo, sed nunquam, quod sciam, editum. (e) Sim. Metaphrastes commentar. de Iacobo p. 524. ὁ Ἰάκωβος μέγας ἦν καὶ θεὸς Ἰάκωβος ἅγιος ἦν ὡς τὰ ἱερὰ φασιν λόγια ἐκ κοιλίας μητρὸς αὐτοῦ. Miratur eruditissimus Combefisius in notis p. 544. ubinam hæc de Iacobo tradantur in sacris literis. Sed non hic sensus fuit interpolatoris verborum Hegesippi, qui tantum voluit lectorem monere verba

ram non bibit, (f) sed neque animal manducavit, (g) ferrum in caput ejus non ascendit, Oleo non est perunctus, sed neque balneis est usus (h). Huic soli licebat introire in Sancta Sanctorum (i). Neque enim laneo utebatur indumen-

ἁγιῶ ἐν καινῇ μίτρᾳ εἰσῇ esse phrasin biblicam, Iudic. XIII. 5. Luc. I. 15. &c. (f) Qui mos Naziræorum. Vide interpretes ad jam laudatum Lucæ locum. Sicera dicitur potus quilibet inebrians, ut docuit præter alios Abrah. Sculletus lib. 1. Exerc. Evang. c. 16. Itaque sub eo nomine comprehenditur non tantum vinum expressum ex uvis, vel ex arborum fructibus, pomorum, pirorum & palmarum, sed & hydromeli, oxymeli, & cerevisiarum omne genus. (g) Idem de Petro legas in recognitt. Clementis VII. 6. ubi vid. Cotelerium. De Matthæo apud Clementem Alex. lib. 2. c. 1. pædagogi. (h) Epiphanius LXXVIII. 23. de Jacobo: ἐφ' ᾧ κεφαλῆς οἴδησε καὶ ἐκ ἀνῆλθεν, ὃς ἂν ἔχεντο βαλανείου, ὃς ἐμψύχου ἐμελέγχει, ὃς χιλίωνος ἄνυστρον ἂν ἐνεδύσατο &c. (i) Apud Eusebium duntaxat leges: εἰς τὰ ἅγια. Sed Hieron. in Catalogo & Rufinus in versione Eusebii, quam noster sequitur, *in sancta sanctorum*. εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, ut legunt Metaphrastes p. 524. Nicephorus lib. 2. c. 38. aliique juniores. Eusebii prope æqualis Epiphanius pluribus ornat hanc fabulam XXIX. 4. ὅτι δὲ καὶ ἱερατίσαντα αὐτὸν κατὰ τὴν παλαιὰν ἱερωσύνην εὑρομεν, διὸ καὶ ἐφοίτα ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων &c. *Imo & Sacerdos ex veteris illius ritu sacerdotii fuisse perhibetur. Quamobrem semel ei quotannis in sancta sanctorum concessum est ingredi, quemadmodum summis sacerdotibus lege esse præscriptum è sacris literis* (Exod. XXX. 10. Lev. XVI. 34. Hebr. IX. 7.) *didicimus. Quod quidem de Jacobo plerique ante*

Digitized by Google

dumento, sed tantum sindone (k). Solus ingrediebatur templum (l), & jacebat supra genua sua, orans pro populi indulgentia, ita ut orando callos faceret in genubus ad modum Cameli (m) semper genua flectendo, nec unquam ab oratione cessando. Itaque pro incredibili hac continentia, & summa justitia, appellatus est Justus, & Oblias (n), quod est interpre-

nos memoriæ prodiderunt, ut Eusebius, Clemens & alii. *Sed & bracteam* (τὸ πέταλον, de quo vide quæ dixi supra p. 77.) *eidem in capite gestare licuisse, quos proximè nominavi idonei scriptores commentariis suis testatum reliquerunt.* Idem LXXVIII. 13. μόνον τούτῳ τῷ Ἰακώβῳ ἐξῆν ἅπαξ εἰσιέναι τὰ ἅγια εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων διὰ τὸ Ναζωραῖον αὐτὸν εἶναι καὶ μεμίχθαι τῇ ἱερωσύνῃ atq; c. 14. ὅτῳ ὁ Ἰάκωβος, καὶ πέταλον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσε Hoc πέταλον Valesius ad Eusebii lib. 5. c. 24. ubi non de Iacobo, sed de Iohanne idem refert Polycrates, primos Christianorum Episcopos susipicatur exemplo Iudaicorum Pontificum honoris insigne gestasse, de quo fortasis dubitare fas erit. (k) Ut conveniebat scilicet Pontifici. Levit. XVI. 4. Porro ex Epiphanio LXXVIII. 13. & Theophylacto ad Marcum apparet, de Iacobo nostro quosdam agi putasse Marc. XIV. 51. ubi mentio juvenis sindone amicti, eaque relicta aufugientis. Sed vide Casauboni Exerc. 16. ad Baron. n. 65. Montacutium 2. Origg. Eccles. pag. 382.

(l) In templi interiora εἰς τὰ ἅγια. (m) Simile quid de Gorgonia sorore narrat Nazianzenus Orat. 10. p. 103. de de Asella Hieronymus ep. 25. De Iacobo idem legas apud eundem Hieron. in Catalogo & Epiphan. LXXVIII. 14. (n) Σαδδὶκ καὶ Ὠζλιὰμ legit Fullerus lib. 1.

Digitized by Google

pretatum, munimentum populi, & justitia (o) sicut & Prophetæ (p) indicaverunt de eo.

Xx 4 Qui-

Miscell. Sacr. עז לעם *robur populi* ex Psal. XXIX. ult. Sed Reinesius 3. Var. Lect. p. 356. mavult עפלעם *arx populi*, idemque putat esse nomen Ηφλίε, quo avum suum Matthiam nuncupat in limine vitæ suæ Flav. Josephus, tum nomina Οφελλῆς, Απελλῆς, Opelius &c. Combefilio *Oblias* videtur esse ex Hebraico חבל *nauta, nauclerus* T. 1. Auctar. noviss. pag. 541. In nomine Ωβλίας consentiunt cum Eusebio præter nostrum Pseudo-Abdias Nicephorus lib. 2. c. 38. Ordericus Vitalis l. 5. histor. p. 408. & alii. Epiphanius LXXVIII. 7. ἦχε μὲν ἓν πρωτότοκον (ὁ Ιωσηφ) τὸν Ιάκωβον ὃν ἐπικληθέντα Ὠβλίαν ἑρμηνευόμενον τεῖχος (עפלית *arx* sive *munitio Dei*) καὶ δίκαιον ἐπικληθέντα, Ναζωραῖον δὲ ὄντα, ἅπερ ἑρμηνεύεται ἅγ. 5. Jovius apud Photium p. 332. ὁ δὲ Ιάκωβος ἐφ' ὅσον ἀρετῆς εὐλογε καὶ τίνων παρῆχεν ὑπολήψιν τῷ τῶν Ιουδαίων λαῷ καὶ ἡ κλῆσις ἀναβοᾷ, Ιωβλίαν γὰρ αὐτὸν τὸ πλῆθος διὰ τὸ τῆς ἀρετῆς μέγεθος, καὶ τὴν πρὸς τὸ θεῖον παῤῥησίαν, τεῖχος περιοχὴν καὶ σκέπην τῷ λαῷ κατονόμαζον. Fallitur Metaphrastes à Combefilio editus pag. 519. Ιωβλίαν γὰρ αὐτὸν κεκλῆσθαί φασιν ὅπερ δὴ καὶ δηλοῖ τὸν δίκαιον βάλετε. Et Pachymeres in Dionysium de Hierarchia Ecclesiast. c. 7. Ιωβλίας γὰρ ὁ Ιάκωβος ἀεὶ δίκαιος ἐπωνομάζετο. (o) Synaxarium Græcorum refert Jacobum ideo δίκαιον & ἀδελφόθεον præ reliquis tribus fratribus suis appellatum esse, quod cum Josephus hæreditatem prioris uxoris inter liberos suos divideret, reliquis refragantibus solus Jacobus Servatorem ex Maria genitum coheredem suum esse voluerit. (p) Vide infra cap. 6. ad literam c.

Digitized by Google

Quidam ergo de septem hæresibus quæ erant in populo, de quibus superiùs diximus (q) interrogabant eum, quid esset ostium Domini (r). At ille dicebat: Hunc esse Salvatorem. Ex quibus aliquanti crediderunt, quia Jesus est Christus. Illæ autem hæreses, quas supra scripsimus, non crediderunt, neque surrexisse eum (s), neque venturum, ut retribuat unicuique secundum opera sua: Qui verò crediderunt, per Jacobum crediderunt. In quibus cum multi etiam ex principibus credidis-

(q) Non Abdias sed Hegesippus, in loco, quem servavit Eusebius lib. 4. c. 22. De septem illis hæresibus, quæ sunt Essæi, Galilæi, Hemerobaptistæ, Masbothei, Samaritæ, Sadducæi & Phariszi, consules Valesium p. 79 sq. ad Euseb. Petavium ad Epiphan. Corelerium T. 1. Monument. Eccles. Gr. p. 760. & Jacobi Rhenferdi eruditas dissertationes, quibus pleraque illarum confictas esse demonstrat.

(r) τίς ἡ θύρα τῆ ἰησῦ; quorum verborum sensus petendus ex Joh. X. ubi Jesus se ostium vocat. Quærunt itaque ex Jacobo Judæi, quemnam putet esse illud ostium, per quem ad Deum aditus pateat? Euseb. lib. 3. demonstr. c. 7. p. 116. eandem rem narrans ait Jacobum à Judæis rogatum *quidnam de Jesu sentiret?* τίνα νοῦν τῆ Χριστῆ ἔχοι δόξαν; atque inde hausit Lipomanus.

(s) Vir summus Henr. Valesius hoc loco malè videtur reprehendere Rufinum, quem noster est secutus. En Hegesippi verba apud Euseb. p. 64. Hist. Eccles. οἱ δὲ αἱρέσεις αἱ προειρημέναι ἦν ἐπίστευον ἔστε ἀνάστασιν, οὐκ ἐρχόμενον ἀποδοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ In his Valesius per ἀνάστασιν putat notari resurrectionem non tantum Christi, sed universam quorumcunque mortuorum, denique Musculum rectius vertisse *sectæ illæ non credunt*

Digitized by Google

didissent, perturbatio erat Judæorum (t), dicentium: Nihil jam superest, quin omnis populus credat in Jesum, quòd ipse sit Christus. Convenientes igitur ad Jacobum, & dicebant ei: Oramus te, ut revoces populum, quia ecce errat in Jesu, putans quod ipse sit Christus. Deprecamur ergo te, ut suadeas omnibus convenientibus in die Paschæ de Jesu. Tibi enim omnes obtemperamus, & de te, tam nos quam populus testimonium ferimus, quia justus es, & personam ullius non accipis (u). Tu ergo svade populo de Jesu, ne erret. Tunc omnes tibi obediemus. Adscende itaque in excelsum locum pinnæ templi (x), ut in edito positus ap-

resurrectionem &c. Sed ex illis sectis nullam hoc fecisse constat præter Sadducæos; & longè melius cum tota serie orationis cohæret, si Christi resurrectionem ab illis hæresibus negatam cum Rufino dicamus. Valesio tamen & Musculo adstipulatur Metaphrastes p. 525. οἱ δὲ ἡγέμονες τε καὶ ἀντίλεγον κατὰ παράδοσιν ἐκ ἀρχαίαν πλάνην. Αἱ γὰρ αἱρέσεις ἄνδρα ἐδὸν Ἰουδαίοις, οἷς θεόφατοι λόγια (respicit Act. XXIII. 8. ubi de solis sermo est Sadducæis) ὅτε ἀναστασιν ἀπρόσδεκτον, ἔτι ἐρχόμενον ἀποδίδων ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

(t) Euseb. addit. *& scribarum & Pharisæorum.*

(u) Similibus verbis aggrediuntur Jesum qui ejus sermones captabant Matth. XXII. 16. Metaphrastes p. 525. addit Jacobum inde verbis ipsorum habuisse fidem, quasi serio à se doceri voluissent. (x) Πτερύγιον τὸ ναοῦ sive circuitio in parte altiore templi, cujus mentio Matth. IV. 5. ubi vide interpretes. De πτεροῖς sive πτερώμασι templorum agunt Cvil. Philander ad Vitruv. III. 1. Justus Rycquius de Capitolio Romano p. 170.

Digitized by Google

pareas omnibus, & verba tua audiantur à cunctis: quia in diebus Paschæ convenient non solum Judæorum, sed & Gentilium (y) multitudo. Statuerunt igitur supradicti Scribæ & Pharisæi Iacobum supra pinnam templi, & voce magna clamantes, dixerunt: Virorum justissime, cui omnes nos obtemperare debemus, quoniam populus errat post Jesum qui crucifixus est, enuncia nobis, quid sit ostium Domini (z)? Tum Jacobus ad eos ingenti voce respondit: Quid me interrogatis de Filio hominis? Ecce ipse sedet (a) in cœlo à dextris summæ virtutis, & ipse venturus est in nubibus cœli.

VI. Cum hâc responsione & testimonio Jacobi multis satisfactum esset, & libenter audivissent, quod Jacobus sic de Christo foret pro-

(y) Vide Joh. XII. 20. & ibi Grot. (z) ap. Euseb. Τίς ἡ θύρα τῦ Ἰησῦ τῦ σωτῆρος; postremum vocabulum uti Rufinus, ita quoque noster omisit: omisit etiam Nicephorus, & forte ex superiore versu repetitum est: præcesserat enim ἐπεὶ ὁ λαὸς πλανᾶται ὀπίσω Ἰησῦ τῦ σωτῆρος. Cæterum merito permirum videtur viris eruditis, & prope incredibile, Jacobum tam solenniter invitarum fuisse à Judæis ad Christum publicè abnegandum, & ab ejus religione retrahendos populos, cum non possent ignorare devotum Christo Jacobi animum, mox etiam infra c. 6. inducantur conquerentes, male secisse se quod tam lucolentum de Jesu testimonium ex ejus ore elicuissent. Vide tamen quæ respondet Tillemontius nota 13. ad vitam Jacobi. T. 1. Memor. H. E. p. 1144. sq. Possis etiam conferre quæstionem Domino ipsi à Judæis propositam Joh. X. 24. (a) Verba petita ex Matth. XXVI. 64.

Digitized by Google

protestatus, cœperunt glorificare Deum, & dicere: Osanna Filio David (b). Tum rursus ipsi Scribæ & Pharisæi cœperunt ad invicem dicere: Malè fecimus, ut tale is testimonium præstaret de Jesu. Sed adscendamus, & præcipitemus illum deorsum, ut cæteri terreantur, & non credant ei. Simul & voce magna clamaverunt, dicentes: O ô, & Justus erravit. Et complevérunt in hoc scripturam, quæ in Esaia (c) scripta est, dicentem: *Auferamus Justum, quoniam inutilis est nobis, propterea fructum operum suorum manducabunt.*

(b) Hæc acclamatio non ad Iacobum directa est, ut putavit Scaliger ad Euseb. p. 194. sed ad Christum, perinde ut glorificatus fuit ab iisdem, qui hæc dicebant, non Jacobus, sed Deus. De formula ipsa vide supra p. 240. (c) Es. III. 10. "Αρωμεν τὸν δίκαιον ὅτι δύσχρηστος ἡμῖν ἐστι, τούνυν τὰ γενήματα τῶν ἔργων αὐτῶν φάγονται. Ita hunc locum à LXX. olim scriptum fuisse testatur Justinus Martyr Dialogo cum Tryphone p. 367. etsi idem alibi p. 235. & p. 362. ipse habet ἄρωμεν τὸν δίκαιον, quomodo in vulgatis Bibliorum Græcorum codicibus hodie legitur, & pridem legit Barnabas in epistola cap. 6. qui non de Jacobo sed Christo Prophetæ verba interpretatur, quod facit universus Patrum chorus, Græcorum Latinorumque. "Αρωμεν habet etiam Clemens Alex. Strom. p. 601. & Tertullianus III. 27. contra Marcionem. *auferamus.* Ad Græcam Esaiæ versionem alludit Sap. II. 12. ἐνεδρεύσωμεν τὸν δίκαιον, unde librum illum græcè non Ebraicè scriptum esse colligebat Lemonius notis ad Varia Sacra p. 595. Porrò Ruinartus in Actis selectis Martyrum p. 7. observat non tantum apud Baronium, ad A. C. LXIII. n. 6. sed & in codd. MSS. Eusebii hunc Scripturæ locum referri non ad Esaiam, sed ad librum Sapientiæ.

Digitized by Google

manducabunt. Adscenderunt ergo, & præcipitaverunt eum, & dicebant ad invicem: Lapidemur homo iste. Et his dictis, cœperunt Beatum Jacobum lapidibus urgere. Qui dejectus non solum mori non potuit, quin conversus & super genua sua procumbens, dicebat: Rogo Domine Deus Pater, dimitte eis peccatum (d), non enim sciunt quod faciunt (e). Cumque eum talia orantem desuper lapidibus perurgerent, unus de Sacerdotibus, de Filiis Rechabitarum (f) (de quibus protestatur Hieremias (g)

(d) Similis Stephani inter lapides oratio Act. VII. 60. Lapidatum jubente Anano Pontifice Iacobum tradit Iosephus Antiquit. Iud. XX. 8. p. 698. plurimum disidens ab ista Hegesippi narratione, ut ad Eusebium p. 41. probe observavit Valesius. (e) Luc. XXIII. 34. (f) Rufin. *unus de sacerdotibus Filiis Rechab, Filii Rechabim.* Euseb. *εἷς τῶν ἱερέων ἦν ἐκ τῶν Ῥηχαβ υἱῶν Ῥηχαβείμ.* Hæc ridet Scaliger c. 25. trihæres. *Rechab ergo,* inquit, *erat filius Rechabitarum. Δότε χρότον, Sic Levi erit filius Levitarum, Seleucus filius Seleucidarum.* Valesius tamen *ἐκ τῶν Ῥηχαβείμ* exponit *de genere Rechabitarum,* ut Rechab iste, quo ab aliis ejusdem nominis distingvatur, audiat *filius unius e Rechabitis.* Sed quomodo Rechabita atque adeò Madianita potuit esse Sacerdos? Nisi forte dixeris ex Judæis etiam aliquos amplexos institutum ac vitæ genus Rechabitarum, quæ conjectura est Tillemontii T. 1. Memor. H. E. p. 1147. cui suffragatur Clarisc. Caveus, qui in Simeonis vita T. 1. Apostolicor. p. 91. ex eo, quod Epiphanius LXXVIII. 14. Simeonem Cleopæ pro Jacobo orasse narrat, colligit Simeonem illum Rechabitarum ordini adscriptum fuisse. Verum quis præstabit hunc Simeonem Sacerdotem? Num

Digitized by Google

(g) Propheta) exclamavit dicens: Parcite quæso, quid facitis? Pro vobis orat Justus ille, quem lapidatis. Et unus ex ipsis fullo, arreptum fustem, in quo res exprimere (h) solent, cerebro ejus inlisit. Ita Beatus Jacobus, cui Justi cognomentum (i) fuit, tali tandem martyrio consummatus est, ac sepultus in eodem loco propè templum (k). Atque hic ille est, qui extitit veritatis testis Judæis & Gentibus, quia Jesus est Christus, Filius Dei vivi, qui cum Patre & Spiri-

Hegesippus dicere voluit ὁσίως Essæos, & dixit ἱερεῖς? De Essæis certè Suidas: Ἐσσαῖοι ἀπόγονοι Ἰωναδάβ ἱερέως τοῦ δικαίου. Ita recte hunc locum legit Hieron. Wolfius. (g) Sic supra *protestatus* pro simplici *testatus*. Locus Jeremiæ est c. XXXV. ad quod conferes ubi lubebit præter Scaligerum c. 23. sq. trihæres. Hermanni Witsii viri doctissimi Exercitationem libro Godvvini de ritibus Hebraicis præfixam & Rev. D. Schelvvigii disquisitionem de Rechabitis, in lucem editam Gedani A. 1689. (h) *Vestes exprimere*, τὰ ἱμάτια πιέζειν. Adde Valesium ad Euseb. p. 40. & ad Ammian. XXVIII. 4. p. 531. ubi pressoriorum mentio. Cæterum fuste fullonis peremtum Jacobum tradit m. Clemens Alex. apud Euseb. lib. 2. c. 1. Epiphan. LXXVIII. 14. & Hieron. in Catalogo & ad Sophon. 1. (i) Justus etiam appellatur in loco Josephi, quem laudant Origenes, Euseb. & Hieron. sed qui in hodiernis Josephi codicibus desideratur. Vide Huetii demonstr. Evang. p. 51. 52. Porrò Vir Doctus Emericus Bigotius tantam deprehendit Codicum MSS. Josephi diversitatem, ut suspicatus sit duplicem editionem Antiquitatum adornatam fuisse à Josepho. Fortasse igitur in alterutra earum hoc legerunt veteres illi, quod in altera, quam habemus, autor omisit. (k) vid. Vales. p. 41. ad Euseb.

Digitized by Google

Spiritu Sancto dominatur & regnat in cuncta sæcula sæculorum.

VII. Atque hæc de Iacobo. Cujus fratres majores natu, Simon cognominatus Chananæus, & Iudas, qui & Thaddæus & Zelotes, & ipsi Apostoli Domini nostri Iesu Christi, cum per revelationem Spiritus Sancti per fidem fuissent regionem (l) ingressi, invenerunt statim inter initia suæ prædicationis duos ibi magos, Zaroën & Arfaxat, (m) qui à facie Sancti Matthiæi Apostoli de Æthiopia fugerunt. Erat autem doctrina (n) eorum prava, ita ut Deum Abraham, & Deum Isaac & Deum Iacob blasphemantes, Deum dicerent tenebrarum, & Moysen dicerent maleficum fuisse, denique omnes Prophetas Dei à Deo tenebrarum missos adjererent (o). Præterea animam hominis par-

(l) Perfidis. (m) Vide infra c. 20. & lib. 7. c. 1. seq. (n) Dogmata quæ mox Magis hisce tribuit Abdias, per omnia conveniunt Manichæis, Manetis Persæ discipulis. (o) Archelaus disp. adversus Manichæum p. 199. *Illum vero qui locutus est cum Moyse & Judæis & sacerdotibus, Principem dicit esse tenebrarum.* Legem itaque & Prophetas rejiciebant Manichæi ut præter Augustinum in pluribus scriptis, Epiphanium aliosque docet Alexander Lycopolitanus de hæreticorum illorum placitis p. 19. Petrus Siculus Hist. Manichæor. p. 18. Sed & Titus Bostrensis lib. 3. adversus Manichæos ὑπὲρ τῦ νόμυ καὶ τῶν προφητῶν παντὸς λόγου, ὡς θεοῦ τε θεῦ πάσης τῆς παλαιᾶς διαθήκης διδάσκης, & totus liber tertius operis inediti Photiani contra Manichæos directus est adversus τὰς ἐνδεξιζομένας τὴν παλαιὰν νομοθεσίαν ὡς τῦ πονηρῦ. Manichæorum objecta quædam adversus Mosai-

Digitized by Google

partem Dei (p) habere dicerent, corporis verò figmentum à Deo malo factum esse: & ideo ex contrariis substantiis constare; (q) in quibus lætatur caro, anima contristatur: & in quibus exultat anima, corpus affligitur. Solem & Lunam (r) deorum numero applicantes; aquam (s) si-

cam historiam enarrata & confutata habes etiam apud Mosen Barcepha de Paradiso. Dogma de duobus Diis uno bono & altero malo, à Persarum Magis Manes didicit, qui docente Zoroastre bonum Deum vocabat Orimazen, malum Arimanium, ut narrat Plutarchus de Iside & Osiride p. 369. Utrum vero malum Persæ à bono dependentem eique subjectum statuerint, ut contendit Tho. Hyde vir doctiss. c. 9. de relig. vett. Persarum, merito dubites. (p) Et hoc quoque docuisse Manichæos patet vel ex Augustini lib. de duabus animabus c. 1. *Animarum alteram de ipsa Dei esse substantia, alterius verò Deum nec conditorem quidem volunt accipi* &c. De corpore itidem res notissima, quomodo illud, tanquam mali Dei opus negaverint resuscirandum, & à conjugio ita abstinuerint ut dicerent *nuptiarum* quas vocabant *sordes nec martyrii cruore diluì posse*, teste Rufino invectiva 2. in Hieron. p. 152. (q) Ex contrariis substantiis constare hominem. (r) Alexander Lycopolita p. 5. de Manichæis: Τιμῶσι μάλιστα ἥλιον καὶ σελήνην οὐχ ὡς θεοὺς ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἔρχεται πρὸς Θεὸν ἀφίκεσθαι· Nempe solem & lunam habebant pro receptaculis animarum post mortem. Vide Epiphan. LXVI. 9. & 22. & 26. & Jacobi Thomasii τῦ μακαρίτε diss. de hoc Manetis dogmate, quam vulgavit Juris consultissimus Iacobi Filius Christianus, in Historia Sap. & Stultitiæ Tomo I. Hinc preces ad solem de die & ad lunam de nocte conversi fundebant, & jejunabant in honorem solis die Dominica, die

Digitized by Google

(s) simul deitatem habere docebant. Dei autem filium, Dominum nostrum Iesum Christum, phantasiam (t) fuisse, nec verum hominem, nec ex vera virgine natum, nec vere tentatum, nec vere passum, nec vere sepultum, nec vero tertia die resurrexisse à mortuis, affirmabant. Hac prædicatione polluta Persida (u) post Zaroën & Arfaxat, magnum meruit invenire doctorem, per Beatos Apostolos Simonem & Iudam: id est, Dominum Iesum Christum, qui se diceret Spiritum Sanctum de cœlo missurum, juxta promissum dicentis (x): Vado ad patrem, & mitto vobis Spiritum paracletum.

VIII. Hac igitur causa suscepto itinere, ut Persida à seductione nequam Doctorum liberarent, ut primum ei appropinquaverunt, quos diximus, Apostoli Simon atque Iudas, occurrentem habebant exercitum Varardach ducis

lunæ in honorem lunæ, ut testantur Augustinus hæresi 46. & Leo M. serm. 42 quadragesimali. (s) Elementa à Manichæis adorata tradit Philastrius hæresi 61. Potiis & ad hunc aquæ cultum referre quod per illam intelligerent Christum qui se aquam vivam appellavit. Ita saue ab illis factum reperio in Apathematismis Manichæorum quos post Cotelerium ad recognitionem Clementes IV. 27. edidit & notis illustravit Vir doctus Iacobus Tollius in insignibus itineris Italici. (t) De hoc Manichæorum dogmate consule eosdem Anathematismos. Prudentii ἀποθέωσιν ubi contra Phantasmaticos, Photium cod. 229. p. 797 Perstringunt etiam Vincentius Lerinensis, Proclus Cpol. Epist. ad Armen. Ambrosius Epist. 81. ad Siricium Papam & quamplurimi alii. (u) Persida, in nominativo, pro Persis. Ut chlamyda pro chlamys, casida pro casis, abuda pro abis. Vide Vossium lib. 1. de analogia 6. 31. (x) Ioh. XV. 26. XVI. 7.

Digitized by Google

ducis regis Babyloniorum, cui nomen erat Xerxes. Hic autem contra Indos, qui fines Persidis invaserant, susceperat bellum: erantque in comitatu ejus sacrificatores, & arioli, & magi, & incantatores, qui per singulas mansiones, sacrificantes dæmoniis, dabant responsa, fallaciæ suæ. Contigit autem, ut die qua Apostoli in exercitu erant, concidentes se, & sanguinem suum effundentes (y), nullum penitus dare potuerunt duci belli responsum. Quapropter perrexerunt ad fanum vicinæ civitatis, & consulentes illic dæmonia, dæmonem cum ingenti mugitu ita audiverunt loquentem: Dij qui vobiscum comitabantur euntibus ad prælium propterea dare non possunt responsa, quia duo homines isthic sunt, Simon & Iudas, qui tantam consecuti à Deo sunt virtutem, ut nullus nostrorum audeat illis præsentibus loqui. Quæ cum accepisset * Varardach dux regis Xerxis, fecit eos in exercitu inquiri. Quos cum inveniset, cœpit ab eis quærere, unde essent, aut quid essent, aut quare venissent in illas terras? Cui Sanctus Simon Apostolus, ait: Si genus quæris, Hebræi sumus: si conditionem, servi sumus Iesu Christi: si causam quæris, salutis vestræ causa venimus, ut relicto errore simulachrorum, Deum qui in cœlis est possitis agnoscere. Cui respondens Varardach dux: Nunc (inquit) ad prælium maturo, ut Indos ab invasione Persidis arceam, antequam

Yy Medo-

(y) Ut sacrificuli Baal 3. Reg. XVIII. 28. * Affine nomen Persicum Φαρνδάκης, quod invenio apud Menandrum Protectorem in excerptis ab Hœschelio editis p. 148.

Digitized by Google

Medorum adversus nos auxilia colligant. Quare non est opportunum mihi, ut de rebus vestris nunc discutiam. Cum verò felix fuerit revertendi successus, audiam vos. Ad quæ Iudas Apostolus: Audi me Domine (z), magis congruum est (inquit) te cognoscere illum, cujus ope & auxilio possis victor existere, vel eos saltem, qui tibi rebelles sunt, pacatissimos invenire. Tum Varardach dux: Quia audio Deos vestros, vobis coram positis, vobis dare responsa, volo ut vos nobis futura prædicatis, ut quos belli exitus habituri simus, scire queam.

IX. Tum Simon: Ut agnoscas (ait) errorem horum, quos tibi putas prædicere, damus illis potestatem respondendi tibi, ut dum dixerint quæ ignorant, probemus eos per omnia fuisse mentitos. Cumque orationem fudissent ad Dominum, dixerunt: In nomine Domini nostri Iesu Christi, præcipimus, ut more solito detis responsa his, qui interrogare consueverunt. Ad hanc vocem cœperunt fanatici eorum arripi (a) & dicere: Grande bellum futurum esse, & utrinque multos præliantes interfici posse (b). Tunc Apostoli Dei, ex abundantia lætitiæ in risum solvuntur. Quibus Varar-

(z) Ita scripsi pro *Mede*. (a) καὶ λαβολῇ Dæmonii. (b) Simile illud apud Ennium: *Ajo te Æacida Romanos vincere posse.* Νικᾶν σ' Αἰακίδη Ῥωμαίους φημὶ δύνασθαι. Et apud Herodotum: Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν διαλύσει. quod ita transfert

Digitized by Google

rardach: Me (inquit) timor invasit, & vos ridetis? Dicunt ei Apostoli: Cesset timor tuus, quoniam in ingressu nostro pax vobiscum intravit istam provinciam. Quare mitte profectionem tuam. Nam crastina die, eadem hac hora, id est tertia, venient ad te quos præmisisti cum legatis Indorum, qui vobis terras invasas, restitutas imperio vestro nunciabunt, & solutis tributis, aditum referent: & paci vestræ, ad quascunque conditiones volueritis, gratanter consentientes, pactum firmissimum stabilient. At Pontifices ducis hæc irridentes: Domine dux, inquiunt, noli istis hominibus fidem dare, vanis & mendacibus, advenis scilicet & ignotis, qui ideo grata loquuntur, ne exploratorum loco habeantur. Isti autem dii nostri, qui nunquam fallunt, dederunt tibi responsum, ut sis cautus, & ad res omnes solicitus: non quemadmodum illi qui te studiosè reddere securum conantur, ut dum minus cautus fueris, possis ex improviso & acrius & facilius adoriri.* Respondens autem Sanctus Simon Apostolus, dixit: Audi me dux. Nos advenæ & ignoti, & mendacissimi, non unum mensem te expectare jubemus: sed diximus, Ex-

Chalcidius: *Perdet Crœsus Halyn transgressus maxima regna.* Et apud Strabonem: Ἄδιον ἀμφὶ Δραάκοντα πολὺν ποτε λαὸν ὀλέσθαι *Qua Draco Latius est, multum populi periturum.* Et eodem libro VI. πανδυσίη τε πολύλαον πολὺν πρὸς λαὸν ὀλέσσει, *Pandosia ingentem ex populum extinctura trivertex.*

* *Adorior* passive, ut *aggredior* apud Cic.

Digitized by Google

pecta unum diem, & cras manè circa horam tertiam venturi sunt, quos misisti. Venient autem cum eis Indorum honorati, qui conditiones à te accipient, ut sint deinceps tributarii Persarum.

X. Hæc cum animadverterent Sacerdotes Persarum, qui in exercitu erant, propalam clamabant: Aureas & gemmatas inter purpureas & auro tectas vestes, inter pateras (c) & byssum, sericumque, & omnem gloriam Babylonici regni, dii nostri splendidi, suæ divinitatis responsa dantes, aliquando fallere possunt: & isti pannosi, & personam (d) nullam habentes, tantum sibi tribuere audent? quos videre, injuria est. Et hos tu Domine dux ad injuriam Deorum nostrorum non punis? Tum dux: Hoc magnum est (inquit) quia advenæ & pauperes atque ignoti, cum tanta hoc constantia adseverant, quod deorum nostrorum testimonio videtur esse contrarium. Dicunt ei Pontifices: Jube eos custodiri, ne fugiant. Respondit dux: Ego non solum jubebo eos custodiri, sed ipsi etiam vos in custodia eritis usque in crastinum, ut rerum exitus doceat, si possit eorum testimonium comprobari. Posthæc judicabitur, quis meritò debeat condemnari.

XI. Factum est autem in crastino, juxta verbum Apostolorum, venerunt nuncii, qui missi

(c) In quibus cibi Diis apponebantur, ut Belo Babylonico.
(d) i. e. dignitatem & autoritatem, qua gaudentes, a sequioribus scriptoribus barbarè dicti sunt *Personati*.

Digitized by Google

missi fuerant cursu velocissimo in dromedis(e) & nunciarunt omnia ista esse, sicut Apostoli paulò antè intimârunt. Quare indignatus dux jussit pyram accendi, ut ibi Sacerdotes suos, igne consumeret, & hos omnes qui Apostolos obfuscare nitebantur. Apostoli autem prostraverunt se duci, dicentes: Obsecramus Domine, ne efficiamur nos causa interitus eorum: qui pro salute hominum huc missi sumus, ut vivificaremus mortuos, non ut viventes occidamus. Itaque cum diu aspersi pulvere, provoluti pedibus ducis jacerent, respondit ille: Miror vos ita pro istis intervenire, qui nihil aliud egerunt per omnes comites meos & Tribunos ac Satrapas, & ad hoc præmia ingentia contulerunt, quam ut vos incenderent vivos. Ad quæ extemplo Apostoli: Disciplina (inquiunt) magistri nostri has leges tenet (f), ut non solum malum pro malo non (g) cédat, sed etiam bona pro malis restituat. Estque hoc solum discrimen inter nos & cæteras disciplinas, quia omnes reliqui malum reddunt pro malo, omnesque odientes se odio habent. Nos autem e contra diligimus inimicos nostros, & benefacimus his qui nos odiunt, (h) & ora-

Yy 3 mus

(e) *Camelorum genus, minoris quidem staturæ sed velocioris, unde & nomen habet, nam δρόμος Græcè cursus velocitas appellatur. Centum & amplius milliaria uno die peragere solet.* Hæc Isidorus XII. 1. Originum. Meminit & Vopiscus in Aureliano c. 28

(f) Rom. XII. 17. Matth. V. 44. (g) Forte leg. *non reddat.* (h) *Odire* pro odisse frequens apud scriptores

mus Dominum pro calumniantibus & perſequentibus nos. Quæ cum audiviſſet dux: Vel hoc permittite, inquit, facere, ut omnia bona eorum vobis tradantur. Et cum hæc diceret, juſſit inquiri quanta eſſet facultas Pontificum. Et reſpondentes tabularii fiſci (i), dixerunt: Unus Pontifex unam libram auri in uno menſe de fiſco conſequitur. Et computati ſunt centum & viginti talentorum: excepto eo qui ſacerdotii arcem (k) tenebat, qui quadruplum conſequebatur in auro. Congregatæ ſunt itaque familiæ & veſtes, & miniſterium (l), & argentum & aurum, & jumenta, & omnia quæ habere poterant, nec poterat dinumerari facultas eorum.

XII. Ita congregatis opibus, dux ad regem reverſus, Apoſtolos Domini commendavit, inquiens: Hi ſunt, ſub effigie hominum latentes, quos dii noſtri timent, qui neque ſine illorum conceſſione dare reſponſa hominibus poſſunt

ſequiores, ſed & occurrit apud Senecam, Solinum, Apulejum, Vopiſcum, & alios. Vide Voſſium de vitiis ſermonis & lib. 3. de analogia c. 39. (i) De tabulariis fiſci in provinciis Romanorum videndus Jacobus Gothofredus ad Codicem Theodoſ. & Pancirollus ad notitiam dignitatum utriusque Imperii. Abdiæ tamen fides quomodo ex hoc loco firmetur, ut vult Lazius, neutiquam video, cum Perſidem non faciat populi Rom. provinciam, ſed regnum potentiſſimum ſuis utens juribus ſub magno Rege Xerxe. Viciſſim conſtat nullum fuiſſe Apoſtolorum temporibus Perſarum Regem Xerxis nomine. Perſæ enim tum Arſacidis parebant, inter quos nullus usquam occurrit Xerxes.

Summus ſacerdos. (l) Servi &c.

Digitized by Google

sunt, Et ipsa responsa illorum falsa fuisse, & oracula illorum, & eventus ipsi comprobaverunt. Isti autem Sacerdotes nostri, dum dicerent eos advenas fallentes, quibus non deberet credi, & insisterent apud nos, ut puniremus eos: dumque utrosque in custodia haberemus, ut pars quæ vera diceret remuneraretur, & quæ fefelliſſet, puniretur; denique ubi omnia eo ordine, quo isti prædixerant, sunt adimpleta, & vellem eos hoc pati, quod illi istos pati elaboraverant: ecce isti precibus apud me egerunt boni viri, ut nihil penitus paterentur mali. Et cum facultates eorum jussissemus conferri, has tamen illi nihilominus contemnunt, dicentes: Nobis non licet aliquid posidere (m) supra terram, ex eo quod nostra possessio est cœlo, (n) quæ est æterna, & ubi immortalitas regnat. Quin & illud insuper addunt: Nulla ratione possumus accipere vel aurum, vel argentum vel vestes, vel domos, aut prædia aut servos. Ista enim omnia terrena sunt, & morientem hominem non sequuntur. Quibus cum dicerem, vel aliquantum ut acciperent inde, quod pauperes & peregrini essent, persuadere nequivimus. Non sumus (dixerunt illi) pauperes,

(m) Matth. X. 9. seq. (n) Matth. VI. 20. V. 12. Phil. III. 20. In fragmentis Apostolorum a Steph. Prætorio editis: *Simon & Judas ad ducem Africanum: Non licet nobis aliqua posidere in terra quia nostra possessio est in cœlo. Nostrum testamentum est:* (è Joh. XIV. 18.) *Non relinquam vos orphanos.*

Digitized by Google

qui divitias cœlestes habemus. Sed si vis, ut ad salutem animæ tuæ proficiat census ille, eroga pauperibus, eroga viduis, & orphanis, eroga infirmis & adflictis, libera debitores, qui à creditoribus exagitantur, eroga publicè manum porrigentibus, & omnibus qui his opibus indigent. Nam nos terrenum nihil desideramus.

XIII. Hæc & alia cum dux apud regem Xerxen differuisset, excitati in zelum, qui cum rege fuerant Zaroês & Arsaxat magi, simul indignabundi, rumores sparserunt: Malignos eos homines esse, qui contra Deos Gentis, contraque regnum tam astutè molirentur. Nam si vis scire Rex (inquiunt) quod ea vera sunt quæ dicimus, non prius permittemus hos loqui, quam Deos tuos adoraverint. Tum dux: Audetis ne cum illis habere conflictum, ut si viceritis eos, tum demum abijciantur? Dixerunt magi: Æquum est, ut sicut nos adoramus Deos nostros, ita adorent & illi. Respondit dux: Hoc scilicet conflictus vester ostendet. Ad hæc iterum magi: Vis videre (inquiunt) potentiam nostram, ut probes, quia non poterunt loqui nobis præsentibus: jube adstare hic qui sint eloquentes in linguis, acutissimi in argumentis, & clamosi in vocibus. Et si tunc ausi fuerint nobis præsentibus loqui, probabis nos esse imperitissimos. Tunc jussu regis & ducis, omnes advocati præstò facti, ita sunt à duce admoniti, ut quanta possent constantia, haberent cum his magis contentiones, & eos à defensionum proposito, argumentorum suorum proposito exclu-

Digitized by Google

excluderent. Et cum in præsentia regis & ducis, cunctorumque sublimium magi locuti essent, omnis illa advocatio (o) ita muta facta est, ut nec nutibus, quod loqui non poterat, indicaret. Et cum unius ferè horæ transisset spacium, dixêre magi ad regem: Ut scias nos ex Deorum esse numero, permittimus eos quidem loqui, sed ambulare non posse. Quod cum feciſſent, adjecerunt dicentes: Ecce reddimus eis greſſum, sed faciemus eos apertis oculis nihil videre. Cumque & hoc feciſſent, expavit cor regis & ducis, dicentibus amicis eorum, non debere contemni hos magos, ne & regi & duci inferant debilitatem in membris. Igitur hoc spectaculum à primo mane usque ad horam sextam dum spectatur, advocati mœrore confecti, ad suas reverſi sunt quique domos, nimio animi impulsu fatigati.

XIV. Dux verò cum haberet amicos Apostolos, eis narravit omnia quæ dicta, quæque facta extiterant. Dixerunt duci Apostoli: Ut scias, nobis præsentibus figmenta illorum valere non posse, & ideò timere eos nostram præsentiam, jube advocatos ipsos ad nos venire, priusquam ad ipsos vadant, & posteaquam ad nos venerint, ita ingrediantur ad regem, similem habituri conflictum: & si prævaluerint eis, tum scias nos ab his aliquatenus vinci posse. Convocavit igitur dux omnem illam advocationem in domo sua, & quasi compatiens illis, dixit: Doleo equidem verecundiæ vestræ,

(o) i. e. omnes advocati qui præsto aderant.

Digitized by Google

quam estis intra regalem aulam perpessi. Unde sciatis, me invenisse homines, qui vos moneant & doceant, ut non solum vobis non præ valeant, sed etiam à vobis superati discedant. Tunc omnis illa multitudo advocatorum prostrata duci gratias agens, & eorum singuli cœperunt precibus agere, ut dictum facto compleret. At ille protulit eis Apostolos Domini, Simonem & Iudam. Videntes autem advocati homines vilissima veste indutos, quasi in despectu eorum cœperunt habere personas. Quos facto silentio sic allocutus est Simon: Sæpissime evenire, ut intra scrinia aurea & gemmata, vilia quædam habeantur inclusa: & intra vilissimas (p) & ligneas capsas, sint gemmarum monilia preciosa reposita; solere etiam vasa pulcherrima aceto repleta execrationi & contemptui subjacere: contra verò, vasa fœdissima in aspectu, vino tamen intùs optimo repleta, ambitionem sui saporis excitare gustantibus, ita ut neglecta visione contemptibili * quæ aspectus offendit, de sola cogitent homines suavitate, quæ intrinsecus latet. Imò quicunque (inquiunt) alicujus rei cupit esse possessor, non magnopere gestatorium (q), sed ipsum quod gestatur spectat. Non ergo offendat aspectum vestrum, vilis hic noster habitus, intus enim latent ea, quæ æternam vos faciant & gloriam invenire, & vitam. Nos quippe omnes homines, de uno patre & de una matre nati

(p) Simile quo utitur Paulus 2. Cor. IV. 7. * Ita scripsi pro *contemtui vilia.* (q) In quo aliquid gestatur. Vide Cangii glossar.

Digitized by Google

nati sumus. Qui cum facti essent & positi in regione vivorum, suadente angelo invidiæ (r), prævaricati sunt in lege, quam à suo conditore susceperant, suntque servi facti ejus, cui suadenti obtemperaverunt. Deinde cum ipso angelo, ab illa vitæ æternæ regione, in hujus terræ exilium projecti sunt. Misericordiam tamen nihilo minus Deus & in hac parte suam constituit, ut sic homo creatorem suum solum Deum excoleret, & elementa non adoraret, nec diceret ligno (s) quod ipse dolaverat, Tu es Deus meus. Recessit autem à Deo suo homo; à custode suo; &, quod majus est, a Salvatore suo; ut suo parèret inimico. Hunc autem errorem in hominibus hic angelus princeps invidiæ ideo nutrivit, & nutrit, ut ipse eis dominetur, & faciat de eis, quod ipse voluerit: conaturque avocare Deum verum, quem iste angelus timet, a genere humano. Hac de causa per magos suos, quando voluit fecit vos tacere: rursùs fecit vos invidere (t), denique fecit vos immobiles permanere. Unde, ut probetis ita esse, venite ad nos, & permittite vos ab idolorum cultura recedere, & solum Deum invisibilem adorare ac colere. Et cum hæc feceritis, imponemus manus nostras super capita vestra, & signum Christi (u) faciemus in

(r) Sap. II. 24. (s) Jerem. II. 27. (t) Notandum *invidere* pro *non videre*. Sensus enim est: Visu vos ad tempus privavit. Supra c. 13. *faciemus eos apertis oculis nihil videre*. Sic *invisus* pro *non viso* apud Ciceronem & alios. (u) Signaculum crucis intelligi perspicu-

Digitized by Google

frontibus vestris. Et si tum non confutaveritis eos, credite nos fallere omnia quæcunque asserimus.

XV. Tum universi illi advocati, considerantes rationem veram, prostraverunt se Apostolis dicentes: Facite ergo quæsumus, ne in nobis possint linguæ impedire officium, nec aliqua in membris nostris impedimenta inferre: & sit supra nos ira Dei, si ultrà idolis credideri-mus. Quæ cum ab advocatis dicta essent, procumbentes humi Sancti Apostoli Simon & Judas, oraverunt ad Deum in hæc verba: Deus Israël, qui exinaniſti * magica figmenta Jamnes & Mambres (x), & dediſti eos in confusionem & ulcera (y), & perire eos jussisti: sic faciat & hic manus tua super hos magos Zaroên & Arfaxat. Hos autem famulos tuos, promittentes quod ab omni cultura idolorum abscedent, fac fortes & stabiles, & constanter adversus eos insurgere, ut cognoscant omnes, quia tu es unus omnipotens, qui regnas in sæcula sæculorum. Cumque respondissent, Amen: signatis frontibus abierunt. Ingressi sunt autem cum duce ad regem. Haud multo post adsunt & magi, tentantes ea, quæ antea fecerant, & nulla poterant ratione prævalere. Tum ex advocatis unus Zebeus nomine, dixit: Audi Domine rex, ista stercora abjicienda sunt, & ex tuo regno emundanda, ne fortè omnibus pu-

tre-

am esſ, quo mox & ſe ipſi precibus finitis Apoſtoli ſignaſſe ſe dicuntur. * Al. *exinanimaſti*. (x) De his ſupra p. 250. (y) Exod. IX. 11. Sap. XVII. 7.

Digitized by Google

tredinem generent. Habent enim secum angelum humani generis inimicum, & ludificant in hoc homines, ut quam plurimos angelus iste malus habeat subjectos. Habet autem hos subjectos, qui non sunt Deo omnipotenti subjecti. Jam vero idcirco insistebant magi, ut Apostoli Sancti hos Deos adorarent: quo facto, Deum verum offenderent, & deinceps ipsi in illis facilius per angelum illum malignum sua præstigia exercerent. Denique signum Dei sui in frontibus nostris, digitis suis facientes, miserunt huc, ista verba adjicientes: Si post istud signaculum Dei, prævaluerint artes illorum, sciatis nos quæ docemus universa mentitos. Ecce nunc igitur in DEI omnipotentis nomine adsumus, insultamus & opponimus nos magis: si possunt, agant, quæ hesterno die gesserunt.

XVI. Quæ cum viderunt magi, indignati, multitudinem serpentum (a) venire fecerunt. Qua re terrefacti, qui aderant, ut Apostolos rex vocaret, clamârunt. Missis igitur nunciis, mox venerunt Apostoli. Qui implentes pallia sua de serpentibus miserunt in eosdem magos dicentes: In nomine Domini nostri Jesu Christi non moriemini, sed morsibus eorum attrectati, dolorum vestrorum mugitum dabitis. Statimque serpentes cœperunt carnes eorum

(z) Sic supra signum crucis vocavit signum Christi: quo Dæmones fugatos, ano ore tradunt veteres Christiani scriptores quamplurimi, ut alio potius nomine quam hoc Autor noster sit exsibilandus. (a) Instar Magorum Ægyptiacorum Exod. VII. 11.

Digitized by Google

rum devorare. Illi autem ululabant, veluti lupi. Quæ videns rex, & omnes qui aderant, dicebant Apostolis: Permittite, ut magi moriantur ab eis. At illi respondérunt: Nos missi sumus, à morte ad vitam cunctos reducere, non à vita præcipitare in mortem. Facta igitur oratione, dixerunt Apostoli serpentibus: Redite in nomine Jesu Christi ad loca vestra, atque omne venenum quod in hos magos infudistis, auferte vobiscum. Novos itaque cruciatus magi patiuntur; cum serpentes venena sua morsibus renovatis tollerent, sugentes sanguinem eorum. Itaque ablegatis serpentibus, adlocuti sunt Apostoli magos in hæc verba: Audite impii scripturam Sanctam dicentem (b): Qui proximo suo parat foveam, ipse prior cadit in illam. Vos quidem nobis parâstis mortem: Nos autem rogavimus Dominum nostrum Jesum Christum, ut vos à morte præsente eriperet. Denique qui per multos annos morbus his serpentinis affligi poteratis, ecce tertia die transacta, precibus nostris recuperata vobis sanitas redonabitur. Forsitam vel sic ab impietate vestra cessabitis, dum veritatem Dei circa vos exuperare, probare posstis. In istis autem tribus diebus, ideo permittimus vobis dominari dolores, ut pœniteamini pro erroribus vestris.

XVII. Hæc cum dixissent Apostoli, deportati sunt ad hospitalia magi, qui per triduum nec cibum capere, nec bibere ullo modo poterant,

(b) Prov. XXVI. 27. Cohel. X. 8. Sir. XXVII. 29.

Digitized by Google

terant, sed in his sola vociferatio doloribus extorta incessabilis extitit. Posteà, cum jam res in eo esset, ut pariter expirarent magi Zaroës & Arfaxat, accesserunt eos Apostoli, dicentes: Non dignatur Deus habere coacta servitia (c): ideo surgite sani, habentes liberam facultatem convertendi à malo ad bonum, (d) & exeundi a tenebris ad lumen. At illi permanentes in perfidia sua, sicut a facie Matthæi Apostoli (e) fugerūt, sic & ab his duobus Apostolis fugientes, ad simulachrorum cultores, per totam Persidis regionem, ut Apostolis inimicitias excitarent, ubique dicebant: Ecce veniunt ad vos inimici Deorum nostrorum. Si vultis Deos vestros habere propitios, compellite eos sacrificare illis. Si autem nolueritis, saltem interficite eos.

XVIII. Hæc cum ita inter Apostolos & magos in Persida gesta fuissent, rogati a rege & duce beatus Simon & Judas, ab eo tempore morabantur in Babylone, facientes quotidie mirabilia magna, inluminantes cœcos, surdis reddentes auditum, claudicantibus gressum, mundantes leprosos, fugantes denique ab obsessis corporibus omnis generis dæmonia. Habebant autem secum discipulos multos, ex quibus ordinabant per civitates Presbyteros & Diaconos & clericos, & Ecclesias multas constituebant. Factum est autem, ut unus ex diaconibus (f) pateretur crimen incesti. Erat enim vici-

(c) Supra p. 519. (d) 1. Petr. III. 11. Act. XXVI. 18.
(e) Infra lib. 7. (f) Notum est, sequioribus scriptoribus promiscue dici *Diacones* & *Diaconos*.

Digitized by Google

vicinus Filiæ Satrapæ cujusdam ditissimi hominis, quæ perdita virginitate partum edens periclitabatur. Interrogata autem a parentibus, virum Dei Sanctum & castum Euphrosinum Diaconum impetebat. Qui tentus a parentibus puellæ, urgebatur subire vindictã. Quod ubi Apostoli audiverũt, venerũt ad parentes puellæ. Ut illi cũ adspexissent Apostolos, cœperũt clamare, & diaconum reum hujus criminis accusare. Tum Apostoli: Quando (inquiunt) natus est puer? Respondent: Hodie hora diei prima. Dicunt eis Apostoli: Perducite hùc infantem, & diaconum quem accusatis hùc pariter adducite. Cumque in præsentia essent, alloquuntur Apostoli infantem, dicentes: in nomine Domini nostri Jesu Christi loquere, & dic, si iste Diaconus præsumpserit hanc iniquitatem. Tum infans absolutissimo sermone ait: Hic Diaconus vir Sanctus & castus est, & nunquam inquinavit carnem suam. Rursus autem instistebant parentes Apostolis, ut de persona infans interrogaretur incesti. Qui dixerunt: Nos innocentes solvere decet, & nocentes prodere non decet.

XIX. Dum hæc Babyloniæ fierent ab Apostolis Domini, interea evenit, ut duæ tigrides ferocissimæ quæ erant in singulis caveis clausæ, forte fortuna liberatæ fugerẽt, & quidquid in occursu invenirent, devorarent. Quare consternatus omnis populus, ad Apostolos Dei confugit. Apostoli autem invocantes nomen Domini Jesu Christi, jusserunt ut sequerentur eos in domum,

Digitized by Google

mum, in qua manebant. Et per triduum ibi manserunt. Et convocantes ibi omnem multitudinem, dixerunt: Audite omnes Filii hominum, qui ad imaginem Dei facti estis, quibus dedit Deus ingenium, memoriam, & intelligentiam, considerate feras, quæ nunquam mansvescere consueverant, auditò nomine Domini Jesu Christi, in agnos (g) conversæ sunt: & homines in tanta adhuc perdurant obstinatione, ut non intelligant, Deos non esse figmenta hæc aurea & argentea, quæ flata sunt, & ad arbitrium hominis fabrefacta, vel de lapide aut ligno sculpta. Dominum autem qui vos creavit, ignoratis, qui dat vobis pluviam de cœlo, (h) & producit vobis panem de terra, & vinum ac oleum de surculis ligni. Ut autem sciatis, quia ipse est verus Deus, erunt vobis in testimonium tigrides istæ, ut ipsæ vos admoneant quodammodo, ut non alterum colatis Deum, nisi Dominum nostrum Jesum Christum, in cujus nomine istæ mansvetæ factæ, quasi oves in medio vestri conversabuntur, vespere autem facto in suam cellulam revertentes manebunt. Interea nos susceptò itinere, reliquas civitates peragrabimus, & provincias, ut Evangelii Domini nostri Jesu Christi prædicatio cunctis innotescat. Quæ cùm audirent ex Apostolis, flebant populi, rogantes ut non discederent. Ad quorum petitionem unum adhuc annum & menses tres in Persida beati Simon &

(g) Ut ad literam compleretur quod scriptum Is. XI. 6. seq. & LXV. 25. (h) Jerem. V. 24. Act. XIV. 17.

Digitized by Google

Judas remorati sunt. In quo spacio amplius quam sexaginta millia virorum baptizati sunt, exceptis parvulis, & mulieribus: baptizato primum Rege, (i) cum universis dignitatibus suis. Præterea videntes infirmitates verbo curari, inluminari cæcos, mortuos etiam suscitari in nomine Domini Jesu Christi; universi populi crediderunt destruentes templa, & Ecclesiam exstruentes.

XX. Ordinavère autem Apostoli in civitate Babylonis episcopum nomine *Abdiam* (k), qui cum ipsis venerat à Judæa, qui & ipse viderat oculis suis Dominum: & repleta est civitas Ecclesiis. Quibus ritè omnibus ordinatis, egressi sunt Apostoli Persidem. Sequebantur autem eos turbæ discipulorum, & cc (l) amplius viri. Circumierunt autem duodecim provincias (m) Persidis, & civitates earum, in quibus quæ egerint, & quæ passi sint per annos tredecim, longa narratione scripsit *Craton* (n), Apostolorum ipsorum discipulus, in decem

(i) Hæc de baptizato Rege Persiæ ejusque ministris narratio nullam fidem meretur cum regem ipsum confictum esse supra p. 616. monuerim. (k) Confer. si placet quæ ad hunc locum notavi supra p. 388. (l) CC scripsi pro *eo*. (m) Provinciæ Persidis fuere Media, Hyrcania, Margiana, Suliana, Parthia, Aria, Paropanisus, Chaldæa, Caramania, Drangiana, Arachosia & Gedrosia. Quibus accedunt pars Assyriæ & Persia proprie dicta.

(n) Mentio hujus Ctatonis in fragmentis Apostolorum a Steph. Prætorio editis, ubi Apostolorum Simonis & Judæ discipulus vocatur, & ex eo quædam referuntur de Bartholomæo, convenientia cum illis quæ habentur infra lib. 8.

Digitized by Google

cem librorum voluminibus universa comprehendens, quæ *Africanus* (o) historiographus in Latinam transtulit linguam: Ex quibus qui scire voluerit, qui fuerint progressus prædicationis, vel quo fine mundum Simon & Judas Apostoli reliquerint, ex multis pauca selegimus. Quippe Zaroës & Arfaxat magi facientes scelera multa per civitates Persidis, & dicentes, se esse ex genere Deorum, semper à facie Apostolorum fugientes, tamdiu erant in quacunque civitate, quamdiu cognoscerent Apostolos advenire. Apostoli autem ubicunque fuissent ingressi, detegebant scelera eorum, & ostendebant doctrinam eorum ab inimico humani generis adinuentam. Erant autem in Suanir (p) civitate LXX. templorum Pontifices, qui solebant singulas libras auri à rege consequi,

(o) Mirum est quod in præfatione quam supra dedi p. 390. Africanus quisquis fuit non Cratonis sed Abdiæ libros decem de rebus Apostolorum in latinam linguam transtulisse se affirmat: Nisi forte dicendum duos impostores unum sub Abdiæ, alterum sub Cratonis nomine eandem fabulam egisse. Aut idem opus jam sub Abdiæ nomine fuisse venditatum, jam sub Cratonis. Aut potius ex Pseudo Cratonis libris confectum contractumque esse nostrum hunc Pseudo Abdiam, mox enim ait ex multis quæ Crato iste descripserit pauca semet selegisse. Alius ni fallor Craton fuit supra lib. 5. c. 14. (p) Beda retractat. in Actor. c. 1. *Simonem Zelotem & Judam Jacobi referunt historiæ in quibus Apostolorum passiones continentur & à plurimis deputantur Apocrypha, prædicasse in Perside, ibique à templorum Pontificibus in civitate Suanir occisos, glo-*

Digitized by Google

quando Solis epulas celebrabant: id quod quater in anno fieri consueverat in tempore novorum (q), in introitu veris, initio æstatis, autumni & hyemis. Hos igitur non pontifices (r) hac allocutione magi in Apostolos Dei incitaverunt, dicentes: Venturi sunt duo Hebræi, Deorum omnium inimici. Quare ubi inceperint dicere, Deum alterum adorari debere: vos excluſi eritis à facultatibus vestris, & contemptui populo eritis. Alloquimini ergo populum,

rioſum ſubiiſſe martyrium. Quibus adſtipulatur & liber martyrologii qui B. Hieronymi nomine ac præfatione attitulatur, quamvis idem Hieronymus illius libri non auctor ſed interpres, Euſebius autem auctor extitiſſe narretur. Confer Martyrologium ſub Hieronymi nomine à Florentinio editum & illuſtratum p. 160. & 938. ubi pro *Svanir* lego excuſum *Svanis*. De civitate Perſidis, cui nomen *Svanir*, altum apud veteres ſilentium. Svanorum, populi Colchidis meminit Plinius lib. 6. c. 4. qui Σκάνοι Ptolemæo V. 9. & Menandro Protectore p. 116. 120. ſq. 123. 126. ſq. Σόανες Straboni lib. 11. Stephano Byz. & eidem Menandro in excerptis legat. ab Heſchelio editis p. 82. cui etiam regio p. 83. 88. 102. 115. ſq. 120. ſq. 122. 124. 126. ſq. dicitur Σκανία, & p. 141. Colchis Perſarum Regis verbis deſcribitur quod ſita fuerit inter gentes habitantes Caucaſum, paruerit regulo ſive duci, & tranſitum præbuerit Scythis; Incolæ κλαῶνες τε καὶ λαφυραγωγοὶ καὶ κλεπτῶν ἔργων καὶ ἀνοσίων ἐργάται. (q) Sole faciente vel æquinoctium vel ſolſtitium. (r) Pontifices Heliolatras vocat *non pontifices*, ut Epiphanius XXX. 30. ſacerdotes Ægyptios vocat μιαιφόνους *non ſacerdotes* i.e. indignos nomine ſacerdotum. Vide Cotelerium ad Barnabæ Epiſt. c. 9. & ad Conſt. Apoſt. II. 28. & 61. Similiter gens *non gens* Deut. XXXII. 21. Rom. X. 19.

Digitized by Google

lum, ut cum primum hi urbem intrârint, teneantur ad sacrificandum. Si consenserint, pacem habebunt cum diis vestris. Si verò sacrificare noluerint, sciatis illos ad subversionem vestram ingressuros, & deprædationem & mortem.

XXI. Factum est autem, ut postquam peragrâssent universas provincias, venirent ad Suanyr civitatem magnam. In quam cum fuissent ingressi, & mansissent apud discipulum suum, ejusdem civitatis virum, nomine Sennem*, ecce circa horam primam omnes simul Sacerdotes cum populo innumerabili venerunt ad ædes, clamantes ad Sennem: Produc ad nos inimicos Deorum nostrorum. Cum quibus si non sacrificaveris diis nostris, incendemus te & domum tuam, (s) cum ipsis. Interea tenentur Apostoli Dei, & ducuntur (haud mora) ad templum Solis (t). Quod cum ingrederentur, cœperunt clamare dæmones, in E-

* *Sennes* vocatur infra c. 23. etsi h. l. editionea quædam *Semnes*. Et Sennes Martyr Persarum celebratur in Martyrolog. Rom. 30. Jul.

(s) Minæ quales supra p. 578.

(t) Solem, Lunam & ignem à Persis culta, notissimum est ex Epiphanio & aliis. Licet vero antiquissimi Persæ neque statuas neque templa neque aras habuere, ut docent Herodotus lib. 1. c. 131. Strabo, Cicero Verrina 2. & 2. de legg. Dinon apud Clementem, Æschylus Persis v. 811. &c. Constat tamen interjecto tempore etiam apud illam gentem fuisse templa solis & ignis. Eorum in templo sacra feciisse testatur Xenophon. lib. 8. Cyropæd. Persarum templum

nergumenis: (u) Quid vobis & nobis (x) Apostoli Dei vivi? In ingressu vestro flammis exurimur. Stabat autem in una æde (y) templi ab oriente quadriga solis, fusilis ex argento (z): in alia autem æde stabat luna fusilis ex argento, habens quadrigam similiter boum (a) fusilem ex argento.

XXII. Cœperunt ergo Pontifices Apostolis vim facere cum populo, ut adorarent eos, inibi. Quod animadvertens Judas ad Simonem: Frater (inquit) Simon, video Dominum meum Jesum Christum, vocantem nos. Similiter & Simon respondit: Diu est, (b) quod intueor adspectum Domini in medio angelorum. Nam & dixit mihi angelus Domini cum orarem: Faciam vos egredi de templo, & faciam ipsum templum ruere super eos. Et dixi, nequaquam Domine, non fiat hoc, fortasis erunt aliqui ex his, qui convertantur ad Dominum. Igitur cum hæc secum Hebræo sermone loquerentur, apparuit eis angelus Domini, dicens:

ab Abda Episcopo destructum, narrat Theodoritus lib. 5. Hist. Eccles. c. 39. Confer imaginem *ναοῦ* sive templi ignis, forma rotunda, qualibus usi sunt Persæ, apud Tho. Hyde de relig. veterum Persar. p. 314. (u) In prioribus editt. erat *Ergon mystumneos* quod Lazius præter rem exponit *manceps*. (x) Supra p. 478. 502. &c. (y) Ædes templi, pro parte ædificii templi. (z) Videtur legendum: *ex auro*. (a) Ut imago solis quadrigam equorum. (b) In fragmentis Apostolorum à Steph. Prætorio editis: *Simon moriturus, video, inquit, Domini mei adspectum in medio Angelorum.*

Digitized by Google

dicens: Confortamini, & unum è duobus eligite: aut repentinum istorum omnium interitum, aut palmam martyrii vestri, cum fiducia boni certaminis expectate. Cui respondentes Apostoli, dixerunt: Imploranda est misericordia Domini nostri Jesu Christi, ut & illis propitietur, & nos adiuvet ut possimus pertingere cum constantia ad coronam. Hoc autem Apostololi soli cum viderent & audirent, compellebantur à Pontificibus adorare simulachrum Solis & Lunæ. Quibus Apostoli dixerunt: Facite fieri silentium, ut demus responsum, omni populo audiente. Facto autem silentio, dixerunt: Audite omnes, & videte. Solem noscimus servum Dei esse, & Luna similiter præcepto sui Creatoris est subiecta. In cœli tamen firmamento consistentes, non sine injuria sui in templis includuntur, qui in cœlo omni seculo patere noscuntur. Et ut intelligatis, quia simulachra eorum non Sole, sed dæmoniis sunt plena (c), ego præcipiam dæmo-

 nio,

(c) Idololatræ Ethnici putarunt in imaginibus quas ritibus variis consecratas venerabantur præsentia esse singulari quadam ratione numina quorum illa imagines referrent. Imagines ex quibus numen jam propter peccata insolitum discessisset mortuæ vocabantur, quas à vivis, hoc est Numine plenis distinguere se posse profitebatur Heraiscus quidam apud Svidam in διαγνώμων & ηρώϊσκος. Eoque spectabant evocationes Deorum, ut hostibus imagines mortuæ sive Numine cassæ relinquerentur. Præsenti itaque loco Apostoli ajunt simulacra Solis & lunæ non esse plena numine illorum siderum, sed turpibus noxiisque dæmonibus.

Digitized by Google

nio, qui in Solis simulachro latet, & frater meus jubebit alteri dæmonio quod in simulachro Lunæ vos ludificat, ut egrediantur ex eis, & ipsi ea comminuant. Et stupentibus cunctis, dixit Simon ad Solis simulachrum: Præcipio tibi ludificator hujus populi dæmon pessime, ut exeas de simulachro Solis, & comminuas ipsum, & quadrigam ejus. Similiter cum hæc Judas ad simulachrum Lunæ dixisset, visi sunt ab omni populo duo Æethiopes (d) nigri, nudi, horribili vultu, & ululantes, dirasque voces emittentes abscedere. Quo facto, irruentes Pontifices & populus in Apostolos Christi, interfecerunt eos per tumultum. Erant verò ipsi gaudentes & alacres Apostoli Dei gratias Deo agentes, quia digni habiti essent, * ut pro nomine Domini paterentur.

XXIII. Passi sunt autem die Kal. Juliarum (e). Simul quoque tum passus est cum Apo-

* Ut Act. V. 41.

(d) Vide supra p. 489. (e) Confer Martyrolog. à Florentinio editum Cal. Jul. licet idem Natalem horum Apostolorum commemoret etiam 29. Junii, Græci autem die 19. Jun. celebrant martyrium Judæ Thaddæi, & 10. Junii Simonis: denique latini Beda, Usuardus, Ado, & Martyrologium Romanum ambos Apostolos martyrium in Perside consummasse tradunt 28. Octobris, ubi consule Baronium. Apud eundem videbis quoque à multis confundi binos Simones & binos Thaddæos, ut omittam quæ de Ægypto, Cyrenaica, Mauritania, Mesopotamia, interioribus Ponti & Britannia denique, per Simonem & Judam ad Evangelium conversis, incerta fide referunt Græculi nonnulli: qua de re videas licet Tillemontium in Commentariis sive memoriis Historiæ Ecclesiasticæ illustrandæ comparatis, Combefisi-

Digitized by Google

Apostolis, Sennes (f) hospes eorum, quoniam & ipse idolis sacrificare contempserat. Ipsa autem hora passionis, cum nimia esset cœli serenitas, fulgura exorta sunt, ita ut trifariam templum ipsum scinderetur, à summo tecti fastigio usque ad ultimum fundamentum. Quo tempore, & duo, de quibus diximus, magi, Zaroës & Arfaxat, ictu coruscationis adusti, ad carbonem conversi sunt. Post menses autem tres misit rex Xerxes nuncios in civitatem Svanyr (g), qui confiscarent Pontifices, (h) & corpora Sanctorum Apostolorum ad suam transferrent civitatem. In qua extruere cœpit basilicam, octogenos cyclos octo angulorum, & octies octogenos pedes per gyrum comprehendentem, cum alia esset pedum centum & viginti, fueruntque omnia ex quadratis marmoribus signaticis (i) extructa, camera ipsa laminis aureis suffixa. In medio autem octogoni sarcophagum corpora beatorum Apostolorum portantem, ex argento puro instituit: factaque est hujus fabricæ (k) ædificatio per an-

Zz 5 nos

um ad Hippolyti Thebani de 12. Apostolis opusculum & ad Niceteæ Paphlagonis Panegyricas in Apostolos declamationes. (f) De quo supra c. 21. (g) *Senayr* in prioribus edit. (h) Hoc est, bona eorum fisco addicerent, ut facere instituerat supra c. 11. (i) Doctissimus Cangius exponit sculptis, sive significis h. e. statuarii operis affabre elaboratis. (k) Eandem fabulam de basilica in Apostolorum honorem à Xerxe exstructa in MS. suo Hagiologio reperisse se testatur Florentinius ad Martyrolog. p. 640. Si Isidorum de morte & vita sanctor. c. 81. audiamus Simon Cananæus sive Zelotes sepultus est in Bosporo.

Digitized by Google

nos tres continuos, & consummata die natalis Apostolorum, & die coronationis, Kalendas Julii dedicata. In quo loco beneficia consequuntur, qui credentes in Dominum Jesum Christum, illuc meruerint pervenire.

LIBER SEPTIMUS.

De rebus gestis à beato Matthæo Apostolo & Evangelista.

§. I.

MAtthæus cognomento Levi (a), & Alphæi Filius, ex publicanorum ordine fuit: atque eo in munere (b) vocatus à Domino nostro Jesu Christo, in discipulorum ejus numerum venit: postremò ad Apostolatus (c) culmen adscendit, ante sublevationem Domini

(a) Levin à Matthæo distinguit Heracleon Valentinianus ap. Clementem Alex. 4. Strom. p. 502. Origenes 1. contra Celsum p. 48. & è recentioribus Grotius ad Matth. IX. 9. Sed vide quæ pro communi, etiam Origeni ipsi præf. in Epist. ad Rom. & in loco quem servavit autor catenæ in Matthæum, probatâ sententia disputant Cotelerius ad Const. Apost. VIII. 22. & D. Calovius in Bibl. illustrat. adversus Grotium; Nec contemnenda videtur conjectura Cotelerii, quam Episcopi Asaphensis, suoque suffragio etiam comprobat Dodwellus diss. 1. ad Irenæum p. 44. in Heracleonis & Origenis loco per Levin non intelligi Levin Alphæi Marc. II. 14. & Luc. V. 27. memoratum, sed Lebbæum qui & Thaddæus Matth. X. 3. (b) Matth. IX. 9. (c) Matth. X. 3.

Digitized by Google

Domini in cœlum præter cæteros muneris Apostolici socios, peculiare nihil gesſit. Sed poſt quam Spiritum Sanctum inluminatorem una cum cæteris accepiſſet, & in orbem terrarum ad prædicandum Evangelium eſſet directus, Æthiopiam (d) is in diviſione provinciam ſuſcepit. In quam profectus ipſe, cum in civitate magna quæ dicitur Naddaver (e) moraretur,

(d) Idem tradunt Rufinus lib. X. hiſt. Eccleſ. c. 9. Socrates lib. 1. c. 19. Martyrolog. Rom. 21. Sept. ut Eucherium, Venantium Fortunatum, Gregorium M. Haymonem alioſque juniores præteream. Porro hoc non intelligendum de Habeſſinia, ſed de Æthiopia inferiore ſive Nubia. Vide Illuſtris Ludolfi commentar. ad Hiſt. Æthiop. p. 280. Alii alias regiones Matthæo tribuunt. Hebræis enim primum prædicaſſe affirmat Euſebius III. 24. Hiſt. tum alias regiones adiiſſe, Perſidem Ambroſius in Pſal. 45. ubi & obiiſſe martyrium teſtatur Martyrologium à Florentinio editum 6. Maji & 21. Sept. Macedoniam Iſidorus Hiſp. c. 77. de vita & morte Sanctorum, Freculphus & Druthmarus: Parthiam Mediamque Paulinus Nolanus carm. 27. & Menæa 16. Nov. Syriam ſuperiorem juxta Euphratem Simeon Metaphraſtes, quibus conſentaneum eſt quod Nicetas Paphlago, Hippolytus & Dorotheus in Synopſi Hierapolin Matthæi martyrio illuſtrem fuiſſe ſcribunt. (e) Ita & Hagiologium MS. cujus meminit Florentinius p. 158. Venantius Fortunatus in carmine de gaudio vitæ æternæ: *Inde triumphantem ferat India Bartholomæum, Matthæum eximium Naddaver alta virum.* Orderico Vitali vitioſe dicitur Nadeler. Æthiopiæ urbem eſſe ferunt, neſcio quo autore, uti *Myrmidonem* ſive *Myrmenem* (in qua Matthæum vertatum dixit noſter ſupra p. 457.) Nicephorus II. 41. Hiſt. adſcribit terræ Anthropophagorum, quales in inferiore Æthiopia hodieque reperiri itineraria teſtantur.

Digitized by Google

retur, in qua rex Ægippus sedebat, contigit ut duo magi Zaroës & Arphaxat (f) simul essent, qui regem miris modis ludificabant, ut se Deos esse, remota ambiguitate, crederet. Et credebat eis rex omnia, & omnis populus non solum memoratæ urbis, sed ex longinquis etiam regionibus Æthiopiæ veniebant quotidie, ut adorarent eos. Faciebant enim subitò hominum gressus figi (g), & tamdiu immobiles stare, quamdiu ipsi voluissent. Similiter & visus hominum (h), & auditus, à suo officio refrenabant. Imperabant serpentibus ut percuterent, quod & Marsi facere (i) solent: & ipsi incantando multos curabant. Et ut dici vulgò solet, Malignis major reverentia exhibetur ex timore, quàm benignis ex amore: sic & illi venerabiles apud Æthiopes, in magno diu precio fuerunt.

II. Verum (ut sæpe dictum est) curam Deus hominum gerens, Matthæum contra hos Apostolum misit. Qui ingressus civitatem, cœpit detegere præstigias illorum. Omnes enim quos illi figebant, hic in nomine Jesu Christi solvebat: quos illi excœcabant, hic illuminabat; quibus illi auditum tulerant, iste reddebat. Serpentes etiam, quos ad percutiendos

(f) Supra p. 608. seq. (g) Supra p. 617. 621. (h) Supra ibid. (i) Hinc *Marsa venena* apud Ovidium sive quisquis auctor de medicamine faciei. *serpentes per Marsicæ gentis sacerdotes collecti* apud Lampridium in Heliogabalo. De Marsorum facultate serpentes virulentos domandi nota res ex Virgilio, Plinio utroque, Solino &c.

Digitized by Google

endos homines excitabant, hic convertebat in somnum, & percussiones eorum facto signo Domini (k) percurabat. Hunc cum vidisset Æthiops eunuchus Candacis nomine, (l) qui fuerat à Philippo Apostolo Diacono baptizatus, procidit ad pedes ejus, & adorans dixit: Quia respexit Deus civitatem istam, ut liberaret eam de manu duorum magorum, quos putant stulti homines Deos esse. Is suscipiebat Apostolum in domum suam, & veniebant ad eum omnes, qui erant amici Candacis eunuchi, & audientes verbum vitæ credebant Christo Jesu Domino. Et baptizabantur quotidie plurimi,

(k) Signo crucis, ut supra p. 623. (l) Meroë insula Æthiopiæ ad Eusebii usque ætatem (p. 40. Hist.) paruit Reginis, quæ ab Augusti temporibus ad Vespasianum usque, usæ sunt nomine Candaces, ut ex Strabone lib. 17. p. 820. Dione lib. 54. p. 524. & Plinio lib. 6. c. 29. observant viri docti Grotius & Pearsonius ad Act. VIII. 27. quibus adde Tillemontium not. 2. ad vitam Philippi diaconi T. 2. memor. Ludolfi comment. ad Hist. Æthiop. p. 89. seq. & Sam. Basnage Exerc. in Baron. p. 113. seq. At Pseudo-Dorotheo, Pseudo-Abdiæ nostro & aliis hujus furfuris scriptoribus ipsius Eunuchi Æthiopis nomen est Candaces, quod jampridem explosit Boda in retractatt. ad Acta Apostolor. ex hoc ipso probans autorem qui passiones Apostolorum scripsit certissime se incerta & falsa scripsisse prodere. Pari fide Theologus quidam Hispanus Candacem appellavit *Reginam de Candacia*, cujus nomen infra c. 7. à nostro fingitur *Euphoenissa*. In confessione legati Æthiopici ab Imp. Tzagazaabo apud Bzovium ad A. C. 1524. nomen Eunuchi ponitur *Indich*. Nomen proprium Reginæ *Lacusa* Baazenæ Regis Filia, apud Fevardentium ad [illegible]

Digitized by Google

mi, videntes quod omnia quæ magi faciebant mala hominibus, hæc Dei discipulus evacuaret. Illi enim ideo vulnerabant quos poterant, ut vulnerati, ipsos evocarent ad curam: quique ideo curare putabantur, quoniam à læsione cessabant. Matthæus autem Apostolus Christi, non solum hos curabat, quos illi lædebant, sed etiam omnes qui ad eum ferebantur, & fuerant infirmitatibus diversis obsessi. Prædicabat autem populo veritatem Dei, ut omnes mirarentur eloquentiam ejus.

III. Tum Candacis eunuchus, qui eum susceperat omni affectione, interrogavit eum dicens: Obsecro te, ut digneris indicare mihi, quomodo cum sis Hebræus, nosti Græcam, Ægyptiacam & Æthiopicam sermocinationem, ita ut hi, qui in his regionibus nati sunt, non possint tam bene sermocinari. Respondit Apostolus: Totus mundus unam sermocinationem habuisse omnium hominum dignoscitur. (m) Sed nata est præsumptio omnium hominum talis, quæ eos turrim tantæ magnitudinis

(m) Gen. XI. 1. quanquam illum locum alii non de uno idiomate, sed de summo hominum consensu in turri exstruenda interpretantur. Ita videtur sensisse autor Sibyllinorum p. 223. ὁμόφωνοι δ' ἦσαν ἅπαντες. Ita ex Judæis Abem Esra, è Christianis præter Joh. Clericum in judiciis Theologor. Hollandiæ de Hist. Crit. Rich. Simonis p. 436. & ad Genes. XI. 1. & 6. Vir Clariss. Johannes Vitringa libro 1. Obs. sacr. diss. 1. p. 101. 107. De phrasi quâ Moses utitur confer Jos. IX. 2. 1. Reg. XXII. 13. Es. XIX. 18. Sophon. III. 9. & 1. Cor. I. 10.

Digitized by Google

nis facere hortaretur, ita ut cacumen ejus perveniſſet ad cœlum. Hanc præſumptionem Deus omnipotens hoc ordine repreſſit, ut alter alterum tum non potuerit loquentem advertere (n). Facta ſunt autem plurima linguarum genera, & diviſa eſt illa conſpiratio, quæ per unam linguæ intelligentiam conſiſtebat. Bona quidem fuit ea voluntas, ut fieret turris, cujus cacumen perveniret ad cœlum: ſed mala fuit præſumptio, quæ non ſanctis meritis ire volebat ad ſancta. Veniens autem Filius Dei omnipotentis, oſtendere voluit, quo ordine ædificando perveniremus ad cœlum: & nobis duodecim diſcipulis ſuis miſit Spiritum Sanctum de cœlo, cum ſederemus in uno loco, (o) venitque ſupra unumquemque noſtrûm, & inflammati ſumus ſicuti ferrum inflammatur ab igne (p). Poſthæc cum à nobis pavor ſimul & ſplendor (q) diſceſſiſſet, cœpimus variis

(n) Superioris ſententiæ Patroni Gen. XI. 7. intelligunt de diſſidio conſiliorum, & jubent inſpicere Pſ. LV. 10.

(o) Act. II. 1. (p) Ut apertum os ignem referret, ſpiraretque. Hoc enim ſibi volunt verba διαμεριζόμενοι γλῶσσαι פלגות דלשון inde Barcochab ap. Hieronymum Apol. 2. adverſus Rufinum conatus divinum miraculum ſceleſta fraude imitari, *ſtipulam in ore ſuccenſam anhelitu ventilabat, ut flammas evomere videretur.* Conſer quæ de ſimili impoſtura Syri Euni narrat Florus lib. 3. c. 19. (q) Splendorem receſſiſſe ab Apoſtolis cum inciperent variis linguis magnalia Dei celebrare, neutiquam innuit Lucas. Haud certe magis quam

Digitized by Google

riis linguis loqui Gentibus, & magnalia nativitatis Christi adnunciare, quo ordine sit natus unigenitus Filius Dei: cujus originem ante sæcula nemo novit. Qualiter verò sit natus ex utero Mariæ virginis, adnuncians atque intimans nobis, & ab intacta virgine lactatus & ablactatus, & enutritus atque eruditus & baptizatus, & tentatus & passus, & mortuus & sepultus, & die tertio * resurrexit: Et in cœlos ascendit, ut ad dextram Dei omnipotentis sederet, unde sit venturus judicare omne seculum per ignem. Non ergo, ut tu putas, istas tantum quatuor, sed omnium Gentium etiam linguas scimus, (qui ejus discipuli sumus, Jesu crucifixi) non mediocriter, sed perfectè (r). Et ad quamcunque Gentem pervenire potuerimus, jam loquelam ejus perfectè cognoscimus. Nunc verò ædificatur turris non de lapidibus, sed de virtutibus Christi, omnibus qui baptizantur in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti: aperiturque eis turris, quam Christus exstruxit: & per ipsam tamdiu ædificantes adscendunt, usquequò ad cœlorum regna pertingant.

IV. Hæc & his similia multa mystico sermone Apostolus cum differeret, venit qui diceret,

quod tunc Symbolum composuerint, ut tradit Priminius à Mabillonio editus T. 4. Analect. p. 575. * Nulla hoc loco mentio descensus Christi ad Inferos. (r) Non fuit noster ex iis qui donum linguarum in Apostolis crederent esse ἐφήμερον sive unius tantum diei, quod etiam scopo propagandi per terrarum orbem Evangelii parum erat consentaneum.

Digitized by Google

ceret, magos illos cum singulis draconibus advenire. Dracones autem erant galeati, & flatus eorum flammiferum ardorem emittebat, sulphureasque spargebant auras è naribus, quorum odor homines interficiebat. Quæ cum audivisset Matthæus, consignans se, (s) securus cœpit in occursum illis prodire. Prohibebat autem illum Candacis, clausis ostiis, dicens: Per fenestram quæso, si videtur, loquere magis istis. Dicit illi Apostolus: Tu mihi aperi, tu mihi aperi, & per fenestram tu considerabis magorum istorum audaciam. Itaque aperto ostio Apostolus mox ut egressus est, ecce obviam illi duo magi, singulos dracones ante se habentes, veniebant. Tum verò ut appropinquârunt, ambo dracones ante pedes Apostoli obdormiverunt. Et dicit Apostolus magis: ubi est ars vestra? potestis, excitate eos. Ego autem si non rogâssem Dominum meum Jesum Christum, omnem furorem, quem in me exacuistis, in vos retorsissent. Sed quo usque omnis populus conveniat, hi obdormiunt. Et quia nullus accedere huc ausus est, ego excitabo eos, & jubebo illos redire ad locum suum, cum omni mansvetudine. Conabantur autem interea arte sua magica excitare eos Zaroës & Arphaxat, & non poterant neque oculos aperire, neque penitus commovere quidquam. Rogabant autem populi, dicentes Apostolo: Rogamus te Domine, ut liberes populum & civitatem ab his bestiis

(s) Signo crucis.

Digitized by Google

ad quos apostolus : Nolite timere (inquit) ego faciam eos hinc cum omni mansvetudine abscedere. Et conversus ad dracones, dixit: In nomine Domini mei Jesu Christi, qui conceptus est ex Spiritu Sancto, & natus de Maria virgine, quem tradidit Judas Pharisæis, & illi eum crucifixerunt : qvique post crucem sepultus, tertia die resurrexit à mortuis, & conversatus nobis per quadraginta dies, docuit nos ea, quæ ante pasionem docuerat, commemorans universa quæ dixerat: & qui deniq; post quadraginta (t) dies videntibus nobis ascendit ad cœlos, & sedet nunc in dextra Dei Patris, unde venturus est judicare vivos & mortuos: in ipsius inquam nomine & virtute, susciteminí. Et te adiuro Spiritus, ut cum omni mansuetudine facias eos redire ad locum suum, ita ut nullum contingant; nullum lædant, neque hominem neque quadrupedem, neque volucrem. Ad hanc vocem elevantes capita serpentes cœperunt ire, atque apertis portis egressi publicè & omnibus videntibus, nunquam amplius comparuerunt.

V. Quo facto, Apostolus populum ita allocutus est: Audite fratres & Filii, & omnes qui vultis liberare animas vestras à vero dracone diabolo. Propter vestram salutem misit me ad vos Deus, ut relicta vanitate idolorum, ad ipsum convertamini, qui vos creavit. Deus autem quando fecit hominem primum, posuit eum in paradiso deliciarum (u), cum uxore sua, quam

(t) Act. I, 3. (u) Gen. II.

Digitized by Google

quam de cœlo (x): neque habet aliquid in se, quod possit esse saluti hominum inimicum. Non aves terrentur ad sonitum hominis & adspectum, non spinæ nascuntur & tribuli, non ibi rosæ marcescunt, non lilia, non aliqui ibi prætereunt flores (y), non anni senectutem generant ætatibus (z), non labor fatigationibus subjacet, non infirmitas aliqua sanitati succedit: tristitia & fletus & mors, ibi penitus locum non habent. Auræ enim quæ ibi sunt, blandiuntur potius, quam perflant, & æternitatem naribus (a) inferunt. Nam sicut thymiamatis fumus excludit putores, ita (b) nares ibi

(x) Sequitur noster sententiam probatam plerisque veterum, de paradiso extra & supra terram nostram constituto, ex quo pulsus Adamus, in quem translati Enoch & Elias, raptus Paulus Apostolus. Vide Petavium lib. 2. c. 5. de opificio sex dierum, Valesium p. 257. seq. ad Euseb. Blondellum II. 1. & 27. de Sibyllis, & Thomam Burnetum Theoriæ S. telluris lib. 2. c. 6. & 9. Nescio quâ fide Albertus Magnus part. 2. summæ Theol. tract. 13. qv. 79. ait in quibusdam libris antiquissimis se inveniſſe, quod sententiæ illius primus autor fuerit Thomas Apostolus, quod Paradisus tantæ altitudinis sit, ut usque ad lunarem globum ascendat. (y) Virgil. *Ver erat æternum.* Alcimus Avitus: *Non hîc alterni succedit temporis unquam bruma &c.* (z) Hesiodus: - - ἐδέτι θαλὸν γῆρας ἐπῆν αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὁμοῖοι τέρπονθ' ἐν θαλίῃσι κακῶν ἐκτοσθεν ἀπάνευθε. (a) i. e. Auræ per nares attractæ non paulatim atterunt pulmones & corpus sed potius reficiunt & novas subinde vires ad perpetuam vitam adduunt. (b) In prioribus editt. male: *ibi nares.*

Digitized by Google

vitam exſpirant æternam: quæ non permittit hominem neque fatigationem incurrere, nec dolorem, ſed ſemper æqualem, ſemper juvenem, ſemper lætum, & ſemper immobilem (c) permanere. Sonant ibi organa angelorum (d), & voces melliſluæ auribus inferuntur. Serpens ibi locum non habet (e), non ſcorpio, non phalangius, non muſca aliqua ſaluti hominis inimica eſt. Famulantur ibi hominibus leones & tigrides & pardi: & quidquid juſſerit homo avibus aut feris, quaſi chariſſimo & dilecto Dei, mox obtemperant cum reverentia juſſionis ejus. Quatuor quoque flumina (f) inde fluunt: unus fluvius dicitur Geon, ſecundus Phyſon, tertius Tigris, & quartus Euphrates. Hi omni genere piſcium abundant. Nullus ibi eſt latratus canum; nullus leonum rugitus: omnia blanda ſunt, omnia manſueta, omnia quieta. Nunquam ibi facies cœli nubium (g) tegminibus obumbratur, nunquam ibi fulgura coruſcant, nunquam tonitrua concrepant: ſed eſt ibi exultatio ſine fine, & feſtivitas quæ terminum non habet.

VI. Quamobrem verò paulò antè memorave-

(c) h. e. ἀμεταβλήτως, ut in eodem ſemper maneat vigore. (d) Supra p. 570. (e) Virgil. *Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni occidet &c.*

(f) Gen. II. 4. (g) Alcimus Avitus: *Hic ver aſſiduum cæli clementia ſervat, Turbidus Auſter abeſt, ſemperque ſub æthere ſudo nubila diffugiunt jugi ceſſura ſereno.*

Digitized by Google

raverim, quod ibi ſerpens penitus non eſſet, cauſa eſt, quòd per ipſum (h) angelus invidiam ſuam exercuerit, & propterea a Deo maledictus, in loco benedicto maledictus habitare non poteſt. Livor autem angelo hinc natus eſt, quia vidit imaginem Dei in homine extitiſſe: (i) & quoniam homini poſſibile eſſet, ut in hac regione beata cum cunctis animantibus loqueretur. Hinc angelus, qvi ex ſe concepit invidiam, per potentiam angelicam ſerpentem ingreſſus, ſuaſit uxori Adæ; ut de pomo arboris manducaret, quod Deus fieri ſub interminatione mortis prohibuerat. Poſthæc etiam uxor cum deliquiſſet, ſeduxit virum. Cumque ambo prævaricatores exiſterent, huc in iſtam terram, aridam & deſertam, exilio ablegati ſunt, projecti de regione vitæ in regionem mortis: ipſe verò auctor ſceleris ſimul in ſerpente inventus, maledictionem æternam accepit. Hujus rei conditionisque hominum

(h) Gen. III. Supra p. 621. (i) Cyprianus de bono patientiæ p. 218. *Diabolus hominem ad imaginem Dei factum impatienter tulit, inde & periit primus, & perdidit.* Auguſtinus tractat. 5. in 1. Epiſt. Joh. *Et diabolus invidendo dejecit. Cecidit enim & invidit ſtanti. Non ideo voluit dejicere ut ipſe ſtaret, ſed ne ſolus caderet.* Priminius a Mabillonio editus T. 4 Miſc. p. 571. *Videns autem Diabolus quia propterea factus erat homo, ut in loco illius unde ipſe cecidit in regno Dei ſuccederet, invidia ductus ſuaſit hominem ut mandata Dei tranſiret.* Sunt qui Diabolum livore

Digitized by Google

misertus ipse Dei Filius, qui in præcepto Patris sui (k) hominem fecerat, pro nostra fragilitate, dignatus est hominis assumere formam, non amittens suam deitatem. Atque hic est homo Jesus Christus, qui recuperavit iterum illum hominem; & diabolum, patiendo crucem, vicit: præterea irrisiones atque insultationes tolerans, vicit etiam mortem moriendo, ut paradisum resurgendo aperiret. Jam ut nemini fieret dubium, illuc omnes in Christum credentes intrare, primo latronem ipsum

tactum esse existimant ideo, quod filium Dei hominis gratia incarnandum intellexisset. Ita Sherlogus in dioptra Antiquitatum Hebr. p. 918. & alii apud Rev. D. Spenerum advers. Hartmacc. p. 19. seq. Singularis est sententia Lactantii lib. 9. *Deus - - antequam ordiretur hoc opus mundi - - produxit similem sui spiritum, qui esset virtutibus Dei Patris praditus - - Deinde fecit alterum in quo indoles divinæ stirpis non permansit - - Invidit enim illi antecessori suo qui Deo Patri perseverando tum probatus tum etiam charus est.*

(k) Gen. I. 26. Psal. XXXIII. 9. Confer Petavium lib. 2. de Trinitate c. 7. §. 7. Bullum defens. fidei Nicænæ p. 68. seq. p. 133. seq. & Grabium ad Irenæi IV. 17. Solenne autem veteribus Deo Patri tribuere præcipere & jubere, filio & Spiritui S. λατρεύειν, ὑπηρετεῖν, apparere, διακονεῖν, ἐκπονεῖν, Ut observat Cotelerius ad Hermæ lib. 2. mandat. 5. & ad Const. Apost. V. 20. Neque tamen propterea negant ὁμοουσίαν, non magis quam sacræ literæ in quibus filius plus simplici vice dicitur servus. Vide Drusium XVI. 12. Obs. sacr. Petavium VII. 7. seq. de incarnat. & Dorsbreum τὸν μακαρίτην ad Concilium Francofurtense.

Digitized by Google

ipsum (l) Christus induxit: cui in ligno crucis positus, lignum prævaricationis excusſit, cæterisque omnibus paradisum animabus Sanctis, de hoc corpore exeuntibus, aperuit. Denique in die novissima resurgentibus, etiam regna cœlestia ut intrare valeant, patefecit. Jam igitur, qui modò vult ad vitam, is currat, & ad paradisum redeat, licet: unde pater noster carnalis Adam foras missus (m), in isto nos omnes generavit exilio. Contrà aperuit nobis Dominus Jesus paradisi januas, ut ad patriam illam revertamur, in qua mors locum non habet, & in qua juge gaudium perseverat.

VII. Cum hæc & similia loqueretur Apostolus, ecce tumultus luctuosus subitò ortus est, in quo regis Filius mortuus plangebatur. Ad cujus funus stabant magi, qui cum non possent suscitare eum, conabantur regi persuadere, hunc a diis raptum esse in collegium suum, ut sit unus ex diis, cui oporteat & simulachrum fabricari, & templum (n). Quæ cum audivisset Candacis eunuchus, ingressus ad reginam, dixit illi: Istos quidem magos jubeto custodiri: tum vero rogo te, ut vocet ad nos Apostolus Dei Matthæus. Et, si ipse eum nobis resuscitaverit, istos vivos incendi curabis, quia omnia mala per ipsos in civitate nostra eveniunt. Tunc missi sunt per Candacem, virum hono-

(l) Vide supra p. 292. (m) Gen. III. 23. (n) Ut Sap. XIV. 15. cui loco jungas licet Vossium de Idololatria lib. 1, c. 11. & Rev. Faës ad Gyraldum de sepultura p. 698. seq.

Digitized by Google

ratum (o) a latere regis (p) aliqui, qui rogantes Apostolum cum honore introduxerunt ad regem. Ingrediente autem Matthæo, prostravit se Euphœnissa (q) regina Æthiopum ad genua ejus, & dixit: Agnosco te Apostolum à Deo missum pro salute hominum, & ejus esse discipulum, qui mortuos suscitabat, & omnes ægritudines ab hominibus sine imperio pellebat. Nunc ergo veni, & invoca nomen ejus super defunctum Filium meum: & credo quod si hoc feceris, reviviscet. Dicit ei Apostolus: Atqui prædicationem Domini mei Jesu Christi, adhuc ex ore meo non audivisti: & quomodo dicis (r), credo? Ideoque scias, Filium tibi tuum reddi. Ingressusque expandit manus suas ad cœlum, & dixit: Deus Abraham; Deus Isaac, Deus

(o) Dynasta Reginæ vocatur à Luca, idemque Eunuchus, hi enim honoratiores apud barbaros teste Herodoto lib. 2. c. 105. & Tacito 6. Annal. ubi de Abdo sive Abdia *ademta virilitate*. Porro ab Eunucho isto Christianismum in Æthiopia propagatum tradunt Irenæus III. 12. p. 219. Eusebius II. 1. Hist. & Hieron. ad Es. LIII. (p) Supponit Meroën non fuisse γυναικοκρατούμενην quod tamen ex Strabone & aliis, Plinio præcipue, non præter rem videntur colligere viri docti, Eusebio præsertim & Chrysostomo discrimen hoc testantibus. Doctissimus enim Tillemontius qui Eusebii fidem sollicitare non dubitat, argumentis utitur nisi fallor, haud necessariis. (q) Cum verum nomen Reginæ retinuisset ad Eunuchum, necesse fuit Reginæ novum fingere. Scripsi autem *Euphœnissa* pro *Euphœnissæ*, ut mox nomen filii *Euphranor* pro *Euphranoris*, & Filiæ *Iphigenia* pro *Iphigeniæ*. (r) Rom. X. 17.

Digitized by Google

Deus Iacob, qui ad reſtaurationem noſtram, unigenitum Filium ſuum de cœlo ad terras miſiſti, qui nos ab errore converteret, & te nobis verum Deum demonſtraret, memor eſto dictorum Domini noſtri Jeſu Chriſti Filii tui (s) *Amen dico vobis, quia omnia quæ in nomine meo petieritis à Patre meo, dabit vobis.* Ut cognoſcant ergo gentes, quia præter te non eſt alius omnipotens, & ut vera ſit hæc aſſertio oris mei, excitetur puer iſte. Et adprehendens manum defuncti, ait: In nomine Domini mei Jeſu Chriſti crucifixi, exſurge Euphranor. Et confeſtim exſurrexit puer. Ad hoc factum expavit cor regis, & ſtatim juſſit deferri ei (t) coronas, & purpuram. Et præcones miſit per civitatem, & diverſas provincias Æthiopiæ, dicentes: Venite ad civitatem, & videte Deum (u) in effigie hominis latentem.

VIII. Cumque veniſſet omnis multitudo cum cereis & lapidibus (x), & cum thymiamate, ac diverſo ſacrificiorum ritu (y), Matthæus

(s) Joh. XVI. 23. (t) i. e. regia dignitate ipſum dignum eſſe exiſtimavit. Conſer Joh. VI. 15. Neque enim audiendum putaverim Lazium qui h. l. reſpici ait coronas quæ benemeritis apud Romanos deferebantur quales fuere civicæ, murales, navales &c. de quibus præter eundem Lazium lib. 10. de Romana Rep. & militia, Paſchalius de coronis, & Stevvechius ad Vegetium. (u) Ut ſupra p. 579. (x) De cereorum uſu in ſacris res nota vel ex Euſeb. lib. 2. de vita Conſtantini c. 5. adde T. 8. theſauri Antiqv. Rom. p. 539. Per lapides autem aras h. l. portatiles vel lapides in aram congerendos intellexerim. (y) Conſer Act. XIV. 13. ſeq.

Digitized by Google

Apostolus Domini hac voce omnes alloquitur: Ego Deus non sum, sed servus Domini mei Jesu Christi, Filii Dei omnipotentis, qui me misit ad vos, ut relicto errore simulachrorum vestrorum, ad verum Deum convertamini. Quod si me hominem similem vobis putatis Deum, quantò magis hunc Deum debetis credere, cujus me servum esse confiteor, in cujusque nomine ego mortuum hunc regis Filium excitavi? Et nunc omnes qui capaces tam evidentissimæ rationis estis, aurum & coronas aureas, & argentum ab oculis meis tollite, & iis divenditis templum Domino exstruite, atque ibi congregemini ad audiendum verbum Domini. Quo audito, intra triginta dies undecim millia hominum congregata, fabricantes Ecclesiam sanctam consummaverunt. Et vocavit nomen templi Matthæus (z) Resurrectio, quoniam per resurrectionem occasio ædificationis ex-

(z) Quæcunque de templis magnificis Apostolorum ætate exstructis summa Abdiæ nostro tum alibi leguntur, merito suspecta sunt viris eruditis. Cæterum Ἀνάστασις sive *resurrectio* nomen commune templis Christianorum celeberrimis, ut Alexandrino ap. Naz. in carmine de vita sua, Hierosolymitano de quo Lambecius T. 3. commentar. p. 35. itemque aliis. Chrysostomus ad Act. XVII. 18. putat Athenienses Ἀνάστασιν habuisse pro Dea, vocantes Paulum καταγγελέα ξένων δαιμονίων ὅτι τὸν Ἰησοῦν καὶ Ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο. Confer quæ pro hac sententia disputat in notis ad quædam loca Novi fœderis ingeniosissimus vir Alexander Morus.

Digitized by Google

extiterat. Sedit autem in Ecclesia illa Matthæus annis XXIII. (a) & constituit Presbyteros ac Diaconos, & per civitates & castella ordinavit Episcopos, & multas construxit per loca diversa Ecclesias. Et baptizatus est rex Æglippus (b) & regina Euphoenissa, & Filius ejus qui suscitatus erat Euphranor: & Filia ejus Iphigenia baptizata, & virgo Christi permansit. Interea magi timentes, fugerunt ad Persas, (c) Cæterum longum est narrare, quanti cœci inluminati, quanti paralytici curati, quot denique à dæmoniis liberati, & quot mortui suscitati ab Apostolo fuerint. Adeo Christianissimus (d) rex iste fuit, & gloriosissima ejus conjunx, devotus (e) quoque omnis exercitus & populus Æthiopiæ. Esset autem longum recensere, quomodo omnia simulacra, omniaque templa destructa sunt: quæ omnia propter copiam rerum præteriens, quo ordine passionem sanctam celebraverit, retexam.

IX.

(a) Uno anno minus quam Petrus Romæ. Scilicet. (b) Nomina Regis, Reginæ, Filii, filiæque Græca conficta sunt pro Æthiopicis. (c) Supra p. 608. (d) Χριστιανικώτατος, quo titulo posteris temporibus mactati pii Imperatores & Reges, donec singulare hoc elogium addictum Regibus Galliæ, de quo Seldenus in titulis honorum part. 1. c. 5. Johann. Christian. Becmannus in notitia dignitatum illustrium &c. Elesbaan Æthiopiæ Rex Χριστιανικώτατος dicitur in Synaxario 24. Octobr. (e) i. e. Christianus. Lampridius in vita Heliogabali c. 3. *dicebat præterea Judæorum & Samaritanorum religiones & Christianam devotionem illuc transferendam.*

Digitized by Google

IX. Non multò post enim rex Æglippus senectute expleta, perrexit ad Dominum, & accepit Hyrtacus rex adelphus (f) imperium ejus. Hic cum vellet accipere Iphigeniam Filiam defuncti regis uxorem, jam Christo dicatam, & quæ Sacrum velamen (g) acceperat de manu Apostoli, præposita jam virginum amplius quam ducentarum, sperabat tum rex Hyrtacus, quod per Apostolum posset ejus animum commovere. Quare cœpit cum Saucto Matthæo agere, dicens: Dimidium regni (h) mei accipe, tantum ut Iphigeniam queam matrimonio meo copulare. Cui Beatus Apostolus ait: Juxta bonum propositum prædecessoris tui regis, qui omni die sabbato (i) conveniebat,

(f) Βασιλάδελφος, Æglippi Regis frater. (g) Voti sacræ virginitatis tres fuere gradus in veteri Ecclesia. Primus, susceptio privata habitus virginalis, alter solennior per ingressum monasterii, tertius per consecrationem velaminis capitis ab Episcopo imponendi. Hunc postremum ante annum ætatis quadragesimum impertire vetuit concilium Agathense can. 19. Confer Quesnellum ad Leonem M. p. 794. seq. & Wagenseilium de monialibus. Utrum vero hæc omnia similiter in usu fuerint temporibus Apostolorum, merito dubites. Imo non fuisse, ne dubites quidem, cum nec apud Tertullianum in libro de velandis virginibus vestigium horum potuerit invenire Beatus Rhenanus. Nam scriptor iste Afer per totum librum agit de illo potissimum velamine quod virginibus pariter & conjugio junctis commune commendat Paulus 1. Cor. XI. 10. Neque adeo manifesta sunt quibus Rhenani nimis manifestum ut vocat errorem refellere conatus est ad eundem Tertullianum Jacobus Pamelius. (h) Ut Marc. IV. 23.
(i) Sabbatum Christianis scriptoribus non raro, ut præ-

Digitized by Google

niebat, ubi verbum Domini prædicabam, jube illic & tu convenire universas virgines, quæ cum Iphigenia sunt: & audies coram populo, quantas laudes, & quanta bona de bono conjugio loquar, & quemadmodum satis Deo accepta sint sancta conjugia. Quo audito Hyrtacus gratulatus est, & jussit congregationi illic interesse etiam Iphigeniam, quasi audituram ex ore Apostoli, ut conjunx fieri Hyrtaci consentiret.

X. Facto autem in congregatione magno silentio, aperiens os suum Apostolus dixit: Audite sermonem meum omnes Filii Ecclesiæ, audite & intelligite omnia quæ auditis, ut maneant scripta in cordibus vestris (k). Deus vester nuptias benedixit (l), & ipse permisit amorem corporibus dominari in sensibus carnis, ad hoc, ut vir diligat uxorem suam, & mulier diligat virum suum (m). Ecce autem vidimus frequenter evenisse, ut uxor virum suum execretur usque ad interitum, & venenum, & gladium, & repudium. Similiter & vir suæ conjugi molitur, cum sit carnis tanta charitas, ut stimulet mentis incensum Porrò, quid si non esset iste stimulus amoris in carne concessus? Ergo hic stimulus si cum amore Dei usum suum exhibeat, & amore filiorum vir mulierem accipiat, & mulier virum, bonus est, & non est con-

senti loco, ponitur pro die Dominico. (k) i. e. ut observetis & memoria teneatis quæ dicta sunt. Vide quæ de hac phrali supra p. 316 seq. (l) Gen. I. 28. (m) Tit. II. 4.

Digitized by Google

contra præceptum Dei : ita tamen, ut mulier alterum virum penitus nesciat, similiter & vir omnino alteram fœminam perhorrescat. Dei enim regula si custoditur à conjugibus, à sorde commixtionis eos mundat. Sordes autem sunt corporum, quæ à Deo lavantur per eleemosynas & opera misericordiæ : non crimina, (n) quæ non lavantur, nisi per lachrymas pœnitendo. Conjugium ergo commixtionis pollutionem habet, crimen non habet. Denique diebus certis sive quadragesimæ (o), sive legitimorum jejuniorum temporibus, tam ab edacitate carnium, quàm commixtione corporum, qui non abstinuerit, non pollutionem solum, sed etiam simul crimen incurrit. Neque verò manducare crimen est, sed incongruè manducare peccatum est, & crimen. Denique si aliquis prius cibum carnalem accipiat, & postea ipso die, quo jam cibo naturali refectus est, cibum spiritalem (p) præsumat, ex utroque cibo reus criminis & inhonestatis &

(n) In eandem sententiam multis disputat Augustinus lib. de bono conjugali. (o) Confer Mabillonii notas ad Waselini Epist. de continentia conjugatorum ante communionem T. 1. Misc. p. 345. seq. Edmundum Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus lib. 1. part. 2. ubi de matrimonio. (p) Quasi nefas sit Eucharistiam accipi nisi à jejunis. At prima Eucharistia celebrata fuit Christo ipso instituente haud à jejunis, sed post coenam. *Non tamen propterea calumniandum universæ Ecclesiæ* (inquit Augustinus Epist. 118.) *quod à jejunis semper accipitur. Et hoc enim placuit Spiritui S. ut in hono-*

Digitized by Google

& præſumtionis efficitur, non ideo quia manducavit, ſed quod contra ordinem, & contra juſtitiam, & contra regulam Dei, cibo carnali prius refectus eſt. Non ergo reum facit aliqua operatio hominum, ſed irrationabilitas ejus operis, ſuum damnat auctorem. Denique & homicidas ſæpe vidimus ſtatuas & imagines adorare (q): homicidam utique, qui hominem pacis inimicum, aut barbarum, aut latronem occiderit, non ibi jam quia hoc homicidium bonum eſt, erit bonum homicidium hominis innocentis. Frequenter etiam & mendacium, cum per naturam ſuam malum ſit, bonum fieri videtur ex cauſa (r). Nam ſi te ab inimico tuo volenti te percutere, poſſis aliqua

rem tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius Dominicum corpus intraret quàm cæteri cibi. Nam ideo per univerſum orbem mos iſte celebratur. Adde ſi placet Juſtellum ad Can. 40. Codicis Eccleſ. Afr. & can. 29. Trull. Beveregium ad Synodicum magnum p. 206. ſeq. Petavium ad Epiphan. p. 364. ſeq. & T. 3. dogm. Theol. p. 810. ſeq. edit. Pariſ. Apoſtolorum tamen ætate jam invaluiſſe illum morem ut non niſi jejuni Euchariſtiam acciperent, vel hoc placuiſſe Spiritui S. ut ait Auguſtinus, neutiquam probari poſſe exiſtimo. (q) Adeoque impune tuliſſe ſuum homicidium. (r) Hoc quidem negaverit libro ad Conſentium Auguſtinus. Hoc audacter inficiantur multi in ſcriptis, quorum aliqui neſcio an per diem hoc obſervant in vita. Sane durum videtur quascunque ſimulationes & falſiloquia ſive joco ſive alicujus majoris boni-reminisque lædendi cauſa prolata turpibus mendaciis adſcribere. Conſer Interpretes doctiſſimos ad Gen. XII. 13. & 1. Sam. XXI. 2. & Luc. XXIV. 28. Grotium de Jure Belli & Pacis III. 1.

Digitized by Google

aliqua ratione abſcondere, & ille omnino quonam deveneris quærat, tum tu(s) non ſolum negare, ſed etiam periurare (t) conſveviſti. Ibi duo quidem mala ſunt, mendacium & perjurium: & utraque tamen mala, bonum prorumpere probantur in fructum. Deus autem non arctè noſtri operis circumſcripſit limites, quaſi dicas, In judicio ejus timui mentiri, ideo hominem tradidi: aut ſi dicas, Timui perdere numum, ideo damnum immenſi ponderis auri incurri. Non ergo ſunt aliqua opera ſic mala, ſemper ut per naturam mala ſint, ſed per

Pufendorfium de jure Nat. IV. 1. Ftid. Balduinum IV. 18. caſ. Conſcient. Ut magnam veterum pariter recentiumque nubem, etiam è noſtris, qui rigidiorem illam Auguſtini doctrinam per omnia non amplectuntur, omittam. (s) In hoc loco eſt ἀναπόλυθον. Alius enim eſt qui ſe abſcondit, alius qui ab hoſte de illo rogatur. (t) Hoc neutiquam probandum eſt, quia haud dubie peccat qui Deo teſte abutitur ad confirmandam rem quam falſam eſſe noverit. Atque ita periret è rebus humanis omnis fides, ſi etiam jurisjurandi religionem (unicum ad præcidendas controverſias medium Hebr. VI. 16.) violare, vel σοφίζεσθαι fas foret, & commodi noſtri cauſa liceret eſſe nobis etiam perjuris. Quod ſi hæc doctrina Matthæo digna aut Apoſtolica eſſet, poterat & Petrus ſibi temperare a lacrymis, qui ut ſaluti ſuæ proſpiceret Salvatorem abjuravit. Sed calidiſſimas lacrymas ideo profudiſſe teſtatur genuinus Matthæus XXVI. 75. quin & ipſe refert dictum Chriſti, quo perjurium quodcunque & temerarium jusjurandum vetuit V. 34. Quæ igitur Apoſtolo hic adſcribit Abdias, digniora ſunt veteribus hæreticis Manichæis vel Priſcillianiſtis, quibus Auguſtinus tribuit illud tritum: *jura, perjura, ſecretum prodere noli.*

Digitized by Google

per intemperantiam noſtram. Nam ſi præſumat ſacramentorum myſteria ſumere (u) is, qui nondum eſt cœleſti aqua perfuſus, rem bonam convertit in crimen, & inde reatum æternæ pœnæ incurrit, unde à reatu æternæ pœnæ potuerat liberari. Ita & nuptiarum bona, cum à Deo benedicantur conjugia, à Deo ſanctificentur, ac per Sacerdotum benedictiones (x) a Deo ſpecialiter conſecrentur, videntur aliquibus (y) aliquam habere divinæ indignationis offenſam.

XI. Hæc dicente Sancto Matthæo, rex Hyrtacus clamoſis laudibus (z) cum ſuis comitibus perſtrepebat: exiſtimans eum hæc ideo dicere, ut animum Iphigeniæ ad ejus conjugium inclinaret. Sed poſtquam diutiſſimè clamatum eſt in ejus laudem, ſermonem Apoſtolus repetiit, & facto ſilentio, dixit: Videte filioli & fratres, in quantum noſter ſermo proruperit, ut etiam homicidium bonum poſſe fieri probaremus. Cum hic occiditur, qui ſi non eſſet ipſe ſolus occiſus nocens, multos potuiſſet occi-

Bbb

(u) Si Euchariſtiæ ſacramento uti velit nondum baptizatus, quod perinde eſſet ac ſi incircumciſus voluiſſet comedere Paſcha. (x) Hoc a Judæis acceptum imitati ſunt Chriſtiani etiam vetuſtiſſimi, ut nuptias præcederet εὐλογία ſacerdotalis. Vide Grotium ad Matth. XXV. 1. & Henrici Chriſtophori Hochmanni commentarium de benedictione nuptiarum, editum Altdorfii A. 1686. (y) i. e. in aliquibus, præter Dei voluntatem nuptias contrahentibus. (z) κρότῳ & applauſu qualis ſolebat excipere præclarum aliquid dicentes.

Digitized by Google

occidere innocentes: ſicut eſt occiſus Golias (a), & ſicut eſt occiſus Siſara (b), ſicut occiſus eſt Aman (c) ſicut eſt truncatus Holofernes, (d) & ſicut denique ſunt occiſi cum laude, qui veſtris ſedibus inimicabantur & regnis: ſic ergo & matrimonia dum copulantur, boni operis honeſtate ornantur, ſi ſanctè, & juſtè, & integrè & inreprehenſibiliter copulentur. Nam ſi hodie deſponſatam regis, ſervus regis uſurpare audeat, non ſolum offenſam, ſed etiam crimen tam grande incurriſſe dignoſcitur, ut meritò vivens trdatur flammarum incendiis: non ideo quidem, quia duxerit uxorem, ſed quia ſponſam regis ſui accepiſſet. Ita etiam tu ô fili chariſſime rex Hyrtace, ſciens, Iphigeniam filiam regis deceſſoris tui, ſponſam regis cæleſtis eſſe effectam, & ſacro velamine conſecratam (e), quomodo quæſo poteris ſponſam potentioris te tollere, & tuo eam matrimonio copulare? Ad hunc ſermonem Hyrtacus rex, qui per ſingulas dictiones Apoſtoli laudator extiterat, ira accenſus abſceſſit.

XII.

(a) 1. Sam. XVII. 50. גָּלְיָת Γολιάθ, Cypriano & aliis latinis *Golias*, in Græcis codicibus Pſ. CXLIII. 1. CLI. 1. & Conſtitutt. Apoſt. VII. 5. Γολιάδ, Apollinari Pſalmorum Metaphraſtæ Γολιάτ. (b) Judic. IV. 21. (c) Eſth. VII. 10. (d) Judith. XII. 10. (e) Debuit etiam addere *fratris tui filiam*, ſi recteſe habent ſupra Vocabula *Rex adelphus*. Hoc enim conjugium divina lege illicitum, ut ex Levit. XIX. 13. & XX. 19. propter paritatem rationis colligitur. Vide Andream Maſium ad Joſuam p. 257.

Digitized by Google

XII. Apostolus verò intrepidus & constans, eò magis etiam alacrior (f), reliqvum sermonem prosecutus est, dicens: Audite me qui timetis Deum. Rex terrenus pauci temporis dominationem habere cognoscitur, Rex autem cœlestis æternum imperium tenet. Et sicut inenarrabilia gaudia habere facit eos, qui fidem suam ipsi custodiunt: ita inenarrabilibus tormentis illigat eos, qui à fide ejus & sanctitate discedunt. Quod si timenda est ira regis offensi, multò quidem magis cœlestis regis offensa metuenda erit. Nam ira hominis, sive suppliciis, sive ignibus, sive ferro coërceat, in tormenta temporum desinit: ira autem Dei æternas gehennæ peccantibus flammas accendit. Unde Dominus & magister Jesus Christus præscius futurorum dixit: (g) Apud reges stabitis, qui cum flagellaverint aut occiderint vos, post hæc non habent quod facere. Et ideo dico vobis, non timueritis eos: illum autem timete, qui postquam occiderit, potestatem habet perdere, & in gehennam mittere. Dico vobis, hunc timete.

XIII. Tunc Iphigenia prostravit se coram omni populo ad pedes Apostoli, & dixit: Obsecro te per ipsum, cujus Apostolus es, ut

(f) *magis alacrior* ut Philip. I. 23. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον, cujus generis pleonasmi exempla varia produxere Viri eximii Barthius in Adversar. Gatakerus de stylo N. T. Vossius in arte Grammatica & in Hellenolexia Dan. Vechnerus. (g) Matth. X. 17. & 28. Luc. XII. 5.

Digitized by Google

imponas ſuper me & ſuper has virgines, manus, ut per verbum tuum ſint Domino conſecratæ, ut poſſimus evadere minas illius, qui adhuc vivente Patre meo & matre, multa minabatur, & multis minis terrebat nos, multisque muneribus invitabat. Si hoc viventibus illis audebat, quid modo facturum putas, ubi regnum jam in manibus habet? Tum Apoſtolus, confidentiam habens in Dominum ſuum, & nihil penitus Hyrtacum metuebat: & imponens velamen (h) ſuper caput ejus, & ſupra capita omnium virginum quæ cum ea erant, hanc benedictionem (i) dixit: Deus plaſmator corporum, afflator (k) animarum, qui nunquam ſpernis ætatem, non ſexum *reprobas, non ullam conditionem (l) gratia tua ducis indignam, ſed omnium æqualis creator es & redemptor: tu has famulas tuas, quas ex omni numero gregis bonus paſtor eligere, atque ad conſervandam coronam perpetuæ virginitatis, caſtimoniam conſervare animæ dignatus es, tuæ protectionis ſcuto circumtege: ut quas ad omne opus virtutis & gloriæ, magiſtrante ſapientia præparâſti, & vincentes carnis illecebras, & licita connubia recuſantes, inſolubilem Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti copulam

(h) Tanqum ſponſæ Chriſti. Deſponſatis enim velamen impoſitum. Vide interpretes ad Gen. XXIV. 65.
(i) Simules preces non tantum in latina ſed & in Orientalibus Eccleſiis familiares, cum Virgines conſecrantur. Vide Euchologium Goari p. 496. (k) Gen. II. 7. *Galat. III. 28. (l) κλῆσιν. Confer Pſ. CXLV. 9. Sap. XI. 25.

Digitized by Google

lam mereantur. His, petimus Domine, arma ſuggeras, non carnalia, ſed Spiritus virtute potentia, ut te muniente earum ſenſus & membra, in earum corpore non poſsit dominari peccatum: atque ſub tua gratia vivere cupientibus, nihil ſibi defenſor malorum, & inimicus bonorum, de his vaſis jam tuo nomini conſecratis prævaleat vindicare. Omnem etiam genuinum calorem (m) imber gratiæ tuæ cœleſtis extinguat, lumen verò perpetuæ caſtitatis accendat. Facies ſcandalis pudica non pateat, nec incautis occaſionem præbeat negligentia delinquendi, ſitque in eis cauta virginitas, & ornata pariter, & armata fide integra, ſpe certa, & charitate ſincera: ut præparatis animis ad continentiam virtus tanta præſtetur, quæ ſuperet diaboli univerſa figmenta: atque contemnendo præſentia, futura ſectentur, jejunia epulis carnalibus præferant, & lectiones ſacras conviviis & potationibus anteponant. Ut orationibus paſtæ, & eruditionibus expletæ, inluminatæ vigiliis, opus gratiæ virginalis exerceant. His virtutum armis has tuas interius exteriusque communiens, præſta inoffenſum curſum virginitatis, ut hunc implere, per ipſum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, redemptorem animarum noſtrarum, valeant: cum quo eſt Deo Patri honor & gloria, in Spiritu Sancto, & nunc & ſemper, & per immortalia ſecula ſeculorum.

(m) Deſiderium legitimi conjugii: ut paulo ante, *& licita connubia recuſantes.*

Digitized by Google

XIV. Cumque respondissent, Amen, & mysteria Domini celebrata, & missam (n) suscepisset omnis ecclesia, retinuit se, ut juxta altare, ubi corpus ab eo fuerat Christi confectum, illic martyrium apostolicum exultaret. Itaque non multò post expansis manibus orantem, spiculator (o) missus ab Hyrtaco, à tergo punctim, unius gladii ictu feriens Apostolum, martyrem Christi effecit. Quo audito, omnis populus ad palatium cum igne pergebat. Cui furenti populo occurrerunt omnes presbyteri (p), & omnes diaconi ac clerici, simul cum discipulis Sancti Apostoli: Nolite fratres (dicebant) contra præceptum Domini agere. Nam & Petrus Apostolus (q), arrepto gladio, amputaverat Malchi auriculam, qui Dominum tenebat cum turbis. Et ne videretur læsus, vicem rependere læsionis jussit, ipsam scilicet auriculam amputatam loco suo reponi (r). Quæ apposita ab Apostolo, solidata mox est. Et dixit Petro tum Dominus: Numquid, si vellem, non mihi exhiberet pater meus plusquam XII. mille (s)

(n) Post celebratam sacram Eucharistiam populi fiebat missio, λαοῖς ἀπόλυσις, quæ vox solennis in concionibus quoque & mysteriis Ethnicorum. Hæc missio, ἀπόλυσις Græcis, latinis dicta *missa*, atque inde ipsi Eucharistiæ celebrationi istud nomen inditum, ut Judæi Aftaras vocant lectiones quibus absolutis populus dimittitur. (o) De hoc vocabulo supra p. 539. (p) Episcopus jam erat occisus, Matthæus. Itaque nulla Episcopi mentio. (q) Joh. XVIII. 10. (r) Luc. XXII. 51. ubi tamen nulla mentio auris ab Apostolo ipso repositæ, licet gladium in vaginam

Digitized by Google

le(s) legiones angelorum ? Celebremus ergo omnes cum gaudio martyrium Apoſtoli, & quod Deus ordinare voluerit, expectemus.

XV. Interea Iphigenia, ſacratiſſima virgo Chriſti, quod in auro & argento ac gemmis habere potuerat, hoc totum ſacerdotibus contulit, & omni clero, dicens: Poſtquam dignam Apoſtolo Chriſti fabricaveritis Eccleſiam, quicquid ſuperfuerit, pauperibus erogabitis : me autem oportet certamen habere cum Hyrtaco. Factum eſt autem poſt hæc ſecundum verbum Iphigeniæ, ut omnium nobilium uxores miſerit rex Hyrtacus ad eam, ſperans quod aliqua ratione poſſet ad ejus conſenſum pervenire. Quod cum penitus non poſſet, convocavit magos, ut dæmonum illam miniſterio raperent. Qui cum & ipſi nulla hoc poſſent conſequi ratione, fecit circumdari ignem prætorio,

recondi à Domino juſſus fuit. (s) Duodecim legiones Matth. XXVI. 53. ſibi nempe & undecim quos ſecum habebat diſcipulis in ſubſidium venturas, ut ſingulis veluti ſingulæ legiones præſidii loco appoſitæ eſſent. Hieronymus: *una legio apud veteres* 6000. *hominum complectebatur, & duodecim ergo legionibus* 72000. *angelorum fiunt, in quot gentes hominum lingua diviſa eſt.* Sed parum hæc ad rem faciunt, quia pro diverſo tempore diverſus fuit militum unius legionis numerus, ut præter Lipſium, Savilium, Salmaſium aliosque docuit Bœclerus, de legione Rom. c. 2. & Joh. Rualdus in Plutarchum p. 71. Traditione quoque de lingua hominum in 72. gentes divisâ, nihil incertius eſſe res ipſa clamat & demonſtravit Bochartus in Phaleg, lib. 1. c. 15.

Digitized by Google

rio, in quo cum virginibus Christi commanens, Domino suo die noctuque famulabatur. Sed cum per circuitum ignis arderet, apparuit angelus Domini, cum Matthæo Apostolo, & dixit: Iphigenia firma esto, & noli expavescere hos ignes. Ad illum enim, à quo tibi sunt suppositi, revertentur (t). Igitur cum per gyrum prætorii Sanctæ Iphigeniæ flammæ perstreperent, excitavit Deus ventum validissimum, & mutavit omne illud incendium à domo virginis suæ, & ita consumpsit palatium Hyrtaci, ut non inde potuerit aliquid ex facultatibus liberari. Ipse autem Hyrtacus cum suo filio unico vix evasit: sed melius fuerat, incendio interisse. Cæterum filium ejus vehementissimus mox dæmon implevit, qui illum cursu rapidissimo ad Apostoli Matthæi sepulchrum adducens, a tergo manibus ab ipso diabolo colligatis, confiteri eum paterna crimina compellebat.

(t) Similis quodammodo exitus etsi plane diversa fabula legitur apud Nicephorum lib. 2. c. 41. Narrat enim Matthæum in Anthropophagorum terra Ecclesiam cum Andrea collegisse & in Myrmenæ civitate Episcopum instituisse nescio quem Platonem. Tum à Christo formosi pueri specie sibi apparente virgam accepisse quæ prope templum Matthæo curante instauratum plantata non modo in proceram arborem excreverit sed & è radice profuderit fontem mirandi effectus. In illo enim baptizatos Anthropophagos & pulcriores evasisse, & agrestibus moribus liberatos esse. Prius vero obviam Apostolo factum Regem Fulvianum cum Fulviana conjuge filioque, quos obsessos, dæmonia, imponente manus Matthæo, protinus deserunt. Nihilominus Regem videntem populos Apostolo Evangelium prædican-

Digitized by Google

bat. Ipsum autem Hyrtacum elephantiæ (u) vulnera, a capite usque ad ultima pedum vestigia ligaverunt. Quod cum medici curare non possent, ipse in se gladium ponens, illi incubuit, digno supplicio: ut quo a tergo Apostolum Domini percusserat, ipse à recto seipsum stomacho perforaret. Quo facto, omnis populus insultans morti ejus, apprehenderunt cum omni exercitu fratrem Iphigeniæ, nomine Beor, qui per Iphigeniam germanam suam, de manu Matthæi fuerat gratiam Domini consecutus. Is itaque anno ætatis suæ XXV. regnare in Æthiopia cœpit, & regnavit per an-

ti assentientes, ad eum comprehendendum misisse & mox ipsum cum plurimis militibus processisse. Hinc excœcatum divina plaga, visum quidem recepisse per Matthæi ministerium, sed tamen statim jussisse Matthæum clavis longis terræ affigi, materiaque multa superinjecta & accensa comburi. At nihil valuisse flammam in roris refrigerium mutatam. Regem itaque suspicatum præstigias, duodecim quæ colebat idola circũ pyram disponi fecisse: tum flammam in hæc ipsa exeruisse vim suam, prosiliente insuper & persequente regem ardente serpente horribili. Hic à bono Matthæo ad Regis preces repulsus, & ignis extinctus, mox tamen & Matthæus ipse mortuus fuit. Rex Apostoli corpus arcæ ferreæ plumbo communitæ impositum mari jubet imponi, visurus num in aqua etiam natet quod à flammis consumi haud potuit. Id factum denique Regi causa digna visa est ob quam & baptizandum se permitteret & postea ipse non Fulvianus amplius sed Matthæus appellaretur. Platonis à Matthæo ordinati meminit & Menologiũ 16. Nov. apud Ughellũ T. 6. Italiæ Sacræ. p. 1136. (u) ἐλεφαντίασις morbi dirissimi genus de quo Celsus lib. 3. c. 25. Lucretio *Elephas*, aliis *elephantiasis*, sic dicta quoniam cutis hominum quos corri-

Digitized by Google

nos LXIII. Facti sunt autem omnes dies annorum vitæ ejus, octogintaocto. Et se vivente, constituit unum ex filiis suis ducem omnis exercitus, alterum vero Regem. Et vidit filios filiorum suorum, usque in quartam generationem: & habuit pacem firmissimam cum Romanis & Persis. Omnes quoque provinciæ Æthiopum Ecclesiis repletæ sunt Catholicis, usque in hodiernum diem, per Iphigeniam. Et fiunt ibi mirabilia magna, ad confessionem (x) beati Apostoli: qui primus Hebræo sermone (y) conscripsit Evangelium Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in secula seculorum.

LIBER

pit, nigrore tumoribusque refert pellem elephantum. Manetho lib. 1. apotelesm. v. 53. describens ἐλεφαντιόωντα. Χρόιην μὲν φορέουσιν ἀμετροβίων ἐλεφάντων. Non desunt viri docti qui Jobum hoc genere morbi laborasse contendunt, felici ut opinor conjecturâ. (x) i.e. celebrationem. (y) Hebraice scriptum esse Matthæi Evangelium convenit inter veteres communi ore hoc affirmantes post Papiâ Hierapolitanum, qui antiquissimus hujus rei testis est apud Euseb. III. 39. Hist. Neque videretur dubitandum, nisi suspicio foret Evangelium à Nazaræis sub Matthæi nomine venditatum & ab Ebionitis lectum, à græco autem Matthæo quem habemus & quem tanquam divinum probant ac sequuntur omnes Patres, diversum, cum genuino Matthæi Evangelio a Papia primum atque inde ab aliis confusum fuisse. Confer si placet quæ supra notavi ad fragmenta Evangelii Nazaræorum.

Digitized by Google

LIBER OCTAVUS.

De rebus per Indiam à beato Bartholomæo gestis.

§. I.

INdiæ (a) tres esse ab historiographis asseruntur. Prima est India, quæ ad Æthiopiam vergit: secunda, quæ ad Medos: tertia, quæ finem (b) facit. Nam ex uno latere tenebrarum (c) regionem gerit, ex alio latere mare Oceanum. In Indiam (d) ergo veniens Bartholomæus Apostolus, ingressus est templum Indiæ,

(a) Nullum forte nomen apud Geographos magis ambiguum est India. Nam ut recentibus solis notam Indiam occidentalem sive Americanam & proprie sic dictam Indiam cis & ultra Gangem omittam, Indiæ nomine apud veteres veniunt amplissimæ in Asia & Africa regiones, v.g. Libya, Ægyptus, Parthia, Æthiopia, Arabia & Palæstina, ut observant Turnebus XXI. 9. Adversar. & illustris Gisb. Cuperus IV. 17. Obs. tum Sindia Ponti, notante Is. Vosio ad Scylacem p. 13. (b) Finem Asiæ versus orientem. (c) Obscurum est quam h. l. dicat Abdias regionem tenebrarum, itaque *ex latere tenebrarum*, nescio ita ne intelligendum, ac si dixisset *à parte occidentali*. India enim proprie dicta quæ hodie *Indostan*, mare ab occidente respicit. (d) Indiam simpliciter appellat Eusebius V. 10. hist. & ex eo Hieron. in Catal. c. 46. ubi de Pantæno. Eucherius &c. At Philostorgius II. 6. Indos ad quos accessit Bartholomæus, vocat τὺς ἐνδοτάτω Ἰνδὺς, Sabæos. Sophronius *Indos Fortunatos* τὺς καλυμένυς ἐυδαίμονας. Arabes felices puta

Digitized by Google

Indiæ, in quo erat idolum Astaroth (e), & quasi peregrinus, ibidem manere cœpit. In hoc idolo dæmon talis erat, qui diceret se curare languentes, & cœcos quos ipse lædebat, inluminare. Erant enim sine Deo vero homines illi, & necesse erat utà Deo falso ludificarentur. Deus autem falsus hac arte illudit eos, qui verum Deum non habent. Facit eis dolores, infirmitates, damna, pericula: & dat responsa, ut sacrificent sibi: & cum immissa removet, tanquam ab eo sanentur, omnes existimant. Hoc quippe videtur stultis, quod sanet. Ille autem non sanando subvenit, hoc est, à læsione cessando. Ita cum desinit lædere, curasse putatur. Unde factum est, ut Sancto Bartholomæo isthic manente, nulla posset responsa Astaroth dare, neque ullis ex his quos læserat subvenire. Cumque jam plenum esset langventibus templum, & quotidie sacrificantibus nullum daret Astaroth

quos diserte nominat Nicetas Paphtagonius p. 395. addens ἐως ἐς Ἰνδίαν. Sed & Socrates I. 15. ait istam Indiam conjunctam esse Æthiopiæ Matthæo frequentatæ, de qua libro superiore dictum. Nam Isaaco Vossio non assentio qui apud Socratem pro Matthæo Matthiam reponere jubet in notis ad Scylacem. Idem Vossius eodem in loco Æthiopiam, & Indiam Ponticam intelligit. Sed Trigautius & alii Sinas. Vide Andreæ Mulleri Hebdomadem Observ. Sinicarum p. 14. seq. (e) Templum Palæstinorum honori Astharoth consecratum Ἀσάρθειον ἱερὸν vocat Josephus in fine libri sexti Antiqv. De Astharoth & Græcorum Ἀσάρθη multa disputata viris eruditis, Seldeno de Diis Syr. Spencero de legibus Hebr. Kirchero T. 1. Oedipi Ægypt. p. 315. seq. Antonio Van Dale de origine Idololatriæ c. 2.

Digitized by Google

roth responsum, hi qui ex longinquis regionibus adducti jacebant, cum neque sacrificando, neque seipsos more suo laniando, proficerent, perrexerunt in aliam civitatem, ubi aliud dæmonium colebatur, cui nomen erat Beireth, (f) Et illic sacrificantes, cœperunt inquirere, quare Deus eorum Astaroth amplius non daret responsa. Quibus respondens Beireth, dixit: Quia Deus vester sic captivus & religatus tenetur, ut neque suspirare, neque loqui audeat, ex illa hora, qua illic Bartholomæus ingressus est. Et dicunt illi: Et quis est iste Bartholomæus? Respondit dæmon: Amicus Dei est omnipotentis, & ideo huc venit in istam provinciam, ut numina quæ colunt Indi, evacuet. Tum illi: Dic nobis signa ejus, ut possimus invenire eum: quia inter multa millia hominum difficile est nobis cognoscere illum.

II. Respondens autem dæmon, dixit: capillo nigro capitis est, & crispo. Caro illius candida, oculi grandes, nares æquales & directæ, aures coopertæ crine capitis: barba prolixa habens paucos canos: statura æqualis, quæ nec brevis, nec longa possit adverti. Vestitus colobio albo (g), clavato purpura. Induitur pallio albo, habente per singulos angulos

(f) Lege *Berith.* Judic. IX. 46. quod Idolum *Baal Berith* dicitur in eodem cap. v. 4, ad quem locum præter interpretes & Seldenum consulendus Bochartus lib. 2. Chanaan c. 17. (g Ita legit etiam Ordericus Vitalis lib. 2. Hist. licet priores Abdiæ editt. *colore albo.* Colobiū clavatum purpurā, est tunica sine manicis, Monachis & clericis familiaris, orna-

Digitized by Google

gulos singulas gemmas (h) purpureas. Viginti sex anni sunt, ex quo nunquam sordidantur vestimenta ejus. Similiter & sandalia ejus amentis (i) latis per XXV. annos nunquam vetera-

ta lato clavo, sive distincta Purpurâ, quæ ante pectus in media tunicæ parte descendebat. Vide Albertum Rubenium lib. 1. c. 18. de re vestiaria. Valesium ad Ammiani XIV. 9. & Cangium in glossar. Stephanus III. Papa in Epist. ad Hilduinum Abbatem; *Et vidi ante altare bonum Pastorem D. Petrum & magistrum gentium D. Paulum & nota mente illos recognovi de illorum Scutariis, & terbeatum D. Dionysium ad dexteram D. Petri subtilem & longiorem pulchra facie, capillis candidis, Colobio indutum candidissimo purpura clavato, pallio toto purpureo auro interstellato, & sermocinarbantur inter se latantes.* (h) Tunica & pallio usos Apostolos notavi supra p. 579. & palliorum Simonis ac Judæ mentio p. 623. Vide & Grotium ad Act. XII. 8. Salmasium ad Tertull. de pallio p. 72. & p. 15. seq. ubi Abdiæ loco laudato hanc censuram subjungit: *Pallium utique quadrangulum* (Bartholomæus) *habuit. Sed illa de gemmis singulis ad singulos pallii angulos, ac de purpura colobio intexta, de fabula plane ad texta sunt & commentitum scriptorem arguunt: at de pallio & colobio simpliciter verum est, hic enim habitus fuit Apostolorum.* Idem p. 445. *Hic plane habitus fuit γεαμμαλέων apud Judæos, nisi quod ex singulis pallii angulis non gemmæ sed βόλιτοι pendebant.* (i) h. e. loris quibus soleæ pedi alligabantur ut videre licet apud Julium Nigronum de caliga cap. 4. Suspicabar aliquando legendum *fulmentis elatis*, fulmentæ enim Plauto & aliis dicuntur quæ suppinguntur soccis. Sed nihil mutandum.

Digitized by Google

teraſcunt (k). Centies flexis genibus per diem, centies per noctem orat Deum. Vox ejus quaſi tuba vehemens eſt. Ambulant cum eo angeli Dei, qui non permittunt eum fatigari, non eſurire. Semper eodem vultu, eodem animo perſeverat: omni hora hilaris & lætus permanet. Omnia prævidet, omnia novit, omnem linguâ omnium gentium & loquitur & intelligit. Ecce & hoc quod vos interrogatis, & quod ego do reſponſum de eo, jam novit. Angeli Dei famulantur illi, & ipſi nunciant omnia. Et cum cœperitis eum quærere; ſi vult, oſtendet ſe vobis, ſi non vult, non poteritis eum videre. Rogo autem vos, ut dum eum inveneritis, rogetis eum, ut vel huc non veniat: vel non faciant (l) mihi angeli qui cum eo ſunt, quod fecerunt collegæ meo Aſtaroth.

III. Igitur revertentes illi, cœperunt circumire omnium peregrinorum hoſpitales (m), atque adſpicere vultus & habitum ſingularum, & per duos dies non invenerunt. Factum eſt autem, ut quidam plenus dæmonio (n) clamaret, & diceret: Apoſtole Bartholomæe, incendunt

(k) Miraculum quale plerique agnoſcunt Deut. VIII. 4. XXIX. 5. Neh. IX. 21. licet non deſunt viri docti qui contenduut illis locis nihil aliud contineri, quam Iſraëlitis nunquam defuiſſe veſtes quas induerent & cum veteraſcentibus permutarent. (l) Ita ſcripſi pro *hoc faciant*. Aut forte legendum *hoc facient*. (m) ſcil. ædes. Vide Cangium in hac voce. (n) Pſeuſtius vocatur, paucis interjectis.

Digitized by Google

dunt (o) me orationes tuæ. Tum Apostolus: Obmutesce (inquit) & exi ab eo. Et statim liberatus est homo ille, qui per multos annos fuerat fatigatus dæmonio. Polymius autem Rex provinciæ illius, cum haberet filiam lunaticam (p), nunciatum est ei de casu dæmoniosi, & liberatione. Et misit qui rogarent eum, dicentes: Filia mea malè vexatur, peto ut sicut liberàsti Pseustium, qui per multos annos passus est, ita & filiam meam sanes. Et surgens Apostolus, perrexit ad Regem. Ingressusque ad filiam, ut vidit eam catenis strictam, (q) propterea quod omnes morsu attrectabat, & quos poterat tenere scindebat & cædebat, adeo ut nullus auderet ad eam accedere, primum jussit eam solvi. Et cum ministri manum immittere non auderent, dicit Apostolus: Jam ego teneo vinctum inimicum, qui in ipsa erat, & vos adhuc timetis eam? Ite & solvite eam, elevate & reficite, & crastino mane adducite eam ad me. Euntes autem, fecerunt sicut jussit Apostolus, nec dæmon deinceps vexavit eam quidquam. Quod ubi intellexit Rex, oneravit Camelos auro & argento, gemmis ac vestibus. Et cœpit quærere Apostolum: sed non invenit eum ampliùs. Et reportata sunt omnia iterum ad palatium Regis.

IV.

(o) Supra p. 480. verbum *incendere* fuit eodem sensu. (p) σεληνιαζόμενος & δαιμονιζόμενος conjunguntur Matth. IV. 24. & Matth. XVII, 15, collat. cum 18. ad quæ loca vide interpretes. (q) Ut dæmoniacus Marc. V. 3. seq.

Digitized by Google

IV. Factum est autem, cum transisset nox, & aurora futuræ diei inciperet, apparuit regi Apostolus, ostio clauso, (r) in cubiculo ipsius, dicens: Ut quid me quæsisti tota die, cum auro & argento, gemmis ac vestibus? Ista enim munera eis sunt necessaria, qui terrena quærunt. Ego vero nihil terrenum, nihil carnale desidero. Unde scire te volo, quia Filius Dei dignatus est per uterum virginis nasci cum homine (s), ita ut homo in virginis vulva conceptus, secum inter ipsa secreta virginis haberet Deum, qui fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt. Hic simul cum homine natus, partu virginis cœpit habere initium nascendi cum homine, cujus initium ante secula a Deo Patre est. Sine initio, nunquam non fuit, & omnibus initium dedit sive visibilibus, sive invisibilibus creaturis (t). Hæc autem virgo cum execraretur omnem virum, & ipsa servandæ virginitatis votum prima Deo omnipotenti vovit (u). Primam autem ideo dixit, quia ex quo homo factus est ab initio seculi, nulla hoc votum Deo obtulit. Hæc ergo prima inter fœminas hoc constituit in corde suo, ut diceret: Domine offero tibi virginitatem meam; cum hoc à nullo homine nec

(r) τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ut Joh. XX. 19.
(s) i. e. *tanquam homo.* (t) Coloss. I. 16 Joh. 1. &c.
(u) De hoc Mariæ voto dictum supra p. 28. seq. ubi etiam de eo, num apud Judæos ante Mariam in usu positum istud genus voti virginalis fuerit,

Digitized by Google

verbo didicisset, nec exemplo, ad imitationem videlicet invitata, constituisset, ut virgo pro amore Dei specialiter permaneret. Huic subito in suo cubiculo clausæ, splendens, sicut sol, Gabriel angelus apparuit (x). Quæ cum terrore perculsa, hoc visu expaviſſet, ait ad illam angelus: Noli timere Maria, quia concipies. At illa timore depoſito, conſtanter ait, Quomodo fiet hoc? quia virum non cognoſco. Cui angelus reſpondit: Propter hoc Spiritus Sanctus ſuperveniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi. Ideoque quod ex te naſcetur Sanctum, Filius Dei vocabitur. Hic ergo cum natus eſſet, paſſus eſt ſe tentari à diabolo, illo (y), qui primum hominem vicerat ſvadendo, ut de arbore vetita à Deo, manducare præſumeret. Ipſum ergo permiſit ad ſe accedere: ut ſicut dixerat Adæ (z), id eſt, primo homini, per mulierem, manduca, & manducavit: qua de cauſâ de paradiſo projectus fuit, & in hunc mundum exiliatus, ubi & genuit omne genus humanum. Ita & iſti dixit: (a) Dic lapidibus, ut panes fiant, & manduca, ut non eſurias. Cui reſpondit: Non in pane tantum vivit homo, ſed in omni verbo Dei. Hic ergo diabolus, quia per manducantem hominem vicerat (b), victoriam

(x) Supra p. 33. ſeq. & 91. ſeq. (y) Juſtinus Martyr dial. cum Tryphone p. 331. ὡς γὰρ τὸν Ἀδὰμ ἐπλάνησεν (ὁ Σατανᾶς) ἔλεγε καὶ τὸν Χριστὸν δυνηθῆναι ἐξαπατῆσαί τι. Sic & alii veteres paſſim. (z) Gen. III. (a) Matth. IV. (b) ὅσπερ ἀρχὴ πάσης ἀ-

Digitized by Google

riam ſuam per jejunantem & ſe continentem amiſit. Par enim fuit, ut qui filium virginis (c) vicerat, à filio virginis vinceretur.

V. Tunc rex ei Polymius: Et quomodo (inquit) dixiſti primam hanc eſſe virginem, ex qua natus eſt homo cum Deo? Apoſtolus reſpondit: Ago Deo gratias, quia ſolicitè audis. Primus, inquam, homo Adam dictus eſt, qui de terra factus eſt. Terra autem illa, de qua factus eſt, virgo fuit: quia nec ſanguine humano polluta fuerat, nec ad ſepulturam alicujus mortui à quoquam erat aperta (d). Par ergo erat, ut dixi, ut qui filium virginis vicerat, à filio virginis vinceretur. Et ideo, ſicut qui victor extiterit tyranni, mittit comites ſuos, ut in omnibus locis, ubi tyrannus poſſidet, titu-

μαρίας ἡ τρυφή, ut ad Matthæi locum ait Theophylactus. (c) Filius virginis vocatur Adamus, quia deſumtus eſt ex terra virgine, ut infra ſequitur. Joſephus Antiquitatum libro & capite primo: Ὁ δ' ἄνθρωπος ἔτος Ἀδαμος ἐκλήθη, σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶσσαν τὴν τῶν ἑβραίων πυρρόν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυρρᾶς γῆς φυραθείσης ἐγεγόνει. Ταιαύτη γὰρ ἦν ἡ παρθένος γῆ καὶ ἀληθινή. Heſychius: Ἀδάμα παρθενικὴ γῆ, ad quem locum vide notas Sopingii & Fullerum IV. 20. Miſc. (d) Aliam rationem reddit Tertull. adverſus Judæos c. 13. *Iltique terra illa virgo, nondum pluviis rigata, nec imbribus fœcundata* (nec tacta aratro) *ex qua homo tunc primum plaſmatus eſt, ex quo nunc Chriſtus ſecundum carnem ex virgine natus eſt.*

Digitized by Google

los regis (e) sui victoris triumphatorios imponant: ita hic homo Christus Jesu, qui vicit, misit nos in omnes provincias, ut expellamus ministros diaboli, qui per templa instantius habitant. Et homines qui eos colunt, de potestate ejus qui victus est, auferamus. Ideoque argentum & aurum non accipimus, sed contemnimus sicut ipse contempsit. Ibi enim cupimus esse divites, ubi solum ejus regnat imperium; ubi nec languor, nec morbus, nec tristitia, nec mors, locum aliquem habent. Sed ubi felicitas perpetua & beatitudo perrenis est, & gaudium sine fine, & ubi denique deliciæ sempiternæ manent. Inde est quòd templum vestrum ingressus, dæmonem, qui de idolo dabat responsa, ab angelis ejus, qui me misit religatum obtineo. Quocirca si baptizatus fueris, & permiseris te inluminari (f), faciam te videre & cognoscere, quanto malo careas. Nam omnes illi, qui jacent in templo ægrotantes, audi qua arte curet eos dæmon, fallaciis inludens: sicut diabolus, qui primum hominem vicit, ut sæpe jam dixi, quia per ipsam (g) victoriam pessimam, potestatem habere videtur,

(e) Ita hodieque solent in portis & aliis locis publicis urbium ac regionum subjugatarum insignia victoris affigi.
(f) Illuminari & baptizari synonyma sunt: Merito autem baptismus veniebat nomine φωτισμῦ ut notavi supra p. 537. quia catechumeni ad baptismum accedentes imbuebantur clarissima luce Evangelii.
(g) Per illam ipsam victoriam qua Adamum superavit, potestatem in homines nactus est.

Digitized by Google

tur, Et in aliis quidem majorem, in aliis verò minorem, in his scilicet, qui minùs peccant. Ipse quippe diabolus facit arte sua homines ægrotare, (h) & suadet eos (i) credere idolis. Et ut in animabus eorum potestatem obtineat, cessat eos tunc lædere, cùm dixerint lapidi, aut metallo: Tu es Deus meus (k). Sed quia dæmon qui in statua latebat, jam à me vinctus tenetur, sacrificantibus & se adorantibus nullum potest dare responsum (l). Sed si vis probare ita esse, jubebo illi ut ingrediatur statuam suam, (m) & faciam eum confiteri hoc ipsum, quod sit religatus, & responsa amplius dare non possit. Dicit ei rex: Cras prima hora parati erunt Pontifices sacrificare illi, & ego illis ibi mox superveniam, ut videam hoc factum mirabile.

VI. Factum est altera die, prima hora diei, sacrificantibus cœpit clamare dæmon: Cessate miseri sacrificare mihi, ne pejora patiamini, quam ego, qui catenis igneis religatus sum ab Angelis Jesu Christi, quem Judæi crucifixerunt, putantes eum in morte posse detineri: Ille autem ipsam mortem, quæ regina nostra (n) est, captivavit, & ipsum principem nostrum,

(h) Supra c. 1. (i) Svadere aliquem. sic Tertullianus l. 1. de habitu muliebri: *tu es* (Eva) *quæ eum svasisti, quem Diabolus aggredi non valuit.* Paulinus Petrocorius VI. 191. *Serpens qui quondam suaserat Evam.* Ita passim scriptores veteres Christiani. (k) Jer. II. 27. (l) Ut nec Magi supra p. 611. (m) Similem narrationem habes p. 633. sep. (n) Rex Veluti dæmonum Satan princeps sartari, Regina mors. Sic Princeps mortis &

Digitized by Google

maritum mortis, vinculis ignitis vinxit: & tertia die victor mortis & diaboli, resurrexit, & dedit signum crucis suæ Apostolis suis, quos misit in universas orbis partes, ex quibus & hic unus est, qui me vinctum tenet. Peto autem vos, ut rogetis eum pro me, ut dimittat me ire ad alteram provinciam. Quæ ubi audivisset Bartholomæus: Confitere (inquit) immundissime, istos omnes qui hic ægrotationes varias patiuntur, quis est, qui eos læsit? Respondit dæmon: Princeps noster diabolus siquidem modo (o) ligatus est, ipse nos mittit ad homines ut lædamus, primò quidem carnem eorum: quoniam animas hominum non possumus habere in potestate, nisi sacrificaverint. At ubi pro salute corporis sui nobis sacrificaverint, cessamus affligere illos ex eo, quia jam in animas eorum potestatem habere incipimus. Jam ergo per hoc, quod ab eorum læsione cessamus, videmur curare eos, & tanquam dii colimur: cùm certo simus dæmones, ministri ejus quem in cruce positus Jesus virginis filius religavit. Ab illo autem die, qua Apostolus ejus huc venit Bartholomæus, ardentibus catenis strictus consumor (p): & ideo loquor, quia hæc ille jussit. Alioquin non ausus fuissem loqui eo præsente, atque adeò ne ipse princeps quidem noster. Tum Apostolus conversus ad dæmonem: Quare non salvas, inquit, hos omnes qui

princeps inferorum distinguuntur supra p. 279. 288.
(o) Ita scripsi pro *sic quomodo*. (p) Ita explicat, quod supra p. 574. dixerat se intendi. Huc refer Matth. VIII. 29.

Digitized by Google

qui ad te convenerunt ? Respondit dæmon: Nos quando corpora lædimus, nisi animam læserimus, corpora sub læsione (q) perdurant. Tunc conversus Apostolus ad plebem: Ecce quem Deum colebatis, ecce quem vos curare (r) putabatis. Audite nunc ex me verum Deum, creatorem vestrum, qui in cœlis habitat. Non lapidibus vanis credatis. Sed si vultis ut orem pro vobis, & omnes hi sanitatem recipiant, deponite idolum hoc, & confringite. Et cum hoc feceritis, templum hoc Christi nomini dedicabo, & vos omnes in isto templo Christi baptismate consecrabo. Tunc jussu regis omnes populi miserunt funes & trochleas, & simulachrum non poterant evertere. Apostolus autem dixit eis: Solvite vincula illius. Cumque exsolvissent omnia vincula, dixit ad dæmonē qui in eo erat: Si vis ut non te faciam in abyssum mitti, exi de isto simulachro, & confringe illud, & vade in deserta, ubi nec avis volat, nec arator arat, nec unquam vox hominis resonavit. At ille statim egrediens, comminuit (s) omnia genera idolorum. Nec solum majus idolum, sed ubicunque pro ornatu templi sigilla (t) erant posita, minutavit, ita ut picturam omnem deleësset.

(q) Sic scripsi, pro *sine læsione.* (r) Θεραπεύειν.
(s) Similis fabula fuit supra p. 634. (t) Sigilla dicuntur parva signa sive imagines Deorum, ut apud Prudentium: *jam si sub aris ad sigillorum pedes* &c. Vitruvius lib. 2. c. 7. *namque habent & statuas amplas factas egre-*

Digitized by Google

VII. Tunc omnes una voce clamare cœperunt: Unus Deus omnipotens, quem prædicat Apostolus ejus Bartholomæus. Quibus factis, expandens manus suas Apostolus ad cœlum, dixit: Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Jacob, qui ad redemptionem nostram unigenitum tuum Filium, Deum nostrum & Dominum direxisti, ut nos omnes qui eramus servi peccati, suo sanguine redimeret, & tibi filios faceret. Qui verus Deus ex hoc cognosceris, quia semper idem es, & immutabilis perseveras: unus Deus Pater ingenitus, & unus filius ejus unigenitus Dominus noster Jesus Christus, & unus Spiritus Sanctus, inluminator & doctor nostrarum animarum, qui dedit nobis potestatem, ut infirmos salvaremus, cœcos inluminaremus, leprosos mundaremus, paralyticos absolveremus, dæmones fugaremus, & suscitaremus mortuos. Et dixit nobis (u): *Amen dico vobis, quæcunque in nomine meo petieritis à Patre meo, dabit vobis.* Peto ergo in ejus nomine, ut omnis hæc multitudo salvetur: ut cognoscant omnes, quia tu es Deus unus in cœlo & in terra & mari, qui salutem recuperas (x) per ipsum Dominum nostrum Jesum Christum: per

gie, & minora sigilla. Hinc *sigillaria* festum in quo parva simulacra hominum Saturno veluti in piaculum oblata sunt, teste Macrobio quem vide lib. 1. c. 10. & 11. Vicus quoque ubi sigilla illa vendebantur sigillaria dicitur Gellio lib. 5. c. 4. & Pro sigillo *sigilliolum* dixit sensu eodem Arnobius. (u) Joh. XVI. 23. (x) i. e. tuis nobis.

Digitized by Google

per quem est tibi Domino Patri honor & gloria, cum Spiritu Sancto, per immortalia secula seculorum. Cumque omnes respondissent, Amen: apparuit angelus Domini splendidus sicuti sol, habens alas. Et per quatuor angulos templi circumvolans, digito suo in quadratis saxis sculpsit signum crucis, & dixit: hæc dicit Dominus, qui misit me; Sicut omnes vos ab infirmitate vestra mundamini, ita mundavi templum hoc ab omni sorde, & habitatore ejus, quem jussit Apostolus Dei ire in locum desertum ab hominibus. Præterea me jussit Dominus, quem videntes nolite expavescere, ut prius ostendam vobis, ut quale signum ego sculpsi in his saxis, tale vos digito vestro facite in frontibus vestris, & omnia mala fugient à vobis. His factis ostendit eis Angelus Domini ingentem Ægyptium (y), nigriorem fuligine, faciem acutam habentem cum barba prolixa, & crines usque ad pedes, oculos igneos sicuti ferrum ignitum, scintillas emicantes ex ore ejus, & ex naribus egrediebatur flamma sulphurea. Habebat & alas spineas sicuti hystrix, (z) eratque vinctus à tergo manibus, igneis catenis strictus. Et dixit ei Angelus Domini: Quoniam audisti vocem Apostoli, & omnia pollutionum genera de isto templo mundâsti, secundum pro-

(y) Diabolum Æthiopis specie ut supra p. 489. 634.

(z) Claudianus Epigrammate de hystrice: *stat corpore toto silva minax jaculisque rigens in prælia crescit Pilifurata seges* &c.

Digitized by Google

promissum Apostoli solvam te, ut vadas ubi nulla conversatio hominum est, vel esse potest, & ibi sis usque ad diem judicii. Et cùm exsolvisset eum, ululatum teterrimum diræ vocis emittens, evolavit, & nusquam comparuit. Evolavit & Angelus Domini, videntibus cunctis, ad cœum.

VIII. Tunc rex una cum uxore sua, & duobus filiis, & cum omni exercitu suo, & cum omni populo qui salvatus erat, & vicinarum urbium, quæ ad ejus regnum pertinebant, incolis credens, baptizatus est, & depositio diademate capitis, & purpura, cœpit Apostolum non deserere. Interea colligentes se universorum templorum Pontifices, abierunt (a) ad Astyagem regem, (b) fratrem ejus majorem, & dixerunt: Frater tuus discipulus factus est magi hominis, qui templa nostra sibi vendicat, & Deos nostros confringit. Cumque hæc flentes referrent, rex Astyages indignatus, misit mille viros armatos cum Pontificibus, ut ubi inventus esset Apostolus, vinctum illum perducerent ad eum. Quod cùm fecissent, dixit ad

(a) Al. *abjecerunt se.* (b) Ex India in majorem Armeniam profectum esse Bartholomæum, & ibi cum plurimos ad fidem convertisset Regis *Astyagis* jussu capitis decollatione martyrium compleviſſe, legitur in Martyrologio Rom. 25. Augusti, ubi confer si placet à Baronio animadversa, & diligentissimum Tillemontium in vita Bartholomæi nota 3. Historia Armena à Clemente Galano edita & illustrata, Regem Armeniorum Bartholomæi & Thaddæi interfectorem, vocat non Astyagem sed *Sanatbrugum.*

Digitized by Google

ad eum Astyages : Tunc es qui evertisti fratrem meum ? Cui Apostolus : Ego non everti eum (inquit) sed converti. Dixit iterum rex : Tu es qui Deos nostros fecisti comminui ? Respondit Apostolus : Ego dedi potestatem dæmonibus, qui in eis erant, ut ipsi conquassarent idola vana, in quibus degebant, ut omnes homines relicto errore crederent omnipotenti Deo, qui in cœlis habitat. Dicit ei rex : Sicut tu fecisti fratrem meum, ut relinqueret Deum suum, & Deum tuum crederet : ita faciam te relinquere Deum tuum, & Deo meo credere, & ipsi sacrificare. Dicit ei Apostolus : Ego Deum quem colebat frater tuus, religatum & vinctum ostendi, & ipsum feci, ut frangeret simulachrum suum. Si potueris hoc facere Deo meo, tunc me ad sacrificandum impelles. Si autem tu nihil Deo meo facere potes, ego omnes Deos tuos comminuam, & tu credes Deo meo.

IX. Hæc cùm diceret, nunciatum est regi, quod Deus ejus Vualdath (c) cecidisset, & minutim dissiluisset. Qua re indignatus rex scidit purpuream vestem, qua indutus erat, & fecit exinde fustibus cædi (d) beatum Bartholomæum. Cæsum autem jussit decollari. Interea

(c) Quale sit hoc nomen idoli, fateor me ignorare. Nescio an legendum *Baaladad* vel simile quippiam. Nam & supra non alia quam Hebraica Idolorum nomina fuere, *Astaroth* & *Berith*. (d) Fragmenta Apostolorum à Steph. Prætorio edita hæc tradunt de Bartholomæo ex Cratone, Apostolorum Simonis & Judæ ut fertur discipulo : *pallio*

Digitized by Google

tereà qui hæc audierant, venerunt duodecim civitatum populi, qui per illum crediderant, una cum rege Polymio: & abstulerunt cum hymnis, & cum omni gloria corpus ejus. Factum est autem tricesimo die depositionis ejus (e), arreptus dæmonio rex Astyages, venit ad templum ejus, & omnes Pontifices pleni dæmonibus pasti sunt, & confitentes Apostola-

albo incessit, ornatus annulis ac gemmis, semper hilaris, eodem vultu. Centies flexis genibus interdiu, centies noctu Deum invocavit. Omnium gentium linguas intellexit & locutus est. Verbum spiritus vitæ prædicavit in Lycaonia, ubi ab impiis decoriatus est ad modum follis. Excoriatum refert etiam Beda in Martyrolog. & Isidorus in vitis sanctorum utriusque Test. Mediolani quoque inter statuas Ecclesiæ majoris, quarum ad quatuor millia computantur, eminet statua Bartholomæi, detractam cutem gestantis, celebrata à Johanne Mabillonio T. 1. musei Italici. Græci autem verberibus cæsum in crucem actum Apostolum affirmant Albanopoli magnæ Armeniæ, Vide Menæa 11. Jun. Nicetam orat. in Bartholomæum p. 397. & Combefisii notas T. 1. auctar. noviss. p. 495. ubi etiam de reliquiis Bartholomæi, quarum advectionem miraculosam ad Liparim Insulam celebrant Græci 25. August. Bis passum Bartholomæum narrat Nicephorus lib. 2. c. 40. semel Hierapoli cum Philippo, sed ubi miraculo dehiscentis terræ solutus fuit. Altera vice Urbanopoli Ciliciæ, κατὰ κεφαλῆς capite deorsum verso, quod etiam Hippolytus scriptum reliquit. Decollatum cum Abdia nostro agnoscit Orderius Vitalis lib. 2. Ado & alia latinorum martyrologia apud Florentinium p. 257.

(e) Trigesimo die post ejus sepultionem.

Digitized by Google

ſtolatum ejus (f), ibidem mortui ſunt: & factus eſt timor & tremor ſuper omnes incredulos. Et crediderunt univerſi, atque baptizati ſunt à presbyteris, quos ordinaverat Apoſtolus Bartholomæus. Factum eſt denique per revelationem, univerſo populo acclamante, ut ab Apoſtolo ordinaretur Epiſcopus ipſe rex Polymius: qui cœpit ab eo tempore in nomine Apoſtoli ſigna multa facere, fuitque in Epiſcopatu annis viginti: & demum perfectis omnibus, ac bene compoſitis ac ſtabilitis, migravit ad Dominum, cui honor & gloria ſit in ſecula ſeculorum, Amen.

LIBER NONUS.

De rebus Beati Thomæ Apoſtoli per Indiam geſtis.

§. I.

BEatum Thomam cum reliquis diſcipulis, ad officium Apoſtolatus electum, (a) ipſumque à Domino (b) Didymum, quod in-

(f) vere illum à Deo miſſum fuiſſe. (a) Marc. III. 18. (b) Nusquam hoc dicit Evangelica hiſtoria, licet Joh. XI. 16. & alibi legas: Θωμᾶς ὁ λεγόμενος Δίδυμος. Nempe תְּאוֹמָא *geminum* ſignificat, itaque Δίδυμος eſt ἑρμηνεία τῆς Θωμᾶ ut recte notat etiam Theophylactus. Neque ſatis accurate Nonnus Apoſtolus hic dicitur

Digitized by Google

interpretatur geminus, vocatum, fides Evangelica narrat. Qui licèt resurgente Domino, diffidere sit visus (c), eo quod cum discipulis suis, qui Christum se vidisse affirmabant, eis se habiturum ante fidem negárit, quam manus suas in vulnera & plagarum vestigia imposuisset: tamen reprehensus mox à Magistro, qui apparuerat illi, & confirmatus in fide, acceptoque Spiritus Sancti dono, Thaddæum (d), unum ex septuaginta discipulis, ad Abgarum regem Edessenæ civitatis transmisit, ut eum ab infirmitate curaret, juxta verbum (e) quod ei à Domino scriptum erat. Quod Thaddæus ambienter implevit, ita ut veniens, impositò regi crucis signaculo (f) ab omni eum languore curaret. Dum hæc fierent, Thomas interea morabatur in Hierúsalem: ubi divinâ commonitione jussus est Indiam (g) ingredi, ut scilicet populo, qui

διώνυμος. Similem hallucinationem notare neglexi supra p. 608. ubi legas: *Simon cognominatus Chananæus & Judas, qui & Thaddæus & Zelotes.* Nam ut à multis jam animadversum fuit, unum idemque nomen Simon ὁ Καναναῖος Matth. X. 4. Marc. III. 18. & Simon ὁ καλούμενος ζηλωτὴς Luc. VI. 15. Act. I. 13. Neque Simon Chananæus dictus quasi à patria Chanaane, sed ab Hebræo vocabulo קנא quod Zelum significat, Cannæus vel Cannita, aut denique Cananita. (c) Joh. XX. 24. seq. (d) Vide Euseb. lib. 1. Hist. Eccles. c. ult. (e) Respicit Epistolam Christi ad Abgarum quam habes supra p. 318. (f) Nulla signaculi crucis sed tantum impositionis manus mentio apud Euseb. (g) Origenes apud Euseb. lib. III. hist. c. 1. ex veteri traditione ait, Thomam sortitum esse

Digitized by Google

jacebat in tenebris, (h) lumen ostenderet veritatis. Porrò legisse me memini quendam librum (i) in quo iter ejus in Indiam, & res ibi gestæ explanantur: qui quod ab aliquibus ob ver-

Parthiam quam prædicato Evangelio illustraret. Idem legas in recognitionibus Clementis lib. IX. c. 29. & apud Eucherium aliosque. Vide quæ ad laudatum recognitionum locum Cotelerius. Vulgo tamē India Thomæ tribuitur, quæ sententia autores habet Ambrosium in Ps. 45. Hieronymum Epist. 148. Nazianzenum, aliosque apud Baron. ad Martyrolog. 21. Dec. & Florentinium p. 146. Kircherum prodromi Copti c. 4. & Chinæ illustratæ p. 57. & 91. seq. ut omittam plures recentiorum de Thomæ gestis & reliquiis fabulas, impugnatas a Dallæo lib. 5. de objecto cultus religiosi c. 6. & Hermanno Witsio parte 2. Misc. sacr. ubi etiam de eo, an prædicaverit Malabaribus, Brasilianis & Sinis. Hippolytus de Thoma: Πάρθοις, Μήδοις, Πέρσαις, Ὑρκανοῖς, Βακτρίοις, Μάγοις κηρύξας ἐλαχιδάθη τοῖς τέτρασι μέρεσιν αὐτὸ ἐν πόλει καλαμήνῃ τῆς Ἰνδικῆς καὶ θάπλεται ἐκεῖ. Similia Nicetas, in quem confer notas Combefisii p. 488. Non prætereundum autem est quod seculo post Christum natum tertio Thomas Manetis discipulus in India prædicavit teste Theodorito lib. 1. hæret. fab. c. 26. Jactarunt etiam Manichæi acta Thomæ, in quibus de Apostoli hujus nominis in Indiam profectione & prædicatione agebatur, quorum insigne fragmentum dabo infra. Hos antiquissimos esse hujus sive traditionis sive fabulæ auctores inter eos quos habemus, negari nequit. Denique circa A. C. 800. alius quidam Thomas Christianam religionem & simul Nestorianismum apud Indos instauravit, quem etiamnum amplectuntur qui vocantur Christiani S. Thomæ.

(h) Matth. IV. 16. (i) Verisimile est respici a nostro Periodos sive Acta Thomæ qualia Græce extant manuexarata in variis Bibliothecis, & quorum specimen exhi-

Digitized by Google

verbositatem (k) non recipitur, supervacaneis omissis, ea memorabo quæ fide certa constant, ac legentibus grata sint, & Ecclesiam roborare possunt.

II. Igitur cum sæpe à Domino commoneretur, ut diximus, Beatus Thomas, ut partes citerioris Indiæ ingrederetur, & ille quasi Jonas, (l) a facie Domini fugiens, ire differret, nec impleret, quæ sibi divinitus præcipiebantur, apparuit ei Dominus in visu noctis dicens: Ne timeas Thoma descendere in Indiam; Ego enim vado tecum, & non derelinquam te, (m) sed glorificabo te isthic, implebisque certamen bonum, (n) confessus me coram hominibus terræ illius: & exinde assumam te cum gloria, & statuam te cum fratribus tuis in regno meo. Nam scito, quia oportet te ibi multa pati propter me (o), ut cognoscant omnes te docente, quia ego sum Dominus. Hæc cum audisset Beatus Apostolus, dixit: Quæso Domine, ne dirigas illuc servum tuum (p). Regio enim illa longinqua & gravis est, & incolæ sunt loci illius iniqui, & ignorantes veritatem. Accidit autem, ut his diebus, Hierosolymis esset negotio infra, in notitia & fragmentis Actuum Apocryphorum. Sane quæ mox refert Abdias eadem in illis quoque reperiuntur. (k) Non ob verbositatem, sed ob fidem suspectam. (l) Jon. I. (m) Jos. I. 5. (n) 2. Tim. IV. 7. (o) Act. IX. 16. (p) Similiter Johannem Apost. recusasse in Asiam proficisci, ex Prochoro relatum fuit supra p. 533.

Digitized by Google

negotiator quidam Indus, Abban (q) nomine, ut per Syriam peritum quendam in Architectura compararet, à Gundafero (r) rege missus. Huic per diem Dominus in specie humana apparens, ait: Quid hic tu ô homo, de tanto terræ spacio advenisti? Et ille: A Domino (inquit) meo, Rege Indiæ, missus sum, requirens artificem structorem, qui ei palatia possit ædificare. Cui Dominus ait: Est mihi servus talis, quem si volueris, comparabis. Et statim adduxit negotiatorem ad hospitium Thomæ, & ostendens eum inquit: Hic est servus meus artifex, de quo locutus sum. Nunc autem de pretio cum eo convenite. Quod cum acceperit, duc eum quo volueris. Quod cum negotiator fecisset, apprehensum Sanctum Thomam deduxit ad navem suam.

III. Et adscendentes, mense tertio in Indiam citeriorem evecti sunt: obstupuitque negotiator causam velocitatis, eò quod iter illud, quod alias trium annorum spacio (s) vix expediebatur, nunc in tribus mensibus esset impletum. Exeuntes autem de navi, ingressi sunt primam Indiæ civitatem, & audiebant sonos musicos, & urbem totam lætitia magna plaudere. Interrogantesque unum de populo, quid hoc esset? dictum est illis: Rex (inquit) noster unicam filiam hodie copulat matrimonio,

(q) In Græcis Thomæ περιόδοις vocatur Ἀββάνης, vel Ἀζάνης. (r) Γονδαφόρος. (s) Hyperbole, vel potius fabula.

Digitized by Google

nio, ideo gaudium est huic civitati: & te, ut credo, dii exhibuere, ut his epulis interesses. Hæc illis colloquentibus, subitò totam civitatem vox præconis (t) replet, dicens: Audite habitatores omnes, divites mediocresque, peregrini & pauperes: accedite ad palatium regis, & epulemini, gaudete & estote jucundi. Si quis vero ab hac communi lætitia subtraxerit, reum se noverit Majestatis. Hæc cum audiisset negotiator, ait Thomæ Apostolo: Eamus & nos, ne culpabiles inveniamur coram rege. Tunc ingressi palatium, jussi sunt discumbere thoro. Thomas autem Apostolus discubuit in medio, intendentibus omnibus in eum, & scientibus, quod peregrinus esset. Aderat verò his nuptiis & puella ex Hebræis, concinens Psalmos: quæ cum audisset beatum Thomam, orantem & benedicentem Deum, intellexit de sua esse regione, & intendebat in eum jugiter, nec desistebat ab admiratione vultus ejus. Sed & ille intelligens Hebræam esse, libentissime adspiciebat eam. Hæc videns pincerna convivii, zelo ductus dedit alapam Apostolo, dicens: Ut quid tu sic intendis in mulierem? At ille elevatis in cœlum manibus, ait: Indulgeat tibi Dominus in futuro judicio, fili. In hoc verò seculo, protinus repræsentet dexteræ illi, quæ me verberavit injustè. Erat autem jam imminens nox, epulantibusque illis subitò defecit aqua ministeriis nuptialibus. Quare eun-

tibus

(t) Ita scripsi, pro *præconia*.

Digitized by Google

tibus multis ad hauriendum, & tardantibus, ipse quoque pincerna cucurrit. Et accedente eo ad fontem, adfuit leo magnus qui adprehensum puerum (u) confregit, & in frusta discerpsit. Cujus dexteram adprehensam, canis qui aderat detulit ad domum, & portabat per convivia epulantium. Requirentibus autem illis, quis deesset ex famulis; cognoscunt pincernam interemptum esse ad fontem, atque ejus dextram, cum leo reliquum corpus devorasset, à cane fuisse correptam, convivioque delatam. Hæc audiens puella Hebræa, confractis calamis (x) procidit ad pedes Apostoli, clamans voce magna, & dicens: Vere hic est servus Dei vivi, quia omnia quæ locutus est, velociter sunt impleta. Cum verò & hæc audisset Rex, prostratus est & ipse ante pedes ejus, dicens: Rogo vir Dei, ut depreceris Deum tu-

(u) Παῖδα, ministrum Regis pincernam. Potro hanc historiam in periodis Thomæ apud Manichæos jactatis olim legisse Augustinum constat ex ejus contra Adimantum c. 17. & lib. 22. contra Faustum c. 79. & de sermone Domini in monte lib. 1. c. 20 p. 1131. quæ loca produxi infra in fragmentis Actuum Apocryphorum, ubi de Actis Thomæ. Addit etiam Augustinus quod in Abdia pariter legitur Apostolum animam pincernæ commendasse ut in futuro ei seculo parceretur. Solet autem Præsul Hipponensis hunc locum de occiso pincerna Manichæis objicere calumniantibus quod in Lucæ Actis Petrus Ananiam & Sapphiram subitaneæ morti tradiderat. (x) Nescio quibus calamis, an thalamis, an calathis, ut possit alicui in mentem venire lectionem hujus loci sollicitanti. Sed forte flexa virginis genua vocantur confracti calami.

Digitized by Google

um pro unica filia mea, quam hodie viro tradidi: ac peto ut eas illuc, atque benedicas puerum scilicet & puellam. Illo verò recusante, rex vi compulit Apostolum, ad thalamum usque procedere. Tunc beatus Apostolus, expansis manibus oravit super eos, dicens: Deprecor Domine, ut effundas benedictionem tuam super hos adolescentes (y), & inspirare digneris cordi eorum, quæ eos agere oporteat. Atque ita consummata oratione egressus est ostium, omnibusque foras egredientibus, puer revertebatur ad thalamum. Et ecce apparuit ei Dominus in similitudine Thomæ Apostoli, sedens super lectum ejus. Puer verò timens ait ad eum: Nonne tu modò egressus es? Et quomodo huc iterum es ingressus? Cui ille: Non sum (inquit) ego Thomas, sed frater ejus: Ipse enim vos mihi commendavit, ut custodiam vos ab omni malo. Et ideo audite consilium meum. Relinquite omnem solicitudinem seculi, & credite in Deum vivum, quem prædicat frater meus Thomas: Estote castè viventes, & projicite à vobis omnem curam hujus vitæ mortalis, ut effecti per sanctitatem mentis & corporis templum Dei, illam vitam perpetuam, quæ nullo fine clauditur, adquiratis. Et hæc dicens ac benedicens eis, recessit à cubiculo.

IV. Mane autem facto, veniens Rex visitare eos, invenit puerum sedentem, & puellam juxta eum, nihil habentem verecundiæ, ut ordo exigit nuptialis. Et ait ad eos Rex: Quæ vos

(y) Tam sponsum quam sponsam. Neque alium intelligit puerum puellamque hoc loco memoratam.

Digitized by Google

vos causa ita sedere facit? Cui puer: Gratias agimus Domino nostro Jesu Christo, qui nos ad suam notitiam vocare dignatus est, ut relictis tenebris sequamur lumen veritatis ejus. Sed & puellæ ait Rex: Cur tu nihil verecundiæ ferens ob honorem nuptiarum, impudenter oculos erigis? Et illa: Hæ (inquit) nuptiæ transitoriæ sunt: at ego desponsata sum à rege cœlorum, cujus thalamus immensis monilibus splendet, cujus nuptiæ castæ sunt, ad cujus mensam epulæ non deficiunt, in cujus domo lætitia perennis, jucunditas sempiterna, & gaudia perpetua perseverant: cujus vultus est omnibus in eum credentibus desiderabilis, de cujus vestimentis diversorum aromatum suavitates efflagrant: in cujus hortis lilia perenniter nitent, rosæ rubent, violæ & croci perpetua florum viriditate rubescunt. Hæc illa dicente, Rex scidit vestimenta sua, dicens: Perquire magum illum, quem ego sponte introduxi in domum meam, ut amitterem filios meos. Ecce enim maleficiati* ab eo, Christianos se nunc dicunt. Igitur indignatus misit ministros, qui requirerent Apostolum. Sed non invenerunt eum. Jam enim cum negociatore ad ulteriores Indiæ partes processerat. Adolescentes autem prædicabant ab eo tempore verbum Domini jugiter, ut ita omnis populus per eos converteretur ad Dominum. Sed & ipse Rex, qui erat Pater puellæ, compunctus corde, credidit in Dominum Jesum Christum. Et audiens beatum Apostolum in ulteriori India com-

* Vetus glossar. *maleficiare*, βλάπτειν.

morari; abiit cum omnibus qui crediderant, & pervenit ad eum, procidensque ad pedes ejus, rogavit ut eos omnes baptismatis gratia conse-craret. Hæc audiens Apostolus, gavisus est, & gratias egit Domino: transactoque septem dierum jejunio, baptizavit eos in nomine Trinitatis (z). Ipse quoque Rex rogavit sibi caput tondi (a), & diaconus ordinatus est & adhærebat incessanter Apostolicæ doctrinæ.

V. Interea dum hæc fiunt, negotiator accessit ad regem, & nunciavit ei, invenisse se virum qualem ei præceperat: Quem Rex, repletus gaudio, jussit adduci in conspectum suum,

(z) Ut supra p. 505. (a) Tonsuræ Monachalis & Clericalis, sive σφαιροειδὴς pseudo Aniceto in epist. p. 704. edit. Blondelli, sive ϛαυροειδὴς pseudo Dionysio c. 6. de Eccles. Hierarch. probatæ originem à Petro & Apostolis repetunt Isidorus II. 4. de officiis Eccles. Beda Hist. Angl. lib. V. c. 22. ex recentibus Baronius ad A. C. 58. num. 123. seq. Gregorius Turonensis lib. 1. de miraculis S. Martini c. 28. aliique. At enim id neutiqvam credibile est, non tantum quia neque in Novi fœderis libris, neque in aliis monumentis genuinis trium primorum seculorum ullum ejus rei vestigium exstat, sed & quia contrarium præceptum erat in V. T. non modo Nazaræis Num. VI. 5. Judic. XIII. 5. verum & Sacerdotibus Levit. XXI. 5. & Ezech. XLIV. 20. & reliquis Israëlitis Levit. XIX. 27. & quia Ethnicis hoc sacrificulis in more positum Baruch. VI. 30. (confer Rigaltium ad Artemidorum lib. 1. c. 23. Doughtei Analecta V. T. p. 477. Spencerum de legibus Hebr. T. 1. p. 428. seq. Saubertum de sacrific. c. 10.) vel iis quos pollui contigisset Num. VI. 9. aut voto solvi ibid. v. 18. Act. XXI. 24. Tondebantur etiam captivi, quo refero locum Ezechielis V. 1. ubi Propheta Israëlitarum captivitatem adumbraturus radere caput & barbam

Digitized by Google

um, & ait: Quod est opus tuum, vel quod artificium nosti? Servus sum (ait Apostolus) artificis architecti. In lignis autem & cæmento valde cognitus sum, & in omnibus quæ justè præcipiuntur. Tum Rex: Talem dudum requirebam, qui hæc artificia nosset. Et egressus

firam jubetur. Et servorum constitutorumque in luctu capita rasa fuisse apud multas gentes, tralatitium. Omitto quod de Apostolo Jacobo notatum est supra p. 599. ex Hegesippo, Eusebio II. 23. Epiphanio aliisque, ferrum in caput ejus non adscendisse. Et pœnitentium capita radebant veteres Christiani, unde Donatistæ sacerdotibus Catholicis pœnitentiam imponentes eosque radentes reprehenduntur ab Optato lib. 2. c. 23. Cæterum apud Usserium in Antiquitatibus Eccles. Britannicæ origo tonsuræ Monasticæ refertur ad Simonem Magum. Ita enim in vetusto quodam codice canonum, qui exstat in Cottoniana bibl. reperisse se testatur Vir præstantissimus: *Romani dicunt tonsuram à Simone Mago sumsisse initium, cujus tonsuræ de aure ad aurem tantum contingebat, pro excludendâ ipsa Magorum tonsura, qua sola frons anterior tegi solet.* Huic testimonio solitario fidem habere fortasis temerarium sit. Seculo quarto in quibusdam saltim locis tonsos monachos & moniales, ex Hieronymi objurgatione ad Sabinianum Diaconum ostendit Vossius ep. ad Salmasium subjecta ejus libro de coma. Inde apud Synesium, & sequentium seculorum scriptores frequentissima hujus tonsuræ mentio, de cujus origine, variis generibus ritibusque videndi ex Romanæ Ecclesiæ sociis Prosper Stellartius libris 3. de coronis & tonsuris paganorum Judæorum & Christianorum editis Duaci A. 1625. 8. Jac. Goar ad Euchologium p. 493. sq. Antonius Sausæus in panoplia sacerdotali, Cangii glossar. in *Corona*, Petrus Hallerius, Lud. Thomasinus, Edm. Martene & autor præfationis ad T. 3. Actor. Benedictin. Ex Protestantibus præter Salmasium D. Caspar Zieglerus noster in tractatu de tonsura Clericorum,

Digitized by Google

sus è civitate, ostendit ei locum, & ait: Si verus es artifex, in hujus loci planitie palatium mihi construes. Quod ubi feceris, probabo quòd in cæteris operibus sis perfectus. Cui ait Apostolus: Opportunus est locus, in quo palatium ædificetur, quod in perpetuum Rex debeat inhabitare: quia planitie extensus, tum aqua jucundus, & aëre salubris habetur. Tum data mensura ædificii, relictoque multo pondere auri, profectus est Rex in aliam civitatem, deprecans Apostolum, ut velociter ædificaret domum illam. Beatus verò Thomas accepta pecunia, pergebat in circuitu civitates obambulans, & Evangelizans verbum Dei, aurum regium indigentibus distribuebat, sanabatque omnes infirmitates populi per regionem illam. Paulo post cum aliquot dies transissent, misit pueros (b) ad Apostolum, qui opus ædificii contemplarentur, & si quo adhuc indigeret. Qui cum ad Apostolum venissent, & quæ jussi fuerant à Rege, expediviſſent, respondit Apostolus: Palatium, quod fieri Rex præcepit, jam ædificatum est, ad cujus tectum aliqua adhuc necessaria sunt, quæ Rex transmittat. Hæc ut ab Apostolo audiverant, nunciaverunt pueri regi. Et misit Rex iterato pecuniam Thomæ, deprecans, ut velociter ædificium cooperiretur.

VI. Denique post multum temporis, existimans Rex opus completum esse, venit ad civi-

(b) παῖδας, i. e. servos, ut sæpe in his libris

civitatem illam: & interrogans amicos suos, cupiebat videre palatium, quod Thomas ædificaverat. At illi dixerunt, nihil ædificii novi in hac urbe operatus est: sed vadit per populos, erogans aurum tuum, novumque Deum Patriæ, qui nunquam auditus est, prædicat, & post hanc vitam nescio quam æternam promittit, asserens homines in perpetuo vivere, (c) qui crediderint in nomine Dei sui: dæmonia ejicit, sanat infirmos, mortuos suscitat, & nihil mercedis accipit. Unde manifestum est, magum illum esse, & seductiones vanissimas exercere. Quæ cùm audisset Rex, indignatus jussit eum adduci, & ait: Ostende ædificium quod operatus es, alioquin morieris. At ille: Ædificium (inquit) quod præcepisti fieri Rex, jam expletum est. Sed nunc non videbis illud: videbis autem in seculo futuro, & habitabis in eo fœliciter. Tum Rex furore succensus: Ad inludendum (inquit) nobis, ut audio, huc venisti. Et statim jussit eum mitti in carcerem, cum Abban negociatore. Audiens autem hæc frater regis, quòd scilicet vastata fuisset pecunia publica, & nihil appareret ex ea, indignatus, & damno condolens fraterno, febre accensus, convertit caput in lectulum, & vocans regem, ait: Ecce dies obitus mei advenerunt, & nunc commendans domum meam tibi, noveris

(c) Joh. XI. 26. Vide quæ dicta supra p. 417. quibus ad de locum Sap. V. 16. Δίκαιοι εἰς τὸν αἰῶνα ζῶσι, καὶ ἐν κυρίῳ ὁ μισθὸς αὐτῶν.

Digitized by Google

veris me ſpiritum exhalare. Sed rogo, ut magum illum, cujus nequitia hæc patior, protinus jubeas decollari. Et hæc dicens, obmutuit. Et jacebat clauſis oculis, neque cibum capiens, neque ullum proferens verbum. Tertia vero die apertis oculis, vocavit iterum fratrem ſuum, dicens: Spei meæ certa eſt confidentia, utſi quid à te petiero, præſtare non abnuas. Nunc autem rogo ut transferas in ditionem meam palatium, quod tibi homo peregrinus ædificavit. Illo autem admirante, eo quod palatium Thomas nullum ædificáſſet, cœpit ei exponere, & dicebat ductum ſe fuiſſe à duobus viris, & oſtenſum palatium. Et adjiciebat, quæ amplitudo ei eſſet, quæ feneſtræ, qui ſplendor, quod tectum, dicentibus ſibi viris à quibus ducebatur: Hæc eſt domus, quam ædificavit fratri tuo Thomas Apoſtolus Chriſti. His auditis, Rex ait fratri ſuo: Si tibi hoc ædificium placet, da ei pecuniam, & ſimile conſtruat tibi. Ego autem non relinquam domum meam, quam multo labore quæſivi. Et curſu velociſſimo abiens ad carcerem, dimiſit Apoſtolum: deprecans ex eo, ut indulgeret ei injuriam, quam fuerat paſſus: & flagitabat ſignaculum beatæ crucis (d) accipere, & credere Deo illius. Beatus verò Apoſtolus indicens eis jejunium per ſeptem dies, prædicavit verbum Domini.

(d) In Græco eſt τὴν σφραγίδα, hoc eſt baptiſmum. Sed ſcriptor noſter ubique ingerit crucis ſignum, ita ut præ eo reliquorum fere obliviſcatur.

Digitized by Google

Domini. Et die ſeptima baptizavit regem & fratrem ejus, in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti. Sed & populum multum poſt hos, & cum his baptizabat. Tunc quoque ipſe Rex cum fratre ſuo aſcendens de lavacro, vidit juvenem in veſte alba, tenentem lampadem magnam, & dicentem: Pax vobis, & ſtatim receſſit ab oculis eorum.

VII. Poſterius exeunte Apoſtolo de civitate, ecce occurrit ei mulier, Spiritum immundum habens. Et cum vidiſſet Apoſtolum, conliſit eam Spiritus in terram, & ait: Quid nobis & tibi Apoſtole Dei ſummi? veniſti ante tempus (e) extrudere nos à ſedibus noſtris. Ad quem converſus mox beatus Thomas, ait: In nomine Chriſti Domini mei impero tibi, ut exeas ab ea, & nihil noceas corpori illius. Et ſtatim dæmonium cum egrederetur, dicebat: Ecce ejcis me hodie ab hac muliere, nobiliorem autem inventurus ſum, in quam ingrediar. Et confeſtim ejecto dæmone, mulier ſana facta procidit ad pedes Apoſtoli, ſignum ſalutis (f) efflagitans. Ille autem abiit ad fontem qui erat proximus, & ſanctificavit illum, (g) & baptizavit mulierem cum multis aliis. Deinde benedicto pane, communicabat eum omni-

(e) Ut Matth. VIII. 29. (f) Baptiſmam, ut paulo ante notavi. (g) Sacro uſu, & verbis baptiſmi pronunciatis. Certis enim cerimoniis præterea ſanctificatos prius in hoc fonte, ex quibus homines baptizarentur, non memini me apud veteres legere.

Digitized by Google

omnibus, dicens: Gratia Domini vobiscum. Accipientibus autem multis de hac gratia (h), venit quidam adolescens: Cumque extendisset manum, ut acciperet & ipse benedictionem, attracta est dextera ejus, nec poterat eam amplius ad os adducere. Quod cum vidisset Apostolus, ait: Ecce omnes qui accipiunt ab hoc pane, sanitati redduntur. Dic tu ô juvenis, quid sceleris commisisti, ut hæc tibi eveniant? At ille tremens, ait: Nudiustertius cum prædicares, audivi te dicentem, quod omnes adulteri non haberent partem in regno Dei tui (i). Cumque domum rediissem, vidi uxorem meam mœchari cum viro altero, & statim apprehensam fugillavi (k) eam, quæ jacet jam domi mortua. Quæ ut audivit Apostolus, jussit exhiberi sibi aquam in hydria, & abluens manus adolescentis, sanavit eũ, dicens: Ostende mihi ubi recumbit mortua uxor tua. Et videns eam Apostolus, prostratus in oratione, ait: Domine Jesu Christe, qui ore benigno polliceri dignatus es (l), ut omnia quæcunque peterem à te, benigna pietate largireris. Suscita ergo nunc hanc mortuam, ut ista vivente, multi credentes suscitentur ad vitam perpetuam. Et adprehensa manu mulieris, suscitavit eam. At illa videns Apostolum, procidit ad pedes ejus, gratias Deo agens. Quod viden-

(h) Gratiam & Χάριν poni pro Eucharistia, notavi supra p. 487. (i) Ex Galat. V. 19. 21. (k) Contundendo necem attuli. (l) supra c. 2.

Digitized by Google

videntes multi credere cœperunt, & baptizabantur ab Apostolo, offerentes ei munera, quæ statim indigentibus erogabantur. Hac fama procedente per civitates, conveniebat populus indies major, exhibens infirmos, & ponens per plateas, (m) unde sanctus erat transiturus Apostolus. Quos cum ille videbat, cunctos in nomine Domini nostri Jesu Christi, imponens signum beatæ crucis, persanabat.

VIII. Audiens autem hæc quidam princeps Mesdei regis, venit ad eum, dicens: In veritate comperi, te verum medicum esse: Qui cum languores omnium cures, nihil mercedis tamen accipis. Et nunc sunt mihi uxor & filia, quæ cum de nuptiis venirent, a dæmonio correptæ, graviter cruciantur. Rogo igitur ut accedas, & benedicas eis. Confido enim quod possis salvare illas, in nomine Dei tui. Tum Beatus Apostolus condolens homini, ait: Si credideris, sanabitur filia & conjunx tua. Cui ille: Si (inquit) non credidissem, non utique veniissem ad te. His auditis, vocavit Apostolus Diaconum suum (n) illum qui Rex fuerat civitatis primæ Indiæ, ubi Apostolus ad nuptias erat invitatus, & ait ad eum: Vade, & convoca omnes credentes ad me. Qui cum veniissent, ait illis: Ecce ego a vobis ab-

(m) Ut Act. V. 15. (n) Fabula incredibilis neque congruens spiritui Apostolico, de Rege Indorum, Thomæ Diacono. Supra p. 696. Sed nihil facilius quam confictos Reges eosdem etiam fingere Diaconos.

Digitized by Google

abscedo. Vos autem state fortes in fide, & custodite quæ a me accepistis. Diligite Dominum Jesum Christum, per quem renati estis in baptismo. Diaconum verò istum relinquo vobis, neque ulterius videbitis faciem meam. Et extendens manus suas, benedixit eos, dicens: Custodi quæso Domine gregem tuum, quem per me congregare dignatus es, ut nullus retrorsum ruat, nullus post diabolum revertatur: sed omnes tua virtute protecti, vitam æternam consequi mereantur, (o) & tecum regnent in perpetuo, cui est cum æterno Patre & Spiritu Sancto honor & gloria in secula seculorum. Et cum respondissent omnes, Amen: Beatus Apostolus exosculans (p) singulos, & valefaciens, ascendit in currum cum principe Mesdei Regis, & profectus est cum eo. Populus autem flebat valde post eum, & tristabatur de absentia ejus.

IX. Igitur appropinquante Apostolo ad domum illius, cum quo gradiebatur, Spiritus malus conturbavit mulieres, & vexabantur vehemen-

(o) Mereantur consequi, i.e. consequantur vel digni habeantur: ita enim hoc vocabulum, ut græcis ἀξιοῦσθαι passim sumitur, non apud hunc tantum sed & alios scriptores, ubi nulla plane de merito sive congrui sive condigni cogitatio, quod vel semel monendum erat. Vide Grotium ad Matth. VI. 1. Is. Vossium in Ignatii Epist. ad Romanos c. 1, Seneca Epist. 93. *merui quidem admitti, & jam inter illos fui.* Lucanus X. 359. de Cleopatra: *discurrens Ægypton habet Romamque meretur.*

(p) Ut Act. XX. 1. ubi vide Grotium.

Digitized by Google

hementer. Cumque veniſſet Apoſtolus, dicebat Spiritus immundus: Quid nos perſequeris Thoma, Apoſtole Dei vivi? Jam enim nos de alia India ejeceras, nec eſt locus in quem fugiamus a facie tua. Tunc intellexit Apoſtolus, hoc eſſe dæmonium quod ejecerat prius a muliere in India ſecunda: (q) & ait illi: In nomine Jeſu Chriſti, filii Dei vivi, quem prædico, egredimini, & abite in terram deſertam, & nolite ultra vexare homines. Et ſtatim exierunt dæmonia de mulieribus. Quæ cadentes, factæ ſunt ſicut mortuæ. Adprehenſis autem manibus earum, levavit eas, & benedicto pane, dedit eis cibum. Et prædicabat beatus Thomas per totam Indiam, Evangelizans Dominum Jeſum Chriſtum. Nec ſolum ſermonibus, ſed operibus etiam, fidem barbaricis pectoribus inſerebat. Itaque ille ante pauliſper incredulus, qui dixerat (r). Niſi videro fixuram clavorum, non credam: credentes Dei populos innumeros congregabat. Et puto per providentiam Domini ideo eum diligentius de reſurrectione quæſiſſe, quia duris ac feris Gentibus ſeminaturus erat verbum Domini, uti inſtructior redderetur, quod hæſitantes fide vel ratione armaret. Invenit igitur in India viros pariter ac fœminas, qui verbum ſuſciperent Dei, quorum quotidie multos ſanabat infirmos.

IX. Audiens autem hæc ſigna quæ faciebat Sanctus Apoſtolus, mulier quædam Mygdonia nomine, uxor Chariſii, propinqui regis Meſdei, venie-

(q) Supra p. 701. (r) Joh. XX. 25.

Digitized by Google

veniebat ad eum : cumque præ turba accedere non posset, & pueri ejus cædebant populum, & repellebant multos : videns Apostolus, prohibuit fieri. Et dato spatio, accessit mulier, & procidit ad pedes ejus, & ait : Miserere nobis Apostole Dei vivi, quia sumus sicut bestiæ, quæ sensum (s) non habent. Hæc audiens Thomas, respondit : Audi filia, noli confidere in divitiis, quas possides, sed potius distribue omnia pauperibus, ut fugiens hanc vitam transitoriam, perpetuam adipiscaris. Relinque idola muta & surda, & cognosce viventem Deum. Et cum ei de fide usque ad vesperam intimâsset, accepto signaculo crucis, reversa est mulier in domum suam. Et ingressa cubiculum, flebat valde, deprecans Dominum, ut inveniret veniam pro delictis suis. eratque continuò tristis, donec veniens vir ejus, causam tristitiæ rogaret. Cui famuli dixerunt: In cubiculo commoratur Domina nostra. Ingressus igitur vir ad illam : Cur (inquit) tristis es, & cur conturbatur cor tuum? Scio autem quia accessisti hominem magum, & audivisti ab eo verba inania, quæ nihil proficiunt. Relinque ergo cogitationes vanas, & surge, ut epulemur simul. Cui illa ait : Indulge quæso mihi hac nocte, quia neque cibum neque potum acceptura sum, sed nec in strato tuo quiescam. At ille recedens ab ea, epulatus est cum amicis suis. Mane autem facto rediit ad eam, & inquit: Mygdonia audi somni-

(s) Ps. XXXII. 9. Sensus pro intellectu passim ponitur ut apud Lucanum, V. 152. *pectore cessêrunt sensus.*

Digitized by Google

mnium meum. Putabam me cum rege Mesdeo discumbere, & veniens aquila rapuit ex disco duas aves optimas, ac abiit: & rursus rapuit alias duas, portabatque eas ad nidum suum. Quæ cum Rex videret, emisso jaculo transfixit illam, sed nihil ei nocuit. Hæc audiens mulier, dixit: Optimum est hoc verbum, & illud quod vidisti. Interea abeunte viro ad palatium, mulier iterum accesit beatum Thomam, & invenit eum docentem turbas, procidensque ad pedes ejus, ait: Prædicationem tuam audivi, & omnia verba quæ aure suscepi, corde retineo impolluto. Et stans audiebat verbum usque ad vesperam. Adveniente autem nocte, regressa est in domum suam, & nihil cibi accepit, neque dormivit cum viro suo. Quare Charisius vir ejus mane facto, dolens quod ab eo separaretur uxor, indutus vestimenta vilia, accesit Regem. Quem cum deturpatum vidisset Rex, ait illi: Quæ extat causa, ut hæc te vilitas circumdet? At ille: Quia perdidi (inquit) uxorem meam per hominem magum, quem Sapor introduxit in regionem istam, ut perdat eam.

X. Et statim Rex jussit Saporem vocari. Euntes autem pueri, invenerunt eum sedentem juxta Apostolum, & audientem verbum Dei, & Mygdoniam ad pedes eorum. Cui pueri: Ecce (aiunt) Rex in caput tuum iratus est, & tu verbis inanibus vacas? Veni, quia vocat te. At ille surgens, rogavit Apostolum ut orationem funderet pro eo. Ad quem conversus Apostolus, ait: Noli timere, sed spera in Do-

Digitized by Google

minum, quia ipse erit adiutor noster, & non timebimus noceri ab ullo mortali. Et ingressus est Sapor ad Regem. Ad quem Rex; Quis est (inquit) magus ille, quem accersisti in domum tuam, qui conturbat regionem & populum nostrum? Sapor respondit: Nosti enim optime Rex, afflictionem meam, quam de uxore & unica filia habueram, quæ à dæmonio vexabantur, & abeo sanatæ sunt. Sed & multi infirmi nunc per manus ejus sanantur: & omnia quæcunque petierit a Deo suo, præstat ei. Quibus auditis, Mesdeus Rex jussit adduci ad se Apostolum: Sed quia pueri non poterant præ turba ad eum accedere, Charisius cum furore rupit per turbam, & ait: Surge malefice, & veni in præsentiam regis: nihil enim valet magica tua. Et misso fune (t) in collum ejus, trahebat eum ad regem, dicens: Veniat Christus, * & eruat te de manibus meis. Ita igitur tractus, cum venisset in conspectum regis, ait illi Rex: Quod est genus tuum, vel quæ patria, vel in cujus nomine hæc signa facis? Tum beatus Apostolus respondit: Deus meus, Deus tuus est, creator cœli & terræ, & omnium quæ in eis sunt; Qui solus coli debet, non idola surda & muta. His auditis Rex iratus valde, jussit eum extensum torqueri, & cæsum recludi carcere. Cumque recluderetur, gratias agebat Deo, quod dignus esset ** talia pro nomine ejus pati. Charisius autem reversus ad domum suam, dicebat: Nunc copulabitur mihi uxor mea, eo quòd

(t) Ut supra p. 527. * Matth. XXVII. 43. ** Ut Act. V. 41.

Digitized by Google

quòd abstulerim magum de medio populi hujus. Et veniens, invenit eam detonso capite (u) decumbere solo, & ait: Dulcissima conjunx, quæ mentem insania cœpit, ut hæc feceris? Numquid potentior erit me hic magus? Nonne vides quòd me omnis India veneratur, & quod volo, hoc facio cum rege? Sed & pecunia magna est mihi. Cui illa: Omnia (inquit) hæc terrena sunt, & in terram revertentur. Is autem beatus erit, qui se vitæ perpetuæ copulaverit. Hæc audiens Charisius, quievit in lecto suo.

XI. Mygdonia autem accipiens aurum, dedit custodibus: & ingressa in carcerem, osculabatur pedes Apostoli, audiens verbum Domini. Et reversa ad domum suam, dum vir ejus apud Regem esset, prostrata humo in cubiculo, deprecabatur Deum cum lachrymis, dicens: Propitiare Domine insipientiæ meæ, ut revertar ad salutem perpetuam. Quod videns nutrix illius, ait ad eam: Quæ est perversitas in corde tuo, ut relicto viro, per quem magnificè honoraris, jejuniis ac vigiliis te affligas, seducta verbis magi unius? Cui illa ait: Non est hoc perversitas, sed integra ratio, ut cognoscat homo auctorem suum, & mereatur adipisci vitam perpetuam. Utinam & tu crederes Christum, & particeps fieres agonibus (x) nostris.

(u) Utpote quæ jam deinceps monialem agere constituisset. Vide quæ de tonsura dixi p. 696 & quæ dee) quod Apostolorum ministerio cum maritis suis concumbere fœminas prohibitas noster affirmat p. 489 & 508. (x) Utinam particeps fieres certaminum nostrorum adversus dæmo-

Digitized by Google

ſtris. At illa: Si (inquit) rationem cognovero, ſequar te. Tum Mygdonia: Dii, quos usque nunc colui, nihil ſunt, ſed eſt verus Deus Jeſu Chriſtus, per quem facta ſunt ſecula (y), qui ut hominem, quem prius plaſmaverat, redimeret, homo factus, mortuus & ſepultus eſt: deſcendit ad inferna (z), & eripuit eos qui tenebantur à morte peſſima. Exinde rediens, docuit nos reſurgere. Et ſic adſcendit ad cœlos, ſedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, tribuens nunc credentibus in ſe dona cæleſtia. Cujus tempora finem non accipiunt, cujus lætitia nunquam perit, cujus denique lux nunquam occidit. Ipſe verò cum Patre & Spiritu Sancto regnat, & nunc, & in cuncta ſecula ſeculorum. Hæc audiens

nem & mundum, atque adeo præmiorum quoque. Nam græcum vocabulum αἰῶνες utrumque ſignificat, præmia & labores. Participem cum dandi caſu poſuit etiam Quintilianus declamat. 3. *mater prædura & inplerisque rusis operibus marito particeps.* (y) Hebr. I. 2. quo in loco per αἰῶνας non abſurdum ſit intelligere angelos.

(z) In ſermone 115. de tempore eorum qui tribuuntur B. Auguſtino, ubi ſinguli Apoſtoli partem ſymboli tradidiſſe dicuntur, Thomæ tribuuntur hæc verba: *deſcendit ad inferna, tertia die reſurrexit à mortuis.* Sed Priminius à Mabillonio editus T. 4. Miſc. p. 575. Verba: *Deſcendit ad inferna*, Philippo tribuit. Porro, in Aquilejenſi aliisque ſymbolis articulum de Chriſti ad inferos deſcenſu lectum fuiſſe conſtat, etſi in antiquioribus ſymbolis, Romano & Orientalibus deſideratum. Vide Chriſtiani Lupi notas ad Tertull. de præſcript. c. 13. & Joh. Pearſonium ad Symbolum Apoſt. Artic. 5.

Digitized by Google

audiens Narchia nutrix ejus, confestim credidit in Dominum. Et ambulantes simul ad carcerem, data pecunia introierunt, & audiebant verbum Dei ab Apostolo: qui gavisus erat valde super fide Mygdoniæ, quod jam per illam & alii converterentur ad Dominum. Cumque baptismum flagitarent, dixit Apostolus Mygdoniæ: Vade ad domum tuam, & præpara quæ sunt necessaria, & ego vadam ad baptizandum vos. Abeuntibus ergo mulieribus, beatus Apostolus subsecutus est ad domum Mygdoniæ, & baptizavit eam cum nutrice sua, & aliis multis. Et reversus est in carcerem, & clausa est janua.

XII. Charisio autem graviter dolente de conversione uxoris, misit Rex conjugem suam cum filio Zuzane, quæ consolaretur cognatam Mygdoniam, & revocaret illam ab hac via, & ut viro suo copularetur. Quæ cum esset ingressa domum Mygdoniæ, ait ad illam: Ut quid soror charissima erras post hominem magum, qui novum Deum Patriæ nostræ prædicat? Recede ab hac prava cogitatione, & esto jucunda in domo tua cum viro cui te parentes tradidêre: Et noli relinquere deos patrios, ne irascantur tibi. Ad hæc illa respondit: Erravi usque nunc sequens idola vana, quæ sunt sine gressu, sine eloquio,* & sine ullo effectu, ignorans verbum Dei qui fecit cœlum & terram, & omnia quæ sunt in eis. Sed & metalla, ligna & lapides, ex quibus isti vel funduntur, vel sculpuntur, ejus verbo creata sunt, cujus & nos

* Psal. CXIV. 7.

Digitized by Google

creatura sumus. Non est ergo æquum, soror dilectissima, ut relinquentes talem artificem, creaturam potius adorem, quæ nobis ad serviendum data est. Hæc dum Mygdonia dixisset, tum & Zuzanes (a) filius regis ait: Ecquis hæc omnia creavit, nisi dii nostri? Nam Jupiter cœlum tenet, Juno aëra regit, Neptunus mare gubernat, Pluto inferna judicat, Phœbus diem, Berecynthia (b) noctem inluminat. Cui Mygdonia subridens, ait: Omnes isti quos commemoras, fili dilectissime, inferno damnati sunt, quia non cognoverunt Deum vivum. Nam si recurras ad veteres faculas, invenies hos & luxuriis deditos, & talia mala perpetrâsse, qualia hodie judices in iniquis hominibus persequuntur & puniunt. Mortui autem sunt, & non vivunt. Deus autem noster manet in secula sempiterna. Et qui crediderit in eum, transfertur ab hac temporaria morte in vitam æternam. Cumque hæc & his similia eis Mygdonia diceret, compuncta corde uxor regis, ait filio suo: Rectè soror nostra reliquit virum suum, & divitias terrenas, ut vitam capiat sempiternam. Utinam & nos videremus hominem istum, qui faceret nos cognoscere veritatem. At illa gaudens, abiit ad Apostolum, & narravit ei omnia, quæ acta fuerant. Ille verò gaudebat & ipse prædicans sine fine verbum Domini, & impositâ manu benedixit eos, & præcepit eos abscede-

(a) Male in prioribus editt. *Luzanis.* (b) Luna à Phrygibus culta.

Digitized by Google

dere. Sed non abiit ultrà uxor regis ad virum ſuum, nec filius ejus renunciavit patri de his quæ perceperat.

XIII. Cumque hæc omnia renunciata fuiſſent Meſdeo regi, quod ſcilicet uxor ejus & filius converſi eſſent ad Apoſtolum, iratus valde, præcepit adduci uxorem ſuam, & filium. Quibus cum perſuadere non poſſet, ut cederent ab hac via, juſſit uxorem in obſcuro loco recludi, filium verò cũ beato Apoſtolo in carcere conligari. Sed Chariſius uxorem ſuam cum nutrice Narchia (c) ſimiliter recluſit in cellula tenebroſa. Et ſtatim Rex juſſit Thomam adduci, manibus à tergo ligatis, & dixit ei: Quis eſt iſte Deus tuus, qui conjuges noſtras per te à nobis ſeparat? Dicit ei Thomas: Tu cum ſis Rex, numquid vis habere inquinata ſervitia? Si ergo tu cum ſis homo, mundos ſervos habere ſtudes atque mundas ancillas; quantò magis credere debes, amare Deum caſtiſſima & mundiſſima ſervitia? (d) Si ergo hoc Deum in ſervis ſuis & ancillis ſuis amare prædico, quod tu in ſervis tuis & ancillis tuis diligis, ut quid culpor? Tum Rex: Ego (inquit) permiſi uxorem meam, ut cognatam ſuam Mygdoniam de præcipitio liberaret, & ipſam tu præcipitio immiſiſti. Reſpondit Apoſtolus: Præcipitium non eſt, niſi recedere à caſtitate,

(c) Ita ſcripſi & ſupra p. 711. etſi in prioribus ediit. ibi reperiſſem *Nardua*. (d) Hoc argumentum nihil valet niſi cum Manichæis ponas conjugium ſua natura eſſe immundum.

Digitized by Google

ſtitate, & ire in libidinem. Nam qui à libidine ſe tollit, & ad caſtitatem accedit, hic à præcipitio remeat ad ſalutem, & egreditur de tenebris ad lucem. Dicit ei Meſdeus Rex: Quomodo ſeparáſti animos earum à conſortio conjugii noſtri, his quoque artibus age, & eodem conſilio, ut redeant, ut ſint conjuges noſtræ, ut antè fuerunt. Reſpondit Apoſtolus: Errat juſſio regis. Et Rex: In quo errat juſſio mea? Dicit Apoſtolus: Fabricavi turrim excelſam, & dicis mihi, ut ego qui ſum fabricator, ipſe deſtruam ſummitatem? Fodi terram profundam, & eduxi fontem de abyſſo, & dicis mihi, ut ego illam obruam? Ego potius dicam illis verba Domini mei (e): Quia qui diligit patrem aut matrem, aut filiosaut uxorem, plus quam Deum, Deo dignus, non eſt. Tu enim Rex temporalis es, & ſi voluntas tua non fiat, temporaliter punis. Deus autem Rex æternus eſt, & ſi voluntas ejus contempta fuerit, æternaliter punit. Equidem tu rex poſteaquam occideris corpus, animam occidere non potes (f). Deus autem verus, poteſt animam & corpus mittere in æternum ignem. Hæc audiens Chariſius, qui coram rege ſtabat: Hunc magum ſi tardiùs occideris, nos ipſos in præcipitium mittet. *

XIV. Tunc ira repletus rex, juſſit lances ferreas igniri; & præcepit excalceari Apoſtolum, ut nudis pedibus ſuperſtans, hoc dolore deficeret. Verum antequam hoc ſupplicium Apo-

(e) Matth. X. 37. (f) Matth. X. 28. * Chriſtianos faciet.

Digitized by Google

Apostolo admoveretur, prorupit aqua, & extinctæ sunt lances. Et ait Apostolus ad regem: Hoc non propter me fecit Dominus, sed propter te, ut vel sic credas. Mihi autem Dominus hanc patientiam dare potest, ut vel sine aqua ignem tuum non timeam. Tum conversus ad regem Charisius: Jube etiam eum in fornacem thermarum mitti. Quod cum fieri rex jussisset, thermæ ultrà calefieri non potuerunt, sed nec parvum quidem teporem habebant: ipseque Apostolus altero die est egressus incolumis. Et Charisius iterum ad regem: Fac (inquit) illum sacrificare Deo Soli, & iram incurret Dei sui, qui illum liberat ab his, quæ inferuntur ei. Cumque argueret, ut ingressus templum simulachro Solis sacrificium inferret, ridens in faciem regis dixit Thomas: Dic mihi Rex, quis est melior inter te, & imaginem tuam? Non dubito, quin præstantior tu sis, quam pictura tua. Et quomodo vos dimittitis Deum vestrum, & excolitis picturam ejus? Erat autem statua Solis facta ex auro, habens quadrigam equorum auream (g), habenis effusis, quasi rapido cursu ageretur ad cœlos. Et dum compelleret ut adoraret statuam, dixit Apostolus ad regem: Erras, si putas ô rex, quod sicut dixit Charisius, Deus meus irascatur mihi, cum ego Deum tuum adoravero. Hoc magis volo te nosse, quòd is Deo tuo irascetur, & evertet eum mox ut adoravero (h) eum. Tum Rex: Invictissimum Solem, Deus tuus, quem Judæi occiderunt,

(g) Ut supra p. 632.

Digitized by Google

everteréne poteſt ? Reſpondit Apoſtolus: Vis ergo probari, ſi hoc poteſt fieri ? Et Chariſius: Excuſationes (ait) ſibi invenit, ut non adoret Solem, neque ſacrificet ei. Dicit ei iterum Apoſtolus: Primò ego adoro eum, & ſi eum non evertet Deus meus, tum ſacrificabo ei. Et cùm conſenſiſſet rex & Chariſius, introduxerunt eum in templum, ducentes choreas eo ritu quo ſolebant.

XV. Erant autem virgines cum lyris cantantes, alii cum tibiis, alii cum tympanis, alii cum vatillis (i) & thuribulis. Et cum introiiſſent, ait Apoſtolus ad ſimulachrum: Tibi loquor dæmon, qui in iſto ſimulachro habitas, & qui das reſponſa ſtultis & deceptis hominibus, qui ſimulachrum vident: Adiuro te in nomine Domini mei Jeſu Chriſti, quem Judæi crucifixerunt, ut exeas, & ſtes ante me, ut videant te: & quod imperavero tibi, hoc facias. Egreſſus autem dæmon, ſtetit ante eum, ita ut ſolus Apoſtolus videret eum. Et dixit ei: Ego corde coloDominum meum JeſumChriſtum. Mox autem ut poſuero genua mea in terra, & dixero tibi, ut confringas idolum, rogabo Dominum meum, ut mittat angelum ſuum, qui te releget,

(h) Cum procidens pone illum rogavero verum Deum ut illum abigat aereleget. (i) Vatilla quaſi parva vaſa, notante Acrone ad Horat. Plinius aliique batilla vocant. Notum eſt hoc vocabulo ſignificari vaſculum ad capiendas prunas in quo thura aliaque ſuffimina Diis offerebantur. De lyrarum, tibiarum, tympanorumque uſu in ſacris videas licet Stuckium de ſacrific. Saubertum c. 17. &c.

Digitized by Google

get, & damnet in abyſſum. Et reſpondit ei dæmon : Rogabo te Apoſtole Dei, ne me in abyſſum releges. Sed permitte me, & omnes iſtos interficiam. Tum Apoſtolus : Impero tibi in nomine Jeſu Chriſti Domini mei; Ne lædatur ullus hominum, niſi hoc ſolum ſimulachrum. Mox ut genua flexero, comminue illud. Loquebatur autem Apoſtolus cum dæmonio ſermone Hebraico, & nullus ſciebat quid vel cui loqueretur. Converſusque ad regem dixit: Cogita tecum Rex, tu iſtum invictiſſimum dicis, & meum Deum dicis hominem à Judæis occiſum : ac per hoc (k), ſi fortior ſit Deus tuus, & eum invocatione nominis Dei mei confringere non poſſim, ego non ſolum adorabo dæmonem qui in eo latitat, ſed etiam ſacrificabo illi. Si vero minutatim fuerit attenuatus ille victus Deus tuus, par erit è converſo, ut relinquas errorem, & teneas veritatem. Et rex: Adhuc auſus es (inquit) ex pari confabulari mihi ? Si pergas, faciam tundi arterias tuas (l), ſi non adoraveris & ſacrificaveris Soli. Reſpondit Apoſtolus : Ecce adoro, ſed non ſimulachrum. Ecce adoro, ſed non metallum. Ecce adoro, ſed non idolum. Adoro autem meum Dominum Jeſum Chriſtum, in cujus nomine impero tibi dæmon, qui hic in ipſo lates, ut nul-

(k) *διὰ τοῦτο propterea.* (l) Suppſicium quali affectus Anaxarchus Philoſophus, de quo Leopardus XVIII. 7. & Menagius ad Laërt. IX. 59. Procopius in loco quem emendavi ſupra p. 557.

Digitized by Google

nullum hominem lædens, metallum & simulachrum comminuas: statimque quasi cera juxta ignem posita, liquefactum idolum resolutum est. Quo facto omnes sacerdotes consternati ulularuñt, & Rex fugit cum Charisio. Pontifex autem cædebat Apostolum, & facta est seditio magna in populo; sed major pars populi cum Apostolo erat. Quare motus Mesdeus Rex Indiæ, Apostolum Thomam, & filium suum Zuzanem, & plures alios trusit in carcerem.

XVI. Non desinebat tamen etiam in carcere Apostolus confirmare credentes, dicens: Credite in Deum, quem prædico: credite in Jesum, quem Evangelizo, qui adjutor est servulorum suorum, refector est laborantium: in quo exultat anima mea, quia tempus implevi, & gestio ipsum quem desideravi videre. Cujus pulchritudo provocat me, ut dicam quis sit: sed magnitudo ejus sensus superat, & intellectum supergreditur, ut id quod cupio de eo dicere, comprehendere & explicare nequeam. Sed tu Domine, qui animam inopem replere consueviſti, imple ea quæ mihi desunt, & esto mecum donec ipse ad te veniam, & te videam. Hæc ubi audivit Zuzanes, advertens quod Thomas diceret tempus impletum suū, ut de hoc recessurus seculo videretur, cupiens ab eo prius quam migraret à corpore, Manazaræ uxori suæ impetrare medicinam (erat enim debilis (m) mulier, soluta membris) petivit ut permitteret ei

(m) *Debilis* arthriticam sive paralyticam innuit, ut in il-

Digitized by Google

ei ire: & persuaso custode, fideque facta quod essent reversuri, cum Apostolo ex carcere abire constituit in domum suam. Ubi & diaconatus ministerium ut sibi crederetur, rogavit, & ut benedictionem Leviticam (n) acciperet. Quoniam se quoque Deo servire velle memoravit, & hoc jam dudum animo devovisse, sed à Patre coactum uxorem duxisse, quam accepisset vicesimum annum agens: triennioque ea potitum, filios ex ea nullos suscepisse, nec aliem mulierem præter uxorem novisse: jamdudum præterea à concubitu uxoris abstinuisse, eo quod & illa studebat castitati, & optaret audire sermonem Thomæ, sed propter debilitatem adesse non posset. Quam si vellet Apostolus sanare, se impetraturum, ut eundi facultatem haberent. Cui respondit Thomas: Si credis, videbis mirabilia Dei, & quemadmodum servulos proprios curet.

XVII. Dum hæc loquuntur, Treptia nomine, quæ erat uxor regis, & Mygdonia Charisii matrona, qui & ipse amicus erat regis, & Narchia nutrix, trecentis sexaginta argenteis datis, à custode introductæ sunt ad Apostolum. Atque illic repererunt Siforatum militiæ regis du-

lo Mæcenatis apud Senecam Epist. 101. *debilem facito manu, debilem pede, coxâ.* (n) Diaconi apud Christianos successerunt in Leviticam dignitatem, uti presbyteri in dignitatem sacerdotum, Episcopi in dignitatem Pontificis maximi. Itaque Diaconi passim veniunt nomine Levitarum, & benedictio Levitica h. l. nihil aliud est quam Ordinatio in Diaconum.

Digitized by Google

ducem, & Zuzanem, & Siforem uxorem, & filiam ejus, & alios verbis Evangelicis intentos. Ipsæ igitur tres fœminæ cum adstitissent ante conspectum Thomæ, interrogavit eas Apostolus, quo permittente ingressæ forent, vel quis eis aperuisset carcerem: & qualiter egressæ fuissent de loco in quo clausæ fuerant. Cui respondit Treptia: Nonne tu es qui aperuisti nobis januam, & dixisti: Exite, & ite in carcerem, ut suscipiamus eos fratres, qui illic sunt, & Dominus in nobis demonstravit gloriam suam? Cum autem appropinquaremus ad januam, subito non apparuisti nobis, sed huc ingressum te sonitu januæ cognovimus. Nos vero postea mercede custodem infleximus, ut ad te ingrederemur, si fortè impetrare posſimus, quod impendio petimus, ut pauliſper aliquo concedas, quo Regis possit iracundia mitigari. Tunc interrogavit Thomas Treptiam, quemadmodum à viro suo esset inclusa, vel quid causæ obortum esset, aut quo motus, nec propriæ peperciſſet uxori? Cui respondit Treptia: Tu à me requiris, quemadmodum clausa sim, cum me nunquam deseruerís, sed una tantum abfueris hora? Unde miror, te nescire quomodo clausa sim. Sed si vis audire, accipe. Misit ad me Mesdeus Rex, & jussit me introduci ad se, & ait mihi: Nondum plenam circa te magus ille adeptus est potestatem. Nam quod in oleo (o) pane & aqua magica consummet, audivi. Ergo cum

(o) Respicit baptismum oleo administratum, Eucharistiam pane & aqua. Turibius Asturicensis Episcopus Epist.

Digitized by Google

cum magicis operibus venire non potuerit, nihil horum circa te fecit. Quare obtempera præceptis meis: alioqui & ipsa cláuderis. Itaque non adquiescente, sed dicente me, ut quod vellet faceret: potestatem enim habere eum corporis mei, animam vero meam cum eo perire non paterer: in obscuro loco me jussit includi. Charisio quoque accusante, uxorem suam Mygdoniam, cnm ejus nutrice Narchia, jussit includi. Sed tu jam nos produxisti, ut ad te veniremus: & ideo præsto sumus, ut à te benedictionis gratiam consequamur.

XVIII. Quæ cum dixisset Treptia, agnovit protinus Apostolus beneficia ejus, qui se plerumque humana specie figuraret, ut consolaretur mœrentes, afflictorum ærumnas relevaret. Et ideo ipse gratias agere cœpit Domino Jesu, eo quod confirmaverit infirmos, nutantesque stabilierit, & sperare faceret cunctos diffidentes. Dum hæc captivi in carcere colloquuntur, supervenerunt custodes, dicentes ut lucernas extinguerent, ne quis eos simul esse, ac

ad Idacium & Ceponium: *Illud autem specialiter in illis Actibus qui S. Thomæ dicuntur præ cæteris notandum atque execrandum est, quod dicit eum non baptizare per aquam sicut habet Dominica prædicatio atque traditio, sed per oleum solum: quod quidem Priscillianistæ non recipiunt, sed Manichæi sequuntur, quæ hæresis eisdem libris utitur, & eadem dogmata & his deteriora sectatur.* Vide quæ infra ex Græcis Thomæ periodis proferimus.

Digitized by Google

ac pariter colloqui proderet regi. Extinctis igitur lucernis, collocaverunt se custodes. Sed Thomas Apostolus, postquam omnes circumfusos tenebris adspexit, lumen petere cœpit à Domino: Inlumina nos Domine (inquit) quia tenebrarum filii in tenebrosis nos sedere fecerunt locis. Sed tu Domine, inluminare Sancto lumine tuo dignare servos tuos, eo lumine quod nullus eripiat, & nullus extinguat. Et statim refulsit dies, & omnis ille custodiæ locus. Tum & cæteri, quos alias ob causas receperant claustra carceris, vigilabant. Neque enim servi Dei dormire tum poterant, quos sic Christus excitabat, neque patiebatur nos (p) somno dimergi, qui dicit (q): *Surge qui dormis, & exsurge à mortuis, inluceſcet tibi Christus.* Cum igitur inter se nonnulla sermone vario contulissent, ait Thomas ad Zuzanen: Vade præpara nobis omnia, quæ in ministerio sunt paranda. Interrogante autem Zuzane, quomodo exire posset fores carceris, aut quis aperiret, cum essent clausa omnia, & custodes somno dissoluti? respondit Thomas: Crede Christo, & vade, & invenies apertas januas. Secuti sunt igitur cum cæteris. Et cum jam medium spatium itineris confeciſſent, occurrit ei uxor ejus Manazara, cum iret ad carcerem, & recognoscens virum, ait: Zuzane vir? Qui cum

(p) Videtur legendum *eos*, etsi Lazius pro solita suâ ἀκριβείᾳ ait ex hoc loco apparere, quod scriptor ex quo Abdias ista sumpsit rebus Thomæ interfuerit. (q) Eph. 5. 14.

Digitized by Google

cum cognovisset eam, cœpit quærere quonam iret, noctis præsertim tempore: aut quomodo potuisset exsurgere, quæ minimè antè surgebat. (r) Quæ respondit: Puer (s) iste Domini, ponens manum, sanam me fecit. Somnio verò monita sum, ut ad peregrinum istum venirem, qui tenetur in carcere. Eò igitur festino, ut juxtà somnii visionem, plenam possim accipere sanitatem. Interrogavit Zuzanis, quis ille puer esset, qui fuisset cum ea? Respondit Manazara: Ipse non vides eum, dextra manu tenentem me & sustinentem?

XIX. Dum hæc fierent, intervenit loquentibus Thomas, sed etiam Seforus dux militiæ, & uxor ejus ac filia, denique & Treptia atque Mygdonia, & Narchia, qui ad Zuzanis domum pariter commeabant. Cum vidisset autem Apostolum Manazara, adoravit eum dicens: Venisti medicus, qui me sanes ab ægritudine. Vidi te hac quoque nocte, ac quidem tradentem mihi puerum istum, ut me ad te perduceret in carcerem. Et cum expectare venientem debueris, præstanti tamen bonitate ipse me diutius laborare non es passus, sed veniebas ad me. Simul hæc dicens, conversa puerum quærebat: qui se oculis repentè subtraxit, nec erat videri facilis, qui ante videbatur. Anxia igitur sustentatore amisso, cœpit dicere: Non possum sola ambulare, non apparet amplius puer,

(r) Utpote debilis & paralytica. Supra c. 16. (s) Dei servus, Angelus.

Digitized by Google

er, quem mihi tradidisti. Cui Apostolus: Ecce jam tecum Christus ambulabit, ipse tibi erit viator (t) & prævius. Itaque currens mulier præibat cæteros, repente domum festinans; quò postquam ab Apostolo & cæteris ventum est, subitò domus multo splenduit lumine. Et Thomas cœpit orare, & dicere: Tu Domine, qui es adiutor infirmorum, spes & confidentia inopum, refugium & requies laborantium, lugentium consolatio, fluctuantium portus, resurrectio mortuorum, redemptio peccatorum, & qui denique propter nos subiisti corporis passionem: tu domicilia mortis, & ipsa inferna penetrâsti, ut nos à mortis vestigiis liberemur. (u) Te principes mortis venisse mirati sunt, neque potuerunt tenere remeantem: imò etiam exutos se vetustate possessionis, & te cum trophæo revertentem gemuerunt. Honorificamus igitur meritò te Domine Jesu, te paterna illa & perfecta venisse substantia (w) ut viscera tuæ misericordiæ (x) videremus in nobis. Qvique servorum tuorum es (y) minister, possessionis tuæ (z) locupletator; pauper, sed non indigens: dives, sed non fastidiens paupertatem: qui jejunâsti quadraginta diebus, (a) ut perpetua benedictionis repleres alimonia animas

(t) Hodegus & comes. (u) Vide quæ supra p. 679. & ad Evangel. Nicodemi c. 21. seq. (vv) ὁμοούσιον τῷ πατρί.
(x) Luc. I. 78. (y) Factus es. (z) i. e. eos quos possides, sive qui tui sunt, locupletas spiritalibus bonis.
(a) Matth. IV. & supra p. 69.

Digitized by Google

mas esurientium : tu esto, rogo, cum servis tuis Zuzane, & Manazara, ac Treptia, ut in tuum gregem eos digneris inducere, & adnumerare Sanctis tuis, & in hac errorum regione juvare (b). Tu esto medicus in hac possessione (c) languentibus, esto requies in laboribus, firmamentum in lubricis. Esto denique adjutor corporum, vita animarum, ut sint templa misericordiæ tuæ, & Spiritus Sanctus inhabitet in eis.

XX. Hac completa benedictione, sumpsit sacramentum, & gratias egit Domino dicens : Sit nobis hoc sacramentum tuum Domine Jesu ad vitam, sit ad remissionem peccatorum (d). Siquidem pro nobis passio tua celebrata est. Tu pro nobis fel illud bibisti, ut omnis in nobis adversarii amaritudo moreretur. Pro nobis tu quoque bibisti acetum, ut nostra lassitudo confortaretur. Pro nobis consputus es, ut immortali nos rore perfunderes : percussus es à calamo fragili, ut fragilitatem nostram vitæ perpetuæ æternitatique firmares. Coronatus es spinis, ut virenti semper in te credentes charitatis tuæ laurea coronares. Involutus præterea fuisti sindone, ut nos quodam virtutis tuæ involucro vestires. In sepulchro poni voluisti novo, ut nobis novam gratiam, nova sæcula re-

Fff 2

(b) Priores edit. addunt, *possit* : quasi in superioribus deessent quædam, hoc forte sensu : *& adjungere illis Spiritum tuum bonum, qui eos in hac errorum regione juvare possit.* (c) In hac servitute corporis.

(d) Matth. XXVI. 28.

Digitized by Google

reformares. Hæc ubi finivit, Eucharistiam divisit (e) his quos supra memoravimus, & ait: Fiat nobis hæc Eucharistia ad vitam, & viscera misericordiæ, & gratiam salutis, sanitatemque animarum nostrarum. Respondentibus autem illis, Amen: audita est vox dicens etiam, Amen. Quam ubi audierunt vocem, statim super facies suas ceciderunt. Et iterum vox sonuit, dicens: Nolite timere, sed tantummodo credite.

XXI. Ex eo tempore redire cœperunt, Thomas ad custodiæ suæ claustrum: sed & Treptia & Mygdonia & Narchia reversæ sunt ad carcerem suum. Quibus, antequam egrederentur, locutus est Apostolus, dicens: Accipite sermonem meum ultimum, non enim ero diutius in hac carne: accersor ad Dominum Jesum, ad illum qui me redemit, ad illum qui se ad ultimum (f) humiliavit, ut ab ultimo omnes elevaret: in quem sperare didici. Si enim ad sacri munus officii me is indignum vocavit, quantò magis si in veritate servivi, possum sperare mercedem? Bonus enim & justus est, & novit Dominus mercedem (g) solvere pro meritis singulorum. Dives

(e) Nescio quid in mentem venerit Lazio ad hunc locum jubenti notare, quod sub una specie communicarint Laici ministrante Apostolo. Nam & de calice cum distribuitur recte utaris verbo διαμερίζεσθαι, pro quo noster posuit *dividere*. (f) Ad infimum gradum usque, assumta servi formâ. Philip. II. 7. (g) Merces, pretium, μισθὸς, שכר, ita laxe passim in sacris literis & apud veteres accipiuntur, ut significent præmium, munus &c

Digitized by Google

Dives munerum, largus gratiarum, haudqua quam parcus beneficiorum. Qui in me quoque infirmum supra meritum meum, multa conferre dignatus est. Cujus miracula eò provocare vos debent, ut laudetis auctorem. Neque enim mea virtute hæc faciebam. Sed in nomine Domini mei Jesu (h) impetrabam, non imperabam. Non enim Christus, sed servulus Christi sum: nec ego sum arbiter, sed minister ejus qui me misit. Et ideo peracto cur-

Χάρισμα, quemadmodum â multis jam fait animadversum. Etiam rem operâ longe minorem quandoque mercedem appellari notavit Grotius ad Matth. X. 10. Cum vero contrà Deus cœlestes suas remunerationes operibus meritisque nostris (si ulla sunt) longe præstantiores, mercedis nomine appellare dignatur, nos summo jure utemur Verbis Ausonii in gratiarum actione ad Gratianum Imp. *Quisquamne tam parcus est in ostentatione beneficii? quisquam pondus gratiæ suæ vim meriti profitetur alieni? quisquam denique quod indulget quasi ab obnoxio deferatur, pretium mavult vocare quam donum? - - Quo, inquis, merito? Ego nullum scio nisi quod tu debere te dicis, & hoc debere latissime pertinet - - Quid autem mihi debes? quid mihi debes, & contrà quid non ego tibi debeo?*

(h) Sic Petrus Act. III. 12. fatetur se miracula non facere ἰδίᾳ δυνάμει ἢ εὐσεβείᾳ. Porro ex allusione verborum quæ hic occurrit, *impetrabam non imperabam*, supra p. 389. collegi libros hosce latine primitus non græcè ab Autore scriptos esse. Similis allusio extat lib. 8. c. 5. *non everti, sed converti eum*, quæ tamen græcè etiam efferri possunt verbis non longius à se dissidentibus. Neque

Digitized by Google

cursu admoneo vos, ne cum videritis datam in me esse homini potestatem, suppliciisque me deditum cum videbitis, ideo fides vestra minuatur. Ego enim voluntatem Domini mei impleo, & æquum est me velle quod Dominus jubet. Nam si pro nobis ille mortem suscepit, quantò magis nos, erga Domini voluntatem, corporis hujus mortem timere non debemus? Cum præsertim mors ista non interitus sit, sed solutio corporis. Ideoque non rogo, ut mortem differam. Creditis enim, quod possem differre, si velim; sed rogo magis, ut citius absolvar, & proficiscens videam illum decorum & misericordem, qui pro operibus & laboribus, quibus desudavi, nimis liberalis Dominus, præmium repræsentabit.

XXII. Hæc cum dixisset, receperunt se omnes ad tenebrosam domum. Et dixit Thomas in carcere constitutus: Domine Jesu, qui pro nobis plurimum pertulisti, claudantur januæ istæ, sicut clausæ fuerunt, & signacula iisdem foribus reformentur. Relictis igitur aliis, perrexit Apostolus, ut se includeret. Fœminæ autem non poterant à lachrymis temperare, quæ sciebant, quòd Mesdeus non abstineret ab ejus nece. Interea cum venisset Apostolus,

negatum volui græca quædam monumenta vel è Græcia versa consuluisse hunc quisquis fuit Pseudo-Abdiam, quod res ipsa & tot Græcismi passim obvii dubitare nos haud patiuntur. Tantum inficiatus sum totum hoc opus quantum est ita Hebraice vel Græce extitisse, atque ex Græco in latinam linguam translatum fuisse.

Digitized by Google

ius, invenit custodes concertantes inter se, & dicentes : Heu quomodo incidimus in istum magum ? Ecce aperuit januas carceris artibus magicis, & omnes voluit secum educere. Unde ne magicis carminibus elabatur & cæteri cum eo, renunciemus Regi, simul de uxore ejus ac Filio (i). Audiebat hæc Thomas, & quiescebat. Illi autem abierunt prima luce ad Regem, petentes, ut tolleretur magus ille, & alibi ne clauderetur, eo quod clausum omne magica potestate reseraret. Secundo nunciabant apertas fuisse januas carceris, idque surgentibus manifestatum sibi. Introisse etiam regis uxorem cum aliis, quæ non recederent ab eo. Quibus auditis, rex signacula mox, quæ imposuerat januæ, requisivit, & eodem reperit modo quo fuerant antè. Unde commotus, ad custodes ait, falli eos qui introisse in carcerem Tieptiam & Mygdoniam dicerent, cum signacula remota non essent. At illi se vera intimâsse significabant. Mesdeus autem sedens in secretario (k), sisti jussum Apostolum rogavit, servus an liber esset. Cui Thomas, Servus sum, ait, unius & solius, supra quem non habes potestatem. Quæsivit iterum Mesdeus, cur eò venisset ? Respondit denuò Apostolus, ut plures salvaret : & hoc sibi debitum esse, ut per

(i) Regis puta, ut mox sequitur, non Thomæ Apostoli.
(k) Locus in quo sedent judices pro tribunali. *Judiciale secretum* vocat Ammianus Marcellinus lib. 15. c. 7. ubi vide Valesium & Gangii glossar.

Digitized by Google

manus Meſdei hinc emigraret. Tum rex, qui eſſet Dominus ejus rogavit, quod illi nomen, & cujus regionis? Ad quæ Thomas: Meus Dominus (inquit) Deus eſt tuus, Dominus cœli & terræ. Hujus tu nomen audire non potes: ſed id quod datum eſt ei in hoc ſeculo, eſt Jeſus Chriſtus. Minanti autem regi, quod ei non parêret, cum maleficium ejus aboleretur, ut tota India mundaretur, reſpondit Thomas: Hæc maleficia mecum abibunt: ſed hoc ſcito, quia nec quid deerunt. Ex eo igitur cogitabat rex, qualiter Thomam occideret. Verebatur enim populum, quia plurimi etiam eminentiorum, ejus opera admirabantur, & credebant in Jeſum.

XXIII. Aſtutè ergo ſibi rex agendum ratus cum Thoma, civitatem armatis ſeptus eſt egreſſus, populo exiſtimante quod ideò egrederetur, ut Thomas ei aliqua ſuorum operum demonſtraret. Intendebant igitur in eum, qui putabant quod aliquid ab eo rex vellet diſcere, & ille regem docere. Sed egreſſus rex mediam ferè partem miliarii, tradidit eum quatuor militibus, adjuncto uno præſtantiore viro, jubens, ut ducentes eum in montem proximum, ibi gladio percuterent. Rex verò mox rediit in civitatem, ubi hoc militibus imperâſſet. Quod intelligens plebs, ſequebatur, Thomam eripere volens. At milites apprehendunt Apoſtolum, duo ad dextram, & duo ad ſiniſtram tenentes. Ille quoque eminentior manum ejus tenens, pariter incedebat. Dicebat autem

Apo-

Digitized by Google

Apostolus magna & divina mysteria in ipso exitu revelari : Siquidem propterea se duci à quatuor militibus dicebat, quia ex quatuor coivisset elementis, ea se quatuor habere principia generationis. Dominum autem Jesum ab uno percussum, quia unum patrem sciret generatorem suum. Qui ubi venit ad locum passionis, cohortatus cæteros, fidem servare Domino Jesu, pietatemque colere : rogavit etiam Zuzanem, ut pretio custodibus dato orandi tempus sibi impetraret. Cujus data copia, cœpit gratias agere, quod & in seculo gubernatus esset à Christo, & ab eodem vocaretur. Illum esse in periculis præsulem, illum in mœrore consolatorem, illum in laboribus adiutorem, illum prævium sibi hujus fuisse itineris, quod in hoc seculo cucurrisset.

XXIV. Tu (inquit) Domine, adnunciâsti mihi, me tuum esse : propter quod nec uxorem accepi, ut tibi totus vacarem, ne templi tui gratiam vel conjugalis copulæ (l) usus minueret, vel consuetudo decerperet. Divitiarum quoque secularium cupidum animum, cœlesti provisione ac munitione revocâsti, docens in pecuniis dispendia esse, non commoda. Et ideo compulisti, ut hic paupertate contentus, indeficientem spiritalium divitiarum quærerem veritatem, & thesauros in Christo absconditos (m) investigarem : tuisque contentus copiis, alias non desiderarem : Factus

(l) Similis oratio Johannis supra p. 586. (m) Coloss. II. 3.

Digitized by Google

sum igitur pauper, indigens, peregrinus ac servus, in vinculis, in jejuniis, fame ac siti, in laboribus, in periculis, ut confidentia non periret, spes non confunderetur. Respice igitur in me, Domine, quia pecuniam tuam non abscondi, sed supra mensam posui, & in nummulariis (o) divili. Ad mensam tuam vocatus veni, nec ab hac (p) revisendi necessitate (q) excusavi, nec juga boum, aut ducendæ uxoris necessitatem convivio tuo prætuli. Ad nuptias sum vocatus, & albam vestem (r) indui: & expectans Dominum à nuptiis revertentem, olei (s) non sum oblitus: tota nocte domum meam custodivi (t), à latronibus expoliatus non sum: calceamenta pedibus circumdedi, ne dissinderentur (u) vestigia. Observavi primam & secundam & tertiam (x) custodiam, ut vultum tuum viderem, & splendorem tuum discussa nocte perspicerem. Mortuum meum (y) non vivificavi, nec deficientem replevi, sed magis, quem dedisti mihi vinctum, castigavi: Et

(n) Similiter de se Paulus 2. Cor. VI. 4. seq. (o) Matt. XXV. 27. (p) Forte leg. *nec agrum revisendi necessitatem excusavi.* (q) Luc. XIV. 18. seq. (r) Matth. XXII. 11. Apoc. III. 18. (s) Matth. XXV. 4. (t) Hæc & sequentia respiciunt ad loca in Evangelio quodam Apocrypho deperdito: nisi quod latrones videntur memorari ex Luc. X. 30. (u) Ita scripsi pro *dissinirentur.* (x) De divisione noctis in tres apud Judæos & in quatuor vigilias apud Romanos & Græcos vide interpretes ad Matth. XIV. 25. (y) Sensus est, Corpori meo non indulsi.

Digitized by Google

Et captivum meum occidi, ut quem acceperam liberum (z) non alligarem. Opprobrium suscepi in terra, ut in cœlo remunerationem sperarem. Si igitur detuli fidele servitium, adesto Domine Jesu, ne præsentiant me latrones (a), ne adversus me retia sua mittant. Circumdet famulum tuum gloria tua, ut tanta amictum gratia, adversariæ potestates impedire non audeant. Numquid illis obedivi, cum mihi intercludere vellent transitum? Suis enim occurrunt, & eos prodire ultrà non sinunt. Adesto igitur Domine, ut cum pace & gratia transeam. In veritate dirigas servum tuum, ad sedem tuam dirigas iter meum, & diabolus in me non intendat. Excœcentur oculi ejus lumine tuo. Conticescat os ejus, qui nihil in me dignum suis operibus invenit, quod loquatur. Hæc precatus, ait militibus: Venite, consummate præceptum ejus qui vos misit. Advenerunt igitur quatuor milites, & lanceis (b) transverberavêre eum: atque cecidit Beatus Apostolus & mortuus est. Quem cum

(z) Ne animam corpori subjicerem. (a) Mali dæmones. (b) Abietina lancea quatuor sui corporis partibus confossum Thomam legas apud Hippolytum Thebanum in opusculo de duodecim Apostolis. Λόγχαις τὰς πλευρὰς ἐκκεντηθεὶς Nicetæ Paphlagoni p. 369. Ita & Menologium 6. Octobr. editum ab Ughello T. 6. Italiæ S. p. 1091. Synaxarium Græcorum: Οὗτος Μιᾷ δοις καὶ πλαγίοις πλευσαις καὶ ἐνδοῖς τὸν λόγον τῷ Θεῷ κηρύξας πάρ' Σιδαίοις βασιλέως (hic in Abdiæ libris *Mesdeus* ap. Hieron. Osorium de rebus Emanuelis Regis lib. 3. Joh.

Digitized by Google

cum lacrymis sepelierunt fratres in sepulchro regio, in quo reges priores sepulti sunt: preciosis & plurimis amictum odoribus atque indumentis.

XXV. Apparuit autem confestim Siforo & Zuzani, qui recusabant in urbem ire, & tota die ad sepulchrum sedebant, atque illis dixit: Quid sedetis custodientes me? Non hic sum(c), adscendi enim, & recepi omnia quæsperavi. Surgentes itaque discedite hinc, brevi enim tempore & vos mecum colligam. Cum hæc fierent circa Apostolum, interea Treptia regina & Mygdonia deductæ à Mesdeo & Charisio affligebantur, sed tum voluntati eorum non acquiescebant. Quibus se Apostolus demonstravit, dicens: Nolite errare, quia Dominus

Petrum Massejum ren. Indicar. lib. 2. aliosque *Segamus*) διὰ τὸ πιστεῦσαι καὶ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ Ὀαζάνην (Abdiæ *Zuzanem*) τὸν ἡγεμόνα καὶ τὴν γυναῖκα τρεπλίαν (Abdiæ *Treptiam*) καὶ Μιγδονίαν καὶ Νάρχιαν (Abdiæ *Narchiam.*) Διὸ καὶ παραδίδοται τετράσταλιν (Abdiæ *quatuor*) εἰς τὸ ἔργον ἐπὶ τὸ ἔρημον ἀναβιβάσαντες λόγχαις κατέτρωσαν, καὶ οὕτω πρὸς κύριον ἐξεδήμησεν. Lanceâ transverberatum tradit etiam Martyrolog. Romanum 21. Dec. Rabanus Maurus aliique latini. At in veteri munumento quod ex Osorio producit Baronius ad A. C. 57. num. 115. legitur Thomas crucifixus, & inter eundum à Brachmano quodam transfixus hastâ: sed & Hagiologium MS. ap. Florentinium p. 146. eum ab idolorum Pontifice in solis delubro gladio transfixum tradit 12. Kal. Januar. (c) Imitatio vocis angelicæ Luc. XXIV. 6.

Digitized by Google

minus Jesus cito vobis adiumentum dabit. Itaque Mesdeus & Charisius cum animos uxorum suarum expugnare non possent, dimiserunt eas propriæ voluntati. Fiebat autem congregatio fratrum in multa exultatione atque lætitia. Eratque presbyter Siforus, & Zuzanes diaconus, suntque ordinati jam tum à S. Apostolo, cum in montem moriturus adscendisset. Atque hi potiebantur frequentibus adiumentis Domini & fidei incrementa quotidie procedebant. Quibus addidit Dominus hanc gratiam, ut cum Mesdei Filius correptus esset à dæmonio, nec quisquam qui eum sanaret, posset inveniri, succesſit hujusmodi Mesdeo sententia, ut diceret: Vado, & aperio sepulchrum, & tollens ossa de corpore Apostoli, suspendam filio meo, & curabitur. Adscendebat igitur secundum cogitationes Mesdeus ad montem, & revelavit ei se Thomas, dicens: In viventes non credidisti, & in mortuos credis? Sed ne timeas, miserebitur & tui Dominus Jesus, & exhibebit tibi viscera misericordiæ suæ, propter bonitatem suam. Verum ubi adscendit Mesdeus, reserato sepulchro, ossa invenire non potuit: quia jampridem reliquias sanctas quidam de fratribus rapuerant, & in urbe Edessa (d) sepelierant. Ea tamen quæcunque rex in sepulchro reperit humi vel stercoris, supra quæ jacuerant reliquiæ Apostoli, auferens Mesdeus, & al-

(d) Vide Florentinium p. 147, Tillemontium T. 1. memor. hist. Eccles. p. 986.

Digitized by Google

alligans filio suo, ait: Credo tibi Christe nunc quia recessit à me ille qui hominum turbat affectus, nè ad te visendum summa properatione contendam. Itaque ubi suspendit illa puero (e), statim sanatus est ex illa hora: & factum est gaudium magnum inter fratres super conversione Regis ad Regem cœlestem Christum Jesum, cui honor & gloria, in perpetua secula, Amen.

LIBER DECIMUS.

De rebus à beato Philippo Apostolo gestis.

§. I.

PHilippus Petri & Andreæ conterraneus, ex vico Galilææ Bethsaida (a) originem duxit: vocatusque mox post Petrum, (b) demum ad Apostolatus honorem pervenit. Qui

(e) Etiam post mortem miracula edendo vivum se demonstrasse Thomam ait Gaudentius Brixianus homil. 17.

(a) Joh. I. 44. (b) Uti Petrus post Andream (quod ex eodem Johanne apparet) & post ipsum fortasse Johannem Evangelistam ut ad Johannis I. 37. suspicatur Chrysostomus. Licet Petrum primum vocatum putat Epiphanius Ll. 14. & 17. Cæterum miror Viros doctos Montacutium, Cavenum alios que, qui Πρωτόκλητον vocationis Philippo tribuunt adversus veterum sententiam & testimonium Evangelistæ docentis Simoni jam nomen mutatum fuisse à Domino in Cephan sive Petrum, antequam Philippus Christum sequi

Digitized by Google

Qui ut ſocium haberet converſionis, Nathanaëlem quendam familiarem ad Chriſtum duxit, quem Chriſtus mox ſe agnoviſſe teſtatus eſt ſub ficu, antequam à Philippo illi eſſet adductus. Quod admiratus Nathanaël, qui nunquam antè viderat Chriſtum, haud illibenter deinde illi adhæſit (c), in parte ſocietatis ſemper cum Philippo manens. Quorum hic pridie quàm pateretur, cum in cœna audiret, (d) neminem ad patrem niſi per eum venturum: Magiſtrum rogare cœpit, ut ſibi ac diſcipulis patrem oſtenderet: quod quidem amore illæ ſempiternæ vitæ tum dixerat. At Chriſtus obiurgans Philippum, quod tanto tempore cum ipſo eſſet, & tamen eum rectè adhuc non cognoſceret. Et hæc omnia ante Chriſti paſſionem à Phi-

juberetur. Philippi vocatio in quibusdam martyrologiis celebratur die XXVIII. Febr. ad quem diem adi Bollandum. (c) Vide Joh. XXI. 2. Incertum tamen an fuerit Apoſtolus, licet ſunt qui confundunt cum Bartholomæo, quam ſententiam integris diſſertationibus defenſitarunt Bartholomæus Gavantus & Fabricius Pignatellus. Vide Allatii Apes Urbanas p. 59. & Poſſini Spicilegium Evangel. p. 179. Sed Apoſtolum fuiſſe Nathanaëlem diſertè negant Chryſoſtomus, Gregorius Nyſſenus, Auguſtinus, Gregorius M. & alii veteres. Neque plus fidei meretur opinio eorum quibus Nathanaël videtur fuiſſe idem cum Simone Cananæo, vel cum Stephano Protomartyre. Et licet certa eſſet Epiphanii ſententia, affirmantis Nathanaëlem fuiſſe alterum illum diſcipulum comitem Cleophæ in itinere Emauntico, nihil tamen exinde certi concludere liceret. (d) Joh. XIV. 8. Creditur etiam fuiſſe Philippus qui à Domino incaſſum petiit ſpatium ac veniam ſepeliendi patrem ſuum Matth. VIII. 21. Vide Clement. Alex. 3. Strom. p. 436.

Digitized by Google

Philippo gesta esse Evangelica nobis fides ostendit.

II. Post adscensionem verò Salvatoris, beatus Philippus per annos viginti, instanter prædicavit Gentibus per Scythiam (e) Evangelium. Ubi cum tentus (f) esset à Gentibus, & ductus ad statuam Martis (g), & compelleretur ad sacrificandum, exiit de subtus basim, in qua statua Martis stabat, draco (h) ingens, & percussit filium sacerdotis qui ministrabat ignem sacrificii. Percussit etiam duos tribunos, qui præ-

(e) Alii tacent de Scythia, & Phrygiam superiorem Philippi Apostoli prædicatione illustratam affirmant: Vide Pseudo-Epiphanii & Pseudo-Dorothei loca apud Coteler. ad Constitutt. Apostol. lib. VI. c. 7. Asiam superiorem nominat Nicephorus lib. 2. c. 39. Hist. Eccles. & Simeon Metaphrastes in Actis Philippi apud Surium & Papebrochium 1. Maji. Phrygiam utramque Theodoritus in Ps. 116. T. II. Opp. p. 371. His adde quod in Scythiam alii dicunt Andream Apostolum abiisse, ut ex veteri traditione scribit Origenes ap. Euseb. lib. III. Hist. c. 1. (f) Cum conjecissent in vincula Apostolum. (g) Mars cultus à Scythis ut constat ex Herodoto, Mela, aliisque. Ammianus lib. XXXI. c. 2. de Alanis, gente Scythica: *Gladius barbarico ritu humi figitur nudus, eumque ut Martem regionum quas circumcircant præsulem verecundius colunt.* Vide quæ ad hunc locum diligentissimus Lindenbrogius, & Valesius vir summus. His addas licet Vossium lib. IX. de Idololatr. cap. ult. (h) Hanc de Draçone narrationem habes etiam in Actis Philippi latine editis à Papebrochio die 1. Maji & ap. Nicetam Orat. in Philippum edita à Gombefisio T. 1. auctar. novissi. p. 381, ubi confer notas p. 492. seqq.

Digitized by Google

præerant Provinciæ, cujus officiales tenebant in vinculo Apoſtolum. Porrò de flatu draconis omnes morbidi redditi, vehementer ægrotare cœperunt. Quod videns Apoſtolus, dixit illis: Audite conſilium meum, & recuperabitis ſanitatem: ſed & hi qui exinde erant mortui, reſuſcitabuntur omnes: draco quoque qui noxius vobis erat, in Dei nomine fugabitur. Dicunt ei ægroti: Quid faciamus? Quibus reſpondit Apoſtolus: Dejicite hunc Martem, & confringite, & in loco in quo fixus videtur ſtare, crucem Domini mei Jeſu Chriſti affigite, & hanc adorate. Tunc illi qui cruciabantur, cœperunt clamare: Recuperetur in nobis virtus, & dejiciemus Martem. Facto itaque ſilentio, Apoſtolus dixit: Præcipio tibi draco in nomine Domini Jeſu Chriſti, exi de loco iſto, & vade & morare in loco deſerto, ubi non eſt acceſſus hominum, & nulla utilitas humanis commodis miniſtratur, ita ut vadens nemini noceas. Tum draco ille ſævisſimus exiens cœpit abire feſtinanter, & ultra nuſquam comparuit. Philippus autem Pontificis filium (i), qui ignem miniſtrabat, & duos tribunos qui mortui fuerant, ſuſcitavit, omnemque turbam quæ morbis erat affecta de draconis flatu, ſanitati reſtituit. Unde factum eſt, ut univerſi Philippum Apoſtolum qui perſequebantur, pœniten-

Ggg tiam

(i) Apud gentes plerasque (ne Judaica quidem excepta) Sacerdotibus vel etiam Pontificibus licebat eſſe uxoratis. Quanquam Sacerdotes Cereris Eleuſiniæ, Cybeles, Iſidis a concubitu omni abſtinuiſſe conſtat, ut notarunt Marſha-

Digitized by Google

tiam agerent, Deumque (k) hunc æstimantes adorarent.

III. Ipse autem per unum annum jugiter doceret eos, quomodo mundo periclitanti (l) adventus Domini subvenisset, quomodo natus ex virgine, quomodo passus, quomodo sepultus die tertia resurrexerit: quomodo post resurrectionem, eadem (m) quæ ante passionem suam docuerit: quomodo videntibus Apostolis adscendisset in cœlos: quomodo denique misisset Spiritum Sanctum, quem promiserat: qui veniens quasi ignis, sedisset super Apostolos duodecim, & omnium linguas (n) ac sermocinationes mentibus Apostolorum suorum inseruisset. Ex quorum ipse numero huc missus, scire vos facio idola vana esse, & cultoribus suis inimica (o). Hæc & his similia dicente Apostolo, crediderunt universi populi. Et eliso Martis simulachro, multa millia hominum baptizata sunt. Ipse vero Apostolus ordinatis presbyteris & diaconibus, ordinato etiam Episcopo, & Ecclesiis multis constructis, per revelationem (p) in Asiam (q) reversus est, & in civitate Hierapolis exinde commorabatur. Ubi hæresin malignam Hebionitarum ex-

mus Canone Chronico p. 265. & Kircherus Oedip. I. p. 249.
(k) Ut Act. XIV. 11. (l) De salute sempiterna periclitanti generi humano. (m) Luc. XXIV. 44.
(n) ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανόν. Act. II. 5.
(o) Utpote in exitium eos præcipitantia. (p) Respicit ejusmodi revelationem, qualis contigit Philippo Diacono Act. VIII. 29. (q) Ex Scythia quæ in Europa. Porro

Digitized by Google

extinxit, qui dicebant (r) non verum hominem natum, ex virgine Dei Filium assumpsisse.

IV. Erant autem isthic duæ filiæ Apostoli (s) virgines sacratissimæ, per quas Deus multitudinem virginum lucratus est. Ipse autem Philippus ante septem dies migrationis suæ vocavit

in Martyrologio quod edidit Florentinius ad diem 1. Maji p. 476. Hierapolis, in qua Philippus obiit, malè ponitur in Africa, est enim civitas Phrygiæ Pacatianæ. Adde Florentinii notas p. 487. & 150. (r) Ebionitarum itaque hæresis fuit, si pseudo Abdiæ credimus, hominem, quem assumserit Filius Dei, non fuisse verum hominem, natum ex virgine, sed hominis φάντασμα. Longè aliam tamen illis sententiam tribuunt veteres ad unum omnes: pro mero enim homine Christum habuisse testantur, sive natum ex virgine, sive aliorum hominum more utroque Parente progenitum. Duo siquidem genera Ebionitarum facit Origenes lib. 5. contra Celsum p. 272. Falliturque Petavius qui p. 55. ad Epiphan. alterum horum de divinitate Christi rectè sensisse putat. Est aliquis qui ita putat distinguendi Abdiæ verba: *non verum*, hominem natum ex virgine; *Dei Filium assumsisse*. Verum dubito sanum ne sensum pariat hæc distinctio, & an lectori erudito se sit approbatura. Cæterum hæresin Ebionitarum a Philippo extinctam tradit etiam Hagiologium MS. Florentinii in multis passim cum Abdia conspirans. Vide quæ ex illo profert p. 153. (s) Polycrates apud Euseb. lib. V. c. 24. Hist. Φίλιππον τὸν τῶν δώδεκα Ἀποστόλων ὃς κεκοίμηται ἐν Ἱεραπόλει καὶ δύο θυγατέρες αὐτοῦ γεγηρακυῖαι παρθένοι καὶ ἡ ἑτέρα αὐτοῦ συγάτηρ ἐν ἁγίῳ πνεύματι πολιτευσαμένη ἡ ἐν Ἐφέσῳ ἀναπαύεται. Eadem habet lib. III. c. 31. ad quem locum Valesius notat Philippum Apostolum hic & alibi passim confundi cum Philippo uno è septem Diaconis, cujus quatuor filiæ virgines prophetides memorantur Act. XXI. 9. Idem notat Scaliger ad Euseb. Caveus in utriusque Philippi vita, & alii plures. Vide

Digitized by Google

cavit ad se omnes presbyteros & diaconos, sed & vicinarum urbium Episcopos, & dixit eis: Hos septem dies mihi Dominus in ista vita concessit: quare memores estote doctrinæ Domini nostri Jesu Christi, & state adversus minas inimici viriliter. Dominus autem compleat promissa sua, & corroboret Ecclesiam suam. Hæc & his similia prædicans Apostolus Domini Philippus (t), annorum octuaginta septem, perrexit ad Dominum, & in ea civitate Hierapoli positum est sanctum corpus ejus. In cujus tumulo post aliquantos annos, duæ sacræ virgines, filiæ ejus, dextra lævaque sepultæ sunt. Ubi præstantur beneficia Dei, orante Apostolo, omnibus qui credunt in unum Deum patrem invisibilem, incomprehensibilem, & immensum, quem vidit hominum nullus, neque videre potest: & in unum ejus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum, qui crucifixus est pro seculi delictis: & in unum postremo Spiritum Sanctum paracletum, inluminatorem animarum nostrarum, & nunc & semper, per infinita secula seculorum, Amen.

NOTITIA

tamen quæ in veterum apologiam affert Tillemontius in Memoriis ad Hist. Eccles. ubi de Philippo agit T. 1. p. 958. & 1156. sq. & Cotelerius ad Patres Apostol. T. 1. p. 334. edit. Clarissimi Clerici. Quibus addas licet Florentinum, filias Apostoli & Diaconi Philippi a se distinguentem p. 151. sq. ad Martyrolog. Hermionem Philippi filiam celebrant Græc. Menolog. 4. Sept. uti Mariamnen sororem 17. Febr. De Philippo Apostolo agunt 14. Nov. sed Latini in Martyrologiis, 1. Maji. De Philippo Diacono Menologia Græcorum XI. Octobr. & Latinorum Martyrologia 6. Junii.

(t) Suspensum verso in terram capite, tradunt Græci in lenæis, Nicetas p. 386. Simeon Metaphrastes &c.

NOTITIA
ET
FRAGMENTA
Actuum Apostolicorum
APOCRYPHORUM,
Alphatico ordine digesta.

Digitized by Google

I. ABDIÆ BABYLONII
Historia Certaminis Apostolici, libris X.

AD illa quæ dixi p. 388-400. & ad Lib. VI. c. 20. addes si placet lectum hoc opus videri à Beda retractatt. in Acta Apost. c. 1. sed sub nullo autoris nomine, tantum sub titulo *Passiones Apostolorum*. Vide quæ supra p. 629. seq. & 639. Alios fuisse Actus Apocryphos *Leucii*, quos aliquot in locis allegat Augustinus, notavi p. 508. 693. quanquam viri docti Vossius de hist. Græcis lib. 2. c. 9. Rob. Cocus censura scriptorum p. 88. Georgius Calixtus de conjugio Clericorum p. 186. Joh. Gerhardus lib. 1. Confess. Cathol. p. 423. seq. aliique Abdiam nostrum ab eo inspectum suspicentur. In fragmentis Apostolorum a Steph. Prætorio editis pleraque ἀνθολογεῖα ex Abdia petita sunt. Vide & infra in Marcellus, & *Leucius*, & *Joh. Mellitus* & *Philalethes Eusebianus*, & *Franciscus Xaverius*. Abdiam in Bibliothecis Patrum recusum multi affirmant, etiam editio nona h. e. novissima Lexici Moreriani: falso sane, ut notavi p. 400. nisi Bibliothecæ Patrum nomine intelligas Historiam Christianam veterum Patrum collectam & editam a Laur. Barre. De Abdia nostro agere puto Menologium

Digitized by Google

gium cujus dimidiam partem ex Aroudii versione edidit Ughellus T. 6. Italiæ sacræ. Ita vero illud p. 1061. ad Nonas Septembris: *Abdiæ Martyris certamen* (a). *Abdias Martyr natione Persa professione Christianus cum daret omnem operam ut quam plurimos ad Salvatoris nostris Jesu Christi cultum traheret, retentus à Magorum principe jubetur abjurato Christo solem & lunam gentiles Deos adorare; quod execratus vir Dei horrentibus malorum puniçorum virgis à mane ad meridiem in ventre lumbisque caditur. Inde seminivus subvolantibus tortoribus domum suam delatus paulo post moritur, summam animi ad extremum usque spiritum præ se ferens lætitiam, quod dignus habitus esset, qui pro Christi nomine sanguinem vitamque profunderet, cujus Corpus Christiani sepulchro condidere.* Alius Abdas sive Abdias de quo mentionem feci in notis p. 388. Alius de quo p. 632. Alius de quo p. 650. Alius denique Abdias Propheta, cujus memoriam Græci recolunt die 19. Novembris.

II. ACHAIÆ PRESBYTERORUM & DIACONORUM, Epistola de Passione S. Andreæ.

DEscripta a Simeone Metaphraste, incipit Græce (a): *ἅπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἐθεασάμεθα*, apud Allatium de Simeonibus p. 119.

(a) i. e. passio, sive Martyrium. Unde Historia Certaminis Apostolici Abdiana nihil aliud significat quam passiones Apostolorum.

(a) Sandius p. 11. nuclei Hist. Eccles. *Legi Oxoniæ*

Digitized by Google

p. 119.) Latine vulgata est in breviario Rom. 30. Nov. tum a Bonino Mombitio in vitis Sanctorum T. 1. ab Aloysio Lipomanno parte 1. p. 367. a Laur. Surio T. 6. p. 653. ad 30. Novembris &c. a Laurentio de la Barre in Historia Christiana veterum Patrum, Andrea du Saussay ad calcem operis de gloria S. Andreæ. Tanquam genuina defenditur a Baronio ad A. C. 69. n. 34. quem vide etiam ad Martyrolog. Rom 30. Nov. Pro genuina habent præter Baronium & editores, Sausiæum præcipue, Possevinus, Labbeus, Natalis Alex. & Emanuel a Schelstrate p. 376. Antiquitatis illustratæ. Sed merito ambigunt ex ipsis Romanæ Ecclesiæ sociis Elias du Pin, & quo nemo diligentius hoc scriptum excusiit Tillemontius ad vitam Andreæ nota 2. Ad testimonia scriptorum pro γνησιότητι hujus Epistolæ a Saussayo adductorum respondet Rev. D. Ittigius in diss. de Patribus Apostolicis p. 61. seq. Neque sane proferri potest testis non suspectus, qui Epistolam illam legisse se affirmet, ante seculum a Christo nato octavum: Neque veteres scriptores cum falsa Andreæ acta rejiciunt, usquam testantur alia genuina passionis S. Andreæ acta fuisse, præter unum fortasis Phila-

MS. Graecum Actorum Andreæ, sed liber est fabulosus, ridiculus, & suppositicius, nihilque reperi in eo Manichæismum sapiens, nisi quatenus Manichæi cum Montano consenserunt. Sunt autem eadem cum libro qui dicitur Passio S. Andreæ, quæ à presbyteris Achaiæ conscripta fertur.

Digitized by Google

Philastrium seculi quarti scriptorem, cujus verba paulo post adducam. Plures porro in eadem Epistola suppositionis notas animadverterunt Cocus in censura scriptorum veterum, Rivetus in Critico sacro, Edmundus Albertinus lib. de Eucharistia p. 259. Joh. Gerhardus T. 1. Confess. Cathol. p. 423. Aug. Varenius rationar. Seculi I. p. 132. Minime autem hæc Epistola presbyterorum Achajæ confundenda est cum aliis Actis Andreæ per hæreticos confictis, de quibus mox sum dicturus: Quæ enim ex illis proferunt Philastrius, Augustinus & alii, in illa non modo non leguntur, sed & diversa quædam leguntur.

III. ACTA S. ANDREÆ,

Eusebii locum habes supra p. 132.

S. Epiphanius in hæresi XLII. Encratitarum, num. 1. p. 400.

Κ Ε'χρηνται δὲ γραφαῖς περιλειπούσαις ταῖς λεγομέναις Ἀνδρέου καὶ Ἰωάννου πράξεσι καὶ Θωμᾶ, καὶ Ἀποκρύφοις τισὶ, καὶ οἷς βίβλοις λόγοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης.

INter primarias Scripturas habent ANDREÆ ac Johannis ACTA, nec non Thomæ, & Apocryphos alios. E vetere Testamento quæ libuerit eligunt.

Digitized by Google

Idem hæresi LXI. Apostolicorum sive Apotacticorum num. 1. p. 506.

Καὶ οἱ μὲν Καθαροὶ ταῖς ῥηταῖς μόνον γραφαῖς κέχρηνται. Οὗτοι δὲ ταῖς λεγομέναις πράξεσιν Ἀνδρέου τε καὶ Θωμᾶ τὰ πλεῖστον ἐκπεριέδοντας, πανταπάσασιν ἀλλότριοι τῷ καινῷ τῆ ἐκκλησιαστικῆ ὑπάρχοντες.

Cumque Cathari receptis duntaxat Scripturis adhæreſcant, illi ANDREÆ ac Thomæ (ita enim vocant) ACTIS potisſimum nituntur, ſuntque ab Eccleſiæ regula prorſus alieni.

Idem hæresi LXIII. Origenianorum num. 2. p. 521.

Κέχρηνται δὲ, ὡς ἔφην διαφόροις γραφαῖς παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης, καὶ Ἀποκρύφοις τισί, μάλιστα τοῖς λεγομέναις πράξεσιν Ἀνδρέου καὶ τῶν ἄλλων.

Cæterum varios ut dixi tam Veteris quam Novi Teſtamenti libros adhibent, nec non & Apocryphos quosdam, velut ANDREÆ & aliorum ACTUS.

S. Philaſtrius hæresi LXXXVII.

Hæreſis eſt etiam quæ Apocrypha, id eſt ſecreta dicitur, quæ ſolum (a) Prophetas & Apoſto-

(a) Senſus eſt eos non recipere libros ſacros, quatenus in Canonem relati, ab Eccleſia probantur: quos hic

Digitized by Google

postolos accipit, non Scripturas Canonicas id est Legem & Prophetas, Vetus scilicet & novum Testamentum. Et cum volunt solum illa Apocrypha legere studiose, contraria Scripturis Canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant, contra eos dantes sententias, contra Legem & Prophetas, contraque dispositiones beatissimorum Apostolorum consulta ponentes. E quibus sunt maxime Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, Valentiniani & alii quam plurimi, qui Apocrypha Prophetarum & Apostolorum, i. e. Actus (b) separatos habentes, Canonicas legere Scripturas contemnunt. Propter quod statutum est ab Apostolis (c) & eorum successoribus, non aliud legi in Ecclesia debere Catholica, nisi Legem & Prophetas & Evangelia & Actus Apostolorum & Pauli tredecim Epistolas, & septem

Canon veluti novam restrictionem addit Apostolicis & Propheticis scriptis, & paucis tantum libris absolvitur, plura enim a Prophetis & Apostolis scripta esse quam in Canone legantur. Itaque recipere Prophetas & Apostolos, h. e. libros quoscunque sub Prophetarum & Apostolorum nominibus jactatos, sive in Canone Ecclesiastico extent, sive minus. (b) *Actus* h. l. ponuntur pro scriptis quibuscunque authenticis. (c) Videtur respicere canonem ultimum ex iis qui Apostolici appellantur & extant in Constitutionibus sub Apostolorum nomine editis libro & capite postremo. Nam in Novi fœderis quidem scriptis hac de re nihil, & canones Apostolicos itemque Constitutiones à scriptoribus seculi IV. laudari, probatum abunde est a viris doctissimis Beveregio & Cotelerio. Observa etiam Apocalypsin hic a Philastrio omitti, perinde ut in canone Apostolico.

Digitized by Google

ſeptem alias, Petri duas, Johannis tres, Judæ unam & unam Jacobi, quæ ſeptem, Actibus Apoſtolorum (d) conjunctæ ſunt. Scripturæ autem abſconditæ, id eſt Apocrypha, etſi legi debent morum cauſa à perfectis, non ab omnibus legi debent, quia non intelligentes multa addiderunt & tulerunt quæ voluerunt hæretici. Nam

(d) Notum eſt in Antiquis Bibliorum codicibus non fuiſſe ſemper eundem ordinem librorum N. T. Nam Acta Apoſtolorum modo præcedebant Apocalypſin, ut innuunt Auguſtinus, Caſſiodorus & Theodulphus Aurelianenſis: Modo inter Epiſtolas Pauli & ſeptem Catholicas media interponebantur, ut fit in quibusdam editionibus Bibliorum latinorum ante ducentos fere annos editis, & in MSto codice Bibliothecæ Vallicellanæ, quem inſpexiſſe ſe teſtatur in muſeo Italico præclaræ eruditionis vir Johannes Mabillonius, nec non in verſione veteri Catalonica quam Rich. Simonius refert oculis ſe uſurpaſſe. In veteri codice N. T. latino ante 800. annos ſcripto qui extat in Bibl. S. Germani, Acta ſequuntur quatuor Evangelia, ſed præcedunt Epiſtolas Catholicas, quibus ſubjiciuntur demum Epiſtolæ Paulinæ. Idem in MSS. Syriacis & verſione Moſcovitica obſervare eſt, neque a vero abhorret eundem ordinem in codicibus quibusdam deprehendiſſe & forte ſecutum eſſe B. Hieronymum. Etiam in Bibliis ſub finem Seculi XV. & decimi ſexti initium excuſis paſſim deprehendas ejusmodi varietatem, ut de MSS. codd. nihil dicam, in quibus non deſunt ubi Acta comparent demum poſt Apocalypſin. Lucas ipſe videtur Acta ſtatim ſubjeciſſe Evangelio ſuo quod πρότερον λόγον vocat, tanquam librum Poſteriorem unius ejusdemque operis. Quamobrem in quibusdam Codd. MSS. Acta nullum habent auctoris nomen præfixum. Hoc enim inde factum eſſe Dodwellus conjicit, quia in libro ſecundo nomen ſubintelligebatur, quod priori præfixum erat. Acta Lucæ plane non recepere Cerinthiani, Ebionitæ, Severiani, Marcionitæ & Manichæi. Apud Chryſoſto-

Digitized by Google

Nam Manichæi * Apocrypha beati ANDREÆ Apostoli, id est ACTUS quos fecit veniens de Ponto in Græciam, quos conscripserunt tunc discipuli sequentes Apostolum: unde & habent Manichæi, & alii tales, Andreæ beati, & Johannis actus Evangelistæ, beati & Petri similiter Apostoli, & Pauli pariter Apostoli, in quibus quia signa fecerunt magna & prodigia, ut & canes & bestiæ loquerentur, etiam & animas hominum tales velut canum & pecudum similes imputaverunt esse hæretici perditi.

S. Augustinus contra Adversarium Legis & Prophetarum lib. 1. c. 20. T. 6. Opp. p. 605.

Sane de Apocryphis iste posuit testimonia, quæ sub nominibus Apostolorum ANDREÆ Johannisque conscripta sunt. Quæ si illorum essent, recepta essent ab Ecclesia quæ ab illorum temporibus per Episcoporum successiones cer-

tatum homilia in inscriptionem Actorum T. 5. edit. Ducæi p. 456. legas pluribus sua ætate plane ignotum esse & librum istum & autorem libri: τοῖς τυχὸν τὸ βιβλίον ἀδ' ὅτε ἔν τινι γνώριμόν ἐστιν, ἔτε αὐτὸ ἔτε ὁ γράψας αὐτὸ πρὸ τινος. Sed apparet hisce verbis potius supinam quorundam inscitiam & torporem, quam publicam Ecclesiæ suorum temporum negligentiam a viro disertissimo reprehendi & increpari.

* Hic locus corruptus, nescio an restitui poterit citra opem codicis MS. Forte pro *conscripserunt* legendum *conscripserint*, & *habeant* pro *habent*.

certissimas usque ad nostra & deinceps tempora perseverat, & immolat Deo in corpore Christi sacrificium laudis, ex quo Deus Deorum locutus vocavit terram à solis ortu usque ad occasum.

Alium Augustini locum dedi supra p. 508. Innocentii l. p. 11 (ubi videbis Acta Andreæ tribui vel *Leonidi & Nexocharidi* Philosophis, vel *Leucio* alicui, de quibus suo loco sum dicturus.) Gelasii p. 136. Timothei presbyteri p. 139. Auctor libri de vera & falsa pœnitentia, qui legitur inter Opera S. Augustini, T. 4. Opp. p. 1043. cap 8.

In hoc desiderio erat Andreas, qui in cruce positus à Domino requirebat, tempus est ut commendes terræ corpus meum. Volebat enim eum plebs de cruce deponere. Ipse autem cœpit Dominum rogare: Ne me permittas Domine descendere vivum, sed tempus est ut commendes terræ corpus meum: tamdiu enim jam portavi, (e) tamdiu super commendatum vigilavi & laboravi, quod vellem jam ab

(e) Observa in Presbyterorum Achajæ Epistola de passione Andreæ, preces Apostolo tribui longe aliis verbis conceptas: *Ne permittas Domine Jesu Christe me famulum tuum qui propter nomen tuum pendeo in cruce, solvi, nec permittas eum qui jam per crucem suam cogno-*

Digitized by Google

ab ipsa obedientia liberari, & isto gravissimo indumento exspoliari. Recordor quantum in portando onerosum, in fovendo infirmum, in coërcendo lentum, in domando superbum laboravi. Scis Domine quoties à puritate contemplationis me retrahere conabatur, quoties à dulcissimo quietis tuæ somno me excitare contendebat, quantum & quoties ad dolorem ingerebat. Qui igitur tamdiu Pater benignissime pugnanti restiti & tua ope superavi & vici; à te pio & justo remuneratore posco, ne mihi ultra commendes, sed depositum reddo. Commenda alii quem illud ultra non impediat & resurrecturum servet & reddat, ut & ipsum quoque sui laboris mercedem recipiat. Terræ me commenda, ut vigilare me ampliusnon oporteat, & libere ad te fontem indeficientis gau-

vit magnitudinem tuam, ab Ægea homine corruptibili humari, sed suscipe me tu magister meus Christe, quem dilexi, quem cognovi quem confiteor, quem cernere desidero, in quo sum quod sum. Suscipe Domine Jesu Christe spiritum meum in pace, quia jam tempus est ut veniam desiderans te videre. Suscipe me Domine Jesu Christe magister bone, & jube me de ista cruce non deponi nisi prius spiritum meum susceperis. Alias Andreæ in cruce pendentis preces refert Abdias supra p. 514. Nempe exiguas quasdam nec contemnendas forte traditiones de S. Andreæ obitu varii deinde scriptores Catholici & hæretici Græci & latini pro suo quisque ingenio variis seculis diversimode ornarunt, auxerunt, interpolarunt corruperunt. Idem factum est in aliorum Apostolorum vitis & passionibus.

Digitized by Google

gaudii tendere anxiantem me jam non retrahat, nec impediat. Hic dolebat jam non esse cum Domino, nec pœnitebat commendatum esse Domino.

Turibius Asturicensis Episcopus in Epistola (f) ad Episcopos Idacium & Ceponium.

Loquarne ego an taceam nescio, quia utrumque formido. Sed ne forte sanctitas vestra quæ mala quantæque blasphemiæ Apocryphis libris quos hi nostri vernaculi hæretici (*Priscillianistæ*) ad vicem Sanctorum Evangeliorum legunt, continentur, ignoret: maximi facinoris reum me esse credo si taceam. Itaque hæc non adhortatio autoritatis alicujus est, sed potius suggestionis instructio. Primum ergo ut illa patefaciam quæ in plurimorum fide vel magis perfidia esse cognovi, quæ cum multis publico pæne magisterio doceantur, si Catholicorum aliquis paulo constantius destructionis causa assertioni insistat, continuo inficias euntes & perfidiam perfidiâ occulunt. Quod ne ultra

(f) Hanc ex Bibl. Regis Hisp. Laurentiana primus edidit Ambrosius Morales Histor. Hispan. lib. 11. c. 26. inde Cæsar Baronius ad A. C. 447. Tom. 6. Annal. & Franciscus Bivarius ad Pseudo Dextri Chronicon, in quo mentio commentitii cujusdam Turibii Toletani, tum Paschasius Quesnellus cum Epistolis Leonis M. p. 459. denique Josephus Saenz de Agvirre in collectione maxima Concilior. Hispaniæ T. 2. p. 813.

Digitized by Google

ultra jam faciant, ex Apocryphis Scripturis quas Canonicis libris veluti secretas & arcanas præferunt, & quas maximâ veneratione suscipiunt, & ex his quas legunt traditionibus dictisque autorum suorum ea quæ in ipsis arguuntur vera esse docentes: aliqua autem ex his quæ in istorum doctrina sunt, in illis quos legere potui Apocryphis codicibus non tenentur. Quare unde prolata sint nescio, nisi forte ubi scriptum est per cavillationes illas, per quas loqui Sanctos Apostolos mentiuntur, aliquid interius indicatur quod dispungendum sit potius quam legendum: aut si forsitan sint libri alii qui occultius secretiusque servantur, solis, ut ipsi ajunt, perfectis patentes. Illud autem specialiter in illis Actibus qui S. Thomæ dicuntur præcæteris notandum atque exsecrandum est, quod dicit eum non baptizare per aquam sicut habet Dominica prædicatio atque traditio, sed per oleum solum: quod quidem isti nostri (*Priscillianistæ*) non recipiunt, sed Manichæi sequuntur, quæ hæresis iisdem libris utitur & eadem dogmata & his deteriora sectatur. Ita exsecrabilis universis per omnes terras ad primam professionis suæ confessionem nec discussa damnetur oportet, per cujus auctores vel per maximum principem Manem ac discipulos ejus, libros omnes Apocryphos vel compositos vel infectos esse manifestum est, specialiter autem ACTUS illos qui vocantur S. ANDREÆ, vel illos qui vocantur S. Johanis, quos sacrilego Leucius ore conscripsit, vel illos qui dicuntur

Digitized by Google

S. Thomæ & his similia, ex quibus Manichæi & Priscillianistæ vel quæcunque illis secta est germana, omnem hæresin suam confirmare nituntur, & maxime ex blasphemissimo illo libro qui vocatur memoria Apostolorum, in quo ad magnam perversitatis suæ auctoritatem doctrinam Domini mentiuntur, qui totam destruit legem Veteris Testamenti, & omnia quæ S. Moysi de diversis creaturæ factorisque divinitus revelata sunt, præter reliquas ejusdem libri blasphemias, quæ referre pertæsum est. Ut autem mirabilia illa atque virtutes quæ in Apocryphis scripta sunt, Sanctorum Apostolorum vel esse vel potuisse esse non dubium est, ita disputationes assertionesque illas sensuum malignorum ab hæreticis constat esse insertas, ex quibus scripturis diversa testimonia blasphemiis omnibus plena sub titulis suis adscripta digessi (g), quibus etiam ut potui pro sensus mei qualitate respondi. Quod ideo necesse habui paulo latius vestris auribus intimare, ut vel posthac nemo quasi inscius rerum dicat se simpliciter hujusmodi libros vel habere vel legere.

Quod

(f) Hoc Turibii scriptum interciderit, uti commonitorium quoque ejus in septendecim capita divisum, cujus argumentum petere licet è Leonis M. Epistola 93. ad eundem Turibium exarata & errores Priscillianistis objectatos perstringente. (Epist. 15. edit. Quesnelli.) Ibi de Canonicis per hæreticos illos corruptis & de Apocryphis scriptis inter eosdem jactatis hæc censura legitur c. 13. *Atque ut hæc mendaciorum suorum sacrilegia bonis titulis colorarent,*

Digitized by Google

Quod supereſt, de S. Andrea conſulendi præter Abdiam libro III. Heſychius presbyter in laudatione S. Andreæ, cujus excerpta refert Photius cod. 269. licet pro ἐκ τῆς εἰς τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν ἐγκωμίου perperam ibi excuſum ſit, εἰς τὸν ἅγιον

omnia pæne divina eloquia ſenſuum nefandorum immiſſione violarunt. De quâ re quintidecimi capituli ſermo conqueritur, & præſumtionem diabolicam merito deteſtatur, quia & nos iſtud veraciumteſtium relatione comperimus, & multos corruptiſſimos eorum codices qui Canonici titulantur, invenimus. Quomodo enim decipere ſimplices poſſent, niſi venenata pocula quodam melle prælinirent, ne usquequaque ſentirentur inſuavia quæ eſſent futura mortifera? Curandum ergo eſt & ſacerdotali diligentia maxime providendum, ut falſati codices & à ſincera veritate diſcordes in nullo uſu lectionis habeantur. Apocryphæ autem ſcripturæ quæ ſub nominibus Apoſtolorum, multarum habent ſeminarium falſitatum, non ſolum interdicendæ ſed etiam penitus auferendæ ſunt, atque ignibus concremandæ. Quamvis enim ſint in illis quædam quæ videantur ſpeciem habere pietatis, nunquam tamen vacuæ ſunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione ſeductos laqueis cujuscunqi erroris involvant. Unde ſi quis Epiſcoporum vel Apocrypha haberi per domos non prohibuerit, velſub Canonicorum nomine eos Codices in Eccleſia permiſerit legi, qui Priſcilliani adulterinâ ſunt emendatione corrupti, hæreticum ſe noverit judicandum, quoniam qui alium ab errore non revocat, ſeipſum errare demonſtrat.

Digitized by Google

Συμεῶν. Nicetas Paphlago Oratione in S. Andream ap. Combefisium T. 1. Auctar. nouiss. p. 335. Menæa Græcorum, & latinorum Martyrologia die XXX. Nouembris. Sermones S. Chrysostomi, S. Bernardi siue Nicolai Clarævallensis, P. Damiani &c. Nicephorus lib. 2. c. 39. & qui de Apostolis succincte egerunt exiguæ fere fidei scriptores Græci Dorotheus, Sophronius, Hippolytus à Combefisio auctar. nouiss. T. 2. p. 831. & eadem fere tradens anonymus cum Oecumenio in Epist. Pauli pridem editus: tum latini Isidorus Hisp. siue quisquis autor de vita & morte sanctorum utriusque Test. & autor indiculi Apostolorum à Florentinio illustrati & cum Martyrologio Hieronymiano editi: ut omittam poëmatia de duodecim Apostolis, Venantii, Walafridi Strabi &c. Inter recentiores post Joach. Perionium qui in libro de vitis Apostolorum res Andreæ strictim refert, fusissime de hoc Apostolo egit Andreas Saussæus in opere de gloria S. Andreæ, quod in XII. libros distributum lucem adspexit Parisiis A. 1656. fol. Neque omittendi triumviri doctissimi à quibus duodecim Apostolorum vitas latine Anglice & Gallice descriptas habemus, Joachimus Camerarius, Gvilelmus Gaveus & Seb. Nanus Tillemontius. In Saussæo reprehendent fortassis alii quod nimium tribuit narrationibus fabu-

Digitized by Google

fabulosis, Abdiæ præsertim, & quod tantum volumen implevit commendatione rerum in quibus nihil propemodum est certi. De reliquiis Andreæ per Constantium Imp. ex Achaja Cpolin translatis agit Fronto Ducæus ad Orat. 1. Chrysostomi de statuis

IV. ACTA APOSTOLORUM *Quibus usi sunt* APOSTOLICI *sive* APOTACTICI.

Vide Epiphanii locum adductum supra p. 748.

V. CLEMENTIS ROMANI *De Actis* PETRI.

HIc Evangelii præco & præscriptorum (g) Apostolicorum scriptor, (ut celebratur à Græcis in Menologio 25. Nov.) fertur composuisse itinerarium sive Periodos Petri ad Jacobum fratrem Domini, Apocryphis accensitas à Gelasio supra p. 135. seq. De hoc scripto quod in decem libros distributum ex editione latina qui-

(g) h. e. διαταγῶν sive Constitutionum Apostolicarum quæ in octo libros divisa sub Clementis nomine extant. Vide supra p. 144. seq. De iis nihil aliud noto in præsenti, nisi quod Theodorus Balsamon in Epist. de jeuniis edita à Cotelerio 2. monum. p. 505. respiciens locum Constitutt. lib. 5. c. ult. opus illud vocat Actus Apostolicos; ταῖς Ἀποστολικαῖς, inquit, διειλημμέναις πράξεσι.

Digitized by Google

quibusdam locis à Rufino interprete mutilata & Gaudentio inscripta extat sub titulo *recognitionum* (h) ita diligenter egit Cotelerius, qui illud emendatius & libro tertio novem capitibus auctius edidit atque illustravit in præstantissimo Patrum Apostolicorum opere, vulgato Parisiis A. 1672. & Amstelod. A. 1698. fol. ut aliis otium fecerit. Vide tamen quæ post illum notarunt viri clarissimi Nicolaus Nourritius in Apparatu ad Bibl. Patrum diss. XI. & J. E. Grabe T. 1. spicilegii, p. 284. 289. seq. & Thomas Ittigius diss. de Patribus Apostolicis §. 71. seq. Ad re-

(h) Græcus titulus fuit ἀναγνωρισμός teste Rufino de adulterat. librorum Origenis. Alii vocant περιόδους ut Hieronymus 1. contra Iovinian. & ante hunc Origenes in Philocalia c. 23. ex λόγοις XIV. illarum proferens quæ occurrunt lib. 10. num. 11. & 12. Photius in Bibl. cod. 113. testatur in eodem opere comprehensas fuisse τὰς λεγομένας τῶν Ἀποστόλων πράξεις καὶ τὰς πρὸς Σίμωνα τὸν μάγον διαλέξεις, καὶ ἔτι τὸν ἀναγνωρισμὸν Κλήμεντος καὶ τῆς πατρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν. Atque hinc in quibusdam codicibus totum opus inscribi Κλήμεντος Ρωμαίου ἀναγνωρισμοὶ. Idem Photius & ante eum Rufinus duas diversas docent extitisse editiones hujus operis. Et hodieque præter recognitiones habemus sub Clementis nomine homilias 19. Clementinorum, præmissâ Epistola ad Jacobum Græce & latine editas versas & illustratas ab eodem Cotelerio, tum Epitomen de gestis Petri à Sim. Metaphraste forte collectam, quam Græce vulgaverat etiam Adrianus Turnebus addita Joachimi Perionii versione Paris. 1554. 4to. Recognitionum primam editionem debemus Joh. Sichardo Basil. 1526. ap. Joh. Bebelium fol. Conter quæ infra in Actibus Petri.

Digitized by Google

recognitiones Clementis reſpiciunt præter ſcriptores à Cotelerio notatos Conſtitutiones Apoſtolicæ VI. 8. Sozomenus, ubi Clementem primum (i) Hiſtoricorum N. T. laudat, libro & capite primo, notante etiam Valeſio in notis p. 98. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 3. Origg. c. 5. 0. & libro de natura rerum c. 17. & 31. ubi profert locum qui extat lib. 8. recognitt c. 42. Patres ſeptimæ Synodi T. 7. Concil. edit. Labbei p. 358. quo in loco tanquam falſas & Apocryphas periodos Petri proſcribunt. Prætereo Bardeſanis locum ab Euſebio & Cæſario exſcriptum, quia hunc notavit Cotelerius ipſe ad recognitt. lib. IX. c. 19 ubi eadem prorſus leguntur, quæ ex Bardeſane Euſebius producit. *Librum de vero Propheta* ad Jacobum ſe ſcripſiſſe jubente Petro, affirmat PſeudoClemens lib. 1. recognitt. c. 17. & lib. 3. c. ult. alios *decem libros de ſingulis quæ apud Cæſaream diſſerta ſunt à Petro.* Scriptis ſub Clementis nomine jactatis Euſebius III. 38. & Hieronymus in Catalogo etiam accenſent *Diſputationem Petri & Apionis* longo ſermone conſcriptam, quæ interiit. De Clementis eruditione veteribus celebrata vide quæ collegit laudatus Cotelerius ad recognitt. VIII. 7. Paulinus translationem ſuam Sancti Clementis memorans Epiſt. 47. ad Rufinum, poteſt videri partem Clementini operis non ut ederetur, ſed exercitii cauſa latine verſiſſe, eamque cen-

(i) Beda de ratione temporum c. 3. proferens locum ex recognitt. VI. 7. *Clemens*, inquit, *in ſexto Hiſtoriarum libro ita ſcribit.*

Digitized by Google

sendam Rufino exhibuisse. Anastasius autem Bibliothecarius Epist. ad Johannem Diaconum Romanum, eumque secutus Illustris Huetius de claris interpretibus p. 246. perperam existimarunt recognitiones primum scriptas ab auctore fuisse latine, deinde Græcè versas, atque iterum è Græco in latinum translatas à Rufino. Nempe hic in præfat. profitetur se Clementem ut Romanum suæ linguæ reddere. Rufini præfationem supposititiciam esse, male suspicati sunt Sixtus Senensis, Bellarminus, Joh. Rainoldus T. 1. Apocryph. p. 208. Cocus & alii.

VI. CRATONIS *Libri X. de gestis & passionibus Apostolorum.*

De hoc dixi p. 388. seq. & 628. seq.

VII. ACTA APOSTOLORUM quibus usi sunt EBIONITÆ.

S. Epiphanius hæresi XXX. Ebionitarum num. 16.

Πράξεις δὲ ἄλλας καλοῦσιν Ἀποστόλων ἔναι ἐν αἷς πολλὰ τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐμπλέα, ἔνθεν τὰ ἀ παρέργως καὶ τῆς ἀληθείας ἑαυ-

PRæterea Apostolorum alios Actus appellant, in quibus plurimâ sunt impietatis illorum vestigia, ejusque potissimum auctoritate libri ad oppu-

τὰς

Digitized by Google

τὰς ὅπλισαν. Διαφθορὰς γὰρ γίνας καὶ ὑφηγήσεις δῆθεν ἐν τοῖς ἀναβαθμοῖς Ἰακώβου ὑποτίθενται, ὡς ἐξηγουμένου κατὰ τὸ ναὸν καὶ τῶν θυσιῶν, καὶ κατὰ τὸ πυρὸς τοῦ ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ καὶ ἄλλα πολλὰ κενοφωνίας ἔμπλεα, ὡς καὶ τοῦ Παύλου ἐνταῦθα καταγορεύοντες ὑπ' αἰχύνοντα ἐπιπλάστοις λόγοις τῆς τῶν ψευδαποστόλων αὐτῶν κακουργίας καὶ πλάνης λόγοις πεποιημένοις. Ταρσέα μὲν αὐτὸν ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖ καὶ οὐκ ἀρνεῖται λέγοντες, ἐξ Ἑλλήνων δὲ αὐτὸν ὑποτίθενται, λα-

gnandam veritatem armantur. Quippe certos illic gradus (a) in iisque Jacobi narrationes quasdam explicant, quibus adversus templum & sacrificia, ignemque qui est in altari, declamans inducitur. Accedunt & alia quamplurima longe stolidissima. Ut vel Paulum ipsum illic accusare non erubuerint mendacissimis quibusdam sermonibus, quos falsorum ex illo grege Apostolorum error atque improbitas excogitavit. Siquidem Tarsensem illum nominantes (b) id quod ipse non negat imo palam profi-

(a) In templum Hierosolymitanum gradibus adscendebatur. Itaque in his gradibus Jacobum minorem finxerunt Ebionitæ ascendentem in templum illa quæ volebant hæresi suæ consentanea protulisse. Confer quæ supra p. 603. seq.
(b) Ita transfercendus hic locus, quem versio Petavii obscutiorem reddidit.

Digitized by Google

βάντες τὴν πρόφασιν ἐκ τοῦ τόπου διὰ τὸ φιλάληθες ὑπ' αὐτοῦ ῥηθέν, ὅτι Ταρσεύς εἰμι, οὐκ ἀσήμου πόλεως πολίτης. Εἶτα φάσκουσιν αὐτὸν εἶναι ἕλληνα, καὶ ἑλληνίδος μητρὸς καὶ ἕλληνος πατρὸς παῖδα. Ἀναβαίνοντα δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ χρόνον ἐκεῖ μεμενηκότα, ἐπιτεθυμηκέναι δὲ θυγατέρα τοῦ ἱερέως πρὸς γάμον ἀγαγέσθαι, καὶ τοῦτο ἕνεκα προσήλυτον γενέσθαι καὶ περιτμηθῆναι. Εἶτα μὴ λαβόντα

tebatur, addunt & à gentilibus oriundum esse, cujusdam occasione loci quo verissime dixerat quod Tarsensis esset, non obscuræ (c) urbis civis. Itaque gentilem fuisse affirmant, utroque parente gentili procreatum. Cumque Hierosolymam accessisset, & ibidem aliquamdiu mansisset, Pontificis filiam ducere statuisse. Quare proselytum se fecisse, ac circumcisionem usurpasse. Postea quod ab eo conjugio excidisset, (d) iratum ad-

τοῦ

(c) Act. XXI. 39. ubi recte ἀσήμου sive μείωσιν observant viri docti, dicitur eum οὐκ ἀσήμου pro ἐπισημοτάτης. Porro eodem loco Judæum se quoque appellat Paulus, hoc est Ebionitarum ex sententia proselytum. Sed diserte testatur Paulus se octavo die circumcisum, natum ex tribu Benjamin ex genere Israëlis, Hebræum ex Hebræis, in patria lege institutum. Vide Philip. III. 5. Actor. XXIII. 3. & 2. Cor. XI. 22. Rom. XI. 1. Epiphan. num. 25. & Photium Epist. 102. & 246. sep. (d) Hoc perabsurdo & falsissimo commento Ebionitæ qui circumcisionem & ritus legis observabant, conati sunt Pauli dicta quibus opinioni ipsorum adversatur suspecta facere.

Digitized by Google

τὴν πόρνην ὠργίσθαι, καὶ κατὰ ἐπιτομὴν γεγεφύρωσθαι καὶ κ. σαββάτου καὶ νομοθεσίας.

versus circumcisionem & Sabbatum legemque scripsisse.

Usi præterea sunt iidem Ebionitæ Petri periodis à Clemente conscriptis, νοθεύσαντες μὲν τὰ ἐν αὐταῖς, ὀλίγα δὲ ἀληθινὰ ἐάσαντες, *paucæ vera relinquentes, cæteris omnibus adulteratis ac suppositis* ut ait idem Epiphanius num. 15. De hoc opere dixi paulo ante in *Clemente*, & infra in *Petro*.

VIII. ACTA APOSTOLORUM

Quibus usi sunt ENCRATITÆ, horumque in hæresi socii APOSTOLICI sive APOTACTICI.

Vide loca Ephiphanii allata supra p. 748.

IX. ACTA JOHANNIS.

De his Fusebii, Philastrii, Epiphanii, Athanasii, Augustini, Innocentii I. Turibii & Stichometriæ autoris verba librum illum supposititium proscribentia habes supra p. 132. 751-747 - 134. 338. 11. 755. & 142. Ex quibus locis disces Actus Apocryphos Johannis nomine scriptos, laudatos ab Encratitis, Manichæis, & Priscillianistis: nec exiguam fuisse eorum molem, utpote στίχοις termille ac sexcentis constantium. Forte Ebionæi primi Acta Johannis

Digitized by Google

nis ſuppoſuerunt. Epiphanius enim hæreſi XXX. num. 23. cum dixiſſet eos ſub Jacobi, Matthæi & aliorum diſcipulorum nomine libros confinxiſſe, ſubjungit, etiam Johannis nomine ipſos abuſos, quo nemo diſertius eorundem hæreſi adverſatur. Ἐν οἷς ἐνάμασι καὶ τὸ ὄνομα Ἰωάννε τῦ Ἀποςόλε ἐγκαταλέγουσιν, ἵνα πανταχόθεν φωρατὴ γένηται ἡ αὐτῶν ἄνοια. *Inter quæ* (ſuppoſititia) *Johannis etiam Apoſtoli nomen admiſcent, quo eorum vecordia poſſit ex omni parte deprehendi.* Videri poſſint etiam Quartadecimani uſi fuiſſe Actibus Johannis, Theodoritus enim lib. 3. hæreticarum facularum c. 4. poſt rejectam ſententiam illorum de celebrando ad diem XIV. lunæ Paſchatos feſto, quam à S. Johanne (a) Apoſtolo accepiſſe ſe jactabant, addit: κέχρηνται δὲ καὶ ταῖς πεπλανημέναις τῶν Ἀποςόλων πράξεσι καὶ τοῖς ἄλλοις νόθοις, μᾶλλον δὲ ἀλοτρίοις τῆς χάριτος, ἃ καλῦσιν Ἀποκρύφα. *Utuntur etiam erroneis Actibus Apoſtolorum, & aliis ſpuriis vel a gratia alienis, quæ Apocrypha vocant.* Vereor autem ne Theodoritus Actus Apoſtolorum nominaverit, cum debuiſſet nominare *Acta Pilati*, his enim uſos fuiſſe Quartadecimanos conſtat. Vide ſupra p. 219. 220. 221. Locum Ephræmi Patriarchæ Theopolitani ſive Antiocheni, quo Actorum Johannis mentionem facit, ex Photii cod. 229. p. 418. Græcè deſcripſi ſupra p. 590. Latinam Andreæ Schotti verſionem emendavit Rev. Ittigius p. 132. appendicis de hære-

(a) Adde Euſebium lib. 3. Hiſt. c. 24.

Digitized by Google

hæresiarchis, Ita enim omnino reddenda Ephræmi verba: *Huic sententiæ consentiunt etiam Acta Johannis dilecti, & vita ejus, quam non pauci proferunt.* Nonnulla ex Apocryphis Johannis actibus videntur derivata in librum quintum Abdiæ, in Melliti & Prochori narrationes de quibus infra, & in Simeonis Metaphrastæ commentarium de Johanne, qui Oecumenii & Arethæ commentariis subjicitur in editione Græca Veronensi A. 1532. fol. Forte ex iisdem petiit Cassianus, quod collat. 24. c. 21 narrat de Johanne, perdicem (b) quandam manibus molliter demulcente, & venatorem qui hoc mirabatur, arcûs quem manibus tenebat exemplo docente, quod uti ille, ita animus quoque hominis non semper deberet esse intensus, sed remissionem ac relaxationem quandam subinde desideraret. Locum Cassiani descripti infra in *Leucio.*

X. LEONIDÆ & *Nexocharidis sive Xenocharidis Acta sub Nomine* ANDREÆ. *Apostoli edita.*

Horum mentio in loco Innocentii primi, adducto supra p. 11. sed non dubito Innocentium fefelliſſe nomina illa depravata ex *Leucio*

(b) Parum certa videtur hæc narratio Tillemontio T. 1. memor. H. E. p. 1105. & Clarissimo Bælio T. 2. Lexici p. 1636. editionis secundæ: quamvis sunt qui tanquam veram admittunt ut Thomas secunda secundæ qv. 168. artic. 2. & Franciscus Vavasor de ludicra dictione p. 285.

Digitized by Google

cio Charino, de quo mox. sane *Leucii* nomen corrumpi in *Leontium*, *Leuticium*, *Seleucum* &c. jam notavi p. 15. 17. 41. seq. & 137.

XI. LEUCII (c) CHARINI, Manichæi, ACTA sub JOHANNIS, PETRI, THOMÆ, ANDREÆ &c. nominibus edita.

Manichæi discipulum nomine Seleucum, gesta & passiones Apostolorum falso sermone conscripsisse, pseudo Hieronymi verbis retuli supra p. 8. & 9. Attuli & Innocentii I. testimonium p. 11. quo Leucii cujusdam scripta sub nomine Petri, Johannis aliorumque Apostolorum edita repudiat & damnat. Gelasii censuram qua Leucium filium diaboli vocat, ejusque omnes libros proscribit, habes p. 17. & 137. Turibii p. 755. Augustini locum lib. de fide contra Manichæos c. 38. de Andrea quædam referentis ex actibus Leucii quos sub nomine Apostolorum scripsit, supra p. 508. His jam placet alia tum Augustini tum aliorum veterum de Leucio ejusque scriptis testimonia subjungere.

S. Au-

(c) Ab hoc diversum puto Leicium de quo Pacianus, ut dixi supra p. 42. Suspicor autem illum à Paciano Leucium denotari, quem inter Johannis discipulos, hostiumque divinitatis Christi adversarios nominat Epiphanius hæresi LI. num. 6. p. 427. d.

Digitized by Google

S. Augustinus de actis cum Felice Manichæo lib. 2. cap. 6.

Habetis etiam hoc in Scripturis Apocryphis quas canon quidem Catholicus non admittit, vobis autem (a) (Manichæis) tanto graviores sunt, quanto à Catholico Canone secluduntur. Aliquid etiam inde commemorem cujus ego auctoritate non teneor, sed tu convinceris. In *Actibus* conscriptis à *Leucio* (b) quos tanquam Actus Apostolorum scribit, habes ita positum: Etenim speciosa figmenta & ostentatio simulata & coactio visibilium nec quidem ex propria natura procedunt, sed ex eo homine qui per seipsum deterior factus est per seductionem.

Idem S. Augustinus, sive Evodius (c) Uzalensis, libro de fide contra Manichæos c. 5.

In *Actibus* etiam conscriptis à *Leucio* (d) quos ipsi (Manichæi) accipiunt, sic scriptum est: Et

(a) Ita scribendum pro *Leontio*. (b) Eosdem perstringit aliis in locis quæ adduxi infra in Actibus *Thomæ*, & paulo ante in *Andreæ*. Porro ex præsenti loco nescio an satis certo colligunt viri docti, in Leucii actibus Apostolos ipsos tanquam autores loquentes inductos fuisse.

(c) Evodio tribui hunc librum in Codd. MSS. testantur Benedictini in nova edit. Opp. Augustini Tom. 8. Fuit ille Evodius Augustini æqualis & amicus.

(d) Ita hîc quoque legendum esse pro *Leontio*, ex capite 38. ejusdem libri pridem eruditis observatum.

Digitized by Google

Etenim speciosa figmenta & ostentatio simulata & coactio visibilium ne quidem ex propria natura procedit, sed ex eo homine qui per seipsum deterior effectus est per seductionem.

Photius in Bibliotheca Codice CXIV.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον αἱ λεγόμεναι τῶν Ἀποστόλων περίοδοι, ἐν αἷς περιέχοντο πράξεις Πέτρου, Ἰωάννου, Ἀνδρέου, Θωμᾶ, Παύλου. Γράφει δὲ αὐτὰς ὡς δηλοῖ τὸ αὐτὸ βιβλίον ΛΕΥΚΙΟΣ ΧΑΡΙΝΟΣ. Ἡ δὲ φράσις (b) εἰς τὸ πανδελὲς ἀνώμαλός τε καὶ παρηλλαγμένη. Καὶ συντάξεσι γὰρ καὶ λέξεσιν ἐχρῆτο ἐνίοτε μὲν οὐκ ἠμελημέναις, καὶ δὲ

Lectus est liber, inscriptus Periodi Apostolorum, in quo continebantur Acta Petri, Johannis, Andreæ, Thomæ & Pauli, scriptore ut liber ipse declarat LEUCIO CHARINO. Dictio ejus omnino inæqualis atque varia est: constructione vocibusque utitur interdū quidē non abjectis, ut plurimum tamen plebejis ac vulgo protritis. Nullum in eo vestigium dictionis æqualis extempo-

πὸ

(b) Græce illud opus scriptum primitus fuisse, uti alios Manichæorum libros Apocryphos, mihi persuadeo: Deinde in latinam linguam translatum vidit legitque Evodius, Augustinus & post eos alii. Græce adhuc Photii ætate super fuisse ex hoc loco manifestum est.

Digitized by Google

τὸ πλεῖσον ἀγοραίοις (c) καὶ πεπατημένοις. Καὶ ἡδὲν τῆς ὁμιλίας καὶ αὐτοσχεδίου φράσεως καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐμφύτου χάριτος καθ' ἣν ὁ Εὐαγγελικὸς τε καὶ Ἀποστολικὸς διαμεμόρφωται λόγος, ἐδ' ἴχνος ἐμφαίνων. Γέμει δὲ καὶ μωρίας πολλῆς καὶ τῆς πρὸς ἑαυτὸν μάχης καὶ ἐναλιώσεως. Φησὶ γὰρ ἄλλον εἶναι τὸν τῶν Ἰουδαίων θεὸν καὶ κακὸν ὄντα καὶ Σίμωνα τὸν Μάγον ὑπηρέτην καλεσάντα, ἄλλον δὲ τὸν Χριστὸν (d) ἐν φησιν ἀγαθὸν, καὶ φυρῶν ἄπαντα καὶ συγ-

ralis & nativæ quæ hinc nasci solet gratiæ quomodo Evangelicus & Apostolicus sermo est efformatus. At vicissim scatet multiplici insania & locis inter se pugnantibus sibique mutuo adversantibus. Nam alium ait esse Deum Judæorum malum, cujus Simon minister fuerit: alium vero Christum, bonum ut idem ait, inquinans omnia ac pervertens, eundemque Patrem vocans & Filium. Neque revera hominem factum affirmat, sed ita visum tantummodo fuisse. Varia item forma sæpe discipulis suis

(c) Andreas Schottus *forensibus* vertit, minus bene, ni fallor.

(d) Videtur legendum Χριστῷ, sed quæ mox sequuntur, confirmant eam quam retinui lectionem. Possit tamen quis sus picari Photium ipsum male legisse Χριστὸν pro Χριστῷ atque inde intulisse quod Christum cum Patre confuderit. Sane Christum à Patre distinxisse Manichæos, & Patrem Christi pro Deo bono habuisse, ex Augustino & aliis notissimum est.

Digitized by Google

χέων καλεῖ αὐτὸν παῖδα καὶ υἱόν. Λέγει δὲ μήθ' ἑναυθρωπῆσαι ἀληθῶς, ἀλλὰ δόξαι, καὶ πολλὰ πολλάκις φαντάσαι τοῖς μαθηταῖς νέον καὶ πρεσβύτην καὶ παῖδα, (e) καὶ πρεσβύτην πάλιν καὶ μέζονα καὶ ἐλάττονα καὶ μέγιστον ὥστε τὴν κορυφὴν δικεῖν ἕως ὅτε μέχρις οὐρανοῦ. Πολλὰς δὲ καὶ περὶ τοῦ σταυροῦ κενολογίας καὶ ἀτοπίας ἀναπλάττει καὶ τὸν χριστὸν μὴ σταυρωθῆναι ἀλλ' ἕτερόν τινα· αὐτὸν, καὶ καταγελᾶν διὰ τοῦτο τῶν σταυρούντων. Γάμους δὲ νομίμους (f) ἀθετεῖ καὶ πᾶσαν γένεσιν πονηρὰν καὶ τοῦ πονηροῦ λέγει, καὶ πλάσην (g)

se præbuisse conspiciendum nunc juvenem nunc senem, jam puerum, atque jam iterum senem, nunc majorem nunc minorem, interdum & maximum, ita ut vertice cœlum contingeret. Multas præterea super cruce fingit ineptias & absurditates, neque Christum cruci fuisse affixum sed alium ejus vice, & crucifigentes à Christo derisos. Conjugia quoque legitima improbat omnemque adeo generationem malam & à malo esse affirmans, alium insuper dæmonum formatorem delirat. Tum de mortuorum hominum pariter & boum jumentorumque resurrectione nugatur

τῶν

(e) Simile quid de Simone Mago vide supra p. 418.

(f) Hujus rei vestigia quædam in Abdia extant. Confer Indicem in *Conjugium*.

(g) Schottus verterat: *aliam dæmonum formationem comminiscitur*. Sed malui

Digitized by Google

τῶν δαιμόνων ἄλλον ἐκ κλησεῖ(h)Νεκρῶν δὲ ἀνθρώπων καὶ ζώων καὶ ξύλων παραλογωτάτας καὶ μιαραιώδεις περιπύστους ἀναστάσεις. Δοκεῖ δὲ καὶ καθ' εἰκόνων τῆς εἰκονομάχοις (i)ἐν τῆς Ἰωάννου πράξεσι δογματίζειν. Καὶ ἁπλῶς αὕτη ἡ βίβλος μυρία παιδαριώδη καὶ ἀπίθανα καὶ κακόπλαστα καὶ ψευδῆ καὶ μωρὰ καὶ ἄλλοις μαχόμενα καὶ ἀσεβῆ καὶ ἄθεα περιέχει, ἣν εἴτῳ τις πάσης αἱρέσεως πηγὴν καὶ μητέρα, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοι τῆς εἰκότος.

absurdissime ac pueriliter. Quin etiam videtur in Actis Johannis Iconomachorum instar adversus imagines disputare. Et verbo ut dicam, liber hic infinita continet puerilia, non credenda, male conficta & falsa stultaque & inter se pugnantia atque impia & Deo indigna, ut qui eum hæreseos omnis fontem atque fundum dixerit, a vero minime aberrarit.

Passio S. Johannis Evangelistæ sub Melliti nomine edita à Florentinio ad Martyrolog. Hieron. p. 130.

Mellitus servus Christi Episcopus Laodiceæ, universis Episcopis & Ecclesiis Catholicorum in

verbis Photii propius insistere, quæ ambigua sunt, cum possunt significare vel alium quendam a Leucio inducti qui dæmones creaverit, vel alium quendam à dæmonibus (Sa-

Digitized by Google

Domino æternam salutem. Volo sollicitam esse fraternitatem vestram de *Leucio* quodam qui scripsit Apostolorum Acta, Johannis Evangelistæ, & Sancti Andreæ vel Thomæ Apostoli. Quædam de virtutibus (k) quidem quæ per eos Dominus fecit vera dixit, de doctrina autem multa mentitus est. Dixit enim docuisse eos duo principia, quod execratur Ecclesia Christi, cum ipse S. Johannes Apostolus in capite Evangelii sui unum testetur principium in quo semper fuerit verbum, à quo universa creata sunt visibilia & invisibilia. Leucius autem dicit eos docuisse duo principia boni & mali, & bona à bono, mala à malo principe substitisse.

Forte etiam in Actibus Johannis à Leucio compositis legit Johannes Cassianus quæ habet collatione XXIV. cap. 21. his verbis: *Fertur beatissimus Evangelista Johannes cum perdicem manibus molliter demulceret, quendam ad se habitu venatorio venientem subito conspexisse. Qui miratus quod vir tanta opinionis ac famæ ad tam parva & humilia se oblectamenta submitteret, Tune es, inquit, ille Joan-*

clan forte de quo apud Theodoritum lib. 5. c. 9. de hæret. fab.) ab eo fingi formasse homines, quod posterius nescio quomodo præ priore placet. (h) Pro ἐκκλησίαι quod nimis mite est in ore Photii, puto legendum ἔριδα ἀρεῖ.

(i) Photius præfervidus Iconomachorum adversarius molestè ferre videtur ea quæ contra gentium imagines Leucius scripserat. Nam contra usum imaginum in Ecclesia scribere vix potuit cum illa ætate nullæ essent, nullæ certe tolerentur. (k) Miraculis.

Digitized by Google

annes, cujus fama insignis atque celeberrima me quoque summo desiderio tuæ agnitionis illexit? Cur ergo oblectamentis tam vilibus occuparis? Cui beatus Joannes: quid est quod manu tua gestas? At ille, arcus, inquit. Et cur, ait, non eum tensum ubique circumfers? Cui ille respondit: Non oportet, ne jugi curvamine vigoris fortitudo luxata molleſcat atque depereat, & cum oportuerit ut fortiora in aliquam feram spicula dirigantur, vigore per nimietatem continuæ intensionis amisso, violentior ictus, non possit emitti. Nec nostri, inquit beatus Joannes, animi te offendat, ô juvenis tam parva hæc brevisque laxatio, quæ nisi remissione quadam vigorem intensionis suæ interdum relevet ac relaxet, irremisso rigore lentescens virtuti spiritus cum necessitas poscit obsecundare non poterit. Confer quæ de hoc loco notavi supra p. 767. & Thomam Gatakerum ad Marci Antonini IV. 26.

LEUCII scripta quædam & fragmenta inedita vulgare promisit Clariſſ. Grabe T. 1. spicilegii p. 18. & 78.

XII. LINUS DE PASSIONE PETRI (a) ET PAULI.

Sigebertus Gemblacensis de scriptoribus Eccleſiaſt. c. 5.

Linus primus post Petrum Papa scripsit Græco (b) Sermone martyrium Petri & Pauli uno die

(a) Petro adhuc superstite Linum obiisse eique successorem datum Clementem, tradit autor Const. Apostol. lib. 7. c. 46. Confer Pearsonium de successione Pontificum p. 154. sq. & 170. (b) Labbeus de Scriptor. Eccles. T. 2

Digitized by Google

die passorum, & Ecclesiis orientalibus destinavit.

Anonymus in vita Nerei & Achillei apud Surium ad 12. Maii & Henschenium T. 3. Maji in Actis Sanctor.

Quo autem pacto (Petrus & Paulus) cum Simone congressi sint, cum ipsi coràm sitis intuiti, superfluo mihi visus sum apud vos velle referre: maxime cum S. Linus Orientis Ecclesiis omnem passionis eorum seriem Græce perscripserint.

XIII. ACTA APOSTOLORUM quibus usi sunt MANICHÆI.

De his dictum paulo ante in *Leucio*. Vide & Philastrii locum supra p. 751.

XIV.

p. 28. affirmat hos Lini libros Græce & latine in monumentis Orthodoxographis Basileæ editos esse A. 1550. Labbeum sequitur Clarissimus Caveus in Chartophylace: Sed in Historia literaria hoc recte omisit. Nam ne latine quidem in Micropresbytico A. 1550. vulgato aut in ulla Orthodoxographorum editione comparent sive Heroldi A. 1555. sive Gesneri A. 1559. sive Grynæi denique A. 1569. Græce vero nunquam hactenus editi sunt, ut adversus Labbeum recte notat Rev. D. Ittigius diss. de Patribus Apostolicis p. 47. seq. Latine primus vulgavit Jacobus Faber ad calcem sui in Epistolas Paulinas commentarii Paris. 1512. fol. Neque hic è græco in latinum illos transtulit ut tradit

Digitized by Google

Ulricus Velenus libro quod Petrus Romæ non fuerit, persuasione 16. sed quales in codice Bibliothecæ Majoris monasterii in Gallia invenit, latine protulit, & post eum Laur. Barre in Historia veterum Patrum Paris. 1583. fol. ut Bibliothecas Patrum omittam. Utrum Vesontione sinceri & à Manichæorum fuligine liberi hi duo Lini libelli reperiantur, veluti post Joh. Jacobum Chifletium parte 2. Vesontionis p. 9. tradit Lud. Jacobus à S. Carolo Bibl. Pontific. part. 1. p. 153. & Andreas Sausæus de Mysticis Galliæ scriptoribus p. 187. apud ipsos qui hæc testantur fides esto. Non dum certe in lucem prolati sunt. Hi vero qui publice extant omnium propemodum confessione fabulosi, suppositii & Episcopo Romano ejus ætatis cujus Paulus 2. Tim. IV. 21. meminerit plane indigni, Ut paucis quibusdam Jac. Fabro, Sixto Senensi, Salmerone, Coccio, Lipsio, qui judicio suo usi non sunt exceptis, agnoscunt plerique omnes, etiam è Pontificiis Baronius ad A. C. 44. §. 45. A. 69. §. 6. A. 80. §. 4. Bellarminus de scriptoribus Eccles. & lib. 2. de Rom. Pontifice c. 9. Espencæus lib. 6. de continentia c. 2. Joh. Maria Brasichellensis in indice librorum expurgandorum, Possevinus in apparatu sacro, Raynaudus & Lorinus in locis laudandis infra ad Epistolas Paulo tributas ad Senecam, Labbeus, Elias du Pin, Tillemontius &c. Nic. Antonius in Bibl. Hispana veteri T. 1. lib. 1. c. 8. p. 30. Rich. Simon lib. 3. Hist. Crit. p. 465. & qui præ cæteris diligentissime hos libellos examinavit & tanquam imperiti nebulonis opus cujus scripta æternis tenebris sepeliri debuissent rejecit Nurritus in apparatu ad Bibl. Patrum parte 1. diss. 6. E Protestantibus Reformatis Rob. Cocus in Censura scriptorum, Andreas Rivetus in Critico sacro, Gerh. Joh. Vossius de Historicis Græcis lib. 2. c. 9. Hottingerus in Elencho scriptorum supposititiorum, Hoornbeckius p. 47. Misc. Caveus &c. Ex nostratibus denique Lutheranis Caspar Barthius lib. 43. Adversarior. c. 13. Augustus Varenius rationario Seculi 1. p. 139. seq. Rev. D. Ittigius loco laudato & Wilh. Ernestus Tentzelius in dialogis vernaculis anni 1692. p. 669. seq.

Digitized by Google

XIV. MARCELLUS DE CONFLICTU (c) PETRI ET SIMONIS MAGI.

Pseudo Marcellus ipse sub extremum suæ narrationis:

Et ipsi unà cum *Marcello* illustri Viro qui cre-

(c) Ordericus Vitalis Epistolam de conflictu Simonis Petri & Simonis Magi fere integram describit lib. 2. Hist. Eccles. p. 392. seqq. (in scriptoribus Normannicis Andreæ du Chesne) laudato autore Marcello, non Lino ut affirmat vir doctus in diss. de Patribus Apostolicis p. 55. Sub Marcelli nomine idem scriptum integrum primus edidit & notis illustravit Florentinius ad Martyrolog. Hieronymianum p. 103. - 111. Fragmentum illius vulgavit ex codice Lateranensi Paulus Arioghus Romæ subterraneæ lib. 2. c. 5. num. 9. & ex Flavinianensi codice Lud. Jacobus à S. Carolo ad calcem Bibl. Pontificiæ p. 487. Sed integrum pridem ediderat Fridericus Nausea in passionibus Apostolorum sub nomine Philalethæ Eusebiani Colon. A. 1531. Epistolam Marcelli ad Nereum & Achilleum ante Lud. Jacobum a S. Carolo vulgavit Laurentius Surius ad diem 12. Maji in Actis SS. Nerei & Achillei. Supposititiis adscribent quicunque attente legerint universi. Vide Joh. Hessels Lovaniensem doctorem in censura de quibusdam sanctorum historiis c. 6. Henschenium T. 3. Actorum Maji p. 16. Tillemontium T. 1. memor. Hist. Eccles. p. 498. & 781. seq. Gerh. Johannem Vossium de historicis latinis lib. 3. p. 736. Dn. D. Ittigium appendice de hæresiarch. p. 8. seq. & diss. de patribus Apostolicis p. 55. seq. ubi etiam memorat supposititias Eutychis Viatorini & Manis ad Marcellum literas quæ in Actis Nerei & Achillei exhibentur, de quibus Papebrochius

Digitized by Google

crediderat, & relinquens Simonem (d), Petrum secutus fuerat, abstulerunt corpus ejus occultè &c.

Et ad calcem scripti: Ego *Marcellus* discipulus Domini mei Apostoli Petri, quæ vidi scripsi.

Pseudo Linus de passione S. Petri Apostoli:

Xantippe autem Albini uxor hæc audiens misit nuncium fidelissimum ad Petrum, ut Româ exiret & insidias pæne inevitabiles declinaret. *Marcello* nihilominus Marci præfecti filio, qui postquam Simonis Magi pestiferam doctrinam aufugerat, Apostolo (Petro) fideliter & utiliter in cunctis adhæsit, atque etiam fratribus conspirationem viri sui & præfecti Agrippæ ipsa innotescere fecit - - Quapropter *Marcellus* & fratres deprecabantur Petrum ut secederet.

Pseudo Abdiæ locum habes supra p. 440. qui p. 433. seqq. plura ad verbum ex Marcello repetiit.

Iii 5 Sige-

T. 7. Act. Maji in addendis ad illa acta: '*Fingunt etiam Epistolas ad istum* (Marcellum) *à Sanctis ex insula Pontia & ab hoc ad illos datas de Simonis Magi & Petri Apostoli contentione, argumentis ex Hegesippi apud Surium fragmento desumptis, quas Epistolas è vestibulo explodes.* (d) Idem traditur in Martyrolog. Roman. die 7. Octobris.

Digitized by Google

Sigebertus Gemblacensis de scriptoribus Ecclesiasticis c. 1.

Marcellus Marci praefecti urbis Romae filius ex discipulo Simonis Magi discipulus Petri Apostoli, conflictum Apostolorum Petri & Pauli cum Simone Mago cui assiduus interfuit, rogatu Christianorum qui non interfuerant fideliter conscripsit, & Ecclesiis Dei prope vel procul positis legendum concessit. Ad sanctos Nereum & Achilleum pro Christo in Pontiana insula relegatos scripsit de mirificis actibus B. Petri & Pauli, & de magicis artibus Simonis Magi. Scripsit & de obitu S. Petronillae virginis filiae B. Apostoli. Scripsit de passione S. Feliculae virginis & martyris. Scripsit de passione S. Nicomedis presbyteri martyris. *Eadem habent Johannes Trithemius in catalogo scriptorum, Conradus Gesnerus in Bibl. Possevinus &c. Qui addunt à Marcello etiam alia de sanctorum gestis edita fuisse, ut omittam Bivarium & alios, quibus Eugenius iste Marcellus cognominatur. Episcopus si iisdem credas Toletanus, autorque carminis de martyrio Dionysii quod Hilduinus in Areopagiticis jactat, & Pseudo Dexter in Chronico ad A. C. 130. commendat tanquam elegantissimum, multoq; plura de Marcello garrit passim alibi.*

XV. ANONYMI *Historia* S. MARCI *Evangelistae.*

Ex vetustissimo, ut fertur, codice descripta latine ad calcem veterum editionum Abdiae extat;

Digitized by Google

tat : Græce & latine edita à Gotfrido Henſchenio ad 25. *April.* & videntur lecta à Bedâ in Marcum, Johanne Sarisberienſi lib. 2. policratici c. 1. Orderico Vitali lib. 2. Hiſt. Eccleſ. p. 425. &c. Congruunt etiam quæ de Marco traduntur in Eutychii *Annalibus* & in Chronico Orientali *Abr.* Ecchellenſis & ab Ælfrico in Sanctorum vitis *Anglosaxonice* ſcriptis, quas in ſuis ad Eutychii Origines *Alexandrinas* animadverſionibus laudat eruditiſſimus Seldenus. Quarto tamen vel quinto potius quam primo ſeculo conſcripta eſſe, neque ex avthenticis fideque dignis commentariis ſed ex narratione vulgi & traditione Eccleſiæ Alexandrinæ congeſta videntur Tillemontio T. 2. memor. Hiſt. Eccleſ. p. 388.

XVI. JOHANNES MARCUS de Paſſione S. BARNABÆ.

Memoratur Sigeberto Gemblacenſi in catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum. Sed ſcriptum illud tanquam Apocryphum & plenum mendaciis exploditur à Baronio (a) ad *A.C.* 51. num. 51. Rejicit etiam Voſſius lib. 2. de hiſtoricis Græcis c. 9. Non majorem fidem merentur Acta

(a) Verba ejus hæc ſunt: *Quoniam vero quædam Barnabæ Acta nomine Johannis cognomento Marci ab aliquo ut apparet nebulone ſcripta circumferuntur*

Digitized by Google

Acta Barnabæ sub Alexandri Cyprii nomine edita à Surio ad 11. Junii, quæ Seculi post Christum natum quinti Scriptori vindicat Baronius ad A. C. 485. §. 4. Sed né illam quidem ætatem ferre, longèque junioris scriptoris esse docet Tillemontius ad vitam Barnabæ (b) notâ 3. qui in nota 2 ad vitam Johannis Marci (c) ostendit hunc Johannem Marcum, Barnabæ consobrinum & Hieronymo teste discipulum, diversum esse à Marco Evangelista discipulo Petri, quod notatum etiam Cotelerio ad Constitutiones Apostol. lib. 2. c. 57.

XVII. ANONYMI ACTA S. MATTHIÆ, *versa ex Hebræo.*

Abdiæ libris Latine subjici solent in veteribus editionibus: & apud Bollandum ad 24. Februarii

& ab imperitis magno applausu accipiuntur, multis quidem & apertissimis sunt coagmentata mendaciis, ut sunt ea postissimum (ut de aliis taceam) quæ Actorum Apostolorum historiæ à Luca conscriptæ repugnant. - - Sed in his non immoramur, rejectum enim prorsus esse librum illum Abdiæ nomine prænotatum, in quo hæc Johannis Marci nomine de rebus gestis Barnabæ scriptis mandata sunt, superius dictum est. Fefellit tamen in eo Baronium memoria, quod hæc Acta Barnabæ in Abdia edita esse scripsit. in Abdiæ enim editionibus illa neutiquam reperiuntur. (b) T. 1. memor. Hist. Eccles. p. 1189. (c) T. 2. p. 413. seq.

Digitized by Google

bruarii leguntur hoc titulo: *Vita S. Matthiæ Apostoli versa ex Hebræo, incerto auctore.* Naratque autor se flagrantem studio gesta Matthiæ investigandi, incidisse in presbyterum Theodoricum qui professus fuerit se à Judæo quodam familiari suo ipsi impetraturum librum quem Judæi *damnatorum* inscribant, utpote damnationem violatorum legis complexum, Matthiæ scilicet, & Jacobi utriusque & Stephani. Accepisse itaque à Judæo sed fraudem primum machinante Canticum Canticorum Hebraice descriptum, cum vero dolum statim agnovisset utpote ipse interim ab alio Judæo Hebraica doctus, minasque addidisset, Judæum attulisse librum desideratum *Hai Matthai* sive *Vitam Matthiæ*, & argumentum ejus integrum illi tanquam jam intelligenti libenter exposuisse. Deinde Archi Episcopum quem autor, Diaconus, suum vocat, ab alio Judæo eadem comperisse: Denique inclusæ cuidam, h. e. moniali triduanum agenti jejunium eadem esse revelata à Domino. *Legatur igitur*, inquit, *absque omni scrupulo hæsitationis, quod tam certis argumentis verum esse probatum est, quia omne dubium Spiritus Sanctus abolevit. Quomodo autem de Judæa Treverim venerit, sicut in historia Treveria & in monumentis Sylvestri Papæ Romani legi, miracula quoque ejus subsequenter edisseram.* Sequitur deinde Inscriptio: *Reverendissimo Domino suo Ecclesiæ S. Eucharii Treveris Abbati vere dignissimo omnium fratrum illi commissorum ultimus, debitæ subjectionis devotum obsequium. Præcipit igitur beatitudo tua ut Vitam beati Matthiæ*

Apo-

Apostoli, ad cujus ossa digne præsides, ab Hebraico Volumine qui damnatorum intitulatur, exceptam latius exponerem, secundum indagatam avide vel potius extortam veritatem. Quod ego licet audaciæ merito denoter, feci tamen ut potui. Vel ex his quæ attuli satis constat quantum toti illi rei sit tribuendum. Sed & in ipsa narratione non inficianda falsitatis vestigia observavit Tillemontius T. 1. memor. ad Hist. Eccles. p. 1186. Neque facile quisquam reperietur tam obesæ naris cui non statim videatur commentitia & nullius fidei.

XVIII. S. MATTHIÆ (a) TRADITIONES.

Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum p. 380.

Ματθίας ἐν ταῖς παραδόσεσι παρῄνει, θαν-

Matthias adhortans in traditionibus:

(a) Clariss. Grabius T. 1. spicileg. p. 118. idem esse putat Matthiæ Evangelium de quo supra, cum Matthiæ traditionibus, quia Lucas quoque ait se scribere Evangelium καθὼς παρέδοσαν *sicut tradiderunt qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis.* Sed hoc argumentum infirmum mihi videtur a generali vocabulo desumtum, & fragmenta quæ ex traditionibus Matthiæ supersunt contrarium innuunt, in illis enim non Jesu Christi dicta

Digitized by Google

θάυμασον τὰ παρόντα. βαθμὸν τοίνυν πρῶτον τῆς ἐπέκεινα γνώσεως ὑποδέμενος.

Admirare præsentia, (b) inquit, & hunc primum ad ulteriorem cognitionem gradum suppositi.

Idem lib. 3. p. 436. & ex eo Eusebius III. 29. Nicephorus III. 15. Hist. Eccles.

Λέγουσι γὰρ οὖν (οἱ Καρποκρατιανοὶ) τὸν Ματθίαν ἔτως διδάξαι, σαρκὶ μὲν μάχεσθαι καὶ παραχρῆσθαι, μηθὲν αὐτῇ πρὸς ἡδονὴν αἰσχόλαιον ἐνδιδόντα, ψυχὴν δὲ αὔξειν διὰ πίστεως καὶ γνώσεως.

Dicunt igitur Carpocratiani Matthiam quoque sic docuisse: Cum carne quidem esse pugnandum (c) & illi ægre faciendum (d) nihil impudicum largiendo ad voluptatem, augmentum autem animæ promovendum per fidem & cognitionem.

Idem

aut facta narrari, ut solebat fieri in Evangeliis, sed præcepta διδαχὰς & adhortationes a Matthia traditas referri apparet. Obiter noto quod eadem pagina 117. apud Grabium perperam vocatur *Johannes Aspatharius* pro *Johanne Proto Spathario*. (b) Confer Gatakeri notas in Marci Antonini lib. 1. sect. 15. ad verba: τὸ ἀθάυμαστον καὶ ἀνέκπληκτον. (c) Quam pessime hoc interpretati fuerint Gnostici illi, docet idem Clemens 2. Strom. p. 411. Οἶδα ἐγὼ αἱρέσεώς τινὶ ἐνλυχνὼν, καὶ ὃ τάυτης πρεσβύτερος διὰ τῆς χρήσεως ἔφασκεν τῆς ἡδονῆς ἡδονῇ μάχεσθαι· ἀυτομολῶν πρὸς ἡδονὴν διὰ προσποιητῆς μάχης ὁ γεννάδας ἔτος Γνωστικός. (d) Ita intelli-

Digitized by Google

Idem lib. VII. p. 748.

Λέγουσι δὲ ἐν ταῖς παραδόσεσι Ματθίαν τὸν ἀπόστολον περὶ ἑκαστα εἰρηκέναι, ὅτι ἐὰν ἐκλεκτὸς γείτων ἁμαρτήσῃ, ἥμαρτεν ὁ ἐκλεκτός. Εἰ γὰρ ἔλως ἑαυτὸν ἦγεν ὡς ὁ λόγος ὑπαγορεύει, καὶηδεσθη ἂν αὐτῷ τὸν βίον καὶ ὁ γείτων εἰς τὸ μὴ ἁμαρτεῖν.

Dicunt autem in traditionibus Matthiam Apostolum inter cætera dixisse: Si electi vicinus peccaverit peccavit electus; (e) nam si se ita gessisset ut jubet Verbum seu ratio, ejus vitam ita esset reveritus vicinus, ut non peccasset.

Idem

gendum esse in hac Matthiæ traditione vocabulum παραχρῆσθαι sive ut apud Euseb. & Niceph. παραχρᾶσθαι, satis patet ex toto contextu verborum, licet ab hæreticis de abusu corporis ad libidines turpiter trahebatur. Idem Clemens eadem pag. 411. Τοιοῦτοι δὲ καὶ οἱ Φάσκοντες ἑαυτοὺς Νικολαΐτας εἶναι, ἀπομνημονεύματι τ' ἀνδρὸς φέροντες ἐκ παρατροπῆς, τὸ δεῖν παραχρῆσθαι τῇ σαρκί. ἀλλ' ὁ μὲν γεννικῶς κολάσαι δεῖν ἐδήλωε τὰς τε ἡδονὰς τὰς τε ἐπιθυμίας, καὶ τῇ ἀσκήσει ταύτῃ καταμαραίνειν τὰς τῆς σαρκὸς ὁρμάς τε καὶ ἐπιθέσεις. *Tales sunt etiam qui dicunt se sequi* NICOLAUM, *adducentes ejus viri aliquid literarum monumentis mandatum, sed ab eis detortum, nempe oportere carne abuti. Sed ille quidem vir præclarus significabat oportere voluptates arcere & cupiditates, & hâc exercitatione marcidas flaccidasque reddere carnis appetitiones & insultens.*

(e) Stricte loquendo verum hoc esse non potest, quia nec Christi ipsius præsentia effecit ut non peccaren-

Digitized by Google

Idem eodem libro p. 765.

Τῶν δὲ αἱρέσεων αἱ μὲν ἀπὸ ὀνόματος προσαγορεύονται ὡς ἡ ἀπὸ Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος καὶ Βασιλείδου, καὶ τὴν Ματθίου αὐχῶσι προσάγεσθαι δόξαν. - - Μία γὰρ ἡ πάντων γέγονε τῶν Ἀποστόλων ὥσπερ διδασκαλία, οὕτως δὲ καὶ ἡ παράδοσις.

Ex hæresibus autem aliæ quidem appellantur ex nomine *Autoris*, ut quæ appellatæ sunt à Valentino & Marcione & Basilide, etiamsi glorientur se Matthiæ opinionem adducere: *falsò sane*, fuit enim una omnium Apostolorum sicut doctrina ita etiam traditio.

In Innocentii I. verbis adductis à me supra p. 11. pro *Matthæi* nomine à quibusdam codd. video præferri *Matthiæ*. Quæ lectio si genuina est, (probat illam prima quoque editio Conciliorum Mœrliniana) & ille locus huc spectaverit.

Petrus & Judas, qui peccarunt gravissime. Sed ut solet fieri in ejusmodi apophthegmatibus hyperbolicis, si ad vivum non resecentur, subest aliquid veri, ut h. l. incredibilem esse in animos humanos vim exemplorum, & propter vicinos suos etiam incumbere Christianis, ut dignam tanto nomine vitam ducant, quo non tantum scandalo sint nemini, verum etiam insuper sancto exemplo suo alios à vitiis retrahant & meliores reddant. Hunc non contemnendum locum tanto lubentius adscripsi, quod à Clarissimo Grabio vidi esse præteritum.

Digitized by Google

De Actis Matthiæ ex Hebraico translatis & latine editis, dictum est paulo ante in *Johanne Marco.*

XIX. MELLITUS (a) de Passione JOHANNIS EVANGELISTÆ.

Editus latine est à Florentinio ad Martyrologium Vetus p. 130. seq. & notis illustratus. Scriptum ejusdem cum Abdia furfuris, qui sub extremum libri 5. non pauca verbotenus ex eo repetit. Ab editore his verbis commendatur, de quibus eruditi lectoris judicium esto: *Quia vero in idem consonat antiqua* Melliti *Laodicensis Episcopi historia, & Johannis assumtionem confirmat, libuit eandem ex MSto ac pervetusto penes me Hagiologio attexere, quod multis tamen non ignotam & aliquibus emunctæ naris viris non improbatam viderim: Eadem fere est quæ apud Boninum Mombritium* (b) *legitur, sed quia illius jam pervetusti codices rariores sunt, dum nostras qualescunque notationes addimus, nec iterato edere displicuit. Hanc eandem esse*

(a) Leucio posteriorem se profitetur, cujus meminit in verbis adductis supra p. 774. Et forte Leucio posterior est multis non annis tantum sed seculis, qui sub Laodicensis Episcopi nomine hoc scriptum effinxit. (b) In Vitis Sanctorum.

Digitized by Google

se qua S. Petrus Damiani (c) *aliique Patres* (d) *usi sunt, acta verbaque conferentibus, & ex infra dicendis facile constabit. Eandem quoque esse quam Ordericus Vitalis lib. 2. Eccles. Historia* (e) *contractam mutilamque exhibuit, palam est, sicuti illam pariter quam ex Codice Passionali apud Premonstratenses Lovanii vidit Joannes Nesselius, & in historiarum censura uti pietati & veritati consonam laudavit. An vero* Miletus *vel* Mellitus *potius dicendus sit, quamquam non plene liqueat, Orderico tamen qui ante quingentos annos scripsit & non minoris aetatis Hagiologio nostro adhaereo, qui* Mellitum *non* Miletum *expresse legunt.* Melitonem *Asianum Sanctum Episcopum Sardensem, cui falso etiam adscribitur liber de transitu B. Virginis,* (f) *palam convincitur non esse, cum is sub Aureliano, secundo seculo floruerit, noster vero Mellitus vulgata jam haresi Manichaeorum scri-*

Kkk 2 psisse

(c) Sermone de Johanne. (d) Augustinum respicit & alios a me ad Abdiam commemoratos, qui tamen illa potius ex Leucii vel aliis antiquioribus Apocryphis Johannis actibus quam ex hac Melliti narratione decerpsisse videntur. (e) p. 404. ubi Melliti meminit his verbis: *Nunc de Johanne Theologo, Jesu Christi amico scripta investigo, & ea breviter ad laudem Regis Sabaoth colligere desidero, quae* Mellitus *scripsit Laodicenis aliisque fidelibus qui sunt in universo mundo, aliique*

Digitized by Google

pisse liqueat : Laodicena profecto Ecclesia ejus Episcopus enunciatur, non modo in Asia continetur, ubi D. Joannes Evangelii semina intulit, sed unam ex septem Ecclesiis quas ipse fundavit, docti in Apocalypsin interpretes passim docent, ut dubitandum non sit, quin Joannis Acta & sinceriores de ejus vita tractationes inde habere potuerit, dummodo verum præferat titulum Laodiceni Episcopi. An etiam latinus (g) *hic scriptor sit, vel è Græco translatus, dum interpretis nomen refert, dicere non auderem. Gravis utique auctor est, & falsi redargui posse non video. Quod enim objicit eidem Joannes Hesels ex Tertulliano de tempore exilii in Pathmo insula, facile ex infra dicendis diluitur. Quæcunque autem Acta hæc doctioribus reputari possint, edere non piguit, cum & Procheri de Joanne historia, nemine reclamante mendaciis adspersa & Apocrypha, pluries jam edita sit, & de ea non desint graves scriptores, qui fabulis*

illustres antiquarii promulgarunt de illo, præcipueque Hieronymus divinæ legis interpres prænotavit in Apocalypsis præmio. (f) Vide Bedam retractat. in Acta c. 8. & 13. Vossiun. de Hist. Græcis p. 229. & Rev. Ittigii appendicem de hæresiarchis p. 38. seq. Reiseri τῶ μακαρίτε Launojum Confessorem p. 748. 750. 757.

(g) Latinus quidem mihi videtur, nulli græcorum quod sciam memoratus.

Digitized by Google

fabulis amputatis ad aliorum veritatem confirmandam testimonia non vereantur adducere.

XX. MEMORIA APOSTOLORUM.

Liber blasphemissimus vocatur & proscribitur à Turibio Asturicensi Episcopo in verbis adductis à me supra p. 756. Idem forte liber LAUS. APOSTOLORUM, si vera hæc lectio in decreto Gelasiano quod descripsi p. 138. Vel PASSIONES APOSTOLORUM, quæ in quibusdam ejusdem decreti Gelasiani codicibus rejiciuntur.

XXI. ACTA APOSTOLORUM quibus usi sunt ORIGENIANI.

Vide locum Epiphanii quem habes supra p. 748.

XXII. ACTA PAULI APOSTOLI.

Origenes tom. 21. in Johannem p. 298. edit. Huetii.

Εἰ τῷ δὲ φίλον παραδέξασθαι τὰ ἐν ταῖς

Quod si cui placet admittere quod in A-

Digitized by Google

Παύλε (a) πράξεσιν ἀναγεγραμμένον ὡς ὑπὸ τε Σωτῆρος εἰρημένον. ἃ ὤφειλε μέλλων σταυροῦσθαι.

ctis Pauli ſcriptum eſt tanquam à Servatore dictum: *Denuo debeo crucifigi.*

Idem Origenes lib. 1. de Principiis c. 2. ex verſione Rufini:

Unde & recte mihi dictus videtur ſermo ille qui in Actibus Pauli ſcriptus eſt, quia hic eſt verbum animal vivens (b).

Euſebius (c) lib. 3. Hiſt. Eccleſ. c. 3.

Οὐδὲ μὴν τὰς λεγομένας αὐτοῦ (Παύλε) πράξεις ἐν ἀναμφιλέκτοις τιθείληφα.

Quod ſpectat ad librum qui Actus Pauli inſcribitur, neque illum inter indubitatæ fidei & auctoritatis libros accepi.

Idem

(a) Forte Πέτρε. Vide ſupra p. 438. Sane Petro fugæ ſibi conſulenti Chriſtum ad portam Romæ occurrentem hæc verba dixiſſe, narrat præter ibi memoratos etiam Hegeſippus lib. 3. c. 2. de excidio Hieroſol. & Ordericus Vitalis lib. 2. Hiſt. p. 395. Nihil tamen mutandum eſſe judicat Huetius, idem enim etiam in Actibus Paulo ſuppoſitis extare & ab Origene legi potuit. Confer. infra p. 800.

(b) Etiam ad Hebr. IV. 12. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τε Θεε, quem locum confert Grabius T. 1. ſpicileg. Patrum p. 128.

(c) Notabis Rufinum in ſua Euſebii verſione integrum hunc locum omiſiſſe.

Digitized by Google

Idem libro eodem c. 25.

Ἐν τοῖς νόθοις κατατέτακται καὶ τῶν Παύλου πράξεων ἡ γραφή, ὅπερ λέγομεν καὶ ποιμὴν καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Πέτρου.

Rufini versio.

Post hæc jam Scriptura est quæ dicitur Actus Pauli, sed & libellus qui appellatur Pastoris, & revelatio Petri, de quibus quammaxime dubitatur.

Philastrii locum vide supra p. 751.

In veteri Stichometria quam edidit Cotelerius, dicuntur Actus Pauli fuisse versuum 4560. in alia quam memoravi p. 143. versuum 3600. longe igitur locupletiores fuere Actis Lucæ, quibus tantum tribuuntur versus 2600.

De Actibus Pauli per Ebionitas suppositis dictum est suo loco, uti etiam de libro qui sub Lini nomine extat de passione Pauli. Pauli vita præter Lucam in Actis ejusque interpretes, & Abdiam libro 2. & qui de universis Apostolis egerunt laudatos à me supra p. 758. Videndus è Græcis Euthalius: è latinis Orderius Vitalis p. 306. sq. in plerisque cum Abdia (etiam ubi de aliis Apostolis disserit) verbotenus conspirans: è recentioribus Joh. Pearsonius in Annalibus Paulinis, Antonius Godellus, Bartholomæus Gavantus, & Thomas Massutius in Vita Pauli. Quibus ad-

Digitized by Google

dere olim licebit virum clarissimum Joh. Schedium, quem à pluribus annis vitam hujus Apostoli moliri disces ex Actis Eruditorum Lipsiæ cum magna laude colligi solitis T. I. supplementi p. 336.

XXIII. ACTA PAULI ET THECLÆ (a).

Tertullianus lib. de baptismo c. 17.

Quod si, qui Pauli perperam scripta legunt, exemplum Theclæ ad licentiam mulierum docendi tingendique defendunt, sciant, in Asia presbyterum, qui eam scripturam construxit quasi titulo Pauli de suo cumulans, convictum atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco decessisse. Quam enim fidei proximum videretur, ut is docendi & tingendi daret feminæ potestatem, qui ne discere quidem constanter (b) mulieri permiserit: *taceant*, inquit, *& domi maritos suos consulant.*

S. Hiero-

(a) Hæc diversa esse ab Actis Pauli de quibus jam dixi, non dubitant viri eruditissimi. (b) Quovis loco & tempore. Vide 1. Cor. XIV. 34. 35.

Digitized by Google

S. Hieronymus in Catalogo Script. Eccles. ubi de Luca.

Περίοδος Pauli & Theclæ & totam baptizati Leonis fabulam inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, ut individuus comes Apostoli (Lucas) inter cæteras ejus res hoc solum ignoraverit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum refert presbyterum quendam in Asia σπουδαστὴν Apostoli Pauli convictum apud Joannem (c) quod autor esset libri, & confessum se hoc Pauli amore fecisse, & ob id excidisse (d).

Versio Sophronii.

Ἡ γὰρ περιοδος Παύλου καὶ Θέκλας καὶ πᾶς ὁ μῦθος ὡσαύτως λείπω βεβλωθέντος, εἰς τὰς ἀπεκρύφους γραφὰς ψηφισθήσεται. Οὐδὲ γὰρ ἐνεχώρει τὸν ἀκόλουθον τῶν Ἀποστόλων μεταξὺ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ πράξεων τοῦτο ἠγνοηκέναι. Ἀλλὰ καὶ τερτυλλιανὸς ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἀναφέρει πρεσβύτερόν τινα ἐν τῇ Ἀσίᾳ σπουδαστὴν Παύλου Ἀποστόλου ἐλεγχθέντα ὑπὸ Ἰωάννου ἅτε παρ' αὐτοῦ συντεταχείας βίβλον, ὡμολογηκέναι φίλτρῳ καταχόμενον Παύλου τοῦτο πεποιηκέναι, διὰ καὶ ἐκβεβλῆσθαι τοῦτον ἔνιοι ὑπολαμβάνουσιν.

(c) Alii legunt à Joanne. (d) Sacerdotio puta.

Digitized by Google

A Gelasio reiici Acta Pauli, videbis supra p. 138.

Praetereo testimonia Cypriani, Epiphanii, Gregorii Nazianzeni & Nysseni, Ambrosii, Johannis Chrysostomi, Isidori Pelusiotae & aliorum veterum, qui de Theclae ejusque rebus mentionem faciunt, laudata à Pamelio ad Tertullianum, à Baronio ad Martyrolog. Rom. 23. Sept. Espencaeo p. 998. Opp. Frontone Ducaeo ad Chrysost. T. 1. p. 90. aliisque: tum vitam Theclae duplicem Graece & latine editam à Petro Pantino unam Simeonis Metaphrastae & alteram sub nomine Basilii Seleucensis, sed qui teste Photio cod. 168. Theclae ἔργα καὶ ἄθλα καὶ νικητήρια metris sive versibus descripserat, cum liber à Pantino editus prosaria oratione decurrat, & miracula Theclae insuper prosequatur. Tantum noto, virum praestantissimum J. E. Grabium in T. 1. spicilegii Patrum p. 95. seq. ex Codice Barocciano edidisse Acta Theclae Graecè cum sua versione & notis, atque itidem latine ex veteri versione depromta e codice Digbaeano, quae illa ipsa antiqua Theclae acta esse putat priscis inspecta: & licet supposititum Paulo scriptum esse fatetur, historiam tamen ipsam vere accidisse non dubitat, argumentis nescio quomodo haud usque quaque sufficientibus ad narrationes adeo parum verisimiles lectori cordato persuadendas.

XXIV.

Digitized by Google

XXIV. S. PAULI PRÆDICATIO.

Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromatum p. 636.

Ὅτι καθάπερ Ἰουδαίους σώζεσθαι ἐβούλετο ὁ Θεὸς τοὺς προφήτας διδοὺς, ἵνα καὶ Ἑλλήνων τοὺς δοκιμωτάτους, οἰκείας αὐτῶν τῇ διαλέκτῳ προφήτας ἀναστήσας, ὡς δύναιντο ἅπαν δέχεσθαι τὴν παρὰ θεοῦ εὐεργεσίαν, τῶν χυδαίων ἀνθρώπων διέκρινεν, δηλώσει πρὸς τῷ Πέτρου κηρύγματι Ἀπόστολος λέγων Παῦ-

QUod uti Judæos salvos esse Deus voluit, dans eis Prophetas, ita etiam Græcorum probatissimos, excitans propriæ suæ linguæ Prophetas prout apti erant ad recipiendum Dei beneficentiam à vulgo hominum secreverit, declaraverit præter Petri prædicationem Apostolus(a) hoc affirmans Paulus: Libros quo-

λος.

(a) Sic puto græca verba esse reddenda, non ut Gentianus Hervetus: *præter Petri prædicationem declarabit Apostolus Paulus, dicens:* vel ut Dn. Grabius T. 1. spicilegii p. 65. *declarabit in Petri prædicatione Apostolus Paulus dicens:* Omnino enim assentior Cotelerio in judicio de Epistola 2. Clementis Romani existimanti hæc verba referri debere ad præcedentia, ut respiciatur locus Tit. II. 12. ubi Paulus Epimenendem ἴδιον Cretensium προφήτην appellat. Quæ vero sequuntur, non habuerim cum eodem Cotelerio pro verbis Clementis Alexandrini

Digitized by Google

λ. Λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους, ἐπίγνωτε Σίβυλλαν ὡς δηλοῖ ἕνα θεὸν καὶ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι. Καὶ τὸν Ὑστάσπην λαβόντες, ἀνάγνωτε, καὶ εὑρήσετε πολλῷ τηλαυγέστερον καὶ σαφέστερον γεγραμμένον τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, καὶ καθὼς παράξιν πάσι

que Græcorum sumite, agnoscite Sibyllam quomodo unum Deum significet & quæ sunt futura: & Hystaspem sumentes legite, & invenietis Dei Filium multo clarius & apertius scriptum, & quemadmodum adversus Christum multi Reges instruent aciem, odio habentes il-

σεται

quia paulo post addit idem Clemens: ἔπειτα ἐνὶ λόγῳ συνδιδάσκεται ἡμῶν *deinde uno verbo nos interrogat.* Quis vero interrogat? non sane de se ipso ita in tertia persona loquitur Clemens, sed de quo paulo ante dixerat eâdem pagina: σαφῶς γάρ, οἶμαι, ἐδήλωσεν. *Aperte enim, ut arbitror, ostendit.* Intellexerat autem ibi Petrum in prædicatione hoc facientem, quem etiam in his verbis λάβετε καὶ τὰς ἑλληνικὰς βίβλους &c. loquentem induci, non Paulum, existimo quia deinde subjungit: διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος, non: διὰ τοῦτο καὶ ὁ Πέτρος, Neque dixerat: Ἀπόστολος Παῦλος λέγων vel λέγων ὅτως, sed Ἀπόστολος λέγων Παῦλος. Quia tamen res non plane certissima est, neque adeo multum refert, utri tribuatur, quod neutrius est fortassis, & quia ex prædicatione Pauli petitum esse non dubitant viri eruditissimi Beveregius Codice Canonum Vindicato & illustrato lib. 1. c. 14. §. 7. Itigius appendice de hæresiarchis p. 160. aliique, hoc dictum præsenti loco inter fragmenta prædicationis Pauli referre volui. De fide & auctoritate ejusdem quantum illi tribuendum sit egi in Bibliotheca Græca libro 1. ubi de Hystaspe.

Digitized by Google

σεσι τῷ χριςῷ πολλὰ βασιλεῖς μισοῦντες αὐτὸν καὶ ἐχθὲς φρονήσας τὸ ὄνομα αὐτοῦ καὶ τοὺς πιςοὺς αὐτοῦ καὶ τὴν ὑπομονὴν καὶ τὴν παρουσίαν αὐτοῦ. Εἶπε δὲ λέγων πυνθάνεται ἡμῶν ὅλος ὁ κόσμος καὶ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ τίνος; οὐχὶ τοῦ θεοῦ; Διὰ τοῦτό φησιν ὁ Πέτρος εἰρηκέναι τὸν Κύριον τοῖς Ἀποστόλοις ἐὰν μὴ ἦν &c. *reliqua habes supra p. 332.*

lum & istos qui gestant nomen ejus & fideles ejus illiusque tolerantiam & adventum: Deinde uno verbo nos interrogat: Totus autem mundus & quæ sunt in mundo, cujus sunt? nonne Dei? Propterea dicit Petrus Dominum dixisse Apostolis: Si quis ergo &c.

Auctor (b) tractatus de non iterando baptismo hæreticorum editus à Nic. Rigaltio ad calcem operum Cypriani:

Est autem adulterini hujus, imo internecini baptismatis, si quis alius autor, tum etiam quidam ab eisdem ipsis hæreticis propter hunc eundem errorem conscriptus liber, qui inscribitur

(b) Hunc tractatum ex MSS. Remigii Remensi descripsit Sirmondus, & Rigaltius sine nomine auctoris edidit, tanquam scriptum, Cypriani ævo suppar, & fervente de rebaptizandis hæreticis controversia, atque Ecclesiâ sub persecutionibus gemente compositum. Eandem sententiam

Digitized by Google

bitur *Pauli* (c) *prædicatio.* In quo libro contra omnes Scripturas & de peccato proprio confitentem invenies Christum, qui solus omnino nihil deliquit, & ad accipiendum Joannis baptisma pæne invitum à matre sua Maria esse compulsum: item cum baptizaretur, ignem (d) super aquam esse visum. Quod in Evangelio nullo est scriptum. Et post tanta tempora Petrum & Paulum post conlationem Evangelii in Hierusalem & mutuam altercationem & rerum agendarum dispositionem, postremo in urbe quasi tunc primum invicem sibi esse cognitos. Et quædam alia hujuscemodi absurde ac turpiter conficta. Quæ omnia in illum librum invenies congesta.

XXV.

tacite probavit Joh. Fellus Episcopus Oxonienſis in præclara ſua Cypriani editione. Probavit etiam vel imprimis Clariſſimus Caveus in hiſtoria literaria ad A. C. 253. licet non ignoraret Labbeum T. 1. Concilior. p. 770. memorare MStum Codicem Vaticanum in quo liber ille tribuitur Urſino Monacho Afro circa A. C. 440. claro quem Gennadius c. 27. de S. E. de hæreticis non rebaptizandis ſcripſiſſe teſtatur. Labbei ſententiæ adſtipulatur Oudinus in ſupplemento de S. E. p. 72. (c) *Petri* reponere jubet Rigaltius. Sed ex Clemente Alex. & Lactantio IV. 21. conjicere liceat Petri & Pauli Prædicationes fuiſſe unum idemque ſcriptum, quod modo ſub alterutrius, modo ſub utriusque nomine allegatur. Vide quæ de prædicatione Petri collegit præſtantiſſimus Grabius T. 1. ſpicileg. (d) Idem ex Evangelio Ebionitarum retuli ſupra p. 347. ubi dicta vide.

Digitized by Google

XXV. ACTA S. PETRI.

Præter ea quæ in *Clemente*, *Leucioque* & quæ in *Lino* ſupra dicta ſunt, ac locum Philaſtrii (p. 751. laudatum de Actibus Petri quibus uſi ſunt Manichæi) en tibi Euſebii & Hieronymi loca de libris Petro jampridem ſuppoſitis:

Euſebius lib 3. Hiſtor. c. 3.

Τὸ γὲ δὴ τῶν ἐπικεκλημένων αὐτοῦ (τοῦ Πέτρου) πράξεων, καὶ τὸ καθ' ἡμᾶς ὀνομασμένον Εὐαγγέλιον, τό, τε λεγόμενον αὐτοῦ κήρυγμα, καὶ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν οὐδ' ὅλως ἐν καθολικοῖς ἴσμεν παρεδεδομένα, οὔτε μετὰ ἀρχαίων οὔτε τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμῖν ἐκκλησιαστικὸς συγγραφεὺς (b) τοῖς ἐξ αὐτῶν συνεχρήσατο μαρτυρίαις. *Eadem ex Euſebio repetit Nicephorus lib. 2. Hiſt. c. ult.*

Verſio Rufini.

Ille vero libellus qui dicitur Actus Petri, & quod nominis ejus Evangelium (a) nunciatur, ſed & quæ dicitur ejus prædicatio vel revelatio, in ſcripturis prorſus Canonicis non habetur, ſed ne aliquis quidem ſcriptorum veterum uti eorum teſtimoniis invenitur.

S. Hie-

(a) De hoc ſupra dictum eſt in notitia Evangeliorum Apocryphorum, de prædicatione & de Apocalypſi Petri accurate egit Grabius T. 1. ſpicilegii, ita ut mihi otium fecerit.
(b) Vide quæ ſupra p. 132.

Digitized by Google

S. Hieronymus in Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum, ubi de S. Petro Apostolo.

Libri autem ejus, è quibus unus Actorum ejus inscribitur, alius Evangelii, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus judicii, (b) inter Apocryphas Scripturas reputantur.

Τὰ δὲ συγγράμματα, τυπίζει πρῶτον ὁ ἐπιγεγραμμένος πράξεις αὐτοῦ, δεύτερον Εὐαγγέλιον, τρίτον Κήρυγμα, τέταρτον Ἀποκάλυψις, πέμπτον κρίσις, ὡς ἀποκρυφα ὄντα ἀποδοκιμάζεται. *Sophronius.*

Isido-

(b) Rufinus in expositione Symboli: *Sciendum tamen est quod & alii libri sunt qui non Canonici sed Ecclesiastici à majoribus appellati sunt, ut est sapientia Salomonis & alia sapientia quæ dicitur filii Sirach &c. In novo vero Testamento libellus, qui dicitur Pastoris sive Hermatis, qui appellatur duæ viæ vel judicium Petri, quæ legi quidem in Ecclesiis voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam.* Falluntur viri docti qui verba *duæ viæ*, vel utrumque titulum *duæ viæ & judicium Petri* ad Hermæ pastorem referunt. Neque enim huic convenire videntur, sed designare potius librum singularem in quo agebatur de duplici via altera lucis altera tenebrarum, ut fit in primis 20. capitibus libri VII. Constitutionum Apostolicarum, in quod opus forte illud Scriptum relatum fuit, vel in posteriore

Digitized by Google

Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 99. ad Aphrodisium:

Οἱ μὲν ἅγιοι Ἀπόστολοι ἃ ἐχώρησαν ἔγραψαν, καθὼς Πέτρος ὁ κορυφαῖος τὸ χωρὸν ἐν ταῖς ἑαυτῶν (a) πράξεσι σαφῶς ἀπεφήνατο. ἃ ἐχωρήσαμεν (b) &c. *Apostoli ea quæ ceperunt literis com-*

plexi

parte Epistolæ Barnabæ. Judicium Petri ni fallor nuncuparum est ex 2. Petri II. 2. seq. Judicium autem dicitur eadem ratione quâ Prodicus olim descripsit Judicium Herculis quod tulit de duabus viis altera virtutis, altera voluptatum. Vide Xenophontem 2. ἀπομνημονευμάτων Socratis.

(a) Ex his verbis perspicue colligitur locum præsentem petitum ex Actis Petri, de quibus Eusebius & Hieron. neque esse necessarium cum Clariss. Grabio T. 1. spicileg. p. 39. existimare quod iste locus depromptus sit ex nescio quibus Actibus sub XII. Apostolorum nomine conscriptis. Neque Varadato seculi V Monacho hoc accredo, ejusmodi opus à 12. Apostolis esse compositum, licet ita scripsit in Epistola ad Leonem Imp. T. 4. Concil. edit. Labbeanæ p. 978. *Sancti Apostoli dum congregati essent in Jerusalem præter Paulum Apostolum, omnes simul librum Actuum conscripserunt, propter fidem Domini Jesu Christi, & permanet in sanctis Ecclesiis quod scripserunt.* Mihi quidem pervetisimile videtur per librum Actuum qui permanet in sanctis Ecclesiis nullum alium à Varadato intelligi potuisse quam Acta Apostolorum quæ habemus scripta Lucæ: nisi forte speciatim respexit ad Acta Synodi Hierosolymitanæ de quibus Lucas Act. 15. aut ad Symbolum quod ab Apostolis compositum etiam alii ante Varadatum prodiderunt. (b) Verba Græca quæ h. l. desiderantur jam dedi supra p. 321. in notis.

Digitized by Google

plexi sunt, veluti Petrus Apostolici charicaryphæus in Actibus suis aperte pronuntiavit: quæ cepimus scripsimus, at mundus ne ea quidem quæ scripta sunt capere potuit. Nam nec avarus de voluntaria paupertate sermonem cepit, nec lascivus eum qui de pudicitia erat, nec alienorum bonorum raptor eum qui de justitia, nec crudelis eum qui de humanitate, nec iracundus eum qui de mansvetudine.

Videntur etiam ex Apocryphis Petri Actibus hausta esse quæ de Petro tradit Clemens Alex. lib. 7. Strom. p. 736. & ex eo Euseb. lib. 3. Hist. cap. 30. *Φασὶν γ' οὖν τὸν μακάριον Πέτρον θεασάμενον τὴν αὐτοῦ γυναῖκα ἀγομένην ἐπὶ θάνατον ἡδέως μὲν τῆς κλήσεως χάριν καὶ τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς: ἐπιφωνῆσαι δ' οὖν μάλα προθυμικῶς τε καὶ παρακλητικῶς ἐξ ὀνόματος προσειπόντα, μέμνησο σοῦ, κύριε τοῦ κυρίου: Ajunt igitur beatum Petrum eum vidisset uxorem suam duci ad mortem, lætatum quidem esse quod vocaretur & quod reverteretur domum, adhortationis autem & consolationis ergo acclamasse ei, proprio nomine compellata, discendo: Memento tu Domini.*

Ex aliis Actibus Petri quibus Leucio autore usi sunt Manichæi, hæc profert Augustinus libro contra Adimantum Manichæi discipulum

pulum cap. 17. *In illo ergo libro ubi apertissime Spiritus S. quem Dominus consolatorem promiserat, venisse declaratur* (c), *legimus ad sententiam Petri cecidisse homines & mortuos esse virum & uxorem* (d) *qui mentiri ausi erant Spiritui Sancto. Quod isti magna coecitate vituperant, cum in Apocryphis pro magno legant & illud quod de Apostolo Thoma* (e) *commemoravi, & ipsius Petri filiam paralyticam sanam factam precibus Patris, & hortulani filiam ad precem ipsius Petri esse mortuam: & respondent quod hoc eis expediebat, ut & illa solveretur paralysi, & illa morderetur; Tamen ad preces Apostoli factum esse non negant.*

In decreto Gelasiano supra p. 136. præter Periodos sive itinerarium Petri (f) tributum Clementi, & libros à Leucio suppositos, diserte reprobantur etiam *Actus nomine Petri Apostoli.*

XXVI. PHILALETHES EUSEBIANUS.

De pasionibus Apostolorum.

Vide quæ supra p. 401.

(c) Act. II. (d) Ananiam & Sapphiram Act. V. (e) Vide quæ in Actis Thomæ. (f) Hoc memorat etiam Atha-

Digitized by Google

XXVII. ACTA S. PHILIPPI *Apostoli.*

Rejiciuntur in decreto Gelasiano, quod descripsi p. 136. Præsenti loco subjicio fragmentum ex Apocryphis Philippi actis quod servavit

Anastasius Sinaita de tribus quadragesimis editus à Cotelerio (g) T. 3. monument. Ecclesiæ Græcæ p. 428.

Περὶ δὲ τῆς τεσσαρακοστῆς τῆς τοῦ Χριστοῦ γενεσίου γέγραπται ἐν τῇ περιόδῳ τοῦ ἁγίου Φιλίππου, ὃν κηρύσσειν

DE quadragesima Nativitatis Christi scriptum est in Periodo seu circuitu & Itinerario S. Philippi, quod dum prædi-

nasius & vetus Stichometria, supra p. 134. & 143. (g) Judicium Cotelerii hoc est in notis p. 650. *Apocrypha sequuntur, falsa, fabulosa, in falsa, impia, hæretica, indigna plane quæ ab Anastasio vel proferrentur: dignissima contrà quæ Gelasiano Synodi Romanæ decreto æternum proscripta maneant. Quocirca prudentius alii visum lectumque Philippi Apocryphum repurgaverunt, scopulis diligenter vitatis. Ab aliis ignoratum est Philippi Martyrium post Clementem Alexandrinum Strom. IV.* Conferi placet quæ supra ad librum decimum Abdiæ.

Digitized by Google

τὸν λόγον τῆς ἀληθείας καὶ ἐλάβε διδάσκων καὶ τὴν τῆς Ασίας Ιεράπολιν, σὺν τῷ Βαρθολομαίῳ, καὶ τῇ ἀδελφῇ αὐτοῦ Μαριάμνῃ· ἡ δὲ πόλις ἐσέβετο τὴν ἔχιδναν. καὶ συλλαβόμενοι τοὺς Απεστόλους μετὰ πολλὰς τὰς βασάνους, ἐπὶ πάντα ἦσαν ἀπαραδέκτοι, μηδὲ ἀκούσαι ἀνεχόμενοι τοῦ θείου λόγου, χωρὶς τοῦ πρώτως ὑποδεξαμένου τοὺς Αποστόλους· ἐκεῖνος γὰρ ἐβαπτίσθη καὶ πᾶσα ἡ οἰκία καὶ συγγένεια αὐτοῦ, καὶ ἡ γυνὴ τοῦ ἀνθυπάτου· τὸν μὲν Φίλιππον ἐξαχαγόντες καὶ τρυπήσαντες τοὺς ἀστραγάλους, ἔστρεψαν κατὰ κεφαλῆς. τὸν δὲ Βαρθολομαῖον ἐπὶ ξύλου ἀνήρτησαν σὺν τοῖς γυναιξὶ αὐτοῦ· τὴν δὲ Μαριάμνην κατέσχον ἐν φυλακῇ. Ελθόντος δὲ

caret verbum veritatis, docendo pervenit ad Hierapolim Asiæ, una cum Bartholomæo, & sorore sua Mariamne; urbs autem illa colebat viperam. Et cum Apostolos comprehendissent post multa tormenta, quia nequaquam recipiebant, nec verbum divinum vel audire sustinebant, excepto illo, qui primum Apostolos susceperat: ille enim baptizatus fuit, totaque ipsius domus & consanguinitas, nec non uxor proconsulis: Philippum quidem educentes postquam talos ipsius perforavissent, crucifixerunt capite in terram verso. Bartholomæum autem in ligno prope eum suspenderunt; Mariamnen vero detinuerunt in carcere. Porro cum Sanctus Johannes illuc advenis-

Digitized by Google

τῷ ἁγίῳ Ἰωάννῃ ἐκεῖσε, ἔφη Φίλιππος πρὸς αὐτὸν, ὡς ἂν αἰτήσωνται πῦρ ἐξ οὐρανοῦ (h) καὶ ἀναλῶσαι πάντας αὐτούς· ὅπερ ὁ ἅγιος Ἰωάννης διεκώλυσε γενέσθαι. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ ὑποχώρησιν καὶ ἡμερῶν παραδοθεισῶν πρόσωπον ἀνοίξασα ὁ ἅγιος Φίλιππος, ἠνοίξεν ἡ γῆ τὸ στόμα, καὶ πάντας τοὺς εἰδωλολάτρας ζῶντας (i) εἰς ᾅδου κατήγαγε. Καὶ μετὰ ταῦτα ἐφάνη αὐτῷ ὁ σωτὴρ, ἀναμιμνήσκων αὐτὸν τῆς ἐντολῆς αὐτοῦ λέγων, μὴ ἀποδιδόναι κακὸν ἀντὶ κακοῦ (k), καὶ τῶν λοιπῶν εἶπε καὶ προσθεὶς. ἐπεὶ παρέκυσας τῆς ἐντολῆς μου, καὶ ἐκάκωσας τοὺς λυποῦντάς σε, σὺ μὲν κοιμηθήτω ἐνταῦθα

let, dixit ei Philippus, uti peteret ignem è cœlo demitti, qui cunctos illos consumeret: id quod Apostolus Johannes fieri prohibuit. Post ipsius porro discessum tribus diebus interjectis oravit Sanctus Philippus, & terra aperuit os, cunctosque idololatras vivos in infernum deduxit. Postea ipsi apparuit Servator, & in memoriam ei revocavit præceptum suum, quod ait malum pro malo non esse reddendum, & reliqua similia; deinde etiam addidit; quandoquidem mandatum meum violasti, & afflixisti eos qui te dolore affecerunt, tu quidem hic obdormies, & cum gloria aufereris à Sanctis Angelis meis usque ad paradisum;

Da,

(h) Ut Luc. IX. 54. (i) Num. XVI. 30. (k) Matth. V. 39. Rom. XII. 17. 1. Thess. V. 15. 1. Petr. III. 9.

Digitized by Google

θα, καὶ ἀπενεχθήσῃ ἐν δίκῃ ὑπὸ τῶν ἀγγέλων μὴ ἀγγέλων ἄχρι καὶ τῆς παραδείσου, οὐκ εἰσελεύσῃ δὲ, ἀλλὰ πεσαρακοντα ἡμέρας ἔξω σήσῃ λυπούμενος, καὶ κωλυόμενος ὑπὸ τῆς φλογίνης ῥομφαίας, (1) ἀνθ' ὧν ἐλύπησας τὰς ἀδικηθείσας με. εἶτα εἰσελεύσῃ καὶ ἀπολήψῃ τὴν ἡτοιμασμένην σοι τιμήν. Ἀνενεγκὼν δὲ καὶ τὰς κατενεχθείσας ἐν τῷ ᾅδῃ, ἀνῆλθεν εἰς οὐρανούς. Εἶτα διεσείλατο ὁ Φίλιππος τῷ Βαρθολομαίῳ καὶ τῇ Μαριάμνῃ, ὥστε εἰπεῖν Ἰακώβῳ καὶ τοῖς λοιποῖς Ἀποστόλοις, νηστεῦσαι καὶ προσεύξασθαι ὑπὲρ αὐτῶν, πεσαρακοντα ἡμέρας. Καὶ ὅτως οἱ Ἀπόστολοι πᾶσι τοῖς πιστοῖς πεσαρακοντα ἡμερῶν νηστείαν καὶ προσευχὴν διωρίσαν-

non intrabis tamen, sed quadraginta diebus extra stabis tristis atque prohibitus à flammeo gladio, propterea quod eos qui te injuria affecere vexasti; postea introibis atque præparatum tibi locum recipies. Tum eos, qui in infernum deducti fuerant reducens, ascendit in cœlos. Postea Philippus mandavit Bartholomæo ac Mariamnæ, dicere Jacobo cæterisque Apostolis, ut pro eo jejunarent ac orarent per quadraginta dies. Atque ita Apostoli quadraginta dierum jejunium & preces cunctis fidelibus statuerunt. Idque servatum fuit à Sanctis Patribus & septem Conciliis Generalibus. Atque decretum fuit jejunium, non quinque vel octo aut decem dierum, sed quadra-

(1) Gen. III. 24.

Digitized by Google

ginta. Vocatur autem natalis Christi jejunium, quia in fine dierum quadraginta occurrit salutaris nativitas Domini nostri Jesu Christi. Duoque bona peraguntur. Nam exsequimur traditionem Apostolorum, simulque præpurgamur in occursum & adorationem Jesu Christi, Domini nostri, qui ex Sancta Dei genitrice semperque virgine absque macula & ineffabiliter natus est.

το Καὶ ἐφυλάχθη παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων καὶ τῶν ζ. κκμεικῶν συνόδων. Καὶ ἐκκου σπεύθη, ἤχι πέντε ἢ ὀκτὼ ἢ δέκα ἡμεροῦν ἐστὶν ἀλλὰ καὶ πανσαρκόκοντα. Τῶν χρόνων δὲ γινομένων δῆλα ὅτι ἐν τῇ τέλει τῶν μ. ἡμερῶν συνέφθασε καὶ ἡ σωτηρία γέννησις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ καὶ γίνεται δύο ἐν καλαῖς. Πληροῦμεν γὰρ τὴν τῶν Αποστόλων παράδοσιν, καὶ προκαθαιρόμεθα εἰς ὑπαντὴν καὶ προσκύνησιν τοῦ ἐκ τῆς ἁγίας θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου ῥήματος καὶ ἀρρήτως γεννηθέντος Ιησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν.

XXVIII. PRÆDICATIONES sive doctrina APOSTOLORUM.

Uno numero hic comprehendo quæcunque sub titulo ἀποστολικῶν διδαχῶν, παραδόσεων, διδα-

διδασκαλίας vel unius ex Apostolis, vel Apostolorum, Apostolicorum ve virorum nomine jactata sunt olim, vel etiamnum jactantur: qualis est Didascalia quæ Apostolis tribuitur apud Coptos, & Canonibus XXXVIII. constat, quorum argumenta vulgavit vir summus Iobus Ludolfus commentar ad Hist. Æthiopic. p. 334. seq. Mentio ejusdem in confessione Claudii Regis Æthiopiæ, quam idem Ludolfus illustrat p. 236. Pleraque hujus commatis scripta ut, cunque congesta videntur in libros διαταξεων sive Constitutionum Apostolicarum, quia reliquiæ διδαχῶν quæ adhuc exstant in variis Bibliothecis, cum Constitutionum opere collatæ hanc sententiam confirmant. Talis est Clementis Διδασκαλία, quæ paucis foliis constans occurrit in Bibl. Augustissimi Imperatoris. Διδασκαλία Hippolyti, quæ in eadem Cæsarea & Oxonii in Bodlejana extat, & in pluribus congruit cum octavo Constitutionum libro, ut post Pearsonium (a) me docuit humanissimus & doctissimus Grabius, cui novam Constitutionum editionem meditanti universam hanc materiam post viros insignes Usserium (b) Cotelerium (c), Dodwellum (d), Ittigium (e) plenius pertractandam, cum voto prolixæ sanita-

(a) Vindic. Ignatii part. 1. p. 62. editionis primæ. Confer Steph. le Moyne ad Varia sacra p. 1077. (b) Ad Epistolas Ignatii. (c) Ad Constituit. Apost. (d) In diss. 1. §. 28. seq. & diss. 6. §. 10. seq. ad Irenæum. (e) Appendic. de hæresiarch. p. 152. seq.

Digitized by Google

tis & beati otii lubens meritoque relinquo. Meminit διδαχῶν Apostolicarum etiam Athanasius, & Vetus Stichometria supra p. 134. & p. 144. Nonnulla quoque paulo ante dixi de prædicatione Pauli, tum de Matthiæ traditionibus. Barnabæ διδαχὴ videtur esse clarissimo Dodwello pars posterior Epistolæ quæ incipit §. 18. μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. De Prædicatione Petri diligentissime egit idem Grabius T. 1. spicilegii, cujus observatis addas licet quod Gregorius Nazianzenus in Orat. 17. ad cives Nazianzenos gravi metu perculsos profert eadem verba quæ Epist. 16. ad Cæsarium Petro tribuit: κάμνουσα ψυχὴ ἐγγὺς ἐστὶ θεοῦ. *Ægra anima vicina est Deo.* Ad quem locum docet Billius notari ab Elia Cretensi quod sumtus sit ex eo libello qui doctrina Petri inscribitur.

XXIX. POLYCRATES de Vita S. TIMOTHEI.

Excerpta ex hoc scripto refert Photius cod. 254. nullo laudato nomine autoris sed tantum hoc titulo: Ἐκ τῆς μαρτυρικῆς Τιμοθέου τοῦ Ἀποστόλου συγγραφῆς. Et Joh. Bollandus (a) testatur nullum autoris nomen in Græcis codicibus esse

(a) Ad 24. Januar. T. 2. Act. Sanctor. p. 565.

Digitized by Google

se præfixum, licet habent illud latina exemplaria jam à Sigeberti Gemblacensis usque ætate, hic enim cap. 3. libri de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Polycratem* Ephesiorum Episcopum affirmat historiam de martyrio Timothei conscripsisse. Quod libenter credit Bollandus, atque Polycrati Ephesino, scriptori circa extremum secundi à Christo nato seculi claro illa Acta vindicat. Verum solidioribus argumentis ductus eadem longe post Polycratis illius tempora, seculo sexto aut fortasis quinto, à quodam Ephesinæ Ecclesiæ homine conscripta esse contendit Tillemontius T. 2. memor. ad H. E. p. 265. seq. 475. seq. Polycrati etiam abjudicant Baronius ad Martyrolog. Rom. 24. Jan. Aubertus Miræus notis ad Sigebertum, Vossius de Hist. Græcis p. 207. Guil. Caveus in vita Timothei p. 50. seq. editionis Anglicanæ & in Historia literaria, Hermannus Witsius in Exerc. de Timotheo T. 2. Misc. sacr. aliique. Vide etiam Petrum Halloixium in vitis Patrum Orientalium T. 1. p. 559. Acta martyrii Timothei scripta à Simeone Metaphraste nihil aliud sunt quam Polycrati tributorum liberior paraphrasis, neque verisimilis est sententia Leonis Allatii (b) qui etiam altera illa adscribit eidem Simeoni, cum ante Simeonem à Photio lecta fuerint. Edita sunt utraque a Bollando (c), priora Polycrati tributa plus simplici vice inter vitas sanctorum vulgata habentur etiam latine in Petri

(b) Lib. de Simeonum scriptis p. 126. (c) Latine tantum, non etiam Græce ut affirmat Clariss. Caveus in Hist. literar. ubi de Polycrate.

Digitized by Google

tis & beati otii lubens meritoque relinquo. Meminit διδαχῶν Apostolicarum etiam Athanasius, & Vetus Stichometria supra p. 134. & p. 144. Nonnulla quoque paulo ante dixi de prædicatione Pauli, tum de Matthiæ traditionibus. Barnabæ διδαχὴ videtur esse clarissimo Dodwello pars posterior Epistolæ quæ incipit §. 18. μεταβῶμεν δὲ καὶ ἐπὶ ἑτέραν γνῶσιν καὶ διδαχήν. De Prædicatione Petri diligentissime egit idem Grabius T. 1. spicilegii, cujus observatis addas licet quod Gregorius Nazianzenus in Orat. 17. ad cives Nazianzenos gravi metu perculsos profert eadem verba quæ Epist. 16. ad Cæsarium Petro tribuit: κάμνουσα ψυχὴ ἐγγὺς ἐστὶ θεοῦ. *Ægra anima vicina est Deo.* Ad quem locum docet Billius notari ab Elia Cretensi quod sumtus sit ex eo libello qui doctrina Petri inscribitur.

XXIX. POLYCRATES de Vita S. TIMOTHEI.

Excerpta ex hoc scripto refert Photius cod. 254. nullo laudato nomine autoris sed tantum hoc titulo: Ἐκ τῆς μαρτυρικῆς Τιμοθέου τοῦ Ἀποστόλου συγγραφῆς. Et Joh. Bollandus (a) testatur nullum autoris nomen in Græcis codicibus esse

(a) Ad 24. Januar. T. 2. Act. Sanctor. p. 565.

Digitized by Google

se præfixum, licet habent illud latina exemplaria jam à Sigeberti Gemblacensis usque ætate, hic enim cap. 3. libri de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Polycratem* Ephesiorum Episcopum affirmat historiam de martyrio Timothei conscripsisse. Quod libenter credit Bollandus, atque Polycrati Ephesino, scriptori circa extremum secundi à Christo nato seculi, clarò illa Acta vindicat. Verum solidioribus argumentis ductus eadem longe post Polycratis illius tempora, seculo sexto aut fortasis quinto, à quodam Ephesinæ Ecclesiæ homine conscripta esse contendit Tillemontius T. 2. memor. ad H. E. p. 265. seq. 475. seq. Polycrati etiam abjudicant Baronius ad Martyrolog. Rom. 24. Jan. Aubertus Miræus notis ad Sigebertum, Vossius de Hist. Græcis p. 207. Guil. Caveus in vita Timothei p. 50. seq. editionis Anglicanæ & in Historia literaria, Hermannus Witsius in Exerc. de Timotheo T. 2. Misc. sacr. aliique. Vide etiam Petrum Halloixium in vitis Patrum Orientalium T. 1. p. 559. Acta martyrii Timothei scripta à Simeone Metaphraste nihil aliud sunt quam Polycrati tributorum liberior paraphrasis, neque verisimilis est sententia Leonis Allatii (b) qui etiam altera illa adscribit eidem Simeoni, cum ante Simeonem à Photio lecta fuerint. Edita sunt utraque a Bollando (c), priora Polycrati tributa plus simplici vice inter vitas sanctorum vulgata habentur etiam latine in Petri

(b) *Lib. de Simeonum scriptis p. 126.* (c) Latine tantum, non etiam Græce ut affirmat Clariss. Caveus in Hist. literar. ubi de Polycrate.

Digitized by Google

Petri Pithœi Miscellaneis Ecclesiasticis editis una cum Francisci Pithœi Codice veteri Canonum Ecclesiæ Romanæ Paris. 1687. fol.

XXX. MEMORIA APOSTOLORUM *quâ usi sunt* PRISCILLIANISTÆ.

Paulus Orosius (c) in commonitorio de erroribus Priscillianistarum & Origenistarum.

Tradidit autem (Priscillianus) nomina Patriarcharum membra esse animæ, eo quod esset Ruben in capite, Juda in pectore, Levi in corde, Benjamin in femoribus & similia. Contra autem in membris corporis cœli signa (d) esse disposita, id est arietem in capite, taurum in cervice, geminos in brachiis, cancrum in pecto-

(c) Legitur inter opera Augustini, præfixum hujus libro contra Priscillianistas. (d) Confer Augustin. de hæres. c. 70. Leonem M. Epist. 93. Synodum Braccarensem can. 9. 10. Joh. Molanum hist. sacrarum imaginum lib. 2. c. 26. Porro antiquum hoc superstitionis Astrologicæ genus, de quo vide Manilium lib. 2. v. 416. seq. Julium Firmicum lib. 2. c. 27. Sextum Empiricum V. adversus Mathemat. p. 113. Kircherum T. 2. Oedipi Ægypt. parte 2. p. 188. 358. 369.

Digitized by Google

pectore &c. Volens subintelligi tenebras æternas & ex his principem mundi præcessisse. Et hoc ipsum confirmans ex libro quodam qui scribitur MEMORIA APOSTOLORUM (e), ubi Salvator interrogari a discipulis videtur secreto & ostendere, quia de parabola Evangelica quæ habet * *Exiit seminans seminare semen suum*, non fuerit seminator bonus; Asserens, quia si bonus fuisset non fuisset negligens, vel secus viam, vel in petrosis, vel in incultis jacere semen: volens intelligi hunc esse seminantem qui animas captas spargeret in corpora diversa quæ vellet. Quo etiam in libro de principe humidorum & de principe ignis plurima dicta sunt, volens intelligi, arte non potentia Dei omnia bona agi in hoc mundo. Dicit enim esse virginem quandam lucem quam Deus volens dare pluviam hominibus, principi humidorum ostendit, qui dum eam apprehendere cupit, commotus consudat & pluviam facit, & destitutus ab eâ mugitu suo tonitrua concitat.

XXXII. PROCHORI HISTORIA de S. JOHANNE EVANGELISTA.

Exigua pars hujus Historiæ Græce cum latina Seb. Castalionis versione prodiit in tertia edi-

(e) Adde Turibii locum supra p. 736. & quæ num. XX. & Concilii Braccarensis can. 17. quem produxi ad Apocalypses Apocryphas num. II. not. K. * Matth. XIII. 3.

Digitized by Google

editione(f) Catecheseos Græce & latine editæ à Mich. Neandro Basileæ A. 1567. 8. pag. 526. seq. & in Orthodoxographis a Joh. Jacobo Grynæo editis Basil. 1569. T. 1. p. 85. sub titulo Προχόρου τῦ ὅπι τῶν ἑπτὰ χειρίσας τῶν διακόνων γενομένου ἀπὸ Στεφάνου τῦ πρωτομάρτυρος· περὶ Ἰωάννου τῦ θεολόγου καὶ Εὐαγγελιστῦ ἱστορία. *Prochori qui fuit unus de septem ministerio præfectis, Consobrini Stephani Protomartyris, de Johanne Theologo & Evangelista historia*: Longe plenior (g) sed latine tantum edita est a Margarino de La Bigne in Bibliotheca Patrum, atque inde repetita in editione novissima Lugdunensi T. 2. p. 46. seq. Bellarminus & post eum alii suspicati sunt hunc ipsum esse librum qui sub nomine Circuitus Johannis inter Apocrypha recensetur ab Athanasio supra p. 134. Confer quæ paulo ante de Actis Johannis num. IX. dixi. Mihi recentiorem longe ætatem referre videtur, propter fabulas putidas omnino & sine ullo ingenio aut fronte excogitatas. Idem visum nuper Viro eruditissimo (h) cujus verba subjungam: *Etsi Græci hac*

(f) In prima editione Basil. 1558. & in altera A. 1564. desideratur. (g) Absolvitur capitibus XLVIII. atque extrema parte etiamnum mutila est, nihil enim habet de Johannis excessu & sepulchro qualia in Apocryphis legisse se olim testatus est Augustinus, ut ad Abdiam p. 589. notavi. Fingit autem se Prochorus iste Johannis in itinere fuisse comitem, cum eo in exilium à Domitiano missum, & ex ejus ore Evangelium calamo excepisse. Prochorus latine occurrit etiam in Laurentii de la Barre historia Veterum Patrum. (h) D. Thomas Ittigius in Diss. de Patribus Apostolicis p. 45. seq.

Digitized by Google

hac Prochori historia in sacris suis lectionibus utantur, & Simeon Metaphrastes in vita Johannis describenda pleraque ex Prochoro mutuatus fuerit, dubium tamen non est quin liber hic fabulosus alium quàm Prochorum unum è septem Diaconis autorem habeat. Fatentur id ex Pontificiis Johannes Maria Magister sacri palatii, (i) *Possevinus* (k) *Baronius* (l) *Lorinus* (m) *& Bellarminus,* (n) *quorum testimonia Gerhardus in Confessione sua Catholica* (o) *adducit. Et longè plures illis addi possent, Natalis Alexander,* (p) *Nicolaus le Nourry* (q) *Richardus Simonius,* (r) *Philippus Labbeus* (s) *& sexcenti alii.* (t) *Quod contra Pontificios notamus qui nonnunquam ad stabilendos suos errores Prochori autoritate abutuntur. Et Bellarminus quidem suspicatur hanc Prochori narrationem de rebus*

(i) T. 1. Indicis Romani libror. ex purgandor. p. 241. (k) in Apparatu sacro. (l) Ad Martyrolog. Rom. 27. Dec. & Annal. ad A. C. 44. §. 20. & 30. ad A. 92. §. 1. ad A. 99. §. 4. (m) Ad Act. 1. 13. & VI. 5. (n) De scriptor. Eccles. (o) Lib. 1. general. p. 619. (p) Sec. 1. Hist. Eccles. N. T. part. 1. p. 9. (q) Apparat. ad Bibl. Patrum diss. 5. p. 129. (r) Obs. nov. in N. T. p. 5. (s) De S. E. T. 2. p. 237. (t) Vide Combefis T. 1. auctar. noviss. p. 482. Tillemontium T. 1. memor. H. E. p. 920. 952. Eliam du Pin &c. B. Reformatis Cocum, Abr. Scultetum, Rivetum, Caveum de S. E. Mornæum lib. 1. c. 2. de Eucharistia, & è nostris Varenium rationar. seculi 1. p. 135. seq.

Digitized by Google

rebus gestis S. Johannis eumdem librum esse qui ab Athanasio in synopsi S. Scripturæ Circuitus Joannis appellatur, quam sententiam etiam G. I. Vossio (u) *placere video. Verum mihi Prochori liber Athanasii ævo junior videtur, etsi forte ex istis Johannis Periodis Prochorus figmenta sua pleraque hauserit.* Prochori mentio fit in vita Johannis Arabice edita à Kirstenio, ut notavit Steph. Le Moyne in prolegomenis ad Varia sacra: *Tres Johannis fuerunt discipuli, Ignatius qui fuit Patriarcha Antiochiæ & projectus ad leones: Polycarpus qui fuit Episcopus Smyrnæ & martyrium subiit in igne: Et Procherus qui fuit Johannis successor Ephesi.*

XXXII. ACTA APOSTOLORUM *quibus usi sunt* QUARTADECIMANI.

Mentio illorum apud Theodoritum lib. 5. hæreticar. fabular. c. 4. Sed vide si lubet quæ observavi supra p. 766.

XXXIII.

(u) Lib. 2. de Hist. Gr. c. 9.

Digitized by Google

XXXIII. SORTES APOSTOLORUM.

De his notavi quædam ad locum Gelasii qui illas proscribit, supra p. 338.

XXXIV. ΠΕΡΙΟΔΟΙ (a) ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΑΠΟΣΤΟΛΟΥ ΘΩΜΑ.

ITINERARIUM S. APOSTOLI THOMÆ.

ILlo tempore Hierosolymis fuimus Apostoli Simon cognomine Petrus & frater ejus Andreas, Philippus & Bartholomæus, Thomas

Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἤμεν οἱ Ἀπόστολοι ἐν Ἱεροσολύμοις, Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος καὶ Ἀνδρέας ὁ

(a) Rich. Simon in novis observationibus de textu & Versionibus N. T. testatur se in Bibl. Regis Galliæ num. 1838. reperisse hoc itinerarium Thomæ ante 400 annos in membranaceo codice eleganter Græcè descriptum cum Patrum Homiliis. Ibidem ex eo nonnulla producit, quæ hic latine verti. In στιχομετρίαις antiquis memoratur Περίο-

Digitized by Google

mas & Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi & Simon Cananæus, & Judas Jacobi. Et dispertivimus climata orbis terrarum ut quisque nostrum in clima quod ipsi obtingeret, & in gentem ad quam Dominus ipsum mitteret, proficisceretur. Sortitus igitur Indiam est Judas qui etiam Thomas & Didymus, sed illuc pergere recusavit, negans se posse ter tantum suscipere propter corporis infirmitatem, & Hebraam cum

ἀδελφὸς αὐτοῦ, Φίλιππος καὶ Βαρθολομαῖος, Θωμᾶς καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης, Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Σίμων ὁ Καναναῖος, καὶ Ἰούδας Ἰακώβου, καὶ διελάμεθα τὰ κλίματα τῆς οἰκουμένης, ὅπως ἐκάστου ἡμῶν τὸ κλῆμα τὸ λαχὸν αὐτῷ καὶ εἰς τὸ ἔθνος ἐν ᾧ ὁ Κύριος αὐτὸν ἀπέστειλε πορευθῇ. Κατὰ κλῆρον οὖν ἔλαχεν ἡ Ἰνδία Ἰούδᾳ (b) Θωμᾷ καὶ Διδύμῳ. Οὐκ ἐβού-

λετο

δ' Θωμᾶ ἴχνη ἐκ versuum 1568. Extat & in Bibl. Bodlejana Codice Barocciano 188. & in Codice Regis Christianissimi num. 1394. (b) Rich. Simon vertit *Il tira de sombat par sort à Jude & à Thomas appellé aussi Didyme.* Verum *Judas* hic non diversus à Thoma. Apud Eusebium enim lib. 1. c. 13. Hist. Eccles. p. 33. legast Ἰούδας ὁ καὶ Θωμᾶς. & Clarissimus Grabius in notis ad E. 1. Spicileg. Patrum p. 324. testatur hunc locum Itinerarii sive Actorum Thomæ sic legi in Codice Barocciano: Καὶ κατὰ κλῆρον ἔλαχεν ἡ Ἰνδία Διδύμῳ Ἰούδᾳ, τῷ καὶ Θωμᾷ. Cui adde quod Cotlerius ad Clementis rec-

Digitized by Google

sum, inquit, *quomodo possum in Indiam proficisci, Veritatem ibi prædicaturus?* Hæc cogitanti & præ se ferenti, Salvator de nocte apparuit, & *noli*, inquit, *timere Thoma, sed in Indiam abi, & Verbum ibi prædicato, mea enim tecum futura est gratia.* Hic vero necdum obsecutus, *quocunque*, ait, *mittere me voles mittito, at in Indiam neutiquam proficiscar.* Hæc dicente ipso, intraque animum volvente, contigit mercatorem quemdam illic versari nomine Abbanem, qui ex India venerat missus à Rege Gundaphoro &c.

λετο δὲ ἀπελθεῖν, λέγων μὴ δύνασθαι μήτε χωρεῖν διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς σαρκὸς, καὶ ὅλως ἄνθρωπος ὢν Ἑβραῖος πῶς δύναμαι πορευθῆναι ἐν τοῖς Ἰνδοῖς κηρύξαι τὴν ἀλήθειαν. Καὶ ταῦτα διαλογιζομένῳ καὶ λέγοντι, ὤφθη αὐτῷ ὁ Σωτὴρ διὰ νυκτὸς καὶ λέγει αὐτῷ· μὴ φοβοῦ Θωμᾶ, ἀπελθὲ εἰς τὴν Ἰνδίαν καὶ κήρυξον ἐκεῖ τὸν λόγον. Ἡ γάρ σε χάρις μετὰ σοῦ ἔσται. Ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, λέγων· ὅπου βούλει με ἀποστεῖλαι ἀπόστειλον, εἰς Ἰνδοὺς οὐ μὴ ἀπέλθω. Καὶ ταῦτα αὐτοῦ λέγοντος καὶ ἀθυμοῦντος, ἔτυχεν ἔμπορός τις ἐναὶ ἐκεῖ ἀπὸ τῆς Ἰνδίας ἐλθὼν ὀνόματι Ἀββάνην (c), ἀπὸ τοῦ βασιλέως Γονδαφόρου ἀποσταλείς. κ. τ. λ.

Mmm 2 Fin-

cognit. lib. 1. c. 60. testatur paulo post in iisdem periodis Apocryphis Thomam vocari Ἰούδαν ἐνόμιζε, moxque Ἰούδαν τὸν καὶ Θωμᾶν.

(c) Sic vocatur etiam Abdias p. 961. & Orderico Vitali

Digitized by Google

Fingitur deinceps Thomas cum mercatore illo profectus in Indiam, cui Jesus Christus, Thomæ quippe Dominus, ipsum vendiderit, ut inter famulitium Regis Indorum opus fabri faceret. Pluribus inde refertur quomodo Thomas id sibi maxime dederit negotii, non ut domos & Palatia Regi terrestria exstrueret, sed ut in cœlestibus ædificiis & basilicis perficiendis operam omnem studiumque suum collocaret. Hinc legas, qua ratione tum Rex ipse tum frater ejus, Gad nomine, ad Christianismum conversi fuerint, & sigillum baptismi (τὸ σφράγισμα) atque Eucharistiam receperint.

Λαβὼν δὲ ὁ Ἀπόστολος τὸ ἔλαιον καὶ κατάχισε κατὰ τῆς κεφαλῆς αὐτῶν καὶ ἀλείψας καὶ χρίσας αὐτοὺς ἤρξατο λέγειν· Ἐλθὲ τὸ ἅγιον ὄνομα τοῦ χριστοῦ τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα. Ἐλθὲ ἡ δύναμις ἡ ὑψίστη καὶ ἡ εὐσπλαγχνία.

Apostolus itaque sumto oleo (d) & in capita ipsorum effuso delibutos perungens ita dicere cœpit: *Veni sanctum Christi nomen, quod super omne nomen est. Veni summa potestas, & misericordia!*

Plures ejusmodi (e) invocationes ibidem occurrunt super duobus hisce Principibus viris Chri-

p. 691. Aliis Ἀζάνης. Vide Franciscum Combefis ad Niceræ Orationem panegyricam in Thomam p. 487.

(d) Hæc de baptismo per oleum in Apocryphis Thomæ actis legisse se testatur Turibius in loco quem adduxi supra p. 755. (e) Ex hisce invocationibus apparere notat Rich

Digitized by Google

Christianismum amplexuris, inter alia etiam *Veni*, inquit, *Mater misericordiæ, mysteriorum arcanorum revelatrix, veni. Veni mater septem habitationum, quo in octava habitatione quietem consequamur.*

Ἐλθὲ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ καθάρισον τὰς νέφρας αὐτῶν καὶ τὴν καρδίαν, καὶ ἐπισφράγισον αὐτὰς εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος.

Veni sancte Spiritus, & purifica renes ipsorum & cor, atque obsigna eos in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

Acta sive Periodos Thomæ memorat Epiphanius duobus locis quæ habes supra p. 747. 748. ut Athanasii p. 134. Gelasii p. 136. Turibii p. 756. autoris veteris Stichometriæ p. 143. & Photii p. 770. Reliquum est ut hoc loco describam loca tria Augustini, quæ jam indicavi in notis ad Abdiam p. 693.

S. Augustinus libro adversus Adimantum Manichæum cap. 17.

Ipsi autem legunt Scripturas Apocryphas quas etiam incorruptissimas esse dicunt, ubi scriptum

Simon idem istud scriptum esse quibus usi olim Manichæi. Manichæorum enim hinc elucere ingenium, qui Gnosticos, Marcosios maxime (quorum ἐπικλήσεις Irenæo lib. 1. cap. 9. & inde aliis memorantur,) imitati longas ejus generis preces & invocationes frequentabant, ridiculas quidem interdum, sed hodie non inutiles ad difficilia quædam Veterum scriptorum loca intelligenda.

Digitized by Google

ptum est Apostolum *Thomam* maledixisse homini à quo per imprudentiam palmâ percussus est, ignorante quis esset, maledictumque illud continuo venisse ad effectum. Nam cum ille homo, quoniam minister convivii erat, ut apportaret aquam exisset ad fontem, à leone occisus & dilaniatus est. Quod ut manifestaretur ad aliorum terrorem, canis manum ejus intulit mensis ubi convivabatur Apostolus: atque ita cum causa quæreretur à nescientibus, eisque panderetur, in magnum timorem & magnum honorem Apostoli eos esse conversos, atque hinc Evangelii exordium commendandi extitisse. Si vellet aliquis dentes Manichæorum (f) in ipsos convertere, quam mordaciter ista reprehenderent. Sed quia & ibi tacitum non est quo animo factum sit, videtur dilectio vindicantis. Sic etenim in illa scriptura legitur, quod deprecatus fuerit Apostolus pro illo in quem temporaliter vindicatum est, ut ei parceretur in futuro judicio.

Idem lib. XXII. contra Faustum Manichæum cap. 79.

Legunt scripturas Apocryphas Manichæi à nescio quibus sutoribus fabularum sub Apostolorum nomine scriptas, quæ suorum scriptorum temporibus in auctoritatem Sanctæ Eccle-

(f) Reprehendentium quod in Actis Enææ c. 5. legitur de Anania & Sapphira Petri jussu morti traditis.

Digitized by Google

Ecclesiæ recipi mererentur (g), si sancti & docti homines qui tunc in vitâ erant & examinare talia poterant, eos vera locutos esse cognoscerent. Ibi tamen legunt Apostolum *Thomam* cum esset in quodam nuptiarum convivio peregrinus & prorsus incognitus, a quodam ministro palmâ percussum, imprecatum fuisse homini continuam (h) sævamque vindictam. Nam cum egressus fuisset ad fontem, unde aquam convivantibus ministraret, eum leo irruens interemit, manumque ejus quâ caput Apostoli levi ictu percusserat, a corpore avulsam secundum verbum ejusdem Apostoli id optantis atque imprecantis canis intulit mensis in quibus ipse discumbebat Apostolus. Quid hôc videri crudelius potest? Verum qura ibi, nisi tamen fallor, hoc etiam scriptum est, quod ei veniam in seculo futuro petiverit, facta est compensatio beneficii majoris, ut & Apostolus quam charus Deo esset per hunc timorem commendaretur ignotis, & illi post hanc vitam quandoque finiendam in æternum consuleretur. Utrum illa vera sit aut conficta narratio, nihil meâ nunc interest. Certe enim Manichæi, a quibus illæ scripturæ quas Canon Ecclesiasticus respuit, tanquam veræ atque sinceræ acceptantur, saltem hinc coguntur fateri &c.

(g) Pro *meritæ fuissent*, ut paulo post *cognoscerent* pro *cognovissent*.

(h) Statim e vestigio eum persecuturam.

Digitized by Google

Idem de Sermone Domini in monte lib. 1. c. 20.

Aut in illis libris quibus ipsi (hæretici qui adversantur Veteri testamento) magnam tribuunt autoritatem, animadvertant quod dicimus ubi scriptum est Apostolum *Thomam* imprecatum cuidam, a quo palmâ percussus esset, atrocissimæ mortis supplicium, animam tamen ejus commendat ut in futuro ei seculo parceretur, cujus a leone occisi a cætero corpore discerptam manum canis intulit mensis in quibus convivabatur Apostolus. Cui scripturæ licet nobis non credere, non est enim in Catholico Canone. Illi tamen eam legunt, & tanquam incorruptissimam verissimamque honorant, qui adversus corporales vindictas quæ sunt in Veteri Testamento nescio qua cœcitate mentis acerrime sæviunt, quo animo & qua distributione temporum facta sint, omnino nescientes.

Ordericus Vitalis, Uticensis Monachus lib. 2. Hist. Eccles. (i) p. 410.

In relationibus de Apostolis multa diversitas est tam pro antiquitate temporis quam pro longinqvitate regionum, ubi Agricolæ Christi præ-

(i) Produxit eam a Christo nato ad Annum 1141. Extat

Digitized by Google

prædicaverunt barbaris. Unde in quibusdam quæ de sanctis Apostolis legimus, quoniam ab incertis edita sunt auctoribus & usque ad nos transmissa, dubitamus, præsertim cum a Gelasio Papa aliisque magnis Apocrypha nuncupata sint doctoribus. Egregius quoque Pontifex Augustinus in hujusmodi scriptis dubitavit, & cum meticulosa scrupulositate de S. *Thoma* gestis contra Faustum Manichæum quoddam exemplum protulit. Hoc ideo dixi de dissonantia scriptorum quæ per orbem passim reperitur in voluminibus antiquorum, non ut derogem mirandis operibus sanctorum, sed ut quæcunque scripta sunt de Apostolis aliisve beatis studio priorum, cum subtili cautela discutiantur ad fidei monumentum & ædificationem morum. Nunc in nomine Domini breviter prosequar narrationem &c. *Sequitur deinde narratio de Thoma, talis fere qualis fuit supra in libro IX. Abdiæ, quem vide p. 619. seq. ubi librum de itinere Thomæ in Indiam, rebusque ibi gestis diserte memorat. Praterea Acta Martyrii Thomæ laudata Gregorio Turonensi c. 32. de gloria Martyrum, Simeonem Metaphrastem in narratione de Thoma, Menæa 6. Octobris, Martyrologia 21. Dec. Ex recentioribus de S. Thoma consulendus Thomas Stapletonus libro de tribus Thomis, Apo-*

inter scriptores Normannicos Andreæ du Chesne sive Quercetani editos Paris. 1619. fol.

Digitized by Google

stolo, Cramero & Moro, Duaci A. 1588. 8. ut Didacum de Areda, aliosque in præsenti omittam.

XXXV. HISTORIA PETRI Persice Scripta Auctore HIERONYMO XAVERIO, Soc. Jesu.

Ludovicus de Dieu qui hanc Historiam Persico idiomate edidit cum latina versione & animadversionibus, (a) testatur se in MSto codice quo usus est nullum auctoris nomen reperisse: sed stylo & tractandi modo illam plane convenire cum Historia Christi quam à Xaverio scriptam supra p. 385. in Evangeliis Apocryphis memoravi. Quare hanc quoque eidem Xaverio deberi existimat, præcipue quod Auctor p. 95. testatur eam scriptam Anno Christi millesimo & sexcentesimo, quo tempore Xaverius in regno Mogorensi degit & propagando Evangelio operam dedit. Ut Historia Christi, ita hæc quoque, Apocryphis & nullius fidei narratiunculis contaminata est: nam præter certa quæ ex Evangeliis & sacro Actorum libro de Petri rebus petiit, & præter nonnulla quæ sub extremum affert ex utraque Epistola Petri excerpta, non dubitavit ex Abdia, Lino & similis furfuria

(a) Lugd. Bat. 1639. 4.

Digitized by Google

ris scriptis quædam de Petro inferere, quæ tanquam divinæ fidei res infidelibus proponere religioni sibi ducere debuisset. Sane eo nomine Xaverius merito reprehenditur non tantum a Protestantibus, Ludovico de Dieu in animadversionibus, Hottingero parte 1. Hodegi p. 31. seq. Dorsheo in notis ad Orationem *pax in terris* p. 21. Kortholto de variis Bibliorum editionibus p. 303. sed ex ipsis Pontificiis a Rich. Simonio lib. 1. Historiæ Criticæ N. T. p. 33. & lib. 2. p. 206. Ludovici de Dieu animadversiones in Historiam Christi pariter & Petri, quoniam in Xaverium subinde acerbius invehunt, a congregatione Indicis triplici decreto sunt prohibitæ, & doctus ille Novi Evangelistæ Persici interpres a Jesuitis non semel pessime acceptus, nomenque ejus conviciis laceratum ac discissum fuit. Unum adhuc supererat, ut Dionysius Petavius (b) libro XIV. dogm. Theol. de incarnatione verbi cap. 7. etiam auderet negare

(b) *Schedas*, inquit, *manu cujusdam exaratas nactus ille ἀπόθετος, sub Xaverii nomine in lucem edidit. Primum, qui probari potest vere ab eo conscriptum illud, quicquid est libri, fuisse? Quid si id neget aliquis? quid si commentum id esse dicat vafri cujusdam hominis & illius Societati inimici? Vides profecto lector quam hæc non sit absurda suspicio. Sic enim sese res habet. Qui sunt illi à quibus schedæ istæ descriptæ & ex Oriente ultimo in Europam asportatæ sunt? Batavi. Quis eas in scrinio suo conservavit? homo Batavus. Quis latine*

Digitized by Google

re bona fide Dieuſium Batavum egiſſe, nec ſcripta illa Xaverii eſſe. Sed frigidæ Petavii declamatiunculæ & inani ſuſpicioni oppones Bibliothecæ Jeſuiticæ autores, nec Batavos illos nec ſocietatis ſuæ inimicos, qui etſi animadverſiones Ludovici de Dieu pro humanitate ſua rogo dignas hæreticasque pronunciant, hiſtorias ipſas tamen Xaverii eſſe minime diffitentur, quin etiam illius ſcriptis has accenſent, affirmantque Perſica a Ludovico non infideliter latine reddita eſſe, ſi nonnulla demas, quæ fortaſſis codex illius vitiatus habuerit. Ex illis vero minus recte eorum judicio ab interprete translatis non plura quam tria & ea minoris momenti loca in medium afferunt, eaque ajunt accepiſſe ſe ex obſervationibus Petri de la Valle, qui ex codice MSto correctiore totam illam Ludovici de Dieu recenſuerit verſionem. Non prætereundum denique, quod Rich. Simon ex pluribus verbis phraſibusque colligit has hiſtorias a Xaverio primum conceptas eſſe lingua Luſitanica, atque ex hac demum in Perſicum idioma translatas.

De

vertit? Batavus. Quis in publicum edidit? Batavus. Dubitamus quin egregie proſpectum ſit, ne quid doli mali ac fraudis ſubeſſe pateretur? Nam ut viri boni iſti fuerint minimeque mendaces à quibus ſcriptum illud eſt allatum, certe Batavi erant, certe ab Romana & Catholica communione diſtracti. Batavus item ille & miniſter fuit ille qui typis edidit. Poſtremo ſocietatis iſtius omnes inimici &c.

Digitized by Google

De XENOCHARIDE sive NEXOCHARIDE vide quæ dixi supra p. 767. seq.

XXXVI. ZENAS (c) Legisperitus De Vita & Actis TITI.

Menæa (d) die 25. Augusti.

S. Apostoli Titi Episcopi Gortynæ in Creta discipuli S. Pauli Apostoli. B. Titus ex Myroi Cretensium Regis stirpe oriundus erat, quemadmodum testatur Zenas Jurisconsultus (e) qui vitam ipsius perscripsit.

Franciscus Bivarius ad PseudoDextri Chronicon A. 220. p. 273.

Secunde habemus, in Creta Plinium Secundum juniorem ad fidem perductum (f) operâ S. Titi? Ex Actis ipsius, quæ Zena legisperitus & Apostoli discipulus scripsit, refertque Equi-

(c) Sive *Zenodorus*. Vide Interpretes ad Tit. III. 16.
(d) ap. Bollandum T. 1. Act. Sanctorum ad 4. Januar. p. 163. (e) *νομικὸς*.
(f) Hanc fabulam præter scriptores in Bibliotheca latina p. 120. à me laudatos explodunt Pasbasius Quesnellus ad

Digitized by Google

Equilinus (g) &c. *Hæc ille, quem cum commentitiis hisce Zenæ Actis* (h) *nullo antiquo teste fide digno nixis merito explodunt Jacobus Thomasius ὁ μακαρίτης in prolegomenis ad Plinii Secundi Epistolas p. 60. Rev. D. Ittigius in diss. de Patribus Apostolicis p. 100. seq. aliique, quos laudare in præsenti omitto, & universum hunc Apocryphorum Actuum catalogum cum bona B. L. venia concludo.*

EPISTO.

Leonem Magnum diss. 1. p. 285. Halloixius T. 1. de vitis Patrum Oriental. p. 420. seq. (g) Petrus de Natalibus lib. 7. c. 108. (h) Quanquam Græci in Menæis & sanini quidem recentiores ad hæc Titi Acta à Zena scripta provocant, neque Græce tamen neque latine hactenus edita sunt quod sciam, nec inviti illis caremus, cum nullius illa fidei esse, & veterum silentium & quæ ex illis afferuntur fabulosa, docere nos possint.



Digitized by Google

EPISTOLÆ APOCRYPHÆ

S. MARIÆ VIRGINIS

Ad Ignatium, Meſſanenſes, & Florentinos, Latinè.

S. PAULI una ad LAODICENSES,

Latinè cum Græca Eliæ Hutteri verſione.

Sex ad Senecam Philoſophum, latinè.

S. PETRI ad JACOBUM,

Græce cum verſione JOH. BABTISTÆ COTELERII.

S. JOHANNIS

Ad Hydropicum quendam latinè.

De Aliis Epiſtolis & Scriptis Apocryphis Apoſtolorum, ſuccincta Commemoratio, & in his

FRAGMENTA APOSTOLORUM

à STEPHANO PRÆTORIO vulgata.

Digitized by Google

I. De Epistola S. MARIÆ tributa ad S. IGNATIUM.

Jacobus Usserius dissertat. ad Epistolas S. Ignatii cap. *XIX.*

IN Epistolio ad Mariam, alias prius ad eandem exaratas a se fuisse literas, commentitius iste Ignatius (Epistolæ ad Mariam autor) ita significat: *Scripsi tibi etiam alias, & rogavi de eisdem.* Plures commemorat Pseudo Dexter in Chronico ad Annum Christi 116. *Epistola Ignatii ad B. Virginem celebres habentur.* Et ad annum 430. (quo ipse Dexter ineptissimam illam farraginem edidisse fingitur) *Epistolæ B. Virginis ad S. Ignatium & ejusdem ad sanctissimam Virginem, manibus fidelium nunc teruntur.* Meminit & Bernardus serm. 7. in Psal. 99. *Magnus ille Ignatius discipuli quem diligebat Jesus auditor, Martyr noster, cujus pretiosis reliquiis nostra est ditata paupertas, Mariam in pluribus quas ad eam scripsit Epistolis Christiferam* (a) *consalutat. Egregius plane titulus & commendatio honoris immensi.* - - Plures quoque

(a) Inscriptio Epistolæ commentitiæ: *Christi fera Mariæ suus Ignatius.* Sed & Epistola quæ sub Ignatii no-

Digitized by Google

que ad beatissimam Mariam missas ab eo fuisse Epistolas, Dionysius Carthusianus hisce verbis subindicat, commentario in Dionysium Areopag. de divinis nominibus c. 3. artic. 16. *Sanctus Ignatius in una* (b) *suarum Epistolarum ad sacratissimam Virginem eandem rogat fervide, ut pro consolatione & confortatione sui & plurium neophytorum dignaretur venire ad se.* Petrus de Natalibus (Episcopus) Equilinus lib. 3. c. 64. unam tantum commemorat: *Ignatius*, inquit, *beatæ virgini valde dilectus eidem adhuc in carne existenti devotam Epistolam scripsit, & ab ea responsionem ejus sanctis manibus scriptam obtinuit.* Ejusdem meminit & Marcus Michaël presbyter Cortonensis in libro de viris illustribus, ubi novum nobis Ignatianarum Epistolarum proponit Catalo-

mine itidem supposita & ab Is. Vossio Græce ac latine edita extat ad Mariam Castabalitidem, hunc titulum præfe ferens: Ἰγνάτιος ὁ καὶ Θεοφόρος τῇ Χριστοφόρῳ Μαρίᾳ. Nihil autem certius videtur conjecturâ ejusdem Usserii, Vossiique, quam Mariam istam Castabalitidem temere pro Maria Christi matre habitam atque inde ansam sumtam esse fingendæ illius ad Ignatium Epistolæ omnibus ante Bernardum veteribus ignotæ & inauditæ. (b) Non necessario ex hoc loco colligitur Dionysium Carthusianum plures agnovisse Ignatii ad Mariam Epistolas, quoniam verba sic quoque possunt intelligi, *in una suarum Epistolarum* scriptâ, (non scriptarum) *ad sacratissimam Virginem.* Cæterum parum refert quid Carthusianus iste hac de re senserit. Refert tamen, ni fallor, aliquid, sensum verborum scriptoris cujuscunque recte percipere, ne amplius aliquid quam significare voluit eum dixisse existimemus.

Digitized by Google

gum, in quo earum quas Eusebius & Hieronymus nominant, tres tantum recitat, una etiam ad Colossenses additâ, cujus neque ab illis neque à Veterum quoquam ulla facta est mentio. Hæc enim ipsius sunt verba: *Scripsit Ignatius ad diversos Epistolas quatuor, sermone quidem claro simul & eloquentia perornato. Harum siquidem primam ad Ephesios edidit, secundam ad Magnesios destinavit, tertiam autem* (c) *partes ad Colossenses direxit, quartam porro Romanis gentibus applicavit. Extant & Epistolæ ejus ad Evangelistam Johannem præceptorem suum, & ad Mariam beatissimam Virginem & Domini nostri Salvatoris humilimam matrem, ad quem & ipsa responsivam & brevem Epistolam reddere humiliter non dedignabatur.* Bernardi vero & recentiorum aliorum scriptorum nuda auctoritate suffultus Petrus Canisius (d) T. 2. de corruptelis verbi Dei lib. 5. cap. 1. magna quærit cum fiducia: *cur de his Ignatii Epistolis dubitemus, quas non modo Bernardus sed & Michaël Carnotensis* (Cortonensis) *Dionysius Rickelius* (Carthusianus) *Marianus Victorius* (Schol. ad lib. 3. Hieronymi contra Pelagianos)

(c) Ita legendum non *partem*. (d) Præter Canisium lib. V. de virgine Deipara c. 1. Epistolam Mariæ tuetur etiam Adrianus van der Lyere sive Lyræus in trisagio Mariano sive libro de cultu cœlestium terrestrium atque inferorum quo Mariam prosequuntur, & Ferreolus Locrius in Maria Augusta lib. 1. c. 37. Neque Epistolæ hujus fidei detrahit Sixtus Senensis lib. 2. Bibl. nisi quod ait *Mariæ scripsisse fertur brevissimam Epistolam*, quam ipsam deinde cum Bernardi, Dionysii Carthus. & Marci Mich. Cortonensis

Digitized by Google

gianos) *Symphorianus Champerius, aliique complures agnoscunt & Ignatio tribuunt.* Verùm de hâc confidentiâ remiserunt plurimum qui post eum attentius hanc rem considerarunt prudentiores inter Pontificios. Baronius ad A. C. 48. num. 25. ad A. 109 num. 34. Possevinus in apparatu Sacro. Bellarminus de scriptoribus Eccles. Johannes Maria Brasichellensis Pontificii Palatii Magister in tomo 1. Indicis librorum expurgandorum Romæ A. 1607. edito, Thomas Malvenda, Martialis Mestræus præfatione ad suas in Ignatium notas, & Christophorus de Castro Jesuita (e) in historia Deiparæ cap. 23. *His addere licet Suarezium in part. 3. Thomæ disp. 20. qv. 37. artic. 4. Theophilum Raynaudum erotemat. de bonis & malis libris num. 235. p. 148. Adrianum Bailletum judic. eruditor. de scriptis variis generis T. 1. p. 196. Tillemontium T. 1. memor. Hist. Eccles. p. 119. ne alios jam commemorem, cum omnes hodie eruditi etiam in Romana Ecclesia hac in parte consentiant, ut Epistolæ Mariæ & Ignatii mutuæ apocryphis & ante pauca sæcula confictis adscribantur.*

testimoniis subjungit. (e) Hic Christophorus de Castro præ cæteris urget quod Ignatius rudior fuerit quam ut ad eam Maria scribere potuerit. Neque huic argumento satisfecit Petrus Halloixius.

Digitized by Google

Johannes Dallæus lib 2. de scriptis Ignatii c. 3.

Denique Petrus Halloixius (f) qui Epistolas Mariæ & Ignatii amoebæas cum antehac sprevisset, gravissimi scriptoris scilicet Flavii illius Dextri, ab Hispanis (g) non ante multos annos facti autoritate, ne eas fastidiret, deterritum se ipse profitetur, postremo tandem liberam unicuique facultatem permittit de his quodcunque voluerit opinandi. Quâ censura duo simul ferrelque demonstrat, & quam levis sint pretii hæ Epistolæ, & quam nullius ipse judicii.

Easdem Epistolas explodunt Robertus Cocus in Censura scriptorum, Andreas Rivetus in Critico S. & in Apologia pro virgine Maria lib. 2, c. 9. Samuel Andreæ in Exercitatione de Epistolis Mariæ Marpurg. A. 1682. Centuriatores Magdeb. Centur. 1. lib. 1. c. 10. Augustus Varenius ὁ μανικὸς in rationario scriptorum Ecclesiasticorum Seculi I. & Rev. D. Ittigius in appendice de hæresiarchis p. 114.

Hæ

(f) In Apologia pro scriptis Ignatii extrema, T. 1. vitar. scriptor. Orientat. p. 464. (g) Ab *Hieronymo Romano de la Higvera.* Vide Aguirre T. 1. Concil. Hispan. p. 54. & Nic. Antonium in Bibl. veteri Hispana qui fraudem illam circa commentitium Dextri Chronicon ad-

Digitized by Google

Hæ Epistolæ in lucem primum editæ sunt (h) *Parisiis A. 1495. ad calcem quadripartitæ historiæ vitæ & mortis Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi. At inter Epistolas Ignatii A. 1498. ibidem publicatas Jacobus Faber Stapulensis eas non admisit, quod & in subsecutis editionibus Argent. 1502. & Paris. 1515. est observatum, donec Symphorianus Champerius Lugdunensis eas simul cum reliquis undecim imprimendas curavit. Indeque Coloniæ A. 1536. cum Dionysii, & in Basileensium micropresbytico A. 1550. & in Orthodoxographis* (i) *A. 1555. cum aliis antiquorum Patrum scriptis, cæterarum Ignatii Epistolarum versioni veteri, isthæc novellæ quoque su-*

missam plenissime detexit & T. 2. p. 119. ptomisit *trophæum Historico Ecclesiasticum erectum ex manubiis Pseudo-Dextri.* Confer. eundem lib. 1. de jure exulum c. 14. Bollandum præf. ad T. 1. Act. Sanctor. Januarii p. 31. Cornelium à Lapide Chronotaxi in Acta Apost. p. 11. Papebrochium T. 4. Act. Sanctor. Maji p. 14. b. Petavium lib. 2. Epist. 19. Sane nec dictio nec res scriptori ejus ætatis Hieronymianæ congruunt. Valeat itaque Franciscus Bivarius cum apodicticis suis (ut vocat) in Dextrum commentariis, valeant item alii qui vel similia comminiscuntur aut ab impostoribus se *ἐπὶ τὸ ἔλκεσθαι* permittunt. (h) Sequor hic maximam partem Usserium, cujus observationibus nonnulla adjeci. (i) In altera Orthodoxographorum editione A. 1569. hæ Epistolæ sunt omissæ, & vicissim duodecim Epistolæ Ignatii adjuncta prioribus undecim Epistolis ad Mariam Castabalitidem repositæ Græce & latinè.

Digitized by Google

peraddita passim ferebantur. Quod nonnullos sic fefellit, ut ipsum quoque veterem interpretem eas vel (ut (k) Hieronymus Vairlenius) adjecisse, vel (ut Petrus Canisius) transtulisse, vel saltem ut paulo diffidentius hic loquitur Petrus Halloixius, videri latine reddidisse, scripserint. Quum in vetustissimis vulgatæ illius interpretationis MSS. exemplaribus non compareant, & in aliis (ut Bibliothecæ S. Edmundi apud Burienses olim, & Lincolnienſis Collegii, apud Oxonienses hodie) à reliquis sejunctæ inveniantur; Unde & istas fere solas, (l) cum duodecim antiquiorum variora fuissent exemplaria nec agnoscantur à Vincentio Bellovacensi lib. 10. spec. Historial. c. 57.) à Bostono Burienſi, Marco Michaele Cortonensi, & Johanne Trithemio divas fuisse animadvertimus. Et quamquam in Græcolatina sua editione omittendas eas existimavit Vairlenius, uti Vedelius quoque, & posterior Orthodoxographorum editio, tamen eum modo Vairlenii versione etiam istas quæ latine

plane

(k) Præf. in latinam suam Ignatii versionem ad Will. Lindanum. (l) Aliarum certe vix tres vel quatuor recensent, & nominibus etiam corruptis, ut Trithemius ad Troiæ ses pro Trallenses, Cortonensis ad Colossenses pro Philippenses &c.

Digitized by Google

plane sunt originis (quicquid contra obtendat Halloixius) conjungendas putavit Margarinus Bignæus, ut in omnibus Bibliothecæ Patrum editionibus, & Parisiis, & Coloniæ & Lugduni exousis videre licet. Occurrunt etiam hæ Epistolæ in editionibus Ignatii quas curavere Usserius, Isaacus Vossius, Johannes Baptista Cotelerius & in Bibliotheca Patrum Apostolicorum Rev. Ittigius. Extant præterea in legenda Jacobi de Voragine, in Antonini part. 1. Chron. tit. 7. c. 1. §. 11. in Bibliotheca sancta Sixti Senensis libro 1. in commentario Bivarii ad PseudoDextri (m) *Chron. ad A. 116. p. 222. seq. In Halloixii Apologia pro Ignatio, in Varenii rationario Seculi 1. p. 147. seq. &c.*

B. IGNATII AD S. MARIAM Virginem, Matrem Domini nostri JESU CHRISTI Epistola.

Christiferæ (a) Mariæ, suus Ignatius.

(m) Verba PseudoDextri: *Epistolæ S. Ignatii ad B. Virginem celebres habentur.*

(a) De hoc elogio dictum supra p. 834. Falsam autem es-

Digitized by Google

Me Neophytum (b) Johannisque tui (c) discipulum (d) confortare & consolari debueras. De Jesu enim tuo percepi mira (e) dictu, & stupefactus sum ex auditu. Ante autem quæ semper ei fuisti familiaris (f) & conjuncta & secretorum ejus conscia, desidero ex animo (g) fieri certior de auditis. Scripsi tibi etiam alias (h) & rogavi de eisdem. Valeas: & neophyti (i) qui mecum sunt ex te & per te & in te confortentur. Amen. (k).

BEA.

se hanc inscriptionem patet vel ex eo, quod Ignatius suum nomen semper solet præponere nomini ejus eorumve ad quos scribit, atque id recte facit ex more solenni atque recepto veterum, de quo infra ad Epistolas Pauli & Senecæ. Quod si dixeris Ignatium id fecisse ex veneratione adversus Matrem Domini, videbis impostorem hoc potius ex more suorum temporum & ignorantia priscæ ætatis scripsisse, quia Mariam quoque ita scribenrem inducit: *Ignatio Maria.* (b) Vide Christophorum de Castro, loco laudato. (d) Ad Johannem quoque binas Epistolas scripsisse fingitur Ignatius, in quibus illi audit *bonus præceptor.* (e) Edit. Colon. A. 1537. & Bivarii, *innumera.* (f) Alii codices: *familiaris conjuncta* vel *familiarius conjuncta.* (g) MS. Cantabrig. & Montacutii, Usserio inspectum, *ex nunc.* Bivarius: *omnino.* (h) Al. *& etiam alias* scil. Epistolas. vel *aliis* ut in MS. Magdalen. Cantabrig. & Montacut. (i) Editio Pariſ. A. 1495. *tui neophyti.* (k) Non habetur in MS. Magdalen. & Cantabrig.

Digitized by Google

BEATISSIMÆ VIRGINIS (l) ad hanc Epistolam Responsio.

Ignatio dilecto condiscipulo, (m) humilis ancilla Christi Jesu.

De Jesu quæ à Johanne audisti & didicisti, vera sunt. Illa credas, illis inhæreas, & Christianitatis susceptæ (n) votum firmiter (o) teneas, & mores & vitam voto conformes. (p) Veniam autem unà cum Johanne te & qui te-

(l) *An Beata Virgo aliquid scripserit, non constat. Nam Epistola quædam ad Ignatium quæ ejus nomine circumfertur incertæ autoritatis est. Si constaret eam à B. virgine scriptam, nemo ut existimo dubitaret, quin inter Canonicas Scripturas esset numeranda*, inquit Franciscus Svarosius loco laudato. Quamquam Usserius subjungit existimare se neminem dubitaturum, privatas beatissimæ Virginis literulas longe alio habendas fuisse loco quam divinum ipsius hymnum in sacrum Canonem relatum Luc. I. 46. ex quo impostor postremam hujus Epistolæ clausulam emendicavit, sicut & ex Paulina Epistola post obitum Virginis scripta 1. Cor. XVI. 13. paræneſin illam *sta in fide & viriliter age*. Ut stupidum omnino esse oporteat, qui non in plumbea potius legenda (cui eam Jacobus Genuensis curavit inserendam) quàm in aureo divinarum scripturarum Canone Epistolium istud collocandum dubitaverit. (m) Ita ex prima editione Paris. & codd. MSS. exhibet Usserius, cum aliæ editiones legant: *discipulo*. (n) Vocabulum *susceptæ* in aliis desideratur, alii male: *ejus certa*. (o) MS. Magdalen. *firmum*. (p) Ita recte Usser. Quod enim in aliis edit. legitur.

Digitized by Google

cum sunt visere. Sta in fide, & viriliter age (q): nec te commoveat persecutionis asperitas; sed valeat ex exsultet Spiritus tuus in Deo salutari tuo (r). Amen.

II. De EPISTOLA S. MARIÆ tributa ad Messanenses.

Naudæana p. 102. 103. edit. Amsterod. 1702.

MElchior Inchofer Jesuite a fait un livre, intitulé (a) *Veritas vindicata* touchant une lettre que ceux de Messine en Sicile disent avoir reçüe, & leur avoit été écrite par la Vierge Marie. Et comme je lui allegvois plusieurs raisons, par lesqvelles je lui prouvois qve cette

confirmes, id non præter rem à Christi & Apostolorum verbis alienius visum historicis Magdeburgensibus. (q) Ita legit Halloixius qui has Epistolas edidisse se dicit *prout in veterrimis reperiuntur exemplaribus*. Alii alio ordine eadem verba exhibent: *Sta & viriliter age in fide*, vel *sta & in fide viriliter age*. Halloixii lectionem confirmant Græci & latini codices 1. Cor. XVI. 13. unde hic locus petitus. (r) Ex Luc. I. 47.

(a) Titulus integer libri Inchoferiani hic est: *Epistola B. Mariæ ad Messanenses Veritas Vindicata, ac pluri-*

Digitized by Google

re lettre avoit été supposée par ceux de la Ville de Mesine, il me dit : qu'il sçavoit bien toutes ces raisons là aussi bien que moi, & que tout ce qu'il en avoit dit en son livre, n'avoit été que pour plaire & obeir a ses superieurs qui le lui avoient commandé, & qu'au reste il ne croy-

mis gravissimorum scriptorum testimoniis & rationibus erudite illustrata, auctore P. Melch. Inchofer Austriaco è Soc. Jesu, Messanæ 1629. in fol. Non placuit Congregationi Indicis librorum prohibitorum quod tam audacter & confidenter illam Epistolam tanquam certissime B. Mariæ genuinam confirmasset. Itaque vocatus Romam, & mutare quædam, inscriptionemque ipsam libri aliam facere jussus, iterato edidit opus illud Viterbii A. 1631. sub titulo : *De Epistola B. Virginis Mariæ ad Messanenses conjectatio plurimis rationibus & verisimilitudinibus locupleta, auctore P. Melch. Inchofer &c.* Vide Bibliothecam Jesuiticam p. 608. editionis Sotvvellianæ. Indicem expurgatorium Hispanicum p. 792. in quo prioris editionis nonnulla reprehenduntur, & Indicem Alexandri VII. jussu editum p. 234. in quo posterior edi io tanquam pluribus verisimilitudinibus & rationibus locupletata permittitur. *Cela veut dire*, inquit Clarissimus Bælius T. 2. Lettei p. 1641. edit. secundæ, *que pour veu qu'on n'affirme pas d'une maniere trop decisive que la Sainte Vierge à écrit aux habitans de Mesine la lettre qu'on fait courir sous son nom, il est permis de la croire, & de le persuader aux autres.* Post Inchoferum nutantis ejusdem Epistolæ auctoritatem assertum ivit Benedictus Selvagus Genuensis in Apologia propietate Messanensi, ut me docuit Leo Allatius in libro adversus Antiquitates Hetruscas p. 94. ubi videbis etiam memoratas Inchoferi ad Al-

Digitized by Google

croyoit rien du tout de ce qui étoit dans cette lettre. Et cependant voilà comme se repandent dans le monde les erreurs & les abus, & voilà comme les esprits simples sont trompez tous les jours.

Johannes Mabillonius lib. de re diplomatica p. 25.

His adde quod a Roco Pirro (b) memoratur de quodam Græco Antistite, qui ut Messanensium gratiam iniret, spem injecit reperiundi autographi epistolæ beatæ Virginis ad Messanenses hebraice conscripti, quod in membrana

latium literas, in quibus Epistolam apud Messanenses asservatam, non antiquissimis characteribus, neque alia charta quam recenti, qualis nempe ex linteis fieri solet, scriptam esse ingenue fatetur. Porro festive prorsus Dux Ossunæus Neapoleos & Siciliæ sub Philippo tertio Prorex, cum Messanæ in templo Metropolitano *Mariæ Epistolæ* (Maddonna della lettera) hanc Mariæ Epistolam osculandam & adorandam ei Archiepiscopus obtulisset, religione defunctus, longe rectius, inquit, rebus nostris consuluisset B. Virgo, si dedisset ad nos locupletes literas cambii, quibus ad Turcas Insulæ hujus infestissimos profligandos nunc valde oportune uteremur. Notat rem Gregorius Leti in vita Ducis Ossunæi Italice scripta Tomo 2. lib. 5. addens eo dicto vehementer offensos Messanenses, qui in cultu illius Epistolæ non mediocrem religionis partem crederent absolvi ac terminari.

(b) Siciliæ lib. 1. p. 247. Hunc Rocchum Pirrum impugnavit Selvagus paulo ante memoratus, cujus liber prodiit Messanæ A. 1640. 4.

Digitized by Google

brana confictum cum sub latenibus certo in loco abscondisset ; viri quidam religiosi tandem ejus detexerunt impostoram.

Augustus Varenius rationarii Scriptorum Ecclesiast. Seculi I. p. 14.

Pro fide Epistolæ ad Messanenses Lyræus in prologio Mariano allegat præter antiquissimam Messanensium in Sicilia traditionem Flavium Lucium Dextrum ad A. salutis 86. Constantinum Lascarem in prologo ad hanc Epistolam, qui Hebraice a Maria scriptam & jam olim Græcè translatam ex Grajo sermone in latinum transmiserit : Mutium Justinopolitanum lib. 1. hist. c. 13. Martinum Navarrum I. de Orat. c. 21. P. Canisium lib. 5. de virgine Dei para c. 1. J. Petrum Odeschalcum in instituto devotionis B. Virginis discursu 8. Sed recentiores sunt hi omnes, & quibus opponitur ex ipsis Pontificiis Iohannes Maria sacri Palatii Apostolici Magister, & quem Lyræus velut cætera hîc religiosiorem citat, quippe qui Epistolam ad Ignatium rejicere ausus non fuerit(c): Baronius(ad A. C. 48. num. 25.) & Christophorus a Castro in roseto Mariano c. 84.

Thomas Ittigius in Heptade dissertationum p. 115.

Nec majorem fidem meretur Epistola Divæ Virginis ad Messanenses, etli Lucius Dexter ad A. C.

(c) Neque admittere tamen illam est ausus. Vide supra p. 837

Digitized by Google

A. C. 86. num. 11. celebrem hujus Epistolæ memoriam commendet, & ad A. C. 430. num. 7. isto tempore hanc Epistolam Hebraice exaratam in tabulario Messanensi repertam referat. Credat id Bivarius, qui in notis ad Dextrum p. 178. hanc Epistolam Hispanice & latine exhibet (c) & in memoriam tanti beneficii Ecclesiam Messanensium metropolitanam *Madonna de lettera* ab hac Epistola quæ reverenter illic asservari dicitur nuncupatam observat. Verum & inscriptio & subscriptio & alia argumenta hanc Epistolam spuriam esse produnt, ut Rivetus libro 2. Apologiæ pro Maria c. 9. & alii notarunt. Magno igitur conatu magnas nugas egit Melchior Inchoferus cum peculiari libro hanc Mariæ Epistolam defendit &c.

S. MA-

(c) Ediderunt hanc Epistolam Præter Bivarium Inchoferus, Canisius, Leræus aliique. Johannes quoque Baptista Laurus à Julio Castanaceo acceptam commentario suo de annulo pronubo inseruit. *Epistola B. Virginis*, inquit Castanaceus, *sic habet, quæ nos perpetuo servet. Maria Virgo &c.* Ex Lauro repetit Rivetus T. 2. Opp. 703. Exhibet itidem Varenius loco laudato, ut alios in præsenti omittam. Cæterum Epistolam ad Messanenses pro genuina habet quoque Antonius Macedo libro de Diis tutelaribus Orbis Christiani p. 207. seq. Marcellus Laurus Jesuita in Epistola edita Messanæ A. 1642. Paulus Bellus in gloria Messanensium A. 1647. fol. & in adnexo huic carmine Hieronymus Petruccius celebrante eandem Mariæ Epistolam Jambis puris 525. Dominicus Arganantius in pompis festivis à Civitate Messanensi celebratis circa solennitatem Epi-

Digitized by Google

S. MARIÆ VIRGINIS ad MESSANENSES (d) EPISTOLA.

Maria Virgo, Joachim filia, humillima Dei ancilla (e) Christi Jesu crucifixi mater, ex tribu Juda, stirpe David, Messanensibus omnibus salutem, & Dei Patris omnipotentis benedictionem.

Vos omnes fide magna legatos ac nuncios (f) per publicum documentum ad nos misisse constat. Filium nostrum Dei genitum, Deum & hominem esse fatemini, & in coelum post suam-

stolæ Mariæ ad Messanenses scriptæ, editis Italicæ A. 1646. 4. Hippolytus Maria Pergamus de Epistola ad Messanenses, Mediolanæ A. 1644. 4. (d) *Quæri posset, an Messanæ nomen tempore quo Maria vivebat in terris, cognitum fuerit*, Ita Rivetus, qui jubet consulere thesaurum Geographicum Ortelii. Certum tamen est vel ex eodem Ortelio, Mariæ tempore, & multis ante illam annis celebrem fuisse urbem hanc Siculam sub nomine Messenes. Itaque cum Epistola hæc præsertim ponatur scripta esse a Maria Hebraice, (non latine ut idem Rivetus existimavit) istud quidem argumentum adversus fidem ejus, non adeo magni momenti esse existimo. Neque opus est ad ejusmodi dubium genus rationum recurrere, cum res ipsa tota fraudem satis aperte teſtetur. (e) Ex Luc. I. 38. (f) Neutiquam verisimile est integras urbes ad Mariam cum viveret legatos

Digitized by Google

ſuam reſurrectionem aſcendiſſe, Pauli Apoſtoli prædicatione mediante viam veritatis agnoſcentes. Ob quod vos & civitatem veſtram benedicimus, cujus perpetuam, protrectricem nos eſſe volumus. Anno filii noſtri (g) XLII. 31 Nonis (h) Julii, luna 17. feria quinta, ex Hieroſolymis. (i)

MARIA VIRGO (k).

III. DE

ac nuncios publica auctoritate miſiſſe. Longe vero incredibilius quod paulo poſt profitetur ſe Maria perpetuam eſſe velle urbis protectricem. Hoc cum humillimæ Dei ancillæ elogio quod ſibi ante dedit parum apte convenit.

(g) Neque Apoſtolis neque Mariæ in mentem unquam veniſſe conſtat, annos numerare a nativitate Chriſti, quem morem longe juniorem nec niſi ſub Chriſtianis Imperatoribus obtinuiſſe norunt eruditi. (h) *Tunc haud dubie Hieroſolymis*, inquit idem Rivetus, *per Nonas & Calendas tempus ſignabam, & per feriας.* Poſſit tamen dici hoc a latino interprete ita poſitum more Romano & Chriſtiano. (i) Traduntur ita hæ literæ ſcriptæ ad Meſſanenſes a beata virgine, non è cœlo ut quosdam affirmare memini, ſed cum adhuc viveret in terris & Hieroſolymis. (k) Rivetus è Lauro hanc edidit ſubſcriptionem: *Maria, quæ ſupra, hoc chirographum approbavit.* Fingitur nempe beata Virgo uſa eſſe in his literis ſcribendis manu S. Lucæ Evangeliſtæ, Secretarii & amanuenſis ſcilicet ſui.

Digitized by Google

III. DE EPISTOLA S. MARIÆ tributa ad Florentinos.

Quanquam Adrianus Lyræus pro fide huic Epistolæ faciendâ laudat Hieronymum Savanarolam Ferrariensem qui in urbe Florentinâ die 25. Octobris A. 1495. illam velut genuinam Mariæ, pro concione est interpretatus, sermone qui adhuc inter ejus opera extat: tum Johannem de Carthagena, qui tom. 3. l. 4. hom. 1. vocat antiquissimam, immemorabilem, celeberrimamque Florentinæ urbis traditionem, quod B. Virgo eam per Epistolam salutarit. Nihilominus nullum potuit afferre testem antiquum qui ejusmodi literas à Maria ad Florentinos scriptas esse affirmet. Præterea Antonius Macedo in libro de Diis tutelaribus Orbis Christiani quo p. 227. Epistolam ad Messanenses adprobare non dubitavit, hanc tamen ad Florentinos ait p. 115. non immerito vocari in dubium, quod Florentia urbs Evangelicæ doctrinæ veritatem demum didicerit à Paulino & Frontino Petri Apostoli discipulis Anno Christi LXV. Cordatis vero atque eruditis Criticis non inter Protestantes modo sed in ipsa Romana Ecclesia quoque minime dubium est, uti Epistolam ad Ignatium

tium & ad Messanenses ita ad Florentinos quoque supposititiam & ante pauca secula sub nomine Mariæ confictam esse.

EPISTOLA S. MARIÆ Virginis ad Florentinos.

Florentia (a), Deo & Domino Jesu Christo Filio meo & mihi dilecta. Tene fidem, insta Orationibus, roborare patientiâ. His enim sempiternam consequeris salutem (b) apud Deum.

TESTI-

(a) Alii edunt: *Florentiæ dilectæ.* (b) alii sic: *His enim salutem apud Deum, & apud homines gloriam consequeris.*

Digitized by Google

TESTIMONIA ET CENSURÆ de Epistola PAULO adscripta ad LAODICENSES.

S. PAULUS Apostolus Epist. ad Colossenses IV. 16.

Καὶ ὅταν ἀναγνωσθῇ παρ' ὑμῖν ἡ ἐπιστολή, ποιήσατε ἵνα καὶ ἐν τῇ Λαοδικέων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ· καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε.

ET cum lecta fuerit apud vos Epistola hæc, facite ut & in Laodicensium Ecclesiâ legatur: & eam quæ Laodicensium est, vos legatis.

Quamquam hunc Pauli locum neutiquam puto testimonium perhibere commentitiæ ad Laodicenses Epistolæ, tamen quia ex illo, sive latina potius ejus versione ambigua ansam cepit quisquis illam supposuit, non fuit à me omittendus. Lectionis nulla est in Codicibus Græcis differentia, omnes enim quantum scio habent τὴν ἐκ Λαοδικείας. Ita & Syrus & Arabs, & interpretes Græci Chrysostomus, Theodoritus, Theophylactus, Oecumenius. Neque latinus aliter legisse videtur, etsi vertit: *eam quæ Laodicensium est*, tantum demonstravit his verbis

Digitized by Google

bis intellexisse se Epistolam à Laodicensibus scriptam, qualis utique recte dicitur *Epistola Laodicensium* (ut Epistola Pauli, quæ à Paulo scripta est, Epistolæ Ciceronis quæ scriptæ sunt à Cicerone) nec minus recte eadem dicitur & ἡ ἐκ Λαοδικείας. Cum vero multæ fuerint urbes Laodiceæ nomine, de quibus videndus Lucas Holstenius ad Stephanum Byz. hoc loco non alia debet intelligi Laodicea, quam urbs Phrygiæ in Asia minore, quæ hodie *Eski Hissar* sive vetus castrum, non longe dissita à Colossis quam hodie *Chonos* appellant. Observandum etiam utramque urbem Colossas & Laodiceam Paulo nunquam visam fuisse cum Epistolam ad Colossenses scriberet, ut colligitur ex hujus cap. 2. v. 1. Nulla itaque IV. 16. potest intelligi Epistola ἐκ Λαοδικείας à Paulo scripta. Unde falluntur qui intelligunt *Epistolam priorem ad Timotheum* ut Theophylactus (quem Stunica adversus Erasmum falso sub Athanasii nomine laudat) p. 676. Τίς δὲ ἦν ἡ ἐκ Λαοδικείας; ἡ πρὸς Τιμόθεον πρώτη, αὕτη γὰρ ἐκ Λαοδικείας ἐγράφη. Vel *Epistolam ad Philemonem*, ut recentiores quidam, confutati à Chalcentero Calovio in Bibliis illustratis. Neque primam Johannis Epistolam cum Joh. Lightfooto intellexerim, quia licet illam circa idē tempus è Laodicea scriptam probari posset, tamen ad Colossenses scriptam probari nequit, & à Paulo potius vocata fuisset Epistola Johannis, quam ἡ ἐκ Λαοδικείας. Longe maximam autem verbis Pauli vim faciunt qui hoc

Digitized by Google

hoc loco intelligunt Epistolam à Paulo scriptam ad Laodicenses. Equidem Grotius legendum contendit τὴν Λαοδικείας, non τὴν ἐκ Λαοδικείας, cum vero eam lectionem è solo latino interprete hausisse videatur, quam cum recepta librorum Græcorum lectione optime conspirare ostendi, apparet nullam esse causam ob quam Grotii (non magis quam Nic. Zegeri legentis τὴν Λαοδικέων) conjecturâ antiquam lectionem tanto Codicum græcorum & interpretum consensu probatam permutemus. Præterea verum quidem est, JCtorum judicio Epistolam ejus esse ad quem scripta est, h. e. in ejus potestate, illiusque propriam lib. 41. digest. tit. 1. §. 65. non tamen propterea statim si commendavero legendam alicujus Epistolam, Pauli v. g. intelliges potius literas ad eum quam ab eo exaratas. Et quod vulgo interdum Epistolam v. g. scriptam ad Romanos vocant Romanorum, inepte ac barbare ita dici notavit Alex. Morus p. 51. libri de S. Scriptura. Quanquam Laodicensium Epistolam hoc sensu accepisse videtur Pseudo Ambrosius in Epist. ad Colos. Itaque Amelotus, qui Colos. IV. 16. transtulit: *vous lirez aussi celle que j'écris aux Laodiceens*, recte reprehenditur a Rich. Simone lib. 1. Hist. Crit. N. T. p. 167. & lib. 2. p. 377. Quod si Epistolam ad Laodicenses a Paulo Colossensibus commendari constaret, minus forte rejicienda esset ejusdem Grotii sententia Hammondo & aliis viris eruditis

Digitized by Google

approbata, qui Epistolam ad Ephesios intelligunt, non tantum quia scriptæ Ephesiis literæ spectabant ad omnes Ecclesias Asiæ minoris cujus Ephesus metropolis erat (ut Epistolæ Corinthiis missæ, ad omnes Ecclesias Achajæ 2. Cor I. 1.) sed & quia jam antiquissimis temporibus fuit creditum illam Epistolam ad Laodicenses scriptam esse, & quia Epistola ad Ephesios ejusdem argumenti & eodem tempore scripta quo Epistola ad Colossenses, & ex eodem loco, Roma videlicet, ut observatum Jacobo Usserio in dissertatione posthuma de Epistola ad Laodicenses, subjecta ejusdem historiæ dogmaticæ de scripturis & sacris vernaculis p. 301. seq. Obstat tamen quod hæc sententia antiquissimis temporibus rejecta fuit in hæreticis Marcionitis. Tertullianus lib. 5. contra Marcionem c. 11. *præterea hic & de alia Epistola, quam nos ad Ephesios præscriptam habemus, Hæretici vero ad Laodicenos.* & cap. 17. *Ecclesiæ quidem veritate Epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos. Sed Marcion et titulum aliquando interpolare gestit, quasi & in isto diligentissimus interpolator. Nihil autem de titulis interest, cum ad omnes Apostolus scripserit, dum ad quosdam.* Idem confirmat Epiphanius hæresi 42. est num. 9. post enarratas decem Epistolas in Marcionis Apostolico contentas, in quo septimum locum Epistola ad Ephesios occupabat, velut de versum aliquid refert Epistolam ad Laodicenses: ἐγω δὲ καὶ τὰς πρὸς Λαοδικέας λεγομένας φέρω. *Complectitur etiam partes quasdam Epistolæ*

ad

Digitized by Google

ad Laodicenſes. At quæ ex illa ad Laodicenſes deinde p. 319. & 374. producit Epiphanius, in Epiſtola ad Epheſios leguntur, ut præter alios notavit Jacobus Pamelius adnotat. 259. ad 5. contra Marcion. Quare Epiphanii accurationem hîc deſideraverim potius, quam cum Clariſſ. Wetſtenio p. 18. notar. ad Origenis dialogos contra Marcionitas ſuſpicabor ex eratis locis Epiſtolæ ad Epheſios illas fuiſſe particulas conflatas. Deſideraverim etiam accurationem Bezæ & Salmeronis, qui ſuppoſititiam quam infra exhibeo ad Laodicenſes Epiſtolam ab Epiphanio allegari exiſtimaverunt. Longe magis autem deſidero fidem Sandii, non mediocri profecto diligentia viri ſed paradoxorum captatoris temerarii & ubi de illis incruſtandis agitur parum ſæpe accurati ſcriptoris, qui in nucleo Hiſt. Eccleſ. p. 8. ait Epiphanium ſcribere Epiſtolam ad Laodicenſes apud Marcionitas fuiſſe additamentum Epiſtolæ ad Philippenſes: *unde pronum*, inquit, *eſt colligere Epiſtolam ad Epheſios fuiſſe additamentum Epiſtolæ ad Philippenſes.* Sed nusquam illud ſcribit Epiphanius, tantum poſt memoratas decem Epiſtolas Pauli, quas ſolas Marcionitæ in Ἀποστόλικῷ ſuo admittebant, & quarum ſeptimam, ut dixi facit illam ad Epheſios, poſtremam, ad Philippenſes, ſubjungit: *Habet etiam* (Marcionitarum Ἀποστολικὸν puta) *partes quasdam Epiſtolæ ad Laodicenſes.* Quis inde dixerit pronum eſſe concludere, quod colligit Sandius? Quando præterea idem Epiphanius num. 12. negat Epiſtolam ad Laodicen-

Digitized by Google

ſes eſſe ἐν τῷ Ἀποστόλῳ, non negat illam ad Epheſios non eſſe inter genuinas Pauli Epiſtolas, neque Epiſtolæ ad Laodicenos locum fuiſſe in Ἀποστόλῳ ſive ἰδίῳ Ἀποστολικῷ Marcionis, ſed negat Epiſtolam Pauli ad Laodicenſes (ab illa ad Epheſios ut falſo exiſtimavit diſtinctam) vel etiam hanc Epheſios ſub titulo ad Laodicenſes unquam inter Epiſtolas Pauli ab Eccleſia receptam fuiſſe. Contra Grotii ſententiam porro facit quod in limine Epiſtolæ ad Epheſios diſerte legitur τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσιν ἐν Ἐφέσῳ, ut adeo ad Laodicenſes inſcribi non potuerit. Quod enim Baſilius 2. ad verſus Eunomium p. 733. & Hieronymus commentario in Epiſt. ad Epheſ. teſtantur verba ἐν Ἐφέσῳ quibusdam in codicibus deſiderata, oſtendunt potius ſe incidiſſe in codices a Marcionitis corruptos, quam ut cuiquā temere perſuadeant hanc minime veriſimilem lectionem: τοῖς ἁγίοις τοῖς οὖσι καὶ πιστοῖς. Niſi admittere velimus conjecturam Uſſerii in Annalibus ad A. C. 64. p. 686. ſuſpicantis, Epiſtolam ad Epheſios Encyclicarum more inſcriptam fuiſſe hoc modo: *Sanctis qui ſunt - - - - - , & fidelibus in Chriſto Jeſu*: Ut deinde ad quamcunque Eccleſiam Aſiæ minoris mitteretur, ejus addi nomen poſſet. Marcionem igitur vel ejusmodi exemplum nactum in quo Laodicenſium nomen compareret, vel putaſſe loca Eph. I. 15. & III. 2. 4. magis convenire Laodicenſibus qui Apoſtolum nondum coram viderant Coloſ. II. 1. quam Epheſiis cum quibus diu fuerat converſatus. Act. XIX. 8. 10. XX. 31. Denique

Digitized by Google

que ut ad locum Epistolæ ad Colossenses redeam, verba τὴν ἐκ Λαοδικείας neutiquam possunt significare Epistolam à Paulo scriptam ad Laodicenses, ut miratus sim Hammondum, qui post Maldonatum ac Gretserum παραφράζει, literas e Laodicea ad Colossenses mittendas quas Laodicenses a Paulo acceperint. Sane nihil ejusmodi in mentem venit Chrysostomo, Theodorito, Oecumenio; qui uno ore Epistolam à Laodicensibus scriptam intelligunt. Chrysostomus homil. 12. in Epist. ad Coloss. p. 249. Τινὲς λέγουσιν εἶναι ἐχὶ τὴν Παύλου πρὸς αὐτοὺς ἀπεσταλμένην, ἀλλὰ τὴν παρ' αὐτῶν Παύλῳ. Οὐ γὰρ εἶπε, τὴν πρὸς Λαοδικέας, ἀλλὰ τὴν ἐκ Λαοδικείας φησὶ γραφεῖσαν. Similia etiam confidentius Theodoritus, cujus locum paulo post adducam. Oecumenius post laudata Chrysostomi verba, hæc addit ex Photio, ut notant margines editionis Græcæ Veronensis, p. 706. ἢ τὴν ἀπὸ Παύλου πρὸς Λαοδικέας, (οὐ γὰρ εἶπε κεῖ τὴν ἐν Λαοδικείᾳ) ἀλλὰ τὴν ἀπὸ Λαοδικέων πρὸς Παῦλον. ἦν γάρ τι παύλῳ ἐν αὐτῇ ὠφελῶν τὰς Κολοσσαεῖς. Quibus postremis verbis occurrit objectiunculæ quam legas apud Theophylactum, negantem se videre quid demum profuisset Colossensibus Epistolam à Laodicenis scriptam legere: ἀλλ' οὐκ οἶδα τί ἂν ἐκείνης ἔδει αὐτοῖς πρὸς βελτίωσιν. Sed huic pridem, antequam in literas referretur, satisfecerat etiam Theodoritus, quem infra si placet vide. Theophylacti sensum non cepere qui

Digitized by Google

ita verterunt : *qui fieri poterat ut propriis literis Laodicenſes proficerent.* Rectius utique Londinenſes, qui hunc Phil. Montani errorem ut alios complures in græcolatina ſua editione emendarunt. Adde his ſi placet Baronium ad A. C. 60. num. 13. Epiſcopium reſp. ad dilemmata Pontificia T. 1. Opp. p. 163. ſeq. Chamierum Panſtratiæ Catholicæ T. 1. lib. 9. c. 6. §. 7-14. Conradum Hornejum tractatu de ſacris & divinis ſcripturis, p. 319-324.

Philaſtrius hæreſi LXXXVIII.

Sunt alii quoque qui Epiſtolam Pauli ad Hebræos non adſerunt eſſe ipſius, ſed dicunt aut Barnabæ eſſe Apoſtoli, aut Clementis de urbe Roma Epiſcópi. Alii autem Lucæ Evangeliſtæ ajunt Epiſtolam etiam ad Laodicenſes ſcriptam. Et quia addiderunt in ea quædam non bene ſentientes, inde non legitur in Eccleſia, etſi legitur à quibusdam, non tamen in Eccleſia legitur populo, niſi tredecim Epiſtolæ ipſius & ad Hebræos interdum.

Hieronymus Catalogo Scriptor. Eccleſ. in Paulo.

Legunt quidam & ad Laodicenſes, ſed ab

Sophronii verſio.

τινὲς δὲ καὶ τὴν πρὸς

omni.

Digitized by Google

omnibus exploditur. Λαοδικεῖς; ἀναγινώσκουσιν, ἀλλὰ παρὰ πάντων ἐκβάλλεται.

Theodoritus Commentar. ad Coloss. IV. 16. T. 3 p. 363.

Τινὲς ὑπέλαβον καὶ πρὸς Λαοδικέας αὐτὸν γεγραφέναι, αὐτίκα δὲ καὶ προσφέρουσι πεπλασμένην ἐπιστολήν. Ὁ δὲ θεῖος Ἀπόστολος οὐκ ἔφη καὶ τὴν πρὸς Λαοδικέας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας. Ἐκεῖνοι γὰρ πρὸς αὐτὸν περί τινων ἔγραψαν. εἰκὸς δὲ αὐτοὺς ἢ τὰ ἐν Κολασσαῖς γενόμενα αἰτιάσασθαι ἢ ἃ αὐτοὶ τότε νενοσηκέναι, διὸ καὶ ταύτην ἔπεμψε τὴν ἐπιστολὴν καὶ ἐκείνους ἀναγινωσθῆναι.

Quidam existimarunt ipsum (Paulum) etiam scripsisse ad Laodicenses. Itaque fictam etiam Epistolam proferunt. Divinus autem Apostolus non dixit eam quæ est ad Laodicenses, sed eam quæ est ex Laodicea. Illi enim de aliquibus rebus ad eum scripserant. Verisimile est autem eos vel accusasse quæ fiebant Colossis, vel eodem morbo cum eis laborasse. Et ideo dixit hanc quoque Epistolam eis esse legendam.

Gregorius Magnus lib. XXXV. in Jobum c. 15.

Paulus Apostolus quamvis Epistolas quindecim

Digitized by Google

decim scripserit, Ecclesia non amplius quam quatuordecim tenet, ut ex ipso Epistolarum numero ostenderet quod Doctor egregius Legis & Evangelii (a) secreta rimaslet.

Timothei presbyteri locum Epistolam ad Laodicenses inter scripta à Manichæis supposita memorantis habes supra p. 139.

Concilium Nicænum II. actione 6. parte 5. T. 7. edit Concil. Labbeanæ p. 475.

Πρέπον ἔν ἐστιν παντὶ χριστιανῷ παραγγέλματι τῶν βιβλίων ἀκροᾶσιν ποιεμένῳ ταύτας διαπτύειν καὶ μηδόλως προσδέχεσθαι. Καὶ γὰρ τῷ θείῳ Ἀποστόλῳ πρὸς Λαοδικεῖς φέρεται πλαστὴ Ἐπιστολὴ ἔν τισι βίβλοις.

Decet ergo unumquemque Christianum, qui falsos libros audit, hos exspuere ac nullatenus admittere. Etenim divi Apostoli *ad Laodicenses* fertur ficta Epistola in quibusdam libris Apostoli (b) jacere, quam Patres nostri reproba-

(a) Missera ratione à decem præceptis & quatuor Evangelistis concludit ad numerum XIV. Epistolarum Pauli.

(b) Notandus hic locus de Epistola suppositâ ad Laodicenses jam olim inter alias Epistolas Pauli edita, ut tanto minus miremur in excusis eam occurrere Bibliis latinis,

Digitized by Google

βλοις Ἀποστόλου ἐγκειμένη, ἣν οἱ πατέρες ἡμῶν ἀπεδοκίμασαν, ὡς αὐτοῦ ἀλλοτρίαν. Καὶ τὸ καθ' Ὅμιλον Μανιχαῖοι παρεισήγαγον Εὐαγγέλιον, ὅπερ ἡ Καθολικὴ Ἐκκλησία ὡς ἀλλότριον εὐσεβῶς ἀποστρέφεται.

vere ut alienam ab ipso. Et Manichæi secundum Thomam introducunt Evangelium, quod Catholica Ecclesia pie tanquam alienum avertit.

Hay-

Germanicis aliisque, jam post Epistolam ad Colossenses, jam inter Epist. ad Galatas & Ephesios, jam in calce aliarum Pauli Epistolarum. Legitur etiam latine in commentariis Pseudo Anselmi ad Epistolas Paulinas, & in commentariis Jacobi Fabri Stapulensis ad easdem Epistolas (qui Epistolam ad Laodicenses testatur se quatuor in locis MStam reperisse) & in Johannis Marianæ Scholiis, qui eandem in antiquo Bibliorum latinorum codice Gothicis literis descripto inventam aliis Pauli Epistolis addidit & illustravit. Nihil vero iniquius censura Walenburgiorum fratrum qui T. 1. Opp. p. 696. Lutheranos hoc nomine arguunt, quod Epistolam ad Laodicenses Canonicis scriptis accenseant & in Bibliis suis Germanicis A. 1529. & 1534. excuderint. Nam ut probe observatum Clarissimo W. E. Tentzelio in Dialogis vernaculis Anni 1692. p. 664. Biblia Anni 1534. non Lutheranorum sunt sed Romanæ Ecclesiæ hominis Johannis Dietenbergii excusa Moguntiæ fol. recusa Colon. 1550. 1564. fol. & alibi sæpius. Tum Biblia Anni 1529. Wormatiæ edita non Lutherum autorem agnoscunt, sed Lud. Hetzerum & Joh. Denkium Anabaptistas: quanquam Felgenhaverus quidam illam Bibliorum editionem pro genuinis & veris Lutheri Bibliis venditare non dubitavit, confutatus à Rev. D. Joh. Diecmanno in erudita præf. ad Biblia Germanica edita Sta-

Digitized by Google

dæ A. 1701. fol. Prætereo quod Pontificiis curantibus prodiere editiones Bibliorum latinæ pariter ac Germanicæ in quibus Epistola ad Laodicenos occurrit, uti sunt Biblia Germanica Norimb. 1483. fol. Augustæ Vindel. 1489. fol. (male quidam laudant A. 1449) Augustæ Vindel. 1518. 4. Neque Lutheranis sed Anabaptistis lucem debere videtur editio Bibliorum Amstelodamensis A. 1634. memorata Sandio & Epistolam ad Laodicenses una cum aliis Pauli Epistolis exhibens. Primus qui è nostris Epistolam ad Laodicenses inter Epistolas Pauli edidit, Elias Hutterus, diserte fatetur se Pontificios homines sequi, Jacobum Fabrum, Joh. Dietenbergium, & autorem versionis Bibliorum Bohemicæ. Ejus verba: Ich habe dieselbige in keinen Griechischen / Syrischen &c. Exemplar, sondern in des Jacobi Fabri Stapulensis lateinischen Commentario über das Neue Testament / desgleichen in Joh. Dietenbergers deutschen Biblia zu Cöln gedruckt / und in der Böhmischen zu Prage gedruckt gefunden. Weil denn schöne und trostliche Wort und Lehren darinn begriffen / hab ich sie in die andern Sprachen gebracht so gut als mirs GOtt verliehen. Græca igitur Hutterum autorem habent, non minus quàm aliæ versiones, edidit enim hanc Epistolam Syriace, Ebraice, Græce, latine, Germanice, Böhemice, Italice, Hispanice, Gallice, Anglice, Danice & Polonice, in Novo Testamento duodecim linguarum Norimb. 1699. fol. Aliæ editiones Epistolæ ad Laodicenses hæ mihi innotuerunt: *Græco latina* Joh. Leusdenii Hutterum secuti in philologo Hebræo Græco diss. 4. p. 27. *Latina* Sixti Senensis qui eam ex codice Bibl. Johannis à Viridario Patavii descripsisse se ait, Bibl. S. lib. 2. in voce Paulus. Alphonsi Salmeronis Tom 13. tract. 2. qui eandem producit ex vetusto Codice Bibl. Sorbonicæ. Claud. Frassenii lib. 3. disquisitt. Bibl. p. 371. & qui ex Fabri editione nihil ab aliis differente exhibent Mich Waltheri officin. Bibl. p. 1195. & Rev. D. Georg. Henr. Goezii de suppositi-

Digitized by Google

Haymo Halberstadiensis ad Colos. IV. 16.

Et eam quæ erat Laodicensium ideo præcepit Colossensibus legi, quia licet per parva sit & in canone non habeatur, aliquid tamen utilitatis habet.

PseudoAnselmus ad eundem locum Apostoli.

Et cum apud vos lecta fuerit hæc epistola, facite ut & in Laodicensium Ecclesia legatur, id est, curate in conventu Laodicensium recitari, quia &

tlis ac deperditis Pauli scriptis p. 69. *Latino Germanica* Stephani Prætorii Heliopolitani, Pastoris Neo Soltquellensis, Hamb. 1595. 4. *Germanica* ex ejusdem Prætorii versione cum illius commentario, quo eam fuse interpretatur, & Paulo vindicat in tractatu de aureo seculo (von der guldenen Zeit) p. 126. seq. *Græco latino Germanica* ex codice Bibl. Hersfeldensis descripta latine à Winkelmanno & eum versione Græca Hutteri & nova sua *Germanica*, editione itidem latino Germanica Prætorii ejusdemque commentario Germanico edita Bremæ 1692. 4. additis Senecæ & Pauli Epistolis, & dictis quibusdam Paulo adscriptis ex Passionibus Apostolorum & lacunis Vincentii Bellovacensis. Exemplar huic Codici Hersfeldensi non absimile in Bibliotheca Gvelpherbytensi extare testatur Rev. D. Joh. Andreas Schmidius in exercitatione de pseudepigraphis N. T. p. 200.

Digitized by Google

& propter eos secundarie scripta est, sicut propter vos principaliter. *& ea*, similiter epistola, *quæ Laodicensium est*, i.e. quam ego Laodicensibus misi, *legatur vobis*. Quamvis & hanc epistolam quintamdecimam vel sextamdecimam (c) Apostolus scripserit, & autoritas eam Apostolica sicut cætera firmavit, sancta tamen Ecclesia non amplius quam quatuordecim tenet, ut ex ipso epistolarum numero ostenderet, quod doctor egregius, legis & Evangelii secreta rimatus esset. Quatuordecim quippe, quatuor & decem sunt: & quatuor significat novum Testamentum, propter quatuor libros Evangelii: decem autem vetus Instrumentum, propter decalogum Legis. Ex ipso itaque numero (d) voluit Ecclesia sancta demonstrare, omnem sapientiam vel perfectionem veteris ac novi Testamenti, breviter in his epistolis comprehendi: ideoque numerum, qui hæc significabat, excedere noluit.

Thomas Aquinas ad eundem locum.

Et eam quæ est Laodicensium) Ex quo habetur, quod scripsit alias epistolas, quia istam, de qua fit mentio hic, sive Laodicensiū, & unam aliam ad Corinth. præter primā & secundā quia in prima epist. c. 5. dicit, scripsi vobis in epistola,

(c) Epistola tertiâ ad Corinthios annumeratâ.

(d) Hoc argumentum nullius pretii potuit scriptor iste ex Gregorii Magni loco quem paulo ante adduxi.

Digitized by Google

la, ne commiſceamini fornicariis &c. Sed ratio eſt duplex, quare non ſunt in Canone, quia non conſtabat de earum autoritate, quia forte erant depravatæ; & perierant in eccleſiis, vel quia non continebant aliud quam iſta.

Stephanus Prætorius præfatione in Epiſtolam ad Laodicenſes latine & Germanice editam Hamburgi A. 1595. 4.

Epiſtolium hoc D. Pauli ad Laodicenſes ſcriptum olim fuit in Eccleſia lectitatum ſed poſtea exploſum teſte Hieronymo. Quamobrem vero, equidem haud ſcio, niſi quod fortaſſis ſuccincta magis quibusdam viſa fuerit quam pro tanti Apoſtoli ſpiritu & majeſte. Hiſce nihil aliud reſpondebo, quam & longas & breves Epiſtolas D. Apoſtolos ſcripſiſſe. Ea quæ eſt ad Philemonem quam prolixa quæſo eſt? Et tamen præter alias admirandas virtutes Demoſthenis vim ſuperantes aliquid ſucci continet quod cæteris eſt negatum. Si autem hic nodus aliquos offenderit, quod ſcripſit opera eſſe facienda quæ ſunt ſalutis æternæ (a) ſciamus nihil rectius nihil præclarius poſſe dici, ſi modo commoda interpretatio accedat. Nam profecto ea opera præſtantiſſima ſunt quæ ex

(a) Locus occurrit verſiculo quinto.

Digitized by Google

agnitione & fide datæ & acceptæ salutis proficiscuntur, & quæ serviunt patefactioni salutis. Reliquorum operum tanta vis & gratia non est. Restituo igitur piâ voluntate Epistolam hanc Ecclesiæ Christianæ Germanicè à me redditam, sive ab Apostolo ipso, sive ab alio quopiam viro Apostolico sit scripta. Mihi profecto redolet spiritum & gratiam divinissimi Pauli, ut ut sit brevis, est sententiosa, atque me singulari voluptate afficit, non tantum quod perpetui gaudii facit mentionem, sed etiam quod me corroboret adversus vaniloquos impostores qui Evangelii doctrinam odio quodam diabolico sugillant, ut ab eo quamplurimos avertant. Sunt & alia notatu digna, quæ in commentariolo meo subindicabo. Autor sum junioribus Evangelii doctoribus, ut in explicandâ hâc vires suas experiantur: quo sic Apostolicæ doctrinæ paulatim assuescant, succum inde ambrosia & nectare suaviorem eliciant, locupletandæ doctrinæ & fidei suæ causa. *Hæc Pretorius vir pius & optimus sed non satis usque cautus neque in Criticis exercitatus, cujus sententiæ juvat hæc virorum doctorum judicia opponere:*

Desiderius Erasmus ad Colos. IV. 16.

Ex huius occasione loci quidam Epistolam subornarunt velut à Paulo scriptam Laodicensibus, sed quæ nihil habet Pauli præter voculas aliquot ex cæteris ejus Epistolis mendicatas. Et-

iam

iam Faber homo doctus sed aliquoties nimium candidus diligenter reliquis admiscuit Epistolis - - Ut hâc de re (quam nam Epistolam τὴν ἐκ Λαοδικείας intelligat Paulus) non pronuncio, ita nihil vereor adieverare eam quam Stapulensis addidit, non esse Pauli. Non est cujusvis hominis Paulinum pectus effingere. Tonat, fulgurat, meras flammas loquitur Paulus. At hæc præterquam quod brevissima est, quam friget, quam jacet! Jam illud stultum etiam est non solum impudens, quod pleraque ex hac ipsa (a) (ad Colossenses) collegit Epistola quisquis hanc effinxit. At si quicquid erat in Epistola Laodicensium idem in hâc habetur & quidem tanto copiosius, quorsum attinebat mandare ut illa quoque legeretur? Denique qui factum est ut hæc Epistola apud latinos extet, cum nullus sit apud Græcos (b) ne veterum quidem qui testetur eam à selectam? Quanquam quid attinet argumentari? Legat qui volet Epistolam - Nullum argumentum efficacius persuaserit eam non esse Pauli quàm ipsa Epistola. Et si quid mihi naris est, ejusdem est opificis qui næniis suis omnium veterum Theologorum omnia scripta contaminavit, conspurcavit, perdidit, ac præcipue ejus qui præ cæteris indignus erat ea contumelia, nempe D. Hieronymi.

(a) Non sane, sed ad Philippenses, ut in notis ostendi.
(b) Theodoreti non meminit, cum hæc scriberet, Magnus Erasmus.

Digitized by Google

Guil. Estius ad eundem Apostoli locum.

Hoc dubium apud doctos esse non potest quin supposititia sit (quæ circum fertur ad Laodicenses Epistola) & aliena à spiritu & more scribendi Paulino. Nullum enim habet certum argumentum: Tantum continet quasdam exhortationes & præcepta, temere ac sine ordine congesta, omnia fere decerpta ex aliis Epistolis, præsertim ex ea quæ ad Philippenses. Deinde qui convenit ut Apostolus tam breviter ad totam aliquam Ecclesiam scriberet? Est enim hæc Epistola multo brevior etiam eâ quæ ad Philemonem scripta est. Jam nec exordium illud grande petitum ex Epistola ad Galatas ullo modo respondet cum reliquo corpore Epistolæ: & tamen impostor quisquis fuit ut apparere faceret esse ea ipsam de quâ Paulus hic loquitur, ita scribit in fine: *Hanc facite legi Colossensibus, & eam quæ est Colossensium vobis.*

Similiter Epistolam hanc veluti confictam rejiciunt Sixtus Senensis. lib. 2. Bibl. S. Bellarminus de scriptoribus Eccles. Salmeron ad Coloss. IV. 16. aliique quam plurimi, recentiores præsertim, Rich. Simon in Hist. Crit. N. T. Natalis Alex. &c. Tillemontius qui suppositiam esse itidem minime dubitat, dubitat tamen T. 1. memor hist. Eccles.


Digitized by Google

Eccleſ. p. 801. an Epiſtola quæ hodie extat eadem ſit ad Laodicenſes quam veteres ſub hoc titulo legerunt. Nihil enim, inquit, in illa apparet ab hæreticis inſertum. Quo argumento utitur etiam Lud. Elias du Pin T. 1. Bibl. ſcriptor. Eccleſ. p. 6. Sed Philaſtrii quem reſpicit locus adeo obſcurus eſt, an mutilus, ut incertum ſit, loquatur ne de Epiſtola ad Laodicenſes an ad Hebræos. Adeo quoque parum accuratus eſt ſcriptor ille, ut non multum tribuendum ejus ſit teſtimonio. Quin imo Fridericus Ulricus Calixtus veluti proprio quodam verbo φιλαρχίζειν dixit, pro inepte de hæreſibus nullaque fide commentari. Ex Reformatis adeundi, ne multos jam memorem, Rivetus Catholico Orthodoxo tract. 1. qv. 3. §. 5. Joh. Claudius T. 5. Operum poſthumorum Gallice in 8. editorum p. 317. Hoornbeeckius Miſcellan. ſacr. p. 46. Ex noſtris denique Joh. Gerhardus Confeſſ. Cathol. lib. 2. artic. 1. c. 4. p. 262. ſeqq. Calovius Bibl. illuſtratt. ad Coloſſ. IV. 16. Iſ. Fauſtius in Exercitatione de Epiſtola ad Laodicenſes Argentor. 1671. Kilianus Rudramſius in diſſ. de eodem argumento Gieſſæ 1680. Rev. D. Ittigius appendice diſſ. de hæreſiarchis p. 135. ſeqv.

Digitized by Google

Johannes Ernestus Grabe T. 1. spicilegii Patrum p. 82.

Theodoriti nec non diversas aliorum sententias de Epistola ἐκ Λαοδικείας hic discutere nolo, cum accurate hanc rem tractaturus sit Reverendus Dominus D. Johannes Millius in eruditissimis prolegomenis præclaræ editionis Novi Testamenti brevi lucem visuræ - - Neque vero dubito Epistolam ad Laodicenses quam habemus illam ipsam esse quam olim Hieronymus & Theodoritus confictam ac ab omnibus explosam dixerunt & quidem merito, cum manifeste ex aliis B. Apostoli Epistolis ad Galatas, Philippenses &c. sit consarcinata.



Digitized by Google

Ἡ τῆς ἁγίας ΠΑΥΛΟΥ πρὸς ΛΑΟΔΙΚΕΑΣ Ἐπιστολή. Μεταφραδεῖσα, παρὰ ΗΛΙΑΤΟΥ ΟΥΤΤΗΡΟΥ.

I.

ΠΑΥΛΟΣ Ἀπόστολος οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὐδὲ δι' ἀνθρώπου, ἀλλὰ διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῖς ἐν Λαοδικείᾳ ἀδελφοῖς.

2. Χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ θεοῦ πατρὸς καὶ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

3. Εὐχαριστῶ τῷ θεῷ μου τῷ Χριστῷ πάντοτε ἐν ταῖς προσευχαῖς μου,

S. PAULI Epistola ad LAODICENSES.

I.

PAulus Apostolus non ab hominibus neque per hominem sed per Jesum Christum, fratribus qui estis (a) Laodiceæ.

2. Gratia vobis & pax à Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo.

3. Gratias ago Christo (b) per omnem orationem meam, quod

Descripsi hanc Epistolam πρὸς Λαοδικέας (alii barbarè Λαοδικέους) Græce & latine ex editione Eliæ Hutteri, collatâ cum Fabri, Prætorii, Winkelmanni, aliisque, ex quibus differentias quasdam præcipuas annotavi, & loca genuinarum Epistolarum Pauli, ex quibus totum fere istud Epistolium collectum est, adscripsi.

(a) Hoc loco qui desumtus est ex Galet. I. 1. & 3. Steph. Prætorius eddidit: *fratribus qui sunt Laodiceæ, gratiam & pacem à Deo patre nostro* (sic etiam Faber Stapulensis & alii ex Colos. 1. 2.) *& Domino Jesu Christo.*

(b) In Græco est: *Gratias ago Deo meo Christo.* Confer tamen pro latina lectione Colos. I. 3. Rom. I. 8. 1. Cor. I. 4.

Digitized by Google

ἐν ὑπομένοντες καὶ πρόσκαιρος ὑμεῖς ἐστὲ ἐπ' ἔργων καλῶν, προσδεχόμενοι τὴν ἐπαγγελίαν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως.

permanentes estis (c) & perseverantes in operibus bonis (d), promissionem (e) expectantes in die judicii.

4. Καὶ μὴ ταραχθῆναι ὑμᾶς παραλογίᾳ τινῶν τὴν ὑπακοὴν ἐμφανίσαντων τῇ ἀληθείᾳ, τὸ διαστρέψαι ὑμᾶς ἀπὸ τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου τοῦ εὐαγγελισθέντος ὑπ' ἐμοῦ.

4. Neque disturbent vos quorundam vaniloquia insimulantium (f) veritatem, ut vos avertant à veritate Evangelii quod à me prædicatur.

5. Ὑμῶν δὲ ποιήσει ὁ θεὸς ἵνα πάντες οἱ ἐξ ἐμοῦ ὦσιν, εἰς τὴν τελείωσιν τῆς ἀληθείας τοῦ Εὐαγγελίου φέρωσιν, τοῦ προ-

5. Et nunc faciet (g) Deus ut qui sunt ex me (h) perveniant ad profectum veritatis Evangelii, sint deservientes & benignitatem

ερω

Philipp. I. 3. Eph. I. 16. seq. (c) Coloss. I. 10. Winckelmannus: quod permanentes estis in eo. (d) Solus Prætorius edidit: *in fide & operibus.*

(e) i. e. *rem promissam*, notâ metonymia nec insolenti in scriptis Paulinis. (f) Prætorius: *Evangelii veritatem quod à me prædicatur ut vos ab eo avertant.* Confer Galat. I. 7. II. 5. (g) Prætor. *fecit*, Winckelm. *ποιήσει.* (h) Cui videtur insolens

ἅπαν τὴν χρηστότητα τῶν ἔργων, ἃ πρέπει τῇ σωτηρίᾳ τῆς ζωῆς αἰωνίᾳ.

6. Καὶ νῦν φανερά ἐγένετο οἱ δεσμοί μου ἐν οἷς δέδεμαί εἰμι ἐν Χριστῷ. Καὶ ἐν τούτῳ χαίρω, ἀλλὰ καὶ χαρήσομαι.

operum (h) facientes quæ sunt salutis (i) vitæ æternæ

6. Et nunc (k) palàm sunt vincula (l) mea quæ patior in Christo, in quibus lætor & gaudeo (m).

phrasis in ore Apostoli πάντες οἱ ἐξ ἐμοῦ, is subintelligere possit δεδιδαγμένοι, vel simile aliquid. Nam quod Christi est, etiam suum Evangelium vocat Paulus, ministerii ratione: & ad Galatas velut ex se per verbum renatos: τεκνία μου οὓς πάλιν ὠδίνω. Galat. IV. 14. Talia noto non quod velut Pauli tuear hoc scriptum, sed ne argumentis impugnetur quæ facili negotio refelli possunt.

(h) Χρηστότης τῶν ἔργων, *bona opera*. Hebraismus.

(i) Joh. Dietenbergius vertit: welche verdienstlich seyn des Lebens des Ewigen Lebens/quod neutiquam in latino legitur. Prætorius: und die Wercke thun welche da sind der ewigen Seeligkeit. explicat deinde: welche aus der Freude der ewigen Seeligkeit herfliessen und die Seeligkeit bezeugen. Alii: und thätig würden zu guten Wercken des ewigen Lebens. Elias Hutterus: und thun die besten Wercke die der ewigen Seeligkeit gebühren/qualia decent consecuturos vitam æternam. Winkelmanni editio vitiis typographicis refertissima legit hoc loco non absurde ἃ πρέπει. (k) In Prætorii edit. integri tres versiculi 6. 7. & 8. desiderantur. (l) Ex Philip. I. 13. (m) In Græco: *& in hoc gaudeo, sed gaudebo quoque*, ex Philipp. I. 18.

Digitized by Google

7. Οἶδα γὰρ ὅτι τοῦτό μοι ἀποβήσεται εἰς σωτηρίαν ἀιώνιον, ὃ ἐγενήθη διὰ τῆς ὑμῶν δεήσεως καὶ ἐπιχορηγίας τοῦ πνεύματος ἁγίου.

7. Scio enim quod hoc mihi est ad salutem perpetuam, quod ipsum factum est ex orationibus vestris administrante Spiritu Sancto (n).

8. Εἴτε διὰ ζωῆς εἴτε διὰ θανάτου. Ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος.

8. Sive per vitam sive per mortem (o). Est mihi vivere vita in Christo, & mori gaudium (p).

9. Αὐτὸς δὲ ὁ κύριος ἡμῶν ἐν ὑμῖν ποιήσει τὸ ἔλεος αὐτοῦ μεθ' ὑ-

9. Et ipse Dominus noster (q) in vobis faciet misericordiam su-

μῶν,

(n) Totus hic versus ad verbum fere è Philip. I. 19. nisi quod ibi pro τοῦ πνεύματος ἁγίου legitur τοῦ πνεύματος Ἰησοῦ Χριστοῦ, & εἰς σωτηρίαν pro εἰς σωτηρίαν ἀιώνιον. (o) iterum ex Phil. I. 20. (p) Philip. I. 21. ἐμοὶ γὰρ τὸ ζῆν Χριστὸς καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος. quorum verborum sensum optime assecutus est autor supposititiæ hujus epistolæ. Bezæ enim ingeniosa expositio quam in thesauro T. 2. p. 92. probat Svicerus, *Christus mihi lucrum est, sive vivam ego sive moriar*, alienior ab illo loco esse videtur. Certe apud Græcos quoque proverbii vice fuisse videtur τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, quod in malis falsum esse notat Ælianus, quia ne morte quidem conquiescant. οὐκ ἦν ἄρα τοῖς κακοῖς οὐδὲ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος, ἐπεὶ μηδὲ τότε ἀναπαύονται. IV. 7. Var.

(q) Verba *Dominus noster* in quibusdam editt. desiderantur.

Digitized by Google

μᾶν, ἵνα τὴν αὐτὴν ἀγάπην ἔχοντες σύμψυχοι τὸ αὐτὸ φρονῆτε.

10. Διὰ τοῦτο, ἀγαπητοί, καθὼς ἠκούσατε τὴν παρουσίαν τοῦ κυρίου, οὕτως φρονεῖτε καὶ ποιεῖτε ἐν φόβῳ τοῦ θεοῦ, καὶ ἔσται ὑμῖν ζωὴ αἰώνιος.

11. Ὁ θεὸς γάρ ἐστιν ὁ ἐνεργῶν ἐν ὑμῖν.

12. Πάντα ποιεῖτε χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν.

13. Καὶ τὸ λοιπόν, ἀγαπητοί, χαίρετε ἐν τῷ Κυρίῳ Ἰησοῦ Χριστῷ, καὶ

am; ut eandem dilectionem habeatis (r) & sitis unanimes.

10. Ergo dilectissimi, ut audistis præsentiam Domini, ita sentite, & facite in timore Domini, & erit vobis vita in æternum(s).

11. Est enim Deus (t) qui operatur in vobis.

12. Et facite sine peccato (u) quodcunque facitis.

13. Et quod optimum (x) est, dilectissimi, gaudete in Do-

ὀρᾶτε,

(r) Ex Philipp. II. 2. (s) Hæc postrema *& erit vobis vita in æternum*, omisit Prætorius, non quod in codice illa suo non reperisset, habent enim Sixtus Senensis & Faber Stapulensis quos inspexit, sed fortasse veritus calumniam malignæ interpretationis, quam si curasset Paulus, debuisset & ipse multa in suis Epistolis supprimere. Vide Rom. III. 6. 1cq. 2. Cor. IV. 17. Gal. VI. 8. 1. Tim. VI. 18. seq. &c. Totus autem præsens versiculus efformatus est ex Philipp. II. 12. ubi memoratur παρουσία sive præsentia Apostoli, quod noster transtulit ad παρουσίαν Christi. (t) Ex Philipp. II. 13. (u) Hutterus in Græco: χωρὶς γογγυσμῶν ex Phil. II. 14. unde hic locus petitus.

Digitized by Google

ἐστε, καὶ φυλάσσεσθε ἀπὸ πάσης αἰσχρᾶς κέρδους πλεονεξίας.

mino Jesu Christo, & cavete omnes sordes (y) in omni lucro.

14. Πάντα τὰ αἰτήματα ὑμῶν γνωριζέσθω πρὸς τὸν θεὸν, καὶ βέβαιοι γίνεσθε ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ.

14. Omnes petitiones vestræ sunt palam apud Deum (z) & estote firmi in sensu Christi (a).

15. Καὶ τὸ λοιπὸν, ἀδελφοὶ, ὅσα ἐστὶν ἀληθῆ, ὅσα σεμνὰ, ὅσα ἁγνὰ, ὅσα δίκαια, ὅσα προσφιλῆ, ὅσα εὔφημα· εἴ τις ἀρετὴ, καὶ εἴ τις ἔπαινος, ταῦτα λογίζεσθε.

15. Et (b) quæ integra, & vera & pudica & casta & justa & amabilia sunt, facite (c).

16. Καὶ ἃ ἠκούσατε, καὶ παρελάβετε, καὶ ἀκούσατε ἐν καρδίαις ὑμῶν κατέχετε, καὶ ἔσται ὑμῖν εἰρήνη.

16. Et quæ audistis & accepistis, in corde retinete, & erit vobis pax (d).

17. Ἀσπά-

(x) In Græco: *Et quod reliquum est* ex Philipp. III. 1.

(y) In Græco: *cavete vobis ab omni turpis lucri cupiditate*, quorum verborum ansa petita ex Philipp. III. 2. & 7. seq.

(z) Ex Philipp. IV. 6. (a) Philipp. IV. 7. Rom. XIV. 1.

(b) In Græco: *Et quod reliquum est, fratres, quæcunque &c.* (c) Ex Philipp. IV. 8. Porro in Prætorii editione hi versus 12. 13. 14. 15. sunt transpositi. (d) Philipp. IV. 9. unde hæc desumta: καὶ ὁ θεὸς τῆς εἰρήνης ἔσται μετ' ὑμῶν.

Digitized by Google

17. Ἀσπάσασθε τοὺς ἀδελφοὺς πάντας ἐν φιλήματι ἁγίῳ.

17. Salutate omnes fratres in osculo sancto (e).

18. Ἀσπάζονται ὑμᾶς οἱ ἅγιοι πάντες.

18. Salutant vos, omnes sancti (f).

19. Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τοῦ πνεύματος ὑμῶν, ἀμήν.

19. Gratia Domini nostri Jesu Christi (g) cum Spiritu vestro. Amen.

20. Ποιήσατε, ἵνα ἡ Ἐπιστολὴ καὶ ἐν τῇ Λαοδικαίων ἐκκλησίᾳ ἀναγνωσθῇ, καὶ τὴν ἐκ Λαοδικείας, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀναγνῶτε.

20. Facite hanc Epistolam legi Colossensibus, & eam quæ est Colossensium (h), vobis.

Πρὸς Λαοδικέας ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης (i) διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου. *Ad Laodicenses scripta fuit è Roma per Tychicum & Onesimum.*

TESTI-

(e) Ex 1. Thess. V. 26. (f) Ex Philipp. IV. 18. (g) Solennis clausula in omnibus Pauli Epistolis. (h) Hic versus ἀντίγραφον est loco Coloss. IV. 16. de quo supra, quare Hutterus interpres Græcus præsentis Epistolii (latine enim confictum primitus est occasione ambiguæ versionis latinæ loci jam dicti ad Colossenses) Verba, *quæ est Colossensium*, græce etiam reddere debuit, τὴν ἐκ Λαοδικείας. (i) Eadem subscriptio Epistolæ ad Colossenses cum qua simul transmissas hasce literas persvadere voluit qui eas Paulino nomini supponebat.

Digitized by Google

TESTIMONIA ET CENSURÆ De Epistolis PAULI ET SENECÆ Amœbæis.

S. HIERONYMUS *In Catalogo Scriptorum Ecclesiasticorum.*

L. Annæus Seneca Cordubensis, Sotionis (a) Stoici discipulus, & patruus Lucani Poetæ, continentissimæ vitæ fuit, quem non ponerem in Catalogo Sanctorum, (b) nisi me illæ Epistolæ provocarent, quæ leguntur à plurimis, Pauli ad Senecam

Sophronii Versio.

Λούκιος Ἀνναῖος Σενέκας Κορδουβήνσις, Σωτίωνος Στωϊκὸς μαθητὴς, ἀνὴρ θείου πρὸς παλαιὸς λόγους τὸ σωφρονέστατος, οὐ ἂν πάντως καταλέξαιμι εἰς τὸν κατάλογον τῶν ἁγίων, εἰ μὴ αἱ Ἐπιστολαὶ τοῦτο πράττειν αἱ παρὰ

(a) In Bibl. Sancta Sixti Senensis p. 114. & apud Honorium Augustodunensem, ubi hunc Hieronymi locum describit, perperam legas *Fotini Stoici.* (b) i. e. Christianorum, licet in eodem comparent etiam Judæi scriptores Philo & Josephus.

Digitized by Google

gam & Senecæ ad Paulum. In quibus, cum esset Neronis Magister & illius temporis potentissimus, optare se dicit (c) ejus esse loci apud suos, cujus sit Paulus apud Christianos.

πολλῶν ἀπαγγωσκόμενα Παύλῳ πρὸς Σενέκαν, καὶ Σενέκα πρὸς Παῦλον. Νέρωνος ὢν διδάσκαλος καὶ κατ' ἐκεῖνο καιρὸν δυνατὸς, ἤυχετο τοιοῦτον ἔχειν ὦφελὸς τοῖς

Hic

(c) Verba hæc sunt Epistolæ undecimæ: (sexta Senecæ ad Paulum) *Qui meus, tuus apud te locus, qui tuus, velim ut meus.* Unde easdem Epistolas olim lectas Hieronymo aliisque veteribus quas habemus, quasque infra subjiciam, haud absurde censerunt viri docti, Baronius ad A. C. 66. n. 11. Bellarminus de S. E. & nuper admodum J. E. Grabe T. 1. spicilegii Patrum p. 82. Equidem Justus Lipsius in vita Senecæ c. 10. addubitans, *Quæ nunc sunt*, inquit, *non sunt tanti, imo certum est, ejusdem auctoris & Pauli & Senecæ illas esse, & compositas à semidocto in ludibrium nostrum. Tentat latine loqui, quisquis auctor fuit. Ergo inter se non scripserunt? - - Fuerint aliquæ* (Epistolæ) *sed aliæ: si istæ, requiro judicium optimorum Patrum.* Tillemontius quoque in historia Imperatorum Romanorum T. 1. p. 560. perdifficile creditu esse affirmat, quod eædem sint Epistolæ de quibus Hieronymus & alii veteres meminerunt. Sed cum nullæ proferantur rationes hujus sententiæ, & alterum quod dixi res ipsa videatur confirmare, malo facere cum iis qui non alias Epistolas veteribus inspectas esse existimant. Quanquam vero nemini ante Hieronymum memorantur, minime tamen assentior Francisci Mydii conjecturæ qui Novantiq. lect. c. 21. arbitratur eas Monachi alicujus aut ipsius Hieronymi esse commentum, quo Senecam commendatiorem redderet Christianis.

Digitized by Google

Hic ante biennium quam Petrus & Paulus (d) coronarentur martyrio, à Nerone interfectus est.

ἰδίοις τόποις, ὅσον Παύλῳ πρὸ τῆς Χριστιανῆς, δυσὶν ἐνιαυτοῖν δέον τὸν παθεῖν τὰς Ἀποστόλους Πέτρον καὶ Παῦλον, πρὸ Νέρωνος ἐσφάγη.

S. Augustinus Epist. 54. (edit. Benedictin. 153.) ad Macedonium.

Merito ait Seneca, qui temporibus Apostolorum (e) fuit, cujus etiam quædam ad Paulum Apostolum leguntur Epistolæ, *Omnes odit* (f) *qui malos odit.*

Johan-

(d) Hoc loco Hieronymus docet se subscribere illis qui Petrum & Paulum uno eodemque tempore martyrium obiisse sunt opinati. Vide quæ supra p. 450. 451.

(e) Idem Augustinus lib. 6. de Civ. Dei c. 10. *Annæi Senecæ quem nonnullis indiciis invenimus Apostolorum nostrorum claruisse temporibus.* Ad quæ verba Ludovicus Vives hæc annotavit: *An forte indiciis illarum Epistolarum, quæ circumferuntur Pauli ad Senecam, & hujus vicissim ad illum, quæ non credo ab illis esse scriptas,* bene ex iis quæ eodem capite & sequenti de Seneca Augustinus differit, cum Epistolis ad Paulum scriptis nullam fidem habuisse, recte collegit Baronius ad A. C. 66. num. 12.

(f) Similia leguntur apud Senecam de ira lib. 1. c. 16. lib. 3. c. 26.

Digitized by Google

Johannes Saresberiensis lib. VIII. Policratici cap. 13. p. 519.

Sunt tamen qui eum (Senecam) contemnere audeant, Quintiliani (g) autoritate freti ... Mihi tamen desipere videntur qui quemcunque secuti non venerantur (h) eum, quem & Apostoli familiaritatem meruisse constat (i) & à doctissimo Patre Hieronymo in sanctorum (k) Catalogo positum.

Martinus Polonus lib. 4. Chron. p. 124.

Nam & Neronis instructor (l) Seneca sibi (Paulo) valde familiaris extitit, ita ut cum ore

(g) Notum Quintiliani de Seneca judicium lib. 10. capite primo extremo, quod illustratum & castigatum videas licet à præclaro Senecæ lospitatore Juspo i ipsio. (h) De dictione & scribendi charactere Quintiliano sermo est. qui inepte refellitur hoc argumento. (i) Non constabat Saresberiensi hâc de re nisi solius testimonio Hieronymi, qui tamen nec ipse affirmat sibi hac de re constare. Confer Joh. Clerici artem Criticam parte 2. p. 505. seq.

(k) Christianorum sive Ecclesiasticorum scriptorum, ut paulo ante notavi.

(l) In Pseudo-Lini actis, loco mox afferendo, vocatur *Imperatoris institutor*, sive Præceptor, quod vocabulum etiam Martino Polono reddendum, aut certe *instructor* intelligendus eo sensu.

Digitized by Google

ad os sibi loqui non possent, se Epistolis visitarent. Sed quia Paulus coram Nerone dixerat figuram (m) mundi per ignem (n) dissolvendam, jussit omnes qui per ipsum crediderunt igne cremari, Paulum vero tanquam Majestatis reum secundum humanas (o) leges capite truncari.

Rob. Bellarminus de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Feruntur quoque sub ejusdem B. Pauli nomine Epistolæ quædam breves ad Senecam, quas S. Hieronymus non videtur contemsisse; sed

(m) 1. Cor. VII. 31. (n) Lactantius lib. 4. c. 21. refert Petrum & Paulum prædicasse Romæ de excidendis per Regem aliquem Judæis omnique ditione illorum igni ferroque vastanda. Petri doctrina de cœlis terraque conflagraturis nota ex capite 3. posterioris ejus Epistolæ. Hinc viri docti putant Neronem incensæ Romæ invidiam in Christianos, ut ait Tacitus, conjecturum non alio prætextu usum fuisse, quam quod docuissent certissime affore tempus quo mare quo tellus correptaque regia cœli ardeat & mundi moles operosa laboret. Liceat tamen de eo prætextu addubitare cogitanti quod non tantum Heraclitii, Platonis, Hippasi, Epicureorum aliorumque Philosophorum hoc dogma fuit, sed & Stoici in aula Neronis non improbati eandem sententiam palàm & impune defensitarunt. Adi Senecam lib. 6. de benefic. c. 22. & consolat. ad Marciam c. ult. ad Polyb. c. 1. Quæst. nat. III. 28. seq. (o) Videtur legendum esse *Romanas*. Confer leg. 3. ff. ad leg. Jul. Majestatis. Solent ta-

Digitized by Google

sed Ecclesia Catholica neque Epistolam ad Laodicenses neque Epistolas ad Senecam in Catalogo Scripturarum posuit, ac per hoc B. Pauli eas non esse censuit.

Similiter has Epistolas rejiciunt Erasmus lib. I. Epistola 1. & in sua Senecæ pariter & Hieronymi editione: Baronius ad A. C. LXVI. num. 11. Antonius Possevinus in Apparatu S. voce Seneca, Lælius Bisciola Hor. subseciv. T. I. lib. XV. cap. 1. Cornelius à Lapide in Actor. XIX. ut omittam Natalem Alex. (p) *Tillemontium, Lud. Eliam du Pin, Nic. Antonium in Bibl. Veteri Hispana lib. I. c. 8. p. 31. aliosque nuper florentes Romanæ Ecclesiæ scriptores, qui Epistolas hasce Paulo & Senecæ suppositas esse non dubitant. Rectius utique quam pridem fecit Jacobus Faber Stapulensis* (q) *qui genuinis Pauli Epistolis adjunctas, tanquam Paulinas defendit & commentariis illu-*

men scriptores Christiani interdum etiam humanas leges vocare in oppositione ad divinas, & Ecclesiasticas, ut mundiales, seculares, & similia. (p) Equidem familiaritatem & commercium literarium inter Senecam & Paulum intercessisse existimat, sed genuinas ipsorum Epistolas temporum injuria intercidisse. Eadem sententia probatur Clariss. Salomoni Ernesto Cypriano in notis ad Catalogum scriptorum Ecclesiasticor. Hieronymianum. (q) Viennensem Episcopum perperam vocat hunc Fabrum Sixtus Senensis, quem sequuntur plurimi, e suis Possevinus, Ercsor-

Digitized by Google

ſtravit, vel Sixtus Senenſis, (r) *qui in Bibliotheca ſua Sancta itidem eas tanquam veras Pauli Senecæque edidit, & ſtylum à reliquis Senecæ ſcriptis diverſum hoc commento purgavit, quod Seneca illas ſi forte interciperentur noluiſſet pro ſuis agnoſci. Vel Alphonſus Salmeron, eadem diſp. 3. in Pauli Epiſtolas conferens cum Epiſtolis Johannis Evangeliſtæ ad Electam & Cajum, Paulique ad Philemonem. Vel denique Franciſcus Bivarius ad Chronicon commentitium Dextri p. 123. ſeq. Jacobus Pamelius ad Tertullianum de anima c. 20. & Margarinus de la Bigne Epiſtolas illas Senecæque Chriſtianiſmum audacter propugnans*

matis Rob. Cocus in Cenſura Scriptorum p. 19. & Heideggerus p. 1054. Hieronymonici : E noſtris Aug. Varenius in rationario Sec. 1. p. 150. Tho. Crenius parte 2. Methodorum p. 417. & Reverendus Autor eruditi Schediaſmatis de ſuppoſititiis ac deperditis Pauli ſcriptis p. 17. Nempe Viennenſis Epiſcopus idemque acer Lutheri adverſarius & à Fabro Stapulenſi longe diverſus, Johannes Faber appellabatur, licet & hunc Jacobum minus recte appellat Andreas du Saussay in continuatione Bellarmini de Scriptoribus Eccleſiaſticis, notatus hoc nomine à Rev. Ittigio p. 139. Appendicis de hæreſiarchis. Cæterum Fabro Stapulenſi jure opponas Nicolaum Fabrum virum doctiſſimum qui præf. ad Senecam ait Epiſtolas haſce non magis eximium Annæi ingenium ſapere, quam reſponſiones ad illas Deo plenum & Θεόφορον Pauli ſtylum. (r) Hic Sixtus à Voetio T. 2. diſpp. ſelect. p. 611. male refertur inter eos qui Epiſtolas haſce ſuppoſititias eſſe oſtenderunt.

Digitized by Google

gnans in Scholiis ad librum 2. Pseudo Lini T. 7. Bibl. Patrum p. 215. edit. Paris. 1579.

Theophilus Raynaudus erotem, de bonis & malis libris p. 119.

Est admodum verisimile, non modo eas quæ nunc extant Pauli ad Senecam & Senecæ ad Paulum Epistolas esse supposititias, sed vere nullas unquam fuisse ultro citroque datas ab eis literas, sed ex fabulosis *Lini Actis* (s) hausta esse falsam existimationem de talibus aliquibus Epistolis quandoque conscriptis à Paulo & Seneca, sicque ab alio otioso suppositas fuisse Epistolas quæ circumferuntur.

(s) Verba in Actis Pauli Lino tributis hæc sunt: *Concursus de domo Cæsaris fiebat ad eum, sed & institutor Imperatoris adeo fuit illi amicitiâ copulatus, videns in eo divinam scientiam, ut se à colloquio illius temperare vix posset, quo minus si ore ad os illum alloqui non valeret, frequentibus datis & acceptis Epistolis, ipsius dulcedine & amicabili colloquio atque consilio frueretur.* Quod vero post Baronium ad A. C. 66. num. 13. Raynaudus eumque secutus Claudius Frassenius p. 732. disquisitt. Bibl. & alii putant ex fabulosis hisce Actis petitam esse occasionem fingendarum ejusmodi Epistolarum, mihi neutiquam verisimile apparet. Neque enim illius vel antiquitatis vel autoritatis fuere illa commentitia Acta, quemadmodum supra p. 775. seq. cum de

Digitized by Google

Inter Protestantes non memini quenquam esse ex doctioribus qui harum Epistolarum fidem asserendam in se susceperit. Contra unoore calamoque illas expedunt universi, ex quibus paucos hosce nominare liceat qui pluribus hoc argumentum pertractarunt, Robertum Cocum in censura Scriptorum, Andream Rivetum in Critico sacro, Joh. Hoornbeckium in Miscellaneis, M. Z. Boxhornium in historia Universali: singillatim

illis agerem ostendi. Potius quod Pseudo Linus ipse confirmat, videtur ansa accepta ex Philipp. IV. 22. ubi Paulus eos ad quos scribit salvere vel maxime jubet a sanctis ἐκ τῆς Καισαρος οἰκίας. Vide Bezam & Dan. Heinsium ad hunc locum. Neque subscribere audeo conjecturæ Joh. Lorini, qui ad Act. XVIII. 13. suspicatur has Epistolas & Pseudo Lini libros eidem impostori deberi. Fabulam de Seneca Christianismo confirmare etiam visa nonnullis sunt contrarium potius svadentia Tertulliani verba c. 20. lib. de anima: *sicut & Seneca sæpe noster*, & c. 3. Apologetici: *ego Lucium sapientem virum repente factum Christianum defero*, quasi ibi de Lucio Annæo Seneca, non de nomine quodam vago ageretur (qualia sunt quæ præcedunt Cajus & Sejus,) vel ac si Seneca propter Christianismum delatus apud Neronem fuisset. Prætereo Pseudo Dextri in commentitio Chronico testimonium utpote nullius plane fidei, recensque effictum his verbis ad A. C. 64. p. 122. *L. Annæus Seneca Cordubensis Hispanus, missis ultro citroque ad S. Paulum literis de Christiana re bene sentit, factusque Christianus occultus ejus fuisse discipulus creditur, dulciterque scribit ad Paulum in Hispania morantem.*

Digitized by Google

latim ex nostris Fridericum Balduinum in programmate Commentariis in Epistolas Pauli praefixo, Caspar. Erasmum Brochmandum Exercitatione 2. specimini scriptorum Ecclesiasticorum. Augustum Varenium in rationario scriptorum Seculi I. Joh. Mich. Dilherrum lib. 3. Electorum cap. 3. Aegidium Strauchium in Exercitatione de conficto Senecae Christianismo., Christianum Kortholtum de Philippi Arabis, Alexandri Mammaeae, Plinii junioris & Senecae Christianismo, Rev. D. Joh. Andream Schmidium de Senecae Theologia & in Exerc. de pseudepigraphis N. T. p. 101. seq. D. Georgium Henricum Goezium Lubecensium hodie praesulem dignissimum in Schediasmate de suppositititiis ac deperditis Pauli scriptis edito Witebergae Anno MDCLXXXVIII. & Viros Clarissimos Wilhelmum Ernestum Tentzelium in dialogis vernaculis Anni 1692. p. 668. seq. & Thomam Crenium in notis ad Joh. Andreae Bosii introductionem in notitiam scriptorum Ecclesiasticorum T. 2. methodor. p. 415. seq.

Johannes Fridericus Gronovius in elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris (Emerici Crucei) ad Statii silvas. p. 99.

Quis aestimabit scriptum nihili, cum docti vi-

Digitized by Google

ri nomen adscribitur? Quis Epistolas Q. Curtii, Pauli & Senecæ amœbæas, otiosorum & putidissimorum hominum figmenta miratur, quia illustria nomina præferunt?

Caspar Barthius in notis ad Claudiani (s) Mamerti librum 1. de statu animæ p. 268

Talis (de quibus dubitari poterat) fuit Epistola ad Laodicenses Paulo supposita, quam à quibusdam legi ab omnibus autem explodi suo ævo scribit Hieronymus. Non dubitandum etiam alia scripta tam gloriosum auctorem commentita fuisse, cum non defuerit qui ad Senecam etiam Apostoli commentus sit literas, Senecæque ad Paulum vicarias, quarum vetustas ex B Hieronymo nota est, qui ambigue quidem super sententia sua loquitur, familiari pudore etiam

(s) Claudianus lib. 1. c. 2. eum dixisset Prophetas Evangelistas & Apostolos scripta sua præpositis nominibus suis inchoasse, subjungit: *Videlicet præcavenda fore noverant Apocryphorum vana vel noxia. Sed nec sic quidem fallacium temerariorum vitari figmenta potuerunt. Hinc est quod pleraque Pauli multorumque sanctorum vocabulis prænotata sanitas Catholica Ecclesiæ nostræ non recipit, quia non lenocinio nominis operis meritum pensat, sed auctorem sibi stili veritate conciliat.*

Digitized by Google

etiam præstantissimorum ex Patribus, etiam in iis libris quorum non dubia erat suppositio, modo nihil scandali inveherent. Quæ quidem modestia nescio plus detrimenti an commodi invexerit rebus Christianis, veteribus illis bono animo multa & scribentibus & legentibus, quæ aliquo saltim modo instruere possent plebem. Quorum crassis ingeniis & temerariis monachis patientiam sequentibus, alta nox etiam clarissimis Christianismi Principiis tandem invecta est, fabulis & sophismatis veritatis regnum dolo & vi occupantibus.

Editiones harum Epistolarum quamplurimæ extant. Nam licet in recentibus Senecæ operum editionibus prætermissæ sunt, in antiquioribus tamen comparent, ut Neapolitana A. 1484. fol. Venetæ A. 1492. fol. per Bernardinum de Coris, in qua reliquis omnibus Senecæ scriptis præmittuntur. Prodiere etiam Lugduni A. 1523. 4. & Venetiis 1588. 8. cum libro ex Senecæ scriptis utcunque collecto de quatuor virtutibus Cardinalibus. Admisit quoque in suam Senecæ editionem Erasmus Basil. 1529. fol. sed præfixa gravi censura quâ Paulo & Seneca indignas esse monet. Reliquis Pauli Epistolis primus & solus quod sciam adjunxit brevique commentario illustravit Jacobus Faber Stapulensis, Paris. 1512. fol. apud Henr. Stephanum, avum. Fabri commentarium una

Digitized by Google

cum Epistolis ipsis recudi fecit in laudato de suppositiitiis ac deperditis Pauli scriptis Schediasmate Rev. D. Georgius Henricus Goezius. Occurrunt etiam eadem Epistolæ in Bibliotheca Sancta Sixti Senensis lib. 2. voce Paulus, In Mich. Waltheri Officina Biblica, In Lexico Antiquitatum Ecclesiasticarum Josuæ Arndii, & in Locis Communibus sententiarum Senecæ ab Huberto Schutteputæo digestis. Antwerpiæ 1613. 12. Denique cum Epistola Paulo tributa ad Laodicenses ex Consiliarii Winkelmanni Bibliotheca prodierant Bremæ 1692. 4. Jam ecce illas iterum, locis quibusdam à me castigatas, illustratasque.

I. Paulo (a) Annæus Seneca salutem. 1.

CRedo tibi, Paule, nunciatum, quod heri cum Lucilio nostro de apocrisi, (b) & aliis rebus

(a) Veteres nomen scribentis præponere solebant, hic vero postponitur, ex reverentia scilicet adversus Apostolum. Sic apud Josephum XII. 2. *Regi magno Demetrius.* Martialis: *Imperatori Domitiano Valerius Martialis salutem.* Contrarii moris exempla frequentissima sunt collecta à Menagio c. 23. Amœnitt. à Stephano Lemonio in limine notarum ad Varia Sacra, a Franc. Vavassore de vi & usu quorundam verborum latinorum p. 28. seq. Itaque frustra se excusat Pseudo-Paulus infra Epist. 10. (b) Faber: *de apocryphis*; alius: *de hypocrisi.*

Digitized by Google

rebus habuimus; erant enim quidam disciplinarum tuarum (c) comites mecum. Nam in hortos Sallustianos (d) secesseramus, quo in loco occasione nostra alio tendentes hi, de quibus dixi, nobis adjuncti sunt. Certe, quod tui præsentiam optamus, & hoc scias, volo: libello tuo lecto, id est de plurimis literis aliquas epistolas, quas ad aliquam civitatem seu caput provinciæ (e) direxisti, mira exhortatione vitam moralem continentes, usque refecti sumus. Quos sensus non puto ex te dictos, sed per te, certè aliquando ex te & per te (f) tanta enim majestas earum est rerum, tantaque generositate clarent, ut vix sufficturas putem ætates hominum, quibus institui perficique possint. Bene te valere frater (g) cupio. Vale.

II. Paulus Senecæ Salutem. [illegible]

Literas tuas hilaris (h) heri accepi: ad quas rescribere statim potui, si præsentiam Juvenis, quem ad te missurus eram, habuissem. Scis enim,

(c) Christiani. (d) Hos Neroni frequentatos constat vel ex Taciti lib. 13. Prætereo alia, quæ de hortis Sallustianis annotavit Pancirollus de 14. regionibus urbis Romæ p. 9. 6. (e) Ad Romanos, Ephesios, Corinthios &c. (f) Ita ut non tantum a te ista protuleris, sed per ista effatus sit Deus. Adde infra ep. 7. (g) Quam quam solennis prima Christianorum ætate fratrum appellatio, præsenti tamen loco perquam est insolens. (h) Ita

Digitized by Google

nim, quando & per quem, & quo tempore, & cui quid dari committique debeat. Rogo ergo, ne te putes neglectum, dum personæ qualitatem inspicio, sed quod literis meis vos refectos scribis, felicem me arbitror tanti Viri judicio. Neque enim diceris Censor, Sophista (i) ac Magister tanti Principis & etiam omnium, nisi quia vera dicis. Opto (k) te diu benè valere.

III. Paulo Annæus Seneca Salutem. 2.

Quædam volumina (l) ordinavi, & divisionibus suis statum eis dedi. Ea quoque legere Cæsari (m) sum destinatus, & si modo fors prosperè annuerit, eris forsitan & tu præsens. Sin, (n) alias reddam tibi diem, ut invicem hoc opus inspiciamus. Decreveram non prius edere ei hanc scripturam, nisi prius tecum conferem

scripsi pro *hilares*. (i) Sophistæ appellatio illa ætate parum honorifica, sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quæstus causa philosophabantur, ut ait Cicero, Acad. Quæst. 1. (k) Paulus scripsisset potius: *Gratia Domini nostri Jesu Christi sit cum Spiritu tuo.* Vide Interpretes ad 2. Thess. III. ult. (l) Epistolarum puta, ut innuitur infra epist. 9. (m) Antequam ederentur, solebant libros amicis recitare sive de scripto prælegere autores. (n) Ita distingnendus hic locus. Perperam in aliis editt. *sin alias, reddam* &c.

Digitized by Google

ferrem, si modo impune hoc fieri potuisset: ut scires, & te non præteriri. Vale Paule charissime.

IV. Paulus Senecæ Salutem. 2.

Quotiescunque literas tuas audio, præsentiam tui cogito, nec aliud existimo, quam omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaque venire cœperis (o) invicem nos & de proximo videbimus. Bene te valere opto.

V. Paulo Annæus Seneca Salutem. 3.

Nimio tuo angimur secessu. Qui est, vel quæ res te remoratum faciunt? si indignatio Domini, *quod à ritu & secta veteri (p) recesseris, & alios rursus converteris: erit postulandi locus, ut ratione factum, non levitate hoc existimet. Vale.

VI.

(o) i. e. *veneris.* Sic enim loqui amant, non Hebræi tantum & Græci (vide Grotium ad Act. I. 1.) sed latini quoque, ut notarunt Viri docti ad Petronium, & Rigaltius ad illud Phædri lib. 1. fab. 2. *tum misit illis hydrum, qui dente aspero corripere cœpit singulas.* Similiter *defendere pergit* pro *defendit* apud Manilium IV. 705. ubi vide notas Illustris Huetii.* Cæsaris. (p) Quod Judaismo relicto factus sis Christianus.

Digitized by Google

VI. Paulus Senecæ & Lucilio Salutem. 3.

De his, quibus vel quæ mihi scripsistis, non licet harundine (q) & atramento eloqui, quarum altera res notat, & designat aliquid, altera evidenter ostendit: præcipuè, cum sciam inter vos esse, sicut apud nos, & in nobis, qui me intelligunt. Honor habendus est omnibus (r) & tanto magis his, qui indignandi occasionem captant: quibus si patientiam ostendemus, omni modo eos ex quacunque parte vincemus, si modo hi sunt, qui pœnitentiam sui gerant. Benè valete.

VII. Paulo Annæus Seneca Salutem. 4.

Profiteor, benè me acceptum in lectione litterarum tuarum, quas Galatis, Corinthiis & Achæis (s) misisti. Spiritus enim Sanctus (t) in te, & supra te excelsos & sublimiores valdeque vene-

(q) Calamo, qui *res notat*, hoc est, quo adliteras ducendas utimur, uti atramentum literas scriptas oculis objicit. (r) Magistratibus. De his enim ponitur a Seneca & Lucilio consultus Paulus. (s) Corinthus primaria Achajæ urbs, unde quæ ad Corinthios scripsit Apostolus, universis Achæis scripsisse potest videri, præcipuè propter distertum locum 2. Cor. I. 1. (t) Hoc si intellexisset Seneca, cultum sermonis in scriptis Pauli non desideratsset, is

Digitized by Google

venerabiles sensus exprimit. Vellem itaque cum res eximias proferas, ut majestati earum cultus sermonis non desit. Et ne quid tibi, frater, surripiam, aut conscientiæ meæ debeam; confiteor Augustum (u) sensibus tuis permotum: cui, lecto literarum tuarum exordio, hæc vox fuit: Mirari eum posse, ut, qui non legitimè imbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, solere Deos ore innocentium effari, addens ei exemplum Vatinii (x) hominis rusticuli; cui cum duo Viri apparuissent in agro Reatino, qui Castor & Pollux sunt nominati, divinitus inltructus fuit. Vale.

VIII. Paulus Senecæ Salutem. 4.

Licet non ignorem, Cæsarem nostrarum rerum admiratorem & amatorem esse, permittes tamen te non lædi, sed admoneri. Puto enim

qui dictionem in Philosopho non respiciendam tam graviter disserit epist. 100. *Vis illum assidere pusillæ rei, verbis? Ille rerum se magnitudini addixit: eloquentiam velut umbram, non hoc agens, trahit.*

(u) Imperatorem Neronem, cui scripta Pauli prælecta tradit etiam pseudo Linus: *& scripta illius quidam Magister Cæsaris coram illo relegit, & in cunctis admirabilem reddidit.* Hunc Epistolæ locum tanquam Senecæ laudat Sabellicus Ennead. 7. lib. 2. (x) Pro P. *Vatieno* sive *Vatinio* malè *Vaticanum* hoc loco exhibent Sixtus Senensis, & qui eum sequuntur. Memorat eandem

Digitized by Google

enim te graviter (y) feciſſe, quod in notitiam perferre voluiſti, quod ritui & diſciplinæ ejus ſit contrarium; cum & ille gentium Deos colat. Quid tibi viſum ſit, ut hoc eum ſcire velles, non video. Sed nimio amore meo facere te hoc exiſtimo. Rogo te de futuro, ne id agas: Cavendum eſt enim, ne dum me diligis, offenſam Domino facias: cujus quidem offenſa nec oberit, ſi perſeveraverit (z) neque ſi non ſit, proderit. Si eſt regina, non indignabitur (a) ſi mulier eſt offendetur. Bene Vale.

IX. Paulo Annæus Seneca Salutem. 5.

Scio te non tam mei cauſa commotum literis, quas ad Te de editione epiſtolarum tuarum Cæſari feci, quam natura rerum: quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus & moribus revocat, ut non hodie admirer: (b) quippe ut is qui multis documentis hoc jam notiſſimum

narrationem de Vatieno Cicero l. 2. de Nat. Deor. Sect. 6. & Valer. Max. lib. 1. c. 8. cui *Vatinius* dicitur, & Reatinæ præfecturæ Vir, h. e. qui in præfectura Reatina habitaſſet, & ex ea Romam tenderet. P. *Vatinium* vocant etiam Lactantii codices l. 2. c. 8. Rem narrat, nomen Vatinii ſive Vatieni ſilentio involvit Plutarchus in Paulo Aemilio p. 268.

(y) Rem duram & difficulter probandam commiſiſſe.

(z) Deos gentium colere. (a) Cæſarem doctrina Chriſtiana imbui. (b) i. e. admirari demum incipiam.

Digitized by Google

mum habeam. Igitur novè (c) agamus, tu, si quid facile (d) in præteritum actum est, veniam irrogabis. Misi tibi librum (e) de verborum copia. Vale Paule chrisſime.

X. Paulus Senecæ Salutem. 5.

Quoties tibi ſcribo, & nomen meum tibi præfero, gravem & ſectæ meæ incongruam rem facio: debeo enim, ut ſæpè profeſſus ſum, cum omnibus omnia eſſe (f); & idem obſervare in tuam perſonam, quod lex Romana (g) honori Senatus conceſſerit, ſcilicet in epiſtola ultimum locum eligere, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrii fuerit.

Rrr Vale

(c) De integro. (d) Inconſideantius. (e) Thomaſius in Catalogo Bibl. Patavinarum p. 58. teſtatur Patavii in Bibliotheca S. Antonii manuſcriptum in membrana exſtare *Lucii Annæi Senecæ Cordubenſis Stoici diſcipuli librum de copia verborum ad B. Paulum.* Eundem obſervavit in Catalogo librorum MSS. Bibliothecæ refertiſſimæ Gudianæ, itemque in aliis. *Nugæ*, *nugæ* inquit Nicolaus Antonius eundem librum ſuppoſititium memorans p. 3 1. Bibl. Hiſpan. Veteris. (f) 1. Cor. IX. 20. (g) Hanc legem conſictam eſſe nemo dubitabit, qui meminerit Plinium Junioremetiam ad Imperatores ſcribentem ſuum ſemper nomen præfigere: *C. Plinius Secundus Veſpaſiano ſuo ſalutem. C. Plinius Trajano Imp. Salutem dicit.*

Digitized by Google

Vale devotissime Magister(h). Data quinto Calendarum Julii, Nerone IV. & Messala Consulibus.

XI. Paulo Annæus Seneca Salutem. 6.

Ave(i) mi Paule charissime. Si mihi hominique meo vir tantus & dilectus omnibus modis, non dico fueris junctus sed necessario mixtus: (k) aptè actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur vertex, & altissimorum omnium montium (l) cacumen, haud te indignum in prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tam tentare, quam ludere videaris, quippe cum scias, civem esse te Romanum. (m) Nam qui meus,

(h) Ineptum planè in ore Apostoli hoc Senecæ elogium, sed non minus falsa subscriptio anni, nisi pro Nerone IV. legas Nerone III. Nerone enim tertium Consule Collega in Consulatu fuit Valer. Messala A. U. C. 811. Christi 58.

(i) In principio Epistolæ Augusti Imp. apud Gellium XV. 7. *Have mi Cai, meus ocellus jucundissime.* Similia apud Ausonium & alios. (k) Arctissimè, necessarii amici instar, unitus ac conjunctus. Sic *animorum animos permisceri* dixit Cicero in Lælio. Et scriptores Catholici ante ortum Eutychen tam Græci quam Latini non dubitárunt hoc sensu unionis intimæ & conjunctionis in persona Christi dicere *hominem Deo permixtum*, ἄνθρωπον τῇ θεότητι αὐτῇ ἀναχεκραμένον. Neque post Eutychis tempora plane illius generis phrasibus abstinuerunt. Vide Cotelerium 1. Monument. Eccles. Gr. p. 467. Benedictinorum prolegomena ad Hilarium p. 54. seq. & Rev. D. Sam. Benedicti Carpzovii prolegomena ad Opera Hieronymi Welleri τὸ μακαρίτης. (l) Ex Es. II. 2. (m) Vide Gro-

Digitized by Google

meus, tuus apud te locus, qui tuus, velim (n) ut meus. Vale Paule chrisſime. Data X. Cal. Aprilis, Aproniano (o) & Capitone Conſulibus.

XII. Paulo Annæus Seneca Salutem. 7.

Ave, mi Paule chariſſime. Putasne me haud contriſtari, & non luctuoſum eſſe, quod de innocentia veſtra ſubinde ſumatur ſupplicium? De hinc quod tam obnoxios vos reatui omnis populus judicet, putans à vobis effici, quod in urbe contrarium (p) fit? Sed feramus æquo animo, ut utamur foro (q) quod ſors conceſſit, donec invicta felicitas finem malis imponat. Tulit & priſcorum ætas Macedonem Philippi filium (r) & Dionyſium: noſtra quoque Cajum Cæſarem; quibus, quicquid libuit, licuit. Incendium urbs Romana unde ſæpe (s) patiatur, Rrr 2 mani-

tium ad Act. XXII. 28. & Illuſtris doctrinæ Virum Ez. Spanhemium Exerc. I. de Orbe Romano T. XI. Theſauri Antiquit. Roman. Græviani p. 53. (n) Hunc locum reſpicit Hieronymus, ut jam notatum Fabro Stapulenſi. Vide quæ ſupra p. 881. (o) Itaſcripſi pro Apriano. Aproniani & Capitonis conſulatus incidit in annum Chriſti 59, U. C. 812.
(i) i. e. quicquid accidit infelix & noxium, puta incendium urbis, de quo mox. (q) Foro juſtitiæ divinæ, quod ſolum nobis reliquum facit Imperatoris tyrannis.
(r) Perſarum Darium hoc loco malè inſerunt quædam editiones. (s) Sæpè incenſam ſub Nerone Romam neſcio, qui tradant, ſed unum illud celeberrimum incendium Neroni ipſi auctori tribuunt Dio lib. 62. p. 705. Sveronius in Nerone c. 38. Tacitus XV. Annal. ne Chriſtianos jam memoram.

Digitized by Google

manifestè constat, sed si effari humilitas humana potuisset, & impunem his tenebris loqui liceret, jam omnes omnia viderent. (t) Christiani & Judæi, quasi machinatores incendii supplicio affici solent. Grassator iste quisquis est, cui voluptas carnificina est, & mendacium velamen, tempori suo destinatus est, & sicut optimi cujusque caput pro uno donatur capite, ita unum pro multis dabitur caput (u) & hic devotus pro omnibus igni cremabitur: (x) centum triginta duæ domus (y) insulæ quatuor sex diebus arsere: septimus paulam dedit. Benè te valere opto. Data quinto Cal. April. Frugi (z) & Basso Consulibus.

XIII.

(t) Sic interpungendus iste locus. (u) Æneid. V. 815
(x) Igne suppliciorum sempiternorum apud inferos.
(y) Longè plures domus conflagrasse certum, itaque numerum millesimum excidisse crediderim. Etiam insularum non quaternionem sed *immensum numerum* arsisse tradit Svetonius, testatus hac clade sævitum, *per dies sex, sepetĕque noctes*. Per insulas intelliguntur ædificia in urbe, quæ non junguntur communibus parietibus cum vicinis, circuituque publico aut privato cinguntur. Vide Festum, & Gellii lib. 15. c. 1. (z) A. C. 64. U. C. 817. decimo Neronis & uno ante mortem Senecæ, Roma à Nerone incensa C. Lecanio Basso & M. Licinio Crasso Frugi Coss. Pro *Frugi*, quod nomen hoc loco reponendum vidit etiam Læsius Bisciola, priores epistolarum editiones malè habent *Frigio*.

Digitized by Google

XIII. Paulo Annæus Seneca Salutem. 8.

Ave, mi Paule chariſſime. Allegoricè (a) & ænigmaticè multa à te usquequaque opera conduntur, & ideo rerum tanta vis & muneris tibi tributa; non ornamento verborum (b) ſed cultu quodam decoranda eſt. Sæpius te dixiſſe retineo, multos, qui talia affectent, ſenſus corrumpere (c) & rerum virtutes evitare. Cæterum hoc mihi concedas velim, latinitati (d) morem gere, honeſtis vocibus ſpeciem adhibe, ut generoſi muneris conceſſio dignè à te poſſit ex-

(a) Allegorias potius explicat Paulus, ut Gal. IV. 24. quam allegoricè & ænigmaticè ſcribit. Et δυσνόητα, de quibus 2. Pet. III. 16. non ſunt in Pauli dictione ſed in rebus ipſis, itaque Petrus ibi non ait ἐν αἷς ſed ἐν οἷς. (b) Hoc ipſe præfert Paulus 1. Cor. I. 17. 2. Cor. I. 4. ſq. XI. 6. (c) Paulus ait ſe non adhibere σοφίας λόγῳ, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ, *ne inanis reddatur crux Chriſti.* (d) Melch. Inchoferus hiſtor. Sacræ Latinit. l. 5. c. 6. contendit Paulum Romæ per biennium verſantem latina lingua & Evangelium prædicaſſe, & cauſam ſuam coram Imperatore egiſſe. *Latinè vero ipſum egiſſe & majeſtas linguæ & Romanæ mos gentis in ipſa præſertim urbe & (ſi quibusdam credimus) epiſtolæ ad Senecam datæ pervincunt, ultroque ſuadet ipſa ejusdem vox in domino gloriantis: Gratias ago Deo meo quod omnium* (in Græco 1. Cor. XIV. 18. eſt πάντων ὑμῶν μᾶλλον) *linguis loquor.*

Digitized by Google

expediri. Bene vale. Data V. Nonas Julii, Leone & Savino (e) Consulibus.

XIII. Paulus Senecæ Salutem. 6.

Perpendenti (f) tibi ea sunt revelata, quæ paucis divinitas concesit. Certus igitur ego in agro jam fertili semen fortissimum fero, non quidem materiam, quæ corrumpi videtur, sed verbum stabile Dei derivamentum crescentis & manentis in æternum. Quod prudentia tua assecuta est, indeficiens ferre (g) debebit. Ethnicorum Israëlitarumque observationes censeo vitandas. Quæ propemodum adeptus es, Regi temporali ejusque domesticis atque fidis amicis insinuabis. Quibus, etsi aspera & incaptabilis erit persvasio tua, cum plerique eorum minimè flectantur insinuationibus tuis: sermo tamen Dei instillatus novum in his hominem pariet ad Deum hinc properantem. Vale Seneca charissime nobis. Data Cal. Augusti, Leone & Savino (h) Consulibus.

DE

(e) Hæc nomina Consulum frustra quæres in fastis. Forte pro Leone legendum Cæsonio, qui cum P. Petronio Sabino Turpiliano Consul fuit A. C. 61, U. C. 814. (f) Hæc Epistola paulo aliter legitur in editione Bremensi A. 1692. in qua Latinè & Germanicè exstat. Cum vero, mutationes illas Interpretis esse putem, neque necessarias, neque ullo MS. codice nixas, easdem cum bona ut spero, lectoris venia prætermisi. (g) Ita scripsi pro fore. (h) Al. *Catone*. Sed nec Cato, nec Leo inter Consules, Senecæ ætate. Vide quæ ad Epist. præcedentem.

Digitized by Google

De Aliis Epistolis, Falso Pauli aliorum ve Apostolorum nomine jactatis.

I. Non sumus tam alieni à sensu communi, ut credamus ideo quia quorundam Apostolorum singulas duntaxat habemus Epistolas, aliorum perpaucas, plerorumque nullas; propterea nullas quoque vel non plures ab illis quoad viverent, etiam privatim Epistolas scriptas esse, quàm in sacrum relatæ Canonem, Ecclesiæ usibus divino beneficio concessæ fuerunt. Sed alia quæstio est, num idcirco desit aliquid necessariæ ad salutem doctrinæ Apostolicæ, quia non omnia quæcunque unquam calamo consignarunt, habemus: Vel num ideo temere nobis tanquam Apostolica obtrudere pati debeamus, quæ & charactere spiritus Apostolici & testimonio Ecclesiæ destituuntur.

II. Sunt viri eruditi (a) qui perditæ cujusdam Epistolæ suæ mentionem facere non dubitant PETRUM 1. Epist. V. 12. Διὰ Σιλουανοῦ ὑμῖν, τοῦ πιστοῦ ἀδελφοῦ ὡς λογίζομαι, δι' ὀλίγων ἔγραψα, παρακαλῶν καὶ ἐπιμαρτυρῶν ταύτην εἶναι ἀληθῆ χάριν τοῦ θεοῦ, εἰς ἣν ἑστήκατε. *Per Silvanum fidelem fratrem, ut arbitror, vobis breviter scripsi.*

(a) Colomesius Observ. Sacr. p. 65. Grotius ad h. l.

Digitized by Google

psi, obsecrans & contestans hanc esse veram gratiam Dei, in quâ statis. Rectius alii tamen (b) Petrum ibi de ea ipsa contendunt priore sua loqui Epistola, quod etiam videntur agnovisse interpretes Arabs eoque antiquior Syrus. Præcipue cum in posteriore III. 1. diserte dicat: *ταύτην ἤδη, ἀγαπητὲ δευτέραν ὑμῖν γράφω Ἐπιστολήν. Hanc ecce vobis, charissimi, secundam scribo Epistolam.*

III PETRI ad JACOBUM Epistolam memorat Photius Cod. 113. cum altera Clementis, præfixam ejusdem Clementis recognitionibus in qua Petrus Actus suos ad Jacobum qui hos à Petro rogasset mittere se profitetur. *Ἡ μὲν τὸ Πέτρου Ἐπιστολὴ δηλοῖ Πέτρον τοὺς οἰκείας συγγράψαι πράξεις, καὶ πρὸς Ἰάκωβον αἰτησάμενον ταύτας ἀποστεῖλαι.* Sed quemadmodum Actus illos & Clementis recognitiones spurias & ab hæreticis suppositas supra notavi, ita Epistolam quoque illam à Petro Apostolo scriptam haud fuisse perspicuum est. Aliam (c) Epistolam Petri posteriorem ad Jacobum legit produxitque Franciscus Turrianus, librorum inediterum helluo, in Apologia pro Epistolis Pontificum lib. 4. c. 1. & lib. 5. c. 23. Græce & latine Clementinis præfixit Cotelerius T. 1. Patrum Apostol. p. 602. unde placet eam quia non adeo prolixa est, hoc loco integram describere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

(b) Calovius Bibl. illustrat. Hammondus &c. (c) Priore mittit illi Actus suos, posteriore hac, ne temere illos quibuslibet evulget, hortatur.

Digitized by Google

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΠΕΤΡΟΥ πρὸς ΙΑΚΩΒΟΝ.

EPISTOLA PETRI ad JACOBUM.

Johanne Baptista Cotelerio interprete.

Πέτρος Ἰακώβῳ τῷ κυρίῳ καὶ ἐπισκόπῳ τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὑπὸ τῶν ὅλων πατρὸς διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν εἰρήνῃ πάντοτε.

PEtrus Jacobo Domino & Sanctæ Ecclesiæ Episcopo, ab omnium rerum Patre per Jesum Christum in pace perpetuò.

I. Εἰδώς σε, ἀδελφέ μου, ὡς τὴν κοινὴν πᾶ-

I. Cum sciam te, frater mi, ad id quod

(d) Henricus Dodwellus vir doctissimus diss. 6. in Irenæum §. 10. suspicatur Epistolam hanc ab Ebionita quodam confictam, fuisse præfationem Κηρύγματος sive *Prædicationis Petri*, à Clemente Alexandrino & aliis veteribus lectæ. Sed Clarissimus Grabius qui illius prædicationis Apocryphæ fragmenta diligenter collegit T. 1. spicilegii, p. 59. recte observavit in hac Epistola memorari κηρυγμάτων βίβλους jam antea ad Jacobum missas, non denuim cum hac Epistola mittendas. Deinde per istos prædicationum libros idem Grabius non existimat notari opus alterum de quo dixi, sed X. libros recognitionum.

Digitized by Google

συμφέρον ἐστὶν σπεύδοντα προθύμως, αἰτῶ, καὶ δεομαι, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἀς ἔπεμψά σοι βιβλους μηδενὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἐθνῶν μεταδῶναι, μήτε ὁμοφύλῳ πρὸ πείρας. Ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ παραδῶναι τὴν ἀγωγὴν κατὰ τὸν καὶ τίς ἑβδομήκοντα (e) ὁ Μωϋσῆς παρέδωκε τοῖς τὴν καθέδραν αὐτοῦ παρειληφόσιν. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ καιρὸς τῆς ἀσφαλείας μέχρι τῆς δύσεως φαίνεται. Τὸν γὰρ αὐτὸν οἱ πανταχῆ ἔθνοι τῆς μοναρχίας καὶ πολιτείας φυλάσσουσι κανόνα· οὐ μηδένα τρόπον ἄλλως φρονεῖν ὑπὸ τῶν πολλὰς νεύσεων γραφῶν

communiter omnibus nobis conducibile est, alacriter festinare: rogo & precor, ut meatum prædicationum quos ad te misi libros nulli ex Gentilibus tradas, neque etiam tribuli ante experimentum. Sed si quis probatus, dignus repertus fuerit, tunc ipsi tradas; secundum eum modum, juxta quem Moses septuaginta Viris cathedræ suæ Successoribus tradidit. Idcirco enim cautionis fructus in hunc usque diem apparet. Eandem quippe de unitate Dei & de vitæ institutione normam observant omnes ubicunque sint ejus nationis homines, nec ullo modo possunt per scripturas quæ multa innuunt, extra viam abri-

ἐξι-

(e) Num. XI. 16. seq. (f) Al. ὁμοεθνεῖς.

Digitized by Google

ἐξοδευθῆναι δυνηθέντες. Κατὰ γὰρ τὴν παραδοθεῖσαν αὐτοῖς κανόνα τὰ τῶν γραφῶν ἀσύμφωνα (g) πειρῶνται μεταρρυθμίζειν, εἰ δή τις ψυχὴν μὴ εἰδὼς τὰς παραδόσεις, καθ' ἃς πρὸς τὰς τῶν προφητῶν φωνὰς συμφωνοῦσι· διὸ οὐκ ἔνεκεν ἀδεοῦς διδάσκειν ἐπιτρέπουσιν, ἐὰν μὴ πρότερον μάθοι, πῶς δεῖ ταῖς γραφαῖς χρῆσθαι. Διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῖς εἷς Θεὸς, εἷς νόμος, μία ἐλπίς,

pi, ut aliter sentiant. Nam secundum traditam ipsis regulam scripturarum dissona nituntur reformare; si quis forte ignarus traditionum, ad Prophetarum varia significantes voces obtorpescit. Propter quod neminidocere permittunt, nisi prius quo pacto scripturis sit utendum didicerit. Ideo apud illos est unus Deus, una lex, spes una.

II. Ἵνα οὖν τὰ ὅμοιον καὶ παρ' ἡμῖν γένηται τοῖς ἑβδομήκοντα, ἡμῶν ἀδελφοῖς ὡς βίβλος μετὰ τῶν κηρυγμάτων δοθῇ μετὰ τῆς ὁμοίας τῆς ἀγωγῆς μυστηρίου, καὶ θέλοντας τὸ τῆς διδασκαλίας ἀναδέξασθαι μέ-

II. Quo igitur simili modo apud nos fiat nostris fratribus, ac illis septuaginta, libros Prædicationum mearum pari cum ratione mysterii trade, ut instruant eos, qui suscipere munus doctrinæ, atq; instruere volunt.

ρος,

(g) Ita legit Cotelerius pro σύμφωνα.

Digitized by Google

ρος, ἐφοδιάζωσιν. Ἐπὶ ἐὰν μὴ ἔτως γένηται, εἰς πολλὰς γνώμας ὁ τῆς ἀληθείας μῶν διαιρεθήσεται λογος. Τὸ δὲ ἧχ ὡς ὁ προφήτης ὢν (h) ἐπίσταμαι· ἀλλ' ἤδη αὐτὸ τὸ κακὸν τὴν ἀρχὴν ἀρῶν. Τινὲς γὰρ τῶν ἀπὸ ἐθνῶν, τὸ δι' ἐμοῦ νόμιμον (i) ἀποδοκίμασαν κήρυγμα, τὸ ἑτερον ἀνθρώπων ἄτεμον ἵνα καὶ φλυαρώδη προσημάμενοι διδασκαλίαν. Καὶ ταῦτα ἐπ' μοι περιόντος ἐπεχείρησάν τινες ποικίλαις τισὶν ἑρμηνείαις τὰς ἐμοὺς λόγους μεταχηματίζειν εἰς τὴν τοῦ νόμου κατάλυσιν, ὡς καὶ ἐμοῦ αὐτοῦ ἔτω μὲν φρονοῦντος, μὴ ἐκ παρρησίας δὲ κη-

Quandoquidem si ita non fiat, veritatis sermo noster multas in opiniones dividetur. Porro illud non quasi sim Propheta scio, sed quid jam initium mali ipsius viderim. Siquidem nonnulli a gentibus legalem meam rejecerunt prædicationem; inimici hominis legi contrariam quandam & nugacem doctrinam amplexi. Atque hæc superstite me tentaverunt aliqui; variis interpretationibus verba mea transformare, ad eversionem legis; quasi ego etiam ita quidem sentiam, non audeam tamen prædicare, quod abhit. Id enim repugnare est Dei legi à Moso prolatæ, & à Do-

(h) Al. ἧχ ὡς προφήτης ὢν. (i) Scriptor Ebionita videtur perstringere Paulum tanquam legi, velut illa hæresis calumniabatur, adversarium.

Digitized by Google

ρύσασθαι. Ὅπερ ἀπίθανον. Τὸ γὰρ τοιοῦτο, ἀνυπερόσεων ἐστὶ τῷ τοῦ θεοῦ νόμῳ, τῷ διὰ Μωϋσέως ῥηθέντι, καὶ ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν μαρτυρηθέντι, τὴν εἰς τοῦτο αἰδίαν αὐτοῦ διαμονήν. Ἐπεὶ ὅτως εἶπεν. (k) ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται, ἰῶτα ἓν ἢ μία κεραία οὐ μὴ παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ἵνα τὰ πάντα γένηται. Οἱ δὲ οὐκ οἶδα πῶς τὸν ἐμὸν νοῦν ἐπαγγελλόμενοι, ὃς ἤκουσαν ἐξ ἐμοῦ λόγους, ἐμοῦ τοῦ εἰπόντος· αὐτοὶ φρονιμώτερον ἐπιχειροῦσιν (l), λέγοντες τοῖς ὑπ' αὐτῶν κατηχημένοις, τοῦτο εἶναι τὸ ἐμὸν φρόνημα, ὃ ἐγὼ οὐδὲ ἐνεθυμήθην. Εἰ δὲ ἐμοῦ ἔτι περιόντος τοιαῦτα τολμῶσιν

mino noſtro teſtimonium habenti de perpetua ſua duratione: quoniam ſic dixit, *cœlum & terra tranſibunt: Jota unum, aut unus apex non præteribit à Lege.* Illud autem dixit, ut omnia eveníret. At illi neſcio quomodo ſenſum meum repromittentes quæ ex me audierunt verba, melius me qui ea locutus ſum, aggrediuntur interpretari, dicentes iis quos inſtituunt, id eſſe ſententiam meam, quod ego ne quidem cogitavi. Si autem mé adhuc vivo talia ementiri audent; quanto magis poſt me idem audebunt facere, qui poſt me erunt.

(k) Matth. V. 18. Marc. XIII. 31. (l) Al. ἐπιχειροῦσιν ἐρμηνεύειν.

Digitized by Google

μῶσιν καταψεύδεσθαι· πόσῳ γε μᾶλλον μὴ ἐμὲ ποιεῖν, οἱ μεθ' ἐμὲ ποίησουσι (m);

3. Ἵνα ἐν μηδενὶ τούτῳ γένηται, τοῦτο ἕνεκα ἠξίωσα καὶ ἐδεήθην, τῶν ἐμῶν κηρυγμάτων ἃς ἔπεμψά σοι βίβλους, μηδενὶ μεταδῶναι, μήτε ἑμοφύλῳ, μήτε ἀλλοφύλῳ πρὸ πείρας. (n) Ἀλλ' ἐάν τις δοκιμασθεὶς ἄξιος εὑρεθῇ, τότε αὐτῷ κατὰ τὴν Μωυσέως ἀγωγὴν παραδῶναι, καθ' ἣν τοῖς ἑβδομήκοντα παρέδωκεν τοῦ; τὴν καθέδραν αὐτῶν παρειληφό-

3. Ne igitur quid hujusmodi contingat, ea propter oravi & deprecatus sum, mearum Prædicationum quæ ad te missi volumina nemini ante periculum factum tradas, neque tribuli, neque alienigenæ; verum si quis post probationem dignus repertus fuerit, tunc ipsi ex institutione Mosis concedas, juxta quam septuaginta Viris qui cathedram

σιν.

(m) Al. Τολμήσουσιν. (n) Sequitur apud Cotelerium post hanc Epistolam gravis contestatio, qua jubente Jacobo & advocatis in testimonium cœlo, terra, aqua, aëre, quicunque libros illos arcanos accipiunt obstringuntur se nunquam eosdem esse vulgaturos. De ejusmodi occultatione & κρύψει Ethnicis, Judæis & hæreticis antiquissimis familiari; multa collegit Usserius libro posthumo de scripturis & sacris vernaculis p. 252. seqq. Alia longe fuit *disciplina arcani* veterum Christianorum, quæ neutiquam dogmata spectabat, sed tantum circa ritus sacramento-

Digitized by Google

σιν. ἵνα ὕτως τὰς πίστεις Φυλάξωσιν, καὶ παντα-χῆ τὸν τῆς ἀληθείας κανόνα παραδῶσιν· ἑρ-μηνεύοντες ἅ πάντα ἐσχε τὴν παράδοσιν ἡμῶν· καὶ μὴ αὐτοὶ ὑπὸ ἀμαθείας καταστώμενοι, ὑπὸ τῶν ἰδίων ψυχῶν σοφασμῶν εἰς πλάνην ἑλκόμενοι ἄλλους εἰς τὸν ὅμοιον τῆς ἀπωλείας ἐνεγκωσιν βόθυνον. καὶ τὰ μὲν ἐμοὶ δοξαντα καλῶς ἐσήμανά σοι· τὸ δέ σοι δοκεῖν, κύριέ μου, πρεπόντως ἐπιτέλει. ἔρρωσο.

illius exceperunt, dedit: ut sic fidem servent, & ubique veritatis canonem tradant; cuncta interpretati ad traditionem nostram; & ne ipsi ab imperitia pertracti, ab animi conjecturis in errorem inducti alios in eandem perditionis foveam inducant. Et quidem quæ mihi videbantur, pulchre tibi significavi: quod vero tibi placebit, Domine mi, decenter exsequere. Vale.

IV. Prætereo Epistolam quam Petri Apostoli (a) nomine ad Pipinum Regem Francorum & Carolum ac Carolomannum filios ejus, patricios Romanorum scripsit Stephanus III. Papa,

rum versabatur, ut contra Schelstratenum late evicit Clarissimus W.E. Tentzelius parte 2. diss. select.

(a) Habeo hanc Epistolam pro emphatica & affectuosa profopopœia ad Pipinum movendum comparata, non pro fraude audacissima & nequissima, ut vocat Petrus Molinæus lib. 9. de pœnitentia c. 14. Neque enim puto Pipinum

Digitized by Google

Papa, cum ab Aistulpho Longobardorum Rege propemodum eliet oppressus & Româ ejectus, atque à Pipino ejusque filiis auxilium celerrime sibi ferendum incredibilibus obtestationibus expeteret, *Quidenim importunâ & imperiosa necessitas intentatum præterit, vel inexpertum relinquit?* ait Epistolam illam ex collatis binis exemplaribus Vaticanis describens Baronius ad A. C. 755. num. 17.

V. S. PAULUM Apostolum plures *Philippensibus* scripsisse Epistolas, colligat aliquis ex Polycarpi ad eosdem data Epistola num. 3. De Paulo enim agens, ὃς γενόμενος, inquit, ἐν ὑμῖν κατὰ πρόσωπον τῶν τότε ἀνθρώπων ἐδίδαξεν ἀκριβῶς καὶ βεβαίως τὸν περὶ ἀληθείας λόγον, ὃς καὶ ἀπὼν ὑμῖν ἔγραψεν ἐπιστολάς, εἰς ἃς ἐὰν ἐγκύπτητε, δυνηθήσεσθε οἰκοδομεῖσθαι εἰς τὴν δοθεῖσαν ὑμῖν πίστιν. *Qui fuit apud vos, & visus est secundum faciem illis qui tunc erant hominibus, qui docuit certissime atque firmissime verbum veritatis, qui & absens scripsit vobis Epistolas, ad quas deflectamini ut possitis ædificari in fide quæ data est vobis.* Verum idem Polycarpus num. 11. unius tantum Epistolæ meminit;

credidisse has literas vere à Petro Apostolo scriptas, neque Stephanum Papam hoc voluisse ut crederet Pipinus. Argumenta tamen ipsa fraude non carent, quibus ejusdem secularis dominii sui ac Principatus communem facit Pontifex cum Petro Apostolo & Ecclesia, Virgine Maria, thronis ac dominationibus & omni cœlestis exercitus militia. *Scilicet his superis labor est, ea cura beatos Sollicitat,*

Digitized by Google

minit: *Qui estis in principio Epistolæ ejus.* Itaque priore loco oportet esse enallagen numeri ut 1. Maccab. XII. 5. & 19. ad quem locum Grotius: *Sane Græci Epistolas pluraliter de una dicunt, sicut latini literas. Sic Josephus de hac ipsa Lacedæmoniorum Epistola XII. 4. in fine:* ἐκέμψαν δὲ ἐπιστολὰς ὧν τὸ ὑπόγραφόν ἐστι τοῦτο. Similem enallagen in Eusebii Hist. p. 212. c. & 242. b. observat Cotelerius, itaque & in Polycarpi loco hanc malo admittere, quam cum Steph. Lemonio, notis ad Varia sacra p. 332. & 343. suspicari Epistolam ad Philippenses in duas fuisse divisam partes, atque adeo pro binis Epistolis habitam: aut cum Salmerone affirmare, quod per Epistolas ad Philippenses, de quibus Polycarpus, intelligendæ sint præter Epistolam ad Philippenses, utraque ad Thessalonicenses, qui cum essent in Macedonia sicut Philippenses, Epistolæ ad Thessalonicenses jure possint censeri scriptæ ad ipsos Philippenses quoque.

VI. Qui priorem quandam Pauli Epistolam ad *Ephesios* exsulpere voluntè verbis Eph III. 3. καθὼς προέγραψα ἐν ὀλίγῳ, *sicut paulo antè paucis scripsi*, argumento nituntur valde infirmo, nam res ipsa docet illum respicere ad ea quæ eâdem Epistola capite primo v. 9. seq. differuerat, ut interpretes Græci & latini, veteres ac recentes doctissimi quique consentiunt.

Digitized by Google

Neque adeo mirum videri debebat Blondello & aliis viris doctis, quod Ignatius in Epistola ad Ephesios num. 12. de Paulo scripsit: ὃς ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ μνημονεύει ὑμῶν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Quæ verba vetus interpres reddidit: *qui in omni Epistola memoriam facit vestri in Jesu Christo.* Verum Is. Vossius Epistola 1. ad Rivetum monuit hæc ita esse intelligenda: *Paulus tota Epistola vestri meminit, id est totam Epistolam ad vos scripsit. Nam ἐν particula sæpissime redundat. Ita ἐν βέλει πληγεὶς telo percussus. Imo & ipse Ignatius ad Trallianos: ἵνα μὴ εἰς μαρτύριον ὦ ὧν ὑμῖν γράψας. Et ad Romanos: ἐβαστάνετε ἐν ᾄδῃ.* Propius adhuc verum sensum perspexit acutissimus Cotelerius, cujus hæc est verborum Ignatii interpretatio: *qui tota Epistola memor vestri est in Christo Jesu. Frustra sunt & Andabatarum more digladiantur viri literati, non videntes ἐν πάσῃ ἐπιστολῇ esse in tota Epistola, ad Ephesios nimirum scripta, qua illos laudat valde ac semper commendat, nunquam reprehendit Apostolus, ut fuit a Hieronymo observatum.*

VII. Superstite adhuc Paulo fallam quandam sub ejus nomine Epistolam ad *Thessalonicenses* missam esse, non ab re colligunt veteres quidam scriptores ex 2. Thess. II. 2. Chrysostomus:

Digitized by Google

nus: ἐνταῦθα δοκεῖ μοι αἰνίττεσθαι περιέναι τινὰς ἐπιστολὴν πλάσαντας δῆθεν ἀπὸ τοῦ Παύλου, καὶ πάνυ ἐπιδεικνυμένους λέγειν ὡς ἄρα ἐφέστηκε τὸ Κυρίου ἡ ἡμέρα, ἵνα πολλοὺς ἐντεῦθεν πλανήσωσιν. Theophylactus: Καὶ γὰρ καὶ ἐπιστολὰς πλάττοντες ὡς δῆθεν Παύλου σαλεύουσι τοὺς ἀκούοντας ἃ ἔλεγον. Oecumenius: Καὶ ἐπιστολὰς γὰρ ὡς ἐξ ὀνόματος τοῦ Παύλου ἔπλαττον, τοῦτο δῆθεν δηλώσας. Ante hos Origenes in Epistola ad charos suos in Alexandria apud Rufinum de adulteratione librorum Originis p. 881. *Sed nihil mirum mihi videtur si adulteretur doctrina mea ab inimicis meis, & tali adulterio corrumpatur, quali adulterio corrupta est Epistola Pauli Apostoli. Quidam enim sub nomine Pauli Apostoli falsam Epistolam scripserunt ut conturbarent Thessalonicenses, quasi instaret dies Domini, ut seducerent eos. Propter hanc Epistolam in secunda ad Thessalonicenses* &c. Alii tamen non existimant Paulum hoc jam factum innuere, sed tantum Thessalonicenses præmunire, si id forte contingat, ne se decipi patiantur. Ita quidem Theodoritus, & scriptor commentariorum qui Ambrosio vel Hilario diacono vulgo tribuitur. Autor Pelagianus commentariorum in Pauli Epistolas, qui leguntur inter opera Hieronymi: *Poterat enim & hoc diabolica excogitare versutia, sicut in multis Apo-*

Digitized by Google

cryphis apparet, quæ ad fidem perfidiæ faciendam Apostolorum nomine intitulantur. Atque inde Grotius observat in extremo Epistolæ hujus Posterioris ad Thessalonicenses Paulum cum illis communicasse ἰδιόγραφον σημεῖον, quo veluti signo impresso (a) Epistolas suas à subditiis dignoscerent ac dijudicarent.

VIII. Epistolam deperditam ad *Corinthios*, quæ scripta fuerit ante binas illas quas habemus, à Paulo allegari 1. Cor. V. 9. (b) post Anselmum & Thomam Aquin. non dubitarunt Lira, Cajetanus

(a) Vide Ausonium Tollii p. 670.

(b) Ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ Ἐπιστολῇ. Quibus verbis deperditam quandam Pauli Epistolam respici sentit etiam autor Commentariorum qui Ambrosio adscribuntur. Ita sane, si Chamierum audias lib. 9. de Canone c. 5. §. 15. & Lemonium p. 342. ad Varia sacra. Sed si commentarios ipsos evolvas, contrarium reperies. En verba: *Scripsisse se significat prius, ubi commonet illos ne jungerent se malæ vitæ hominibus. Et quia non intellexisse forte ea quæ scripserat videbantur, nunc, in hac Epistola quid scripserit, interpretatur dicens, non utique fornicariis hujus mundi, sed à fratribus talibus scripsi recedendum.* Aliter longe Anselmus, alterius sententiæ Patronus: *Epistolam quandam quæ modo non habetur miserat illis, in qua præceperat ne conjungerent se fornicatoribus & cæteris de quibus nunc dicitur &c.*

Digitized by Google

tanus, Bellarminus & alii Romanarum partium scriptores, è Protestantibus Beza, Rudolphus Gvalterus, Grotius, Johannes Clericus, Colomesius,(c)Sandius(d)& pauci quidam alii. Sed verbis ἐν τῇ ἐπιστολῇ hanc ipsam in qua verba illa extant Epistolam ab Apostolo intelligi & respici ad V. 2. consentiunt Chrysostomus, Theodoritus, Theophylactus, Photius apud Oecumenium, & e latinis autor commentarii Hieronymo tributi. E recentioribus Erasmus, Sixtus Senensis (e), Baronius (f), Cornelius à Lapide, & e Reformatis ac nostratibus tantum non omnes. Sane verba ἔγραψα ὑμῖν ἐν τῇ ἐπιστολῇ reddi posse, *scripsi vobis in hâc Epistolâ*, (perinde ut Rom. XIV. 22. 1. Thess. V. 27. Act. XV. 30. & XXIII. 33. Coloss. IV. 16.) probatum dedit insignis Argentoratensium Theologus Isaacus Eaustius ὁ μακαρίτης, singulari exercitatione de Epistola Pauli prima ad Corinthios, quæ lucem adspexit A. 1671. In eadem §. 24. occurrit etiam argumento Bezæ ex v. 11. desumto, & per illud νυνὶ δὲ docet non opponi tempus tempori, sed sensum sensui. Illorum quoque sententiam qui posteriorem ad Thessalonicenses spectari putant propter locum 2. Thess. III. 6. & 14. refellit ex eo, quod ad Corinthios scribens Paulus ait, ἔγραψα ὑμῖν, *Vobis*. Alii, ut Johannes Claudius T. 5. Opp. posthum. p. 320. con-

(c) p. 66. Observ. sacr. (d) In nucleo Hist. Eccles. p. 8. (e) lib. 2. Bibl. S. in voce *Paulus*. (f) Ad A.

Digitized by Google

tendunt v. 9. ἔγραψα reddendum esse, non, *scripsi*, sed *scribo*, uti v. 11. νυνὶ δὲ ἔγραψα *nunc autem scribo* (g) Interim non defuere qui Epistolam quandam Pauli ad Corinthios, diversam ab editis, & Corinthiorum ad Paulum communiscerentur. Utramque vidisse se testatur Joh. Gregorius in præfat. ad Observationes in quædam S. Scripturæ loca (h) *Vidi & tertiam D. Pauli Epistolam ad Corinthios lingua Armena, cujus initium*: Paulus servus Jesu Christi. *Nec non & Epistolam Corinthiorum ad Paulum, cujus initium*: Stephanus - - fratri Paulo salutem. *Liber MS. Armenice cum versione Italica apud ingeniosissimum virum Gilbertum North. Kirstenius* * *autor est, multas extare Epistolas D. Pauli Arabice, nobis adhuc incognitas.* Ante Gregorium Jacobus Usserius vir cum paucis conferendus notis in Epistolam Ignatii ad Trallianos §. 11. *Cleobii vel Cleobuli mentionem fa-*

ctam

C. 57. num. 23. (g) Ego locum illum ita exponerem: *Scripsi vobis hac, præsenti Epistola, propterea ne fornicariis communicetis. Non loquor de Ethnicis, qui ferendi vobis sunt: Verum scripsi ista, ne tanquam fratri communicetis qui est fornicarius* &c. Certè verba c. 11. νυνὶ δὲ ἔγραψα non possunt de alia quam hac ipsa Epistola exponi, ergo etiam v. 9. quia utrinque sunt eadem verba: μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις. (h) Anglice Lond. 1650. 4. & latine T. 9. Criticor. sacror. Angl. p. 2760. * Præfat. ad Grammatic. Arabic. ubi ex præceptoris sui Arabis fide addit, illâ lingua extare etiam Concilium Apostolorum de quo Actor. XV.

Digitized by Google

Etiam invenio in Epistola quæ apud Armenios fertur ad Paulum *Apostolum, Corinthiorum scripta nomine. In ea enim Stephanus & cum eo presbyteri Neminus ac Bulbus, Theophilus ac Nomeson, nescio qui, beato Paulo significant: Simonem ac Cleobium exsecranda sua dogmata Corinthi disseminasse, quæ cujusmodi fuerint, ita sigillatim enarrant: Dicunt* Prophetas non esse legendos, Deum non esse omnipotentem, non esse futuram corporis resurrectionem. Hominem fuisse à Deo creatum prorsus negant, Jesum Christum ex corpore Mariæ Virginis natum fuisse non agnoscunt, neque à Deo mundum creatum fuisse volunt sed à quibusdam Angelis. *Armenicum hujus Epistolæ apographum Smyrnæ descriptum, unà cum Apocrypha B. Pauli ad eandem responsione (tertiæ ad Corinthios Epistolæ titulum præferente) penes Gilbertum Northum extat, virum & generis nobilitate & ingenii dotibus apud nos notissimum.* Aliud argumentum perditæ Pauli ad Corinthios Epistolæ nonnulli (i) petunt ex 2. Cor. XIII. 1. Ἰδὺ τρίτον τοῦτο ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς, sive ut in

(i) Vide Sandium loco allegato & Lemonium p. 341. 343. ad Varia sacra, qui ingeniosam addit conjecturam sed à sententia Pauli haud dubie alienam, nempe Apostolum scribere quod tertium jam veniat ad Corinthios, quia hæc secunda Epistola usque ad cap. 13. jam sat longa videatur,

Digitized by Google

MStis quibusdam extat, & legit Syrus interpres, notante etiam Grotio: ἰδὺ τρίτον τοῦτο ἕτοιμως ἔχω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, *ecce tertium me jam itineri ad vos paro*, quod disertis verbis ante dixerat XII. 14. bis enim Corinthi prius fuisse Apostolum constat ex 2. Cor. I. 16. unde quid ad tertiam probandam Epistolam colligi argumenti ex hoc loco possit, neutiquam video.

IX. Pauli Epistolas germanas truncarunt interpolarunt*que* hæretici quidam, ut *Marcion* in suo Apostolico, in quo alias Pauli Epistolas veluti ad Timotheum & Titum (k) plane expunxit, alias truncavit. Irenæus lib. I. c. 29. *Similiter autem & Apostoli Pauli Epistolas abscidit, auferens quæcunque manifeste dicta sunt ab Apostolo de eo Deo qui mundum fecit, quoniam hic Pater Domini nostri Jesu Christi, & quæcunque ex Propheticis memorans Apostolus docuit præannunciantibus adventum Domini.* Ejusdem Mar-

& quæ deinceps addit pro tertia haberi possint, licet prioris sint tantum appendix & pars ultima. (k) Tertull. V. 20. contra Marcion. Forte Marcionem innuit etiam Clemens Alex. lib. 2. Strom. p. 280. affirmans utrasque ad Timotheum ab hæreticis repudiatam fuisse. De Epistola ad Titum, hoc testatur etiam Hieronymus suo in illam Epist. commentario, prooem. Philastrii itaque qui hæresi 141. has ad Timotheum & Titum Epistolas à Marcione receptas affirmat, error est non minus manifestus, quam Marii Mercatoris notatus à me supra p. 360.

Marcionis fallarias manus perstringit Tertullianus lib. 5. contra Marcionem c. 21. & longe prolixius, locis ipsis adscriptis, Epiphanius hæresi 42. Marcionitar. p. 317. seq. qui ex Epistola ad Philemonem nihil adjungere se ait διὰ τὸ ὁλοσχερῶς αὐτὴν διαστρέφως κεῖσθαι, *quia integra apud ipsum, licet perverso collocata ordine* (l) *legatur*, ita enim illa verba mihi intelligenda videntur (m), quia Tertullianus & Hieronymus testantur suam Epistolæ huic brevitatem profuisse, ut in eandem manus suas mittere Marcion non auderet.

X. De *Tatiano* hæc refert Eusebius lib. IV. Hist. Eccles. c. 29. Τὰ δὲ Ἀποστόλου (n) Φασὶ τολμῆσαι πῃᾶς αὐτὸν μεταφέρειν φωνὰς, ὡς ἐ-

Sss 5 πιδιορ-

(l) Ordinem Epistolarum Pauli perturbatum esse à Marcione ex eodem Epiphanio constat. (m) Cornarius p. 168. & Petavius p. 372. vertunt: *quod apud illum omnino depravata legitur*, in qua versione acquiescunt Rev. D. Ittigius p. 140. de hæresiarch. & Richardus Simon Hist. Crit. N. T. lib. 1. p. 162. (n) Pauli, de quo paulo ante idem Eusebius: βλασφημοῦντες δὲ (οἱ ἐγκρατῖται καὶ Σεκηριανοὶ) Παύλου τὸν Ἀπόστολον ἀθετοῦσιν αὐτοῦ τὰς ἐπιστολὰς, μηδὲ τὰς πράξεις τῶν Ἀποστόλων καταδεχόμενοι. Rufinus: *obtrectant Paulo Apostolo, & refutant* (i. e. rejiciunt, ut supra p. 494. 622. &c.) *ejus Epistolas. Sed neque Actus Apostolorum suscipiunt.* Confer Theodoritum 1. hæret. fabb. c. 21.

Digitized by Google

πιδιορθώσεων αὐτὸν τὴν τῆς φράσεως σύνταξιν. Rufinus: *Dicitur autem & nonnulla ex sermonibus Apostoli permutasse, tanquam qui emendare velit ordinem compositionemque verborum.* Victor Capuanus Præfatione ad Harmoniam quam præter rem tribuit Tatiano: *sed & dictis Apostolicis manus profanæ emendationis, vel ut dicam verius, corruptionis dicitur intulisse.*

XI. De aliis quibusdam hæreticis Theodoritus lib 2. hæreticar. fabular. c. 5. ex parva labyrintho adversus Theodoti hæresin sive ab Origene sive ab alio quodam conscripta. Ταῦτα περὶ τούτου φήσας ὁ προρρηθεὶς συγγραφεὺς * προστέθεικεν ὡς οἱ τὴν αἵρεσιν συνταξάμενοι ῥαδιουργήσαι τὴν θείαν γραφὴν ἐτόλμησαν, καὶ τὰ μὲν περικόψαι, ἃ δὲ προσθεῖναι, διορθωκέναι ἃ οὐκ ἦν ἔχοντα λέγοντες, καὶ σοφωτέρους ἑαυτοὺς τῶν παλαίων πνεύματος ἀποφαίνοντες. Καὶ οὐδὲ τοῦτο συμφώνους αὐτοὺς διορθωκέναι λέγει, ἀλλὰ ἄλλως μὲν τὸν Θεόδοτον, ἑτέρως δὲ τὸν Ἀσκληπιάδην, καὶ Ἡρακλέωνα ἄλλως, καὶ τὸν Ἀπελλαϊστὴν ἑτέρως. Καὶ τούτων δὲ ἕκαστον ἐπιδιορθώσεις τῶν οἰκείων ποιήσασθαι, ὥστε πολλὴν εἶναι τῶν αὐλιγράφων διαφωνίαν. *Qui hæc autē de eo scripsit, hoc unoq; adjecit, quod qui*

* Autor parvæ Labyrinthi, quem Cajum presbyterum esse ex Photio Cod. 48. constat.

Digitized by Google

qui hæresin composuerunt, divinam etiam Scripturam temere innovare ausi sunt, & hæc quidem amputare, illa vero adjicere, quæ non bene habebant corrigere se dicentes, & se Sancto Spiritu sapientiores pronunciantes. Et nec in eo quidem faciendo eos inter se convenisse dicit. Sed aliter quidem Theodotum, aliter vero Asclepiadem, & aliter Hermophilum, aliter vero fecisse Apollonidem. Quin etiam unumquemque eorum sua propria correxisse, adeo ut exemplaria plurimum inter se dissentirent.

XII. In Bibliotheca Augustissimi Imperatoris teste Lambecio lib. 5. commentar. p. 103. Græce manu exarata occurrit ἐυχὴ τῦ ἁγίυ Παύλυ εἰς τὸν δάκνοντα ὄφιν, sive *exorcismus Viperæ*, confictus occasione loci Act. XXVIII. 4. seq. Initium hoc descripsit idem Lambecius: Ἐν ὀνόματι Πατρὸς καὶ τῦ ὑιῦ καὶ τῦ ἁγίυ πνεύματος. Ἐγὼ Παῦλος διώκτης καὶ λιθοβολιστὴς γέγονα τῶν τιμίων σκευῶν, καὶ ἐξῆλθον ἐν τῷ θαίρσει μυ εἰς Σικελίαν (imo in Maltam quæ est ad meridiem Siciliæ in Africo Mari) καὶ συνάξας φρυγάνων πλῆθος &c. Formula ipsa exorcismi incipit his verbis: Ἐξορκίζω ὑμᾶς πᾶς ἐξήκοντα πάντε γενεὰς τῶν θηρίων τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς.

XIII. In Epistola Renati Moreau fuit *Lucæ* Epistola ad Claudium Galenum, supposititia omnino,

Digitized by Google

mmino, judice Philippo Labbeo p. 217. Bibl. nov. MSS. Verum Lucas ille sive Lucius alius longe ab Evangelista Luca. Lucius nempe Tarsensis, præceptor Galeni qui ejus plus simplici vice meminit.

XV. Lucianum Confessorem sub nomine Pauli Apostoli libellos composuisse, ex Cypriani Epist. 23 (edit. Pamelii, Oxon. 27.) notat Sandius pagina prima nuclei sui, qui sæpius nuce cassa, si veritatem & accurationem requiras, inanior est. Nam & hic Paulum Martyrem Cypriani æqualem confundit cum Paulo Apostolo. De illo enim, non de hoc accipiendi Cypriani Martyris verba: *Nam frater noster Lucianus & ipse unus de Confessoribus, fide quidem calidus & virtute robustus, sed minus Dominica lectione fundatus, quædam conatus est, imperitis jam pridem se vulgi auctorem constituens, ut manu ejus scripti libelli gregatim multis nomine Pauli dentur.* Intelligit libellos intercessorios, lapsis ad pacem Ecclesiæ impetrandam datos, nomine Pauli Martyris, qui hoc in carcere ad huc positus mandaverit. Mentio ejusdem Pauli apud Cyprianum Epist. 20. & 29. (edit. Pamel. at Oxon. 22. & 25.)

XVI. Nescio sitne operæ pretium hoc loco referre etiam *Epistolam* Apocryphan S. JOHANNIS Apostoli ad Hydropicum, quam invenio apud

apud pseudoProchorum (n) in commentitia de S. Johanne narratione c. 34. quod integrum, ut eo promtius sit lectori judicare, exscribam. *Altera vero die contulimus nos in porticum quæ Domitiani (o) vocabatur, & illic convenerunt multæ turbæ ad Johannem. Erat autem illic homo quidam hydropicus, qui decem & septem annos infirmitatem habens desiderabat ut neque se movere neque verba proferre posset: is indicio atramentum & chartam petens scripsit ad Johannem:* Apostole Christi Johannes, ego infelicissimus obsecro te ut mei miserearis in hâc mea infirmitatis necessitate. *Accipiens autem Joannes Epistolam, gavisus est in viri fide, & scripsit ad eum:* Homini hydropico Johannes Christi servus & Apostolus Salutem.

Postulas à me tuæ infirmitatis opem, & in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti ab infirmitate tua dimittaris, & esto sanus.

Et cum accepisset, qui aquam patiebatur, Epistolam, & legisset, surrexit sanus, nullam in se

sen-

(n) T. 2. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 61. latine tantum. In Græca enim editione mutila non extat, nescio an in Codice Græco MS. hujus narrationis, quem in Bibl. Vindobonensi ab utraque Græca pariter & latina editione non mediocriter differentem extare testantur Lambecius & Nesselius 1. p. 204. (o) Finguntur hæc accidisse in Pathmo insula.

Digitized by Google

sentiens infirmitatis lasionem. Et turbe id signum videntes quod Johannes hydropico fecerat, mirabantur, & tanto magis ardebant eius audire predicationem. Et qui sanus effectus fuerat, procidit ad pedes Joannis, rogans ut daret ei signaculum Christi, & baptizavit eum Joannes in nomine Patris & Filii & Spiritus Sancti.

DE ALIIS QUIBUSDAM APOCRYPHIS

Sancto Apostolorum nomini adscriptis.

I.

Stephanus Pretorius Hamburgi A. 1595. 4. latine & Germanice cum Epistola Paulo tributa ad Laodicenses edidit has ex Clementis recognitionibus, Abdia, & Vincentio Bellovacensi sententias, præfixo splendido titulo: FRAGMENTA APOSTOLORUM.

Petrus qui dulcissimis lacrymis & altis suspiriis amantissimum suum Jesum semper prosecutus est, ad Nicetam quendam dixit: Non vi, nec munere hominum, nec merito operum,

Digitized by Google

rum, sed sola Dei liberalitate salus acquiritur per fidem Jesu. Item: Salutis initium ex Deo est, non ex homine. Idcirco Deus occasionem dat unicuique electo ut ingrediatur januam Vitæ. Ad Clementem sic dixit: Ne refuge suscipere Ecclesiæ gubernacula peccati periculo deterritus. Quin potius statue, te plus peccare, si populum Dei in mediis fluctibus periclitantem cum possis juvare tuâ opera destituas. Si autem pro omnium salute invigilabis, pro omnium salute præmia accipies. Ad eundem: Impietatis crimen est, neglectis verbi Dei Studiis sollicitudines suscipere seculares. Ad Albini conjugem & alios fratres: Fugiendum censetis ut mortem declinemus, quam multis suspiriis ut ingressum vitæ (p) expetivimus. Et moriens: Salve crux quæ quotidie carnes agni Immaculati fidelibus populis dividis, & serpentis dira venena poculo salutari depellis. Obsecro autem vos salutis meæ ministros, (q) ut crucifigentes me, caput meum deorsum, pedes autem sursum levetis.

Paulus vir brevis staturæ, nasi aquilini, angelici vultus, in cœlo edoctus, ad Plantillam Romanam moriturus dixit: Vale Plantilla, æternæ salutis plantula, & intellige nobilitatem tuam; Super nivem enim es dealbata, & in seriem Christi militum descripta, & cœlestis regni heres effecta.

In

(p) Sempiternæ. (q) Milites.

Digitized by Google

In *Apollo* tanta Spiritus S. gratia inerat, ut quos sermone tangeret, statim ardorem fidei amoris Dei, ac desiderii cœlestis in iis excitaret.

Barnabas veritatis ac pacis sermones semper habuit.

Thomas circuivit civitates, prædicavit verbum salutis, abundanter bona largitus est pauperibus. Dixit ad credentes: Parati estote ut sanctificemini, ut loti aquâ sacri fontis, regni æterni participes efficiamini. Innumerabilia enim sunt in cœlo palatia instructa, quæ pretio fidei comparantur. Ad filiam Regis Indorum, fides, inquit, est possessio omnium bonorum, Virginitas autem præcipuus est salutis æternæ fructus. Fulmine attonitos & prostratos ita consolatus est: surgite credentes, quia vos Dominus meus Jesus Christus salvos fecit, & ab omni ira ac læsione vindicavit.

Matthæus locutus est ad populum de lapsu & reparatione generis humani, nec non de ingenti felicitate novi paradisi.

Simon & *Judas* ad ducem Africanum: Si genus quæris, Hebræi sumus; si conditionem, servi Jesu Christi; si causam, salutis vestræ causa huc venimus, ut relicto errore simulacrorum, Deum verum qui in cœlis est agnoscatis & salvi fiatis. Ad eundem: Non licet nobis aliqua possidere in terra, quia nostra possessio est in cœlo. Nostrum testamentum est (r):

non

(r) Joh. XIV. 18.

Digitized by Google

non relinquam vos orphanos Satellites ad ducem: Noli credere his advenis ignotis & pannosis, quos videre vel audire injuria est Quibus Apostoli: Ne offendat vos habitus noster vilis. Intus enim latet quod æternam gloriam & vitam vobis afferre possit. Simon moriturus, video, inquit, Domini mei aspectum in medio Angelorum.

Ex Cratone (s) *horum Apostolorum discipulo: Bartholomæus* pallio albo incessit, ornatus annulis ac gemmis, semper hilaris, eodem vultu. Centies flexis genibus interdiu, centies noctu Deum invocavit. Omnium gentium linguas intellexit & locutus est, Verbum Spiritus vitæ prædicavit in Lycaonia, ubi ab impiis decoriatus est ad modum follis.

II. *Hæc sunt illa, tanquam Apostolorum, à jam dicto Prætorio vulgata fragmenta omnia.*

Tit a qui-

(s) Meminit hujus etiam Ordericus Vitalis lib. 2. Hist Eccles. p. 420. *Craton Apostolorum* (Simonis & Judæ) *discipulus quæ per annos XIII. egerunt & quæ in Persida passi sunt longa enarratione scripsit, & in decem Voluminibus universa comprehendit, quæ Africanus Historiographus in latinam linguam transtulit. Abdias etiam Episcopus Babyloniæ qui ab ipsis ordinatus est, sermone de illis scripsit Hebraico, quæ omnia in Græcum translata sunt ab Eutropio ejusdem discipulo, quæ universa nihilominus latinis interpretata sunt ab Africano. Inde abbreviatio excerpta est, gra-*

Digitized by Google

a quibus diversa esse existimo præcepta PETRI *&* PAULI *quæ inter MStos Codices Bibl. Mediceæ memorat Henricus Ernstius & Wilhelmus Langius, & inspecta sibi testatur Lud. Jacobus à S. Carolo Bibliothecæ Pontificiæ lib. 2. p. 177. Eadem autem ni fallor sunt* Πέτρου καὶ Παύλου τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διατάξεις *MSta in Codice Barocciano Bibliothecæ Bodlejanæ, quas Clarissimus Grabius T. 1. Spicilegii p. 85. sq. observat parum differre à capite 32. sqq. libri VIII. Constitutionum Apostolicarum ab Autore operis imperfecti in Matthæi VI. 3. & XXV. 18. & ab Oecumenio in Act. IX. 10. laudatarum sub nomine* Canonum. *Cæterum de Canonibus LXXXV. Sive L. qui & Constitutionibus Apostolicis subjecti sunt, & sine illis frequentissime editi, versi, illustrati & tanquam Apostolici in Ecclesiis, Orientalibus præsertim, jam pridem habentur & laudantur, de his inquam Canonibus verbum non addo ad ea quæ totis voluminibus disputata sunt à viris doctis Dallæo,* (t) *Larroquano* (u) *& Beveregio*

ea volentibus scire quæ principia prædicationis eorum fuerint, vel quo fine mundum dereliquerint & ad cœlestia regna migraverint. (t) Libro tertio operis de Pseudepigraphis Apostolicis, sive Constitutionibus, Apostolorum nomini falso adscriptis. Hardervici 1653. 8.

(u) In Animadversionibus ad annotationes Beveregii ad

Digitized by Google

gio(x)qui licet inter se discrepant(y)circa tempus quo Canones istos conditos esse volunt, in hoc tamen consentiunt, quod Apostolis sint suppositi. Nobilissime Constantinus de Castrovillare (z) Ordinis Minorum S. Franciſci de Paula post profligatos Turriani (a) & aliorum suorum ei ὁμοψήφων

Ttt 2 ordi-

Canones Apostolorum sine nomine autoris editis Rothomagi A. 1674. 8. (x) In notis ad Canones (quæ in Synodico magno sive Pandectis Canonum Oxon. 1672. fol. editis extant, & recusæ sunt in Tomo priore Patrum Apostolicorum Cotelerii, editionis Amstelodamensis) Vindiciisque notarum adversus Larroquanum, sive in Codice Canonum Ecclesiæ primitivæ, qui (post editionem Londinensem A. 1678. & Amstelodamensem in 4.) prelo iterum subjectus & insertus est tomo posteriori editionis novæ Patrum Cotelerii Apostolicorum. (y) Seculo tertio, & recte ni fallor, adscribit Beveregius, cum Albaspinæo, Petro de Marca, Joh. Frontone, Joh. Morino, Johanne Bona, Schelstrateno, aliisque: Sed seculo quarto Dallæus & Larroquanus. Posteriores canones 35. ex illis 85. Justiniani temporibus additos & a Canone secundo Synodi Trullanæ contendit Usserius in prolegomenis ad Ignat. (z) In diss. historica, Chronologica & dogmatica de Canonibus Apostolicis, edita Romæ 1697. adversus Natalem Alexandrum. (a) Hic inter alia contendit *LXX. sententias Apostolorum* in Zephyrini Papæ Epistola memoratas, hos ipsos esse canones. Idem in lib. 1. contra Magdeburgenses quem totum Apologiæ Canonum impendit, c. 25. alios profert Canones novem, in Synodo nescio qua Antiochena ab Apostolis, si Turriano credas, sanctos; sed à Dallæo III, 21. seq. rectissime rejectos atque explosos.

Digitized by Google

ordines, Apostolicam eisdem Canonibus auctoritatem velut postliminio vindicare est conatus, sed infeliciter, ut ostensum Rev. Ittigio in diss. de Patribus Apostolicis p. 211. seq. qui historiam controversiæ circa Canonum γνησιότητα & motæ & alia de iisdem notatu digna, eradite & solita sibi accuratione atque industria collegit p. 101. Appendicis (b) *ad dissertationem de hæresiarchis sæv. Apostolici & Apostolico proximi.*

DODE-

(b) In eadem appendice p. 144. seq. differit de Symbolo Apostolico, idque ab Apostolis compositum haud esse post G. J. Vossium, Sylvestrum, & alios docet. Dicitur autem symbolum, quod primus de fidei Epitome dixit Cyprianus Epist. 45. non à tesseris militaribus aut collatione in conviviis quæ potius est συμβολή, sed à signis arcanis quæ habebant initiati in Mysteriis gentium, & ab Apulejo Signa, a Clemente Alex. ἀπόρρητα σύμβολα appellantur. Vide scriptorem eruditi tractatus Anglice ante anni spatium editi qui inscribitur Historia Symboli Apostolorum.

Digitized by Google

DODECAS APOCALYPSEON* Apocrypharum.

* S. Hieronymus in Galat. 1. *Verbum* Ἀποκαλύψεως *id est revelationis proprie Scripturarum est, a nullo Sapientum Seculi apud Græcos usurpatum, à LXX. autem primo inventum* &c. Falsus esse Hieronymus videtur If. Vossio, nullum tamen locum antiqui Græci scriptoris proferenti qui vocabulo Ἀποκαλύψεως usus fuerit, responsione ad tertias Simonii objectiones p. 85. Verbum Ἀποκαλύπτεσθαι pro detegere sive revelare est apud Plutarchum lib. 1. c. 7. de placitis, pro quo alii διακαλύπτεσθαι dicunt vel ἐκκαλύπτεσθαι.

Digitized by Google

DECAS APOCALYPSEON APOCRYPHARUM.

I. LIBER IV. ESDRÆ.

QUi hunc librum legerit, non mirabitur eum à me referri inter Apocryphas Apocalypses, totus enim visiones complectitur, factas ut autor quisquis fuit præse fert, Esdræ Vati, sed ut res ipsa loquitur (a) scriptas à Christiano quodam ex Judæo, adeoq; temporibus Christianismi. Non diu tamen post Christi resurrectionem exaratas fuisse indicio est, quod in Barnabæ Epistola c. 12. verba quædam produci videas ex 4. Esdr. V. 4. & forte in Clemen-

(a) Vide Cap. 2. & VII. 28. seq. quem posteriorem locum profitens Ambrosius ad Lucæ II. 21. non dubitat Evangelistæ opponere his verbis: *Dominus noster Jesus nominatur est antequam natus, cui non Angelus sed Pater nomen imposuit. Revelabitur enim inquit, filius meus Jesus cum iis qui cum eo judicabuntur qui relicti sunt in annis quadringentis: Et erit post annos hos & morietur filius meus Christus & convertetur seculum. Vides angelos quæ audiverint non quæ usurpaverint nunciare.*

Digitized by Google

tis Epist. 1. ad Corinthios c. 50. ex 4. Esdræ II. 16. ut omittam Clementem Alex. 3. Strom. p. 468. ex 4 Esdr. V. 35. & alios veteres qui hujus libri testimoniis utuntur. Henrico certe Dodwello diss. IV. Cyprianica §. 2. & 23. autor videtur æqualis Hermæ Pastoris, & Apocalypseos Johannææ. Petrus Galatinus sub initium operis de Arcanis Catholicæ Veritatis refert suo tempore famam fuisse de tertio & quarto Esdræ libro Hebraice CPoli repertis, verum ne græce quidem, nedum Hebraice hactenus quartus productus est, non magis quam compendium LXX librorum Esdræ (b) Syra conscriptum lingua, quod habere se gloriatus fuit Joh. Picus & post eum Julius Cæsar Scaliger Exerc. CCCVIII. contra Cardanum. Cæterum Joh. Gregorius in præfatione ad Observationes sacras affirmat librum quartum Esdræ aliam longe meriturum fidem ac dignitatem, si legatur Arabice. Quod ænigma explicat cap. 18. earundem Observationum, his verbis: *Visio Esdræ non habet autoritatem nisi latinæ versionis, quæ ad nullum exemplar originale est examinata, & interpolari quædam potuerunt, cum sit liber non Canonicus sed Apocryphus. Sed hoc non est adeo libro improbandum. Exemplar originale scimus quodcunque fuerit pro deperdito concedi. Sed versio Arabica extat. Codex Arabicus MStus quem vidi*

(b) De quibus 4. Esdr. XIV. 46.

Digitized by Google

in Bibl. Bodlejana, duos libros adscribit Esdræ legis Veteris scriptori. Secundus continet canonicum & receptum Ezram sive Nehemiam. Primus est quartus Apocryphus, sed à locis suspectis liber. Nulla hic mentio bestiarum Henoch & Leviathan, (c) *aut divisionis ætatis in XII. partes* (d) *Habeo cur credam hoc exemplar hujus libri esse maxime omnium authenticum quæ supersunt.* Operæ pretium esset cum hoc Arabico codice ab iis qui possunt conferri MStum codicem libri IV. Esdræ latinum, ab editis plurimum differentem, cujus meminerunt Benedictini in præfatione ad librum Ambrosii de bono mortis. Apocalypsin Esdræ memorat Nicephorus Homologeta in loco quem produco infra num. V. ac de libro quarto Esdræ lubens intellexerim.

II. REVELATIONES PATRIARCHARUM ET PROPHETARUM.

S. Hieronymus adversus Vigilantium: *Tu Vigilans dormis & dormiens scribis, & propinas mihi librum Apocryphum qui sub nomine Esdræ à te & similibus tuis legitur, ubi scriptum est* (e) *quod post mortem nullus pro aliis gaudeat deprecari: quem ego librum nunquam legi, quid enim*

(c) 4. Esdr. VI. 49. (d) XIV. 11. (e) 4. Esdr. VII. 42. & IX. 12.

Digitized by Google

enim necesse est in manus sumere quod Ecclesia non recipit? Nisi forte Balsamum (f) *mihi & Barbelum & thesaurum Manichai* (g) *& ridiculum nomen Leusiborae proferas, & quia radices Pyrenaei habitas vicinusque es Hiberiae, Basilidis* (h) *antiquissimi haretici & imperitae scientiae incredibilia portenta prosequeris & proponis, quod totius orbis auctoritate damnatur. Nam in commentario tuo quasi pro te faciens de Salomone* (i) *sumis testimonium, quod Salomon omnino non scripsit, ut qui habes alterum Esdram, habeas & Salomonem alterum. Et si tibi placuerit, legito fictas revelationes omnium Patriarcharum* (k) *& Prophetarum* (l)*, & cum*

(f) Eadem nomina perstringit Hieronymus Epist. ad Theodorum, commentar. in El. 64. & in 3. Amos. De Barbelo consulendus Irenaeus lib. 1. c. 33. (g) Supra p. 139. nat. 314. (h) iis quae supra p. 347. dixi de Evangelio Basilidis, adde hunc locum Zach. Chrysopolitani lib. 1. commentar. in Hist. Evangel. p. 745. ad Luc. I. 1. *Multi, non tam numerositate quam haresium diversitate, ut Basilides & Apelles temeraria praesumtione conati sunt scribere de rebus nostrae salutis.* (i) Ex libro Sapientiae. (k) Testamentum XII. Patriarcharum respici putant Gravius & Reatinus, quod a Christiano ut videtur Judaizante compositum, Origeni aliisque veteribus lectum, latine pridem vertit Robertus Lincolniensis, Graece primus edidit T. 1. spicilegii Vir Clarissimus J. E. Grabe. Sed & sub τῶν Πατριαρχῶν (Abrahami, Isaaci, Jacobi, nomi-

Digitized by Google

illas didiceris, inter mulierum textrinas cantato.

III. APOCALYPSIS S. PETRI.

MEmoratur Eusebio (m) Hieronymoque (n) & inter Apocrypha N. T. autori veteris Stichometriæ (o) ac diu ante hos Theodoto hæretico, qui ex eadem nonnulla produxit, ut videre est in Eclogis Clementis Alexandrini ex Theodoto excerptis, quæ à Clariss. Grabio T. 1. spicilegii p. 74. descripta & ad examen revocata præsenti loco repetere nolo. Idem Eusebius lib. 6. c. 14. ubi de Clemente Alex. Ἐν δὲ ταῖς ὑποτυπώσεσιν ξυνελόντα εἰπεῖν πάσης τῆς ἐνδιαθή-

κη

ne Apocrypha quædam olim extitisse constat ex Const. Apost. VI. 16. & in Athanasii synopsi atque antiquis stichometriis memoratur liber Πατριάρχαι Concilium Braccarense II. can. 17. T. 5. Concilior. edit. Labbeanæ p. 839. *Si quis Scripturas, quas Priscillianus secundum suum depravavit errorem, vel tractatus Dictinii (quos ipse Dictinius antequam converteretur, scripsit, vel quæcunque hæreticorum sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, vel Apostolorum, suo errori consona confinxerunt) legit, & impia eorum figmenta sequitur, aut defendit, anathema sit.* (l) De Apocalypsi Adami, Abrahami, Moysis, Eliæ, Esaiæ &c. dicetur alibi, Deo propitio, in Sylloge Apocryphorum V. T. (m) Supra p. 801. (n) Supra p. 802. (o) Supra p. 144.

Digitized by Google

καὶ γεγραφῆς ἐπιτετμημένας πεποίηται διηγήσεις, μηδὲ τὰς ἀντιλεγομένας παρελθὼν τὴν Ἰούδα λέγω καὶ τὰς λοιπὰς καθολικὰς ἐπιστολὰς τήν τε Βαρνάβα καὶ τὴν Πέτρου λεγομένην Ἀποκάλυψιν. Rufinus: *In libris vero informationum ut breviter dicam universum pariter Scripturam divinam compendiosis dissertationibus explanavit. In quibus ne ea quidem quæ Apocrypha à quibusdam habentur præteriit*, (p) *ut est Petri revelatio.* Sozomenus (q) lib. VII. c. 19. Οὗτος γὰρ τὴν καλουμένην Ἀποκάλυψιν Πέτρου ὡς κάλλιστα παρελθὼν πρὸς τῶν ἀρχαίων (r) δοκιμασθεῖσαν ἔν τισιν ἐκκλησίαις τῆς παλαιστίνης εἰσέτι νῦν ἅπαξ ἑκάστου ἔτους ἀναγινωσκομένην ἐγνωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ παρασκευῆς, ἣν εὐλαβῶς ἄγων ὁ λαὸς νηστεύει ὑπὲρ ἀναμνήσεως τῶν σωτηρίων παθῶν. *Sic revelationem Petri quæ ut adulterina à Veteribus repudiata est in quibusdam Ecclesiis Palæstinæ semel quotannis legi animadvertimus, die scilicet Parasceves, quâ populus admodum religiosè jejunat in memoriam Dominicæ passionis.* His adde quod Sandius p. 6. nuclei Ecclesiastici, *multi scribunt*, inquit, *Coptos*

(p) Supprefsit Rufinus quæ de Epistola Judæ & reliquis Catholicis & Epistola Barnabæ Eusebius adjunxerat.

(q) Respicit tertium Eusebii locum a me descriptum supra p. 793. (r) Eadem ex Sozomeno repetit Nicephorus lib. 12. c. 34. Sed Epiphanius Scholasticus lib. IX. hist.

Digitized by Google

Coptos id est Ægyptios in Ecclesiis suis uti libroque vocant secreta Petri. *An vero secreta hæc eadem sint cum Apocalypsi, mihi incompertum est.* Per *multos* illos, Prateolum in elencho hæresium p. 138. & Bernardum de Lutzenburg Catalogi hæresium lib. 2. intelligit Sandius (s), scriptores exiguæ fidei. Neque scio satisne certum sit quod refert scriptor cætera præstantissimus neque ulla ratione cum his conferendus Elias du Pin, Coptos Apocalypsin Pauli etiamnum jactare. Sane memoriæ lapsu Paulum pro Petro nominasse suspicatur J. E. Grabe T. 1. spicilegii p. 84. Illa vero Petri Apocalypsis (t) exqua Jacobus de Vitriaco seculi tertii decimi scriptor nonnulla latine protulit, ab eodem Grabio relata p. 76. seq. longe recentius commentum videtur quam Apocalypsis Petri lecta Theodoto seculi II. hæretio, continuit enim inter alia divinationes *de consummatione seu consumptione perfidæ legis Agarenorum, & qualiter immminente & quasi in januis existente destructione Paganorum.*

IV.

tripartitæ c. 39. prætermisit. (s) Iisdem Sandius debet errorem de Evangelio Nicodemi a Coptis legi solito immissis, notatum supra p. 230. (t) Superscriptionem libri hanc fuisse testatur Jacobus de Vitriaco: *Revelationes B. Petri Apostoli, à discipulo ejus Clemente in unum volumine redactæ.*

Digitized by Google

IV. V. VI. S. PAULI ANABATIKON, APOCALYPSIS, & VISIONES.

Dionysius Alex. apud Eusebium VII. xy. Hist. diserte ait Paulum (a) Ἀλλὰ τῶν Ἐπιστολῶν ὑποφῆναί τι καὶ περὶ τῶν Ἀποκαλύψεων αὐτοῦ, ὡς οὐκ ἐνέγραψε καθ' αὑτὰς, *in Epistolis nonnihil de revelationibus suis indicasse, sed in proprium Volumen illas non retulisse.* Nihilominus Cajani hæretici ex loco 2. Cor. XII. 4. ansam sumserunt fingendi librum, de quo Epiphanius hæresi XVIII. 38.

Πάλιν δὲ ἄλλο συνταγμάδιον πλάτησιν ἐξ ὀνόματος Παύλου τοῦ Ἀποστόλου ἀῤῥητουργίας ἔμπλεων ᾧ καὶ οἱ Γνωστικοὶ λεγόμενοι χρῶνται ὁ Ἀναβατικὸν Παύλου καλοῦσι, τὴν πρόφασιν εὑρόντες ἀπὸ τοῦ λέγειν τὸν Ἀπόστολον ἀναβεβηκέναι ἕως τρίτου οὐρανοῦ καὶ ἀκηκοέναι

Quin alium insuper Pauli Apostoli nomine libellum excogitarunt, plenum rebus quæ eloqui nefas est. (b) Hunc & ii quos Gnosticos vocant adhibere solent quod *Pauli Anabaticum* vocant, cujus supposititii operis ansam ex eo ceperunt, quod Apostolus ipse testetur se

(a) Rufinus hæc in sua versione omisit. (b) Ita malui reddere, quam cum Petavio; *præposterâ libidine.*

Digitized by Google

κηκοέναι ἄῤῥητα ῥήματα, ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι. Καὶ τοῦτο, φασὶν, ἐστὶ τὰ ἄῤῥητα ῥήματα.

in tertium usque conscendisse cœlum, arcana ibidem audi se verba quæ non licet homini loqui. Hæc autem, inquiunt, arcana illa verba sunt.

Michaël Glycas parte 2. Annalium p. 120.

Καὶ βιβλίον δὲ παρ' αὐτοῖς Ἀναβατικὸν λεγόμενον, περιέχον ἃ ἶδεν ὁ Παῦλος, καθ' ὃν ἀνέβη καιρὸν εἰς τρίτον οὐρανόν. Βίβλιον δὲ τὸ πιθανὸν ἐστι παρ' αὐτοῖς, ὅτι ἃ προσέχον τῷ μεγάλῳ Παύλῳ ῥήματα μὴ ἀκοῦσαι λέγοντι καθ' ἐκείνῳ καιρῷ, μὴ ἐξεῖναι δὲ ταῦτα γλώσσαις ἀνθρώπων λαλῆσαι.

Circumfertur apud Cajanos liber quem Anabaticum (c) ab adscensu vocunt. Continentur hoc ea quæ Paulus id temporis conspexerit quo in cœlum tertium adscendit. Retinent hunc illi librum, non animadvertentes Paulum profiteri se tum verba quædam audisse quæ linguis humanis efferri sit nefas (d).

Alia

(c) In Glycæ libris est Ἀναβατικὸν, sed cum Epiphanium sequi se profiteatur Glycas, & annotatiuncula interdum melius congruat, illud præstuli. (d) Sic in Mysteriis

Digitized by Google

Alia utique fuit & diversi (e) argumenti Apocalypsis Pauli à Monachis quibusdam circa Seculi quarti extremum conficta, de qua Augustinus tractatu 98. in Johannem: *Quidam spiritualium, ad ea pervenerunt quæ non licet homini loqui, qua occasione vani quidam Apocalypsin Pauli quam sane non recipit Ecclesia nescio quibus fabulis plenam stultissima præsumtione finxerunt, dicentes hanc esse unde dixerat raptum se fuisse in tertium cœlum & illic audisse ineffabilia verba quæ non licet homini loqui. Utcunque illorum tolerabilis esset audacia, si se audisse dixisset quæ adhuc non licet homini loqui: Cum vero dixerit, quæ non licet (f) homini loqui, isti qui sunt qui hæc audeant impudenter & infeliciter loqui?*

Hermias Sozomenus lib. VII. Hist. cap. 19.

Τὴν δὲ νῦν ὡς Ἀποκάλυψιν Παύλου τοῦ Ἀποστόλου

Eam vero quæ nunc quasi Pauli Apostoli re-

ἄῤῥητα φάσματα, *quæ eloqui nefas*, apud Aristidem in Eleusiniâ T. 1. Orat. p. 449. (e) In Anabatico deliria Gnostica, in Apocalypsi præcepta vitæ Monasticæ comprehensa fuisse videntur. Licet utraque pro eodem scripto habet Christianus Lupus ad Tertullian. de præscript. p. 342. (f) Simpliciter, cum nullius temporis hominive exceptione.

Digitized by Google

περίλα φερομένην ἣν εἰδεὶς ἀρχαίων εἶδε, πλείστοι μοναχῶν ἐπαινοῦσιν. Ἐπὶ ταύτης δὲ τῆς βασιλείας ἰσχυρίζονταί τινες τὴν βίβλον. Λέγουσι γὰρ ἐκ θείας ἐπιφανείας ἐν ταρσῷ τῆς κιλικίας ἐν τῇ οἰκίᾳ Παύλου μαρμαρίνην λάρνακα ὑπὸ γῆν εὑρεθῆναι, καὶ ἐν αὐτῇ τὴν βίβλον εἶναι. Ἐρομένῳ δέ μοι περὶ τούτου, ψεῦδος ἔφησεν εἶναι. Κίλιξ πρεσβύτερος τῆς ἐν Ταρσῷ Ἐκκλησίας. Γεγονέναι μὲν γὰρ πολλῶν ἐτῶν καὶ ἡ πολιὰ τὸν ἄνδρα ἐδείκνυεν. Ἔλεγε δὲ μηδὲν τοιοῦτον ἐπίστασθαι παρ' αὐτοῖς συμβὰν, θαυμάζειν τε εἰ μὴ πάλαι πρὸς αἱρετικῶν ἀνεπλάσθη.

velatio circumfertur, quam nullus veterum agnovit, plurimi ex monachis valde commendant. Quidam autem affirmant hujus de quo agimus Imperatoris (g) temporibus repertum esse hunc librum. Ajunt enim apud Tarsum Ciliciæ in ædibus Pauli arcam marmoream Deo revelante sub terra inventam esse in qua hic liber esset reconditus. Mihi vero hac de re percontanti falsum id esse dixit Cilix quidam presbyter Ecclesiæ Tarsensis, quem quidem jam grandævum esse ipsa canities indicabat. Ajebat autem se nihil ejusmodi apud ipsos gestum comperisse, ac suspicari, ne id ab hæreticis confictum esset. *Eadem ex Sozomeno repetit Nicephorus lib. XII. c. 34.*

Rejici-

(g) Theodosii Magni.

Digitized by Google

Rejicitur Apocalypsis Pauli eriam à Gelasio cujus decretum exscripsi p. 138. & à Theodosio Grammatico in commentariis MSS. ad Dionysium Thracem cujus verba mox num. VII. producam p. 954.

Theophylactus in 2. Cor. XII. 4.

Ἐντεῦθεν δὲ δῆλον ὅτι ἃ λεγομένη Παύλου Ἀποκάλυψις ψευδεπίγραφος. Πῶς γὰρ ἂν, εἴγε ἄῤῥητα ἤσαν ἐκεῖνα;

Hinc liquido apparet Apocalypsin quæ Pauli dicitur, falsò illi inscriptam esse. Quidni? cum illa eloqui esset nefas.

Oecumenius ad eundem locum.

Ἄῤῥητα ῥήματα,] ἴσως γὰρ ἕτερος ἄνθρωπος πλὴν Παύλου οὐκ ἐχώρει ταῦτα ἀκοῦσαι. Ἃ οὐκ ἐξὸν ἀνθρώπῳ λαλῆσαι] πῶς εἰσὶν οἱ ψευδεπίγραφον Ἀποκάλυψιν συγγραψάμενοι;

Arcana verba] forte enim alius homo præter Paulum hæc capere audiendo non poterat. Quæ non licet homini (h) loqui] Ubi jam sunt illi qui supposititiciam Apocalypsin conscripserunt?

(h) i. e. ad quenquam hominum. Vide Joh. Camerarium ad h. l. & Campegium Vitringam lib. 3. Observationum sacrarum c. 20.

Digitized by Google

Johannes Ernestus Grabe T. I. Spicilegii Patrum p. 85.

Extat forte fictitia ista Pauli Revelatio hic in Anglia, adeo ut si quis istiusmodi nugarum foret amans, non necesse haberet iter ad Coptos (i) suscipere. Habetur quippe hic Oxonii in Bibliotheca Collegii Mertonensis Cod. 13. N. 2. Art. fol. 77. b. *Revelatio S. Pauli his tribus diebus quum conversus & vocatus à Christo cecidit in terram nihil videns* (k) *ostensa sibi per Sanctum Michaëlem de pœnis multiplicibus Purgatorii & inferni horribilibus, & quis primus impetravit à Domino requiem animabus in purgatorio permanentibus, in singulis diebus Dominicis usque finem mundi subsequentibus*, ut inscriptio sonat. Attamen hanc à recentiore quodam mangone confictam, nec eandem esse cum priori à Patribus Seculi V. rejecta Apocalypsi, inde suspicari licet, quod Augustinus dicat in ista fuisse tradita ea quæ

(i) Apud hos enim etiamnum extare Apocalypsin Pauli affirmat Vir Clariss. Elias du Pin. Sed vide quæ notavi supra p. 942. Cæterum manifestum esse puto quod longe recentius sit & diversum plane commentum hæc apud Oxonienses MSta exstans Pauli Revelatio, ab Apocalypsi Pauli Augustino & aliis memorata. (k) Act. IX. 8. Ephes. III. 3. ἢν κατ' ἀποκάλυψιν ἐγνωρίσθη μοι τὸ μυστήριον.

Digitized by Google

quæ Paulo in tertium cœlum rapto fuere revelata: cum contra in illa Manuscripta dicatur quod Paulus Apostolus & Michaël Archangelus exierint ad infernum ut hic illi tormenta animarum (l) ostenderet. Sed sive Revelatio ista sit eadem cum priori isto commento, sive hoc interciderit, nihil refert, neque jacturam istam ægre ferre debemus.

Marcus Patriarcha Alexandrinus qui sub initium Seculi XIII. floruit, quæstione 2. (m) ad Theodorum Balsamonem.

Βιβλία διάφορα ἐυρίσκονται ὡς τὰς ἀναπαύσεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἐν αἷς λέγεται ὅτι ὁ ἀπόστολος Παῦλος καὶ ὁ ἀρχάγγελος Μιχαὴλ ἐξῆλθον εἰς τὸν ἅδην, καὶ ἔδειξεν ὁ ἀρχάγγελος τῷ ἀποστόλῳ τὰς κολάσεις τῶν ἁμαρτωλῶν· ἐν δὲ ἄλλοις βιβλίοις λέγεται ὅτι ὁ ἀπόστολος Παῦλος ἐν τῷ τρίτῳ οὐρανῷ ἁρπαγεὶς ἐθεάσατο τὰ ἐκεῖ. Ἐν ποίοις οὖν τούτων ἀκολουθητέον; Ἐν τοῖς ἀποκρύφοις, ἢ ἐν τοῖς ἀναγινωσκομένοις; Ἀπόκρισις. Ἐν τοῖς ἀναγινωσκομένοις.

Varii reperiuntur libri in Orientalibus & Uuu 2 Græcis

(l) Gemini fere argumenti est Visio Macarii, duobus stipati angelis, quam sub titulo *Sermonis S. Macarii Alexandrini de exitu animæ justorum & peccatorum* Græce cum versione H. Warthoni primus edidit ex Cod. Bibl. Lipsiensis Paulinæ, Vir de Hist. Ecclesiastica meritissimus Gvil. Caveus in Hist. literar. ad A. C. 373. Alexandro Eremitæ tribuitur in MS. Bibl. Cæsareæ teste Lambecio Vol. p. 303. Tanquam ineditam postea cum versione sua & Variis Lect. codicis Viennensis iterum vulgavit Jacobus Tollius, in insignibus itineris Italici p. 192. Confer Antonii visionem apud Palladium in Lausiaca p. 69. de eodem argumento. (m) Juris Oriental. Enimundi Bonefidii p. 240. & in jure Græco Romano Marquardi Freheri T. 1. p. 363.

Digitized by Google

λικὰς καὶ νοτίας χώρας. Καὶ τὰ μὲν ὀνομάζονται διδασκαλίαι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, τὰ δὲ ὁράσεις τοῦ ἁγίου Παύλου. Ἐρωτῶ οὖν εἰ ὀφείλομεν ἀναγινώσκειν αὐτά;

meridionalibus regionibus: & alii nominantur Doctrina sive Præcepta Sanctorum Apostolorum, alii Visiones Sancti Pauli. Quæro, an hi nobis legendi sint?

Theodori Balsamonis responsio.

Τῶν κατὰ θεὸν καὶ Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐν Εὐαγγελίοις λέγοντος, Βλέπετε μὴ πλανηθῆτε, πολλοὶ γὰρ ἐλεύσονται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου λέγοντες ὅτι ἐγώ εἰμι, καὶ ὁ καιρὸς ἤγγικε. Ψηφιζόμεθα καὶ ἡμεῖς ὅτι ἀποστολικὰς διδασκαλίας καὶ ὁράσεις καὶ διδάξεις ἡ τοῦ θεοῦ Ἐκκλησία γινώσκει καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἐν τῷ πέ-

Cum Dominus Deus & Servator noster Jesus Christus dicat (n) *Videte ne decipiamini: multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum, & tempus appropinquavit*: Pronunciamus & nos Dei Ecclesiam nosse & confiteri Apostolica præcepta & visiones & disciplinas comprehensas in libris qui octogesimo quinto Apostolico Canone (o) declaran-

Ἀπο-

(n) Matth. XXIV. 4. (o) In illo probantur libri omnes Novi Test. excepta Apocalypsi, cujus loco adduntur 2. Epi-

Digitized by Google

Ἀποστολικῷ Καινόν ἡλέ-
μενα βιβλία καὶ πιστε-
νόμενα εἶναι τῶν θεοκη-
ρύκων εἶναι φωνάς. Ἕ-
τερον δέ τι ὧδε τούτοις
οὐκ οἶδεν Ἀποστολικὸν
σύγγραμμα. Παρα-
ζητητέον ἂν ἀπηρεφθαι
τὰ πεπλασμένα ὧδε
τῶν αἱρετικῶν χεδιά-
ματα. Ἀψινθίου γὰρ πι-
κρότερα εἰσὶ καὶ μέλι-
τῦτλαν διὰ τῆς ἐπιγρα-
φῆς τῶν ὀνομάτων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ὑποκρί-
νονται.

tur, de quibus fides est quod Dei præconum sint voces. Præter hos alium nullum novit Apostolorum commentarium. Cavendum igitur, est ut ab hæreticis ficta aversemur mendacia: absinthio enim amariora sunt, licet per nominum Sanctorum Apostolorum inscriptionem mellitam referunt placentam.

Nicephorus Homologeta (p) sive confessor, Canone 3. & 4.

Τὴν Ἀποκάλυψιν τῦ Παύλυ καὶ τὰ λεγόμε-

Apocalypsin Pauli & ea quæ dicuntur Bron-

stolæ Clementis & libri 8. Constitutionum. Qua de re consules Beveregium in notis, & in codice canonem vindicato lib. 2. c. 9. (p) Vixit Seculo IX. & ejus Canones exhibentur à Bonefinio inter sanctiones Pontificum p. 19. & à Frehero T. 1. juris Græco Rom. p. 196.

Digitized by Google

να βρεσηολόγια καὶ σε-
ληνοδρόμια ἢ καλανδο-
λόγια (q) ἃ χρὴ δέχεσ-
θαι, βέβηλα γὰρ πάν-
τα. Τὴν Ἀποκάλυψιν
Ἔσδρα (r) καὶ ζωσιμᾶ
(s) καὶ τὰ δύο μαρτύ-

tologia & selenodromia aut Calendologia suscipere non oportet, profana enim omnia. Apocalypsin Esdræ & Zosimæ & duo Sancti Georgii martyria & sanctorum Martyrum

ρια

(q) In his libris agebatur de præsignificationibus tonitruum, cursu lunæ & prognosticis Calendarum. Vide Cangii glossarium Græcum in his vocibus, qui testatur aliquot Brontologia extare in Codice MS. 945. Regis Christianissimi, & ex eodem Codice describit Calendologium qualis tempestas expectanda sit per annum, si Calendæ Januarii incidant in diem solis vel alium diem hebdomadis. Selenodromium Jonæ Gialeni perpetuum, lingua Græca vulgari, subjicitur Horologio Græcorum sæpius edito Venetiis. Porro idem Cangius p. 1348. profert eadem verba Nicephori Homologetæ ex Johannis Zonaræ Apologetico MS. pro Astrologia. (r) Suspicor intelligi librum quartum Esdræ de quo supra num. 1. (s) Non memini ab alio scriptore hanc Zosimæ Apocalypsin memorari. Cæterum alias quasdam Apocalypses à Christianis jactatas rejicit in vita Plotini Porphyrius, cujus verba adscribam: Γεγόνασι δὲ καθ' αὐτὸν τῶν χριστιανῶν πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι αἱρετικοὶ δὲ ἐκ τῆς παλαιᾶς φιλοσοφίας ἀνηγμένοι οἱ περὶ τὸν Ἀδέλφιον καὶ Ἀκυλῖνον, οἱ τὰ Ἀλεξάνδρου τοῦ Λίβυος καὶ φιλοκώμου καὶ Δημοσράτους καὶ Λυδοῦ συγγράμματα πλεῖστα κεκτημένοι, Ἀποκαλύψεις τε προφέροντες Ζωροάστρου καὶ Ζωστριανοῦ καὶ Νικοθέου καὶ Ἀλλογενοῦς καὶ Μώσου καὶ ἄλλων τοιούτων, πολλοὺς ἐξη-

Digitized by Google

ρια τῦ ἁγίυ Γεωργίυ (ε) καὶ τῶν ἁγίων ἀποστόλων κηρύκων καὶ ἰσαποστόλων καὶ τὴν βίβλον Μάρκου καὶ (υ) Διαδόχυ ἃ χρὴ δέχεσθαι, ἀποβλητέα γάρ καὶ ἃ δεκτέα.

Quirici & Julittæ, librumque Marci & Diadochi suscipere non oportet. Rejicienda hæc, non admittenda.

VII. S. JOHANNIS APOCALYPSIS, diversa à Canonicâ.

INter Codices MSS. Historicos Græcos Bibliothecæ Augustissimi Imperatoris, centesimus & undevigesimus fol. 108-115. exhibet Apocalypsin supposititiam sub nomine Johannis Theologi, cujus hoc initium extat apud Lambecium & Nesselium: Ἀποκάλυψις τῦ ἁγίυ Ἰωάννυ τῦ θεολόγυ καὶ υἱῦ τῦ Ζεβεδαίυ. Μετὰ

πάντων. De Zoroastris Apocalypsi quam viri docti quidam confundunt cum oraculis Zoroastri tributis, dixi quædam in Bibliotheca Græca lib. 1. c. ult. (t) Georgii Pasio inter Apocrypha refertur etiam in decreto Gelasii, una cum Passione Cyrici & Julittæ, ex qua leguntur excerpta in Vincentii Bellovacensis speculo Historiali XII. 26. Confer Baronium ad Martyrolog. & Acta Sanctorum 16. Junii. Bollandum præf. ad Acta Sanctor. T. 1. Januar. p. 39. seq.

(u) Forte legendum Μάρκυ τῦ Διαδόχυ. Quanquam apud Photium Cod. 200. videas referri βιβλίον Μάρκυ, Cod. 201. βιβλίον Διαδόχυ.

Digitized by Google

τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρεγενόμην ἐγὼ Ἰωάννης μόνος ἐπὶ τὸ βαλαάθ, κ. τ. λ. *Apocalypsis S. Johannis Theologi, & de Ami Christo. Post assumtionem Domini nostri Jesu Christi ego Johannes solus fui in monte Thabor* &c. Ejusdem supposititicæ Apocalypseos meminit Theodosius Alexandrinus commentario inedito ad Dionysium Thracem (a) ubi docet Grammatici esse dijudicare utrum liber sit germanus an suppositicius, addit, hanc κρίσιν etiam sacros libros spectare, ἵνα ὅταν ἀκούσῃ φωνὴν ξένην καὶ σύγγραμμα ἢ πόημα ψευδὲς, μὴ δέξηται αὐτὸ ὡς ἀληθινόν. *ut cum audiverit vocem peregrinam aut scriptum compositionem ve falsam, ne tanquam verum illud recipiat.*

Ἐπειδὴ ἔστιν Εὐαγγέλιον κατὰ Θωμᾶν λεγόμενον· ἀλλὰ καὶ ὁμωνύμως ψευδῆ συγγράμματα ἐστὶν, οἷον ἡ λεγομένη Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου παύλου· οὐ γὰρ ἔστιν ἅγίου Παύλου ἀλλ' ἑτέρου

Siquidem est etiam Evangelium quod dicitur secundum Thomam, sed & ex nominum confusione falsa quædam scripta feruntur, ut Apocalypsis quæ dicitur Sancti Pauli, neque enim

ἀ-

(a) Habetur in Bibl. Johannea Hamburgi inter libros Holsteinianos. Locus occurrit p. 300. Partem ejus ex codice Barocciano dedit etiam Clariss. Grabe p. 375. spicilegii. Tom. I.

Digitized by Google

ἀιρεθικῦ τῦ Σαμοσατέως (b) ὄντος Παυλικιανοῦ καταγωγῆς καὶ ἑτέρα Ἀποκάλυψις ἡ λεγομένη τῦ θεολόγυ, ἣ λέγομεν δὲ τὴν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ, μὴ γένοιτο, αὐτη γὰρ ἀληθεστάτη ἐστὶν, ἀλλὰ τὴν ψευδώνυμον καὶ ἀλλότριον.

Sancti Pauli est, verum alterius, hæretici Samosatensis, à quo Pauliciani deducuntur. Et altera Apocalypsis, quæ (Johannis) Theologi inscribitur: non loquor de illa quam in insula Patmo vidit, abfit! hæc enim est verissima, sed de aliena & nomen Johannis mentiente.

VIII. APOCALYPSIS CERINTHI.

APocalypseos Johanneæ quam inter Canonicos atque ἐνδιαθήκους N. T. libros amplectimur, Autorem esse Cerinthum hæreticum, præscripti Johannis nomine autoritatem commen

(b) Duo fuere Pauli Samosateni hæretici, unus antiquior Episcopus Antiochenus, Seculo tertio, a quo Pauliciani, Pauliani seu Paulianistæ: alter Caïnicæ Samosatenæ filius caput Paulicianorum sive Paulo Joannitarum qui seculo VII. Manichaismum restaurarunt. Quemcunque ex his ducibus intellexit Theodosius, incertam falsamque conjecturam tradidisse potius quam accuratæ criseos specimen edidisse videtur, licet in hoc recte sensit quod Apocalypsin Pauli pro supposititia habuit.

Digitized by Google

mentis ſuis mutuari conantem, veteres quidam crediderunt, non modo hæretici Alogi, (a) ſed & Catholici (b) Dionyſio Alexandrino antiquiores. Neque tamen adſentitur illis Dionyſius, ſed potius aliis multis è fratribus accedens quos ait magni illam facere, librum etiam non intellectum ſibi, veneratur, & arcanam quandam planeque admirabilem ſingularum rerum intelligentiam in eo latere exiſtimat. Ut autem Cerintho à quibusdam Apocalypſis Johannis tribueretur, factum eſſe videtur duplici de cauſa. Nam primum quidem in ea leguntur quædam quæ à Nepote ap. Euſeb. VII. 24. & aliis nonnullis Judaizantibus tam craſſe explicabantur, ut Cerinthianis fabulis viderentur frigidam ſuffundere. Deinde Cerinthus & ipſe crepabat Apocalypſin in plerisque eandem cum Johannea, quamquam locis quibusdam à ſe interpolatam, quod colligo ex his verbis Caji presbyteri apud Euſebium III. 28. & Nicephorum III. 14.

Rufini Verſio.

Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος διὰ ἀποκαλύψεων ὡς ὑπὸ Ἀποστόλου μεγάλου

Sed & Cerinthus per revelationes quasdam quas velut à magnæ-

(a) Philaſtrius hæreſi 69. & Epiphanius hæreſi 50. num. 3. p. 424. qui Alogorum advertus Apocalypſin objectiones refellit num. 32. ſeq. p. 454. ſeq. (b) Dionyſ. Alex. apud Euſeb. VII. 25. Τινὲς μὲν οὖν τῶν πρὸ ἡμῶν &c. Eundem Dionyſii locum ſed non integrum produxerat Euſebius lib. III. c. 28. hiſt.

Digitized by Google

ἐγραμμένων ἱεροπλοΐας ἡμῖν ὡς δι' ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένας ψευδομύθῳ ἐπεισάγει λέγων μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἐπίγειον εἶναι τὸ βασίλειον τοῦ Χριστοῦ. καὶ πάλιν ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ τὴν σάρκα πολιτευομένην δουλεύειν, καὶ ἐχθρὸς ὑπάρχων τοῖς χαρίσμασι τοῦ θεοῦ, ἀριθμὸν χιλιοντετηρίδας ἐν γάμῳ ἑορτῆς ἀλλοτρίων πλανᾶν λέγει γίνεσθαι.

gno Apostolo * conscriptas & per Angelos ei revelatas jactaret, talia quædam portenta nobis introducit. Post resurrectionem terrenum dicit futurum esse regnum Christi in Hierusalem, & homines in carne iterum (c) concupiscentiis & vitiis subjectam conversationem habituros. Contra fidem quoque scripturarum quosdam mille annos designat, in quibus quidem & alia corruptionis opera & nuptiarum festivitates dicit futuras ad eos qui libidini sunt dediti decipiendos.

Theo-

* Johanne puta. Sed Vales. *à se tanquam à magno quodam Apostolo conscriptas*. adde Tillemont. T. 2. memor. H. E. p. 352. (c) Hoc nusquam legitur in Apocalypsi Johannea, itaque non assentior Clarissimo Viro qui T. 1. spicilegii p. 312. putat Cajum de nulla alia loqui Apocalypsi quam Johannis Canonica: sed oportet Apocalypses Cerinthi alia quædam continuisse quæ in Johannea non exstabant, uti Evangelium Matthæi quo Cerinthiani usi sunt in multis diversum fuit ab Evangelio quod eodem Apostolo autore Ecclesia tanquam divinum agnoscit. Sane Caji verba sic intellexit Theodoritus in loco quem adscripsi.

Digitized by Google

Theodoritus lib. II. hæretic. fabular. c. 3. ubi de Cerintho.

Οὗτος ἀποκαλύψεις τινὰς ὡς αὐτὸς ἑωρακὼς ἐμυθολόγησε, καὶ ἀγγέλων τινων διδασκαλίας συνέθηκε, καὶ τὸ κυρίου τὴν βασιλείαν ἔσεσθαι ἔφησεν ἐπίγειον, καὶ βρώσιν καὶ πόσιν ὀνειροπόλησε, καὶ φιληδονίας ἐφαντάσθη, καὶ γάμους, καὶ θυσίας, καὶ ἑορτὰς ἐν Ἱεροσολύμοις πλάσας, καὶ ταῦτα ἐπὶ χιλίοις ἔτεσι πλεσθήσεσθαι. Τοσοῦτον γὰρ ᾤετο καθέξειν τὸν κυρίου τὴν βασιλείαν.

Confinixit autem etiam quasdam revelationes tanquam ipse eas esset contemplatus & minarum quarundam doctrinas composuit. Domini quoque regnum terrenum futurum esse dicebat & cibum & potum somniabat, lætitiasque & voluptates visione comprehendebat, nuptiasque & sacrificia & dies festos qui Hierosolymis celebrarentur, eaque mille annorum spatio esse complenda, tanto enim tempore putabat duraturum regnum Domini.

Hinc jam minus mirum est quod Apocalypsin Johanneam non modo rejecerunt Cerdoniani (d) Marcionitæ (e) & Theodotiani (f):

(d) Tertull. de præscript. c. 51. Epiphanius hæres. 41. p. 299. seq. (e) Tertull. IV. 5. contra Marcion. Epiphan.

Digitized by Google

ni (f): Sed & inter Catholicos scriptores, Orientales (g) præsertim, alii eandem in Catalogo scriptorum N. T. prætermiserunt, ut fit in Canone Apostolico & Canone Laodiceno (h) postremo & in Gregorii Nazianzeni poëmate de libris utriusque Test. T. 2. Opp. p. 98. Et in Codicibus quibusdam Syriacis & Arabicis (i) Novi fœderis. Alii inter Apocrypha retulere, ut illi de quibus Eusebius lib. 3. Hist. c. 24. & 25. & Amphilochius in carmine (k) de Sacræ Scripturæ libris ad Seleucum, tum Gregorius Nyssenus (l) & autor veteris Stichometriæ. (m)

hæres. 42. p. 309. seq. (f) Epiphan. hæres. 54. p. 462. seq. testatus Theodotianos esse ἀπόσπασμα hæreseos Alogorum à quibus Apocalypsin rejici monuit etiam Augustinus & Autor Prædestinati hæresi 30. (g) Hieronymus Epist. ad Dardanum: *Neque Græcorum quidem Ecclesiæ Apocalypsin Johannis eadem libertate suscipiunt.* Junilius Afer: *De Johannis Apocalypsi apud Orientales admodum dubitatur.* (h) Recte hoc factum, ad illum Canonem annotat Lucas Osiander. In Arabica autem Versione ejusdem Canonis, observante Joh. Gregorio, Apocalypsis Johannis inter libros Canonicos N. T. memoratur. Quemadmodum etiam Nazianzenum aliis in locis Apocalypsin pro divina agnoscere notavit Claudius Frassenius p. 753. seq. disquisitionum Biblicarum. (i) Vide Joh. Gregorii præf. ad Observationes in quædam S. Scripturæ loca T. 9. Critic. sacror. (k) Idem carmen Nazianzeno tribuitur in editione Billiana Græcolat. T. 2. p. 194. (l) Homiliâ εἰς τὴν ἑαυτῆ χειροτονίαν T. 2. p. 41. Ἡκουσα τῆ Εὐαγγελίῃ Ἰωάννου τοῦ Ἀποκαλύψεις περὶ

(m) Alii tantum Johannem presbyterum, non Johannem Evangelistam suspicati sunt autorem esse, ut Dionysius Alex. apud Eusebium VII. 25. & Eusebius ipse III. 39. histor. Recentiores Erasmum, Zwinglium, Calvinum, Josephum Scaligerum, Lutherum, Lucam Osiandrum aliosque qui utrum Johannis Evangelistæ esset subdubitarunt, prætereo, contentus monuisse quod meliora argumenta & fide dignissimi testes suppetunt quibus divina Autoritas Apocalypsi & Apocalypsis Johanni Evangelistæ vindicatur: non modo Patres latini in hanc sententiam conspirantes, sed & Græci Justinus, Irenæus, Clemens Alex. aliique quamplurimi. Vide Bezam, Grotium & Calovium ad Apocalypsin, Baronium ad A.C. 97. Richardi Simonis hist. Crit. N.T. lib. 1. & ejus examinatorem Joh. Henr. Majum c. 19. Steph. le Moyne ad Varia S. p. 1011 seq. Rev. Gustavum Schrœdterum in asserta Canonica autoritate Apocalypseos, Rostoch. 1697. 4.

IX.

τὰς τοιαύτας δὲ αἰνίγματα λέγοντα ὡς δεῖν ἀκριβῶς μὲν ζητεῖν τῷ πνεύματι κατεψύχθαι δὲ τῇ ἁμαρτίᾳ. ὄφελον γὰρ ἦθα, φησὶ, ψυχρὸς ἢ ζεστός. Apoc. III. 15. Videndum tamen an in hoc Nysseni loco Ἀποκρυφα sint, quod vult Heinsius, *ab Ecclesiis non recepta*, num potius *arcana visiones*, uti Pseudo Dionysio c. 3. de Eccles. Hierarchia Apocalypsis vocatur κρυφία καὶ μυστικὴ ἐποψία τῶν μαθητῶν ἀγαπητὴ καὶ θεσπεσία. Ita certe Nysseni locum intellexit Svicerus T. 1. thesauri p. 446. Eodem sensu Juvenalis dixit *arcanum numen Moysis*, Sat. XIV. v. 102. (m) Supra p. 143.

Digitized by Google

IX. APOCALYPSIS, *miraculosis* CÆCILII *Commentariis illustrata.*

DIversam à Canonica pariter & altera num. VII. memoratâ Apocalypsin S. Johannis Evangelistæ A. 1595. in monte Granatensi repertam esse ferunt Hispani quidam scriptores, laminis exaratam plumbeis, idiomate vulgari Hispano redditam à Cæcilio S. Jacobi majoris disci-

& 144. in notis. Adde hæc Sulpicii Severi lib. 2. Hist. *librum S. Apocalypsis quæ à plerisque aut stulte aut impie non recipitur.* Concil. IV. Toletan. can. 16. *Quia plurimi sunt qui Apocalypseos autoritatem non recipiunt, eamque in Ecclesia Dei prædicare contemnunt, si quis eam deinceps aut non receperit, aut à Pascha usque ad Pentecosten missarum tempore in Ecclesia non prædicaverit, excommunicationis sententiam habebit.* Vide & si placet Blondellum lib. 2. *de Sibyllis c.* 26. conantem ostendere quod veteres nonnulli reverentius tractarint Sibyllina quàm Apocalypsin. Nescio unde hauserit Gabriel Naudæus quod scribit in Apologia pro viris doctis Magiæ accusatis p. 9. *Anciennement il estoit defendu à ceux qui n' avoient atteint l' age de quarante ans de lire l' Apocalypse, & le dernier chapitre du Prophete Esdras.* Johannes Durellus in historia rituum Ecclesiæ Anglicanæ p. 119. *Neque Ministris Gallicanis fas est Apocalypsin ultra tria priora capita nisi prius impetrata à Synodis venia pro concionibus exponere.*

Digitized by Google

discipulo, & commentariis eadem lingua per eundem Cæcilium illustratam. In hac non nulla extant de futuro Mahometo Orbis exterminatore, & de Hispaniæ sub ejus sectatoribus clade. Quod si quis miretur à Cæcilio, quem anno secundo Neronis Imp. tradunt Martyrium subiisse, commentarios scriptos in Apocalypsin Johannis nondum scriptam, scriptosque lingua quæ tunc non extabat; ei admirationi, oportune prorsus, duplici miraculo occurrit Franciscus Bivarius Cistercienſis Monachus in vanislimo Commentario (a) ad pseudo Dextri Chronicon A. 54. pag. 110. *Sane in Cæcilio ad literam adimpletam Christi Domini promissionem apud Marcum ultimo capite, de his qui in ipsum crediderint,* linguis loquentur novis. *Ubi non solum promittit loquuturos linguis quos antea non noverunt, sed linguis etiam novis. Quæ autem est lingua nova, nisi quæ hactenus non erat? nam quæ jam apud aliquos erat in usu, nova nuncupari nequit. - - Deinde Prophetico Spiritui non esse difficilius, docuisse futuram Apocalypsin D. Cæcilium, quàm futuram linguam & novam scribendi modum, quo locus decur commentationi Cæcilianæ ante scriptionem Apocalypsis, in qua nulla apparet difficultas, præsertim cum D. Cæcilius*

(a) Prodiit Lugduni A. 1627. fol.

Digitized by Google

Cilius nemini discipulorum Prophetiam nec commentarios ostendisse constet, & Deo solum non hominibus tunc temporis, ut loquitur Paulus, loqueretur. Hæc similiaque qui apud Bivarium legerit, vel apud Michaëlem de Luna, qui cum Privilegio Regis Hispaniarum edidit revelationes istas Johannis & commentaria Cæcilii, vel apud Bernardum de Aldrede in Antiquitatibus Hispaniæ lib. 2. c. 19. aliosque à Stephano Lemonio in notis ad Varia S. p. 1036. seq. allegatos, is non difficulter subscribet Baronio ad A.C. 444. 17. monenti, quod *flagranti cupiditate nobilitatis avitæ coguntur homines interdum delirare.* Equidem Deum quicquid vult posse efficere, nemo pius negat: at enim ii qui incredibilibus & ineptis commentis suis divinam prætexunt omnipotentiam, non minus impie agunt, quam ludibrium debent cordatis. Acutè de ejusmodi hominibus Cicero 2. de divinat. *Nihil est, inquiunt, quod Deus efficere non possit. Utinam sapientes eos effecisset, ne omnia cum superstitiosa sollicitudine & miseria crederent.*

Gregorius Lopezius sive Lupus Madera, Consiliarius Regius, in Apologetico pro vera sacri Montis Granatensis Antiquitate, quo Cæcilianorum aliorumque in turri Turpiana &

Digitized by Google

cavernis Granatensibus repertorum monumentorum γνησιότητα tanto tuetur infelicius, quo plura verba effundit, aliud propugnare audet paradoxon, eandem nimirum linguam quâ hodie utuntur Hispani, etiam Christi & Apostolorum temporibus in usu fuisse, nisi quod interjecto tempore Gothica multa & Arabica verba inspersa fuerint. Cæterum quicquid pro his monumentis asserendis conati sunt quidam Hispani, ea nec civibus suis nasutioribus, nec summis Pontificibus probare potuerunt. Nam & à Nicolao Antonio Hispano, Cardinali Aguirre & aliis sine tergiversatione explodun-tur, & ab Urbano VIII. A. 1641. suspensa primum fideque ac cultu indigna judicata, ab Innocentio XI. autem A. 1682. plane rejecta ac damnata sunt. Urbani Bullam integram ex Bollandi T. 1. Februar. p. 10. retulit Rev. D. Ittigius de Patribus Apostolicis num. XXIX. De utroque decreto his verbis meminit Papebrochius T. 7. Act. Sanctor. Maji p. 285. b. *Quidem libri ad Apostolicæ sedis judicium pridem delati, atque A* 1641. *severe prohibiti legi, explicari aut defendi: Anno denique* 1682. *absolute condemnati fuerunt, ut qui falso tribuantur beatissimæ Virgini Mariæ & S. Apostolo Jacobo Majori, aut ipso dictante ejus discipulis Theosiphonti & Cecilio, imo sint pura figmenta huma-*

AD LECTOREM.

POst tradita priore parte præsentis opusculi Evangelia Apocrypha, sive scripta subditicia de Christo ejusque genere, Parentibus, dictis, scriptis: posterior tomus hicce tibi exhibet, quæcunque de Apostolorum doctrina, miraculis, vita, Epistolis, aliisque eorum nomini tributis scriptis pari fide ac fronte variis temporibus conficta ac suppositа fuerunt. Equidem pauca sunt quæ de Apostolis, neque universis illis sed duobus fere tantum, Petro ac Paulo, Ecclesiæ reliquit certa atque indubitata divinus scriptor Lucas. Sed quoniam plures non eramus habituri veras ac

Digitized by Google

fide dignas ætatis Apoſtolicæ memorias, ideo falſas comminiſci, fabulisque illum ſupplere defectum atque erroribus, dubium eſt majorisne fuerit audaciæ an impietatis. Nihilominus, ut in hac collectione vides, factum illud eſt à multis, diverſo conſilio: ab aliis infelicius & majori libidine hæreſes fabulis miſcendi, ab aliis majore ſpecie & frequentioribus veri veſtigiis ex traditione utcunque petitis, ab omnibus temeritate æquali ac deteſtandâ. Quamobrem vero in animum induxerim hæc commentitia ſcripta recenſere, in præfatione priori tomo præfixa expoſui, itaque hoc loco tantum tria verba addam de veris Actis Apoſtolicis Deo adſpirante à Luca ſcriptis atque compoſitis. Si enim auctorem Synopſeos Scripturæ audimus, quæ non indigna alioqui * tanto ſcriptore fertur ſub nomine Athanaſii, Lucas quidem Acta con-

* Vide Godfrid. Hermantium in Vita Athanaſii T. 1. p. 509. ſeq. 722. ſeq.

Digitized by Google

ACTA, EPISTOLÆ, APOCALYPSES

Aliaque scripta Apostolis falso inscripta

Sive

CODICIS APOCRYPHI NOVI TESTAMENTI

Tomus II.

Digitized by Google

Digitized by Google

humana, in perniciem Catholicæ fidei composita, & respective contineant hæreses atque errores ab Ecclesia Catholica damnatos, ac adversentur literæ S. Scripturæ & expositioni Sanctorum Patrum & usui Ecclesiæ, quin etiam plura redoleant Mahometismum, nec parum inducere videantur fideles ad sectam Mahometi, e cujus Alcorano & aliis Mahometanorum impurissimis libris non modica illorum pars agnoscitur transscripta.

X. APOCALYPSIS S. THOMÆ.

Rejicitur in decreto Gelasiano, supra pag. 138.

XI. APOCALYPSIS S. STEPHANI, Protomartyris,

HAnc Manichæis in pretio fuisse, ita ut eam in cute femoris gestare solerent, ex Sera-

Digitized by Google

pionis Opere adversus Manichæos tradit Sixtus Senensis lib. 2. Bibl. S. p. 142. Cum vero & hoc, & alia (a) quæ ex eodem Serapione Sixtus retulit, neque in latina versione in Canisii lectionibus edita, nec in græco quem longi Codice MS. occurrant, necesse est vel plane alium librum vel longe auctius fuisse exemplar (b) quod Sixtus evolvit. Cæterum Apocalypsin Stephani, cujus fingendæ ansam ex Act. VII. 55. seq. petiisse hæretici illi videntur, explodit etiam Gelasius loco laudato.

XII. S. HERMÆ PASTOR.

CUm hoc opus quod Hermæ Rom. XVI. 14. memorato quidam post Origenem (c) tribuunt, non tantum libro primo meras complectatur IV. visiones, sed & XII. mandata quæ libro secundo, & X. similitudines quæ tertio occur-

(a) Vide quæ notavi supra p. 3.

(b) Similiter Joh. Damascenus in Parallelis ex Didymo contra Manichæos profert verba, quæ in libro Didymi edito hujus argumenti non extant.

(c) Lib. X. Expla-

occurrunt, ex ore Angeli qui habitu Pastoris ista dictavit, accepta profiteatur, non immerito inter apocalypses à me refertur. Tam diligenter autem in illius editione atque illustratione versatus est admirandæ doctrinæ & judicii exquisiti vir J. B. Cotelerius (d) ut pauca sint quæ lector haud iniquus possit desiderare. Tantum dolendum est quod antiquissimum hoc monumentum (scriptum ante excidium Hierosolymitanum, ex Clariss. Dodwelli sententia diss. 6. p. 523. ad Irenæum) latine solum ad nos pervenerit, non etiam græcè. Loca quædam paucula ex Clemente Alexandrino, & Origene, plura ex Antiochi Homiliis græce reposuit ejusdem Cotelerii industria. Unicum, ex Antiocho etiam in Cotelerii editione adductum, locum ex Catena MS. in Acta Apostolor. & Epistolas Catholicas ad Jacob. l. 6. emendatiorem exhibuit Clarissimus J. E. Grabe T. 1. spicilegii p. 303. Sed longe plurima, secundi potissimum & tertii libri loca Cotelerio præterita, restitui possunt ex Pseudo Athanasii doctrina ad Antiochum, quam in præclara sua

nation. in Rom. XVI. 14. (d) In Patribus Apostolicis T. 1. cui adde quæ de Hermæ editionibus, & autoritate differuerunt novissime Rev. D. Ittigius diss. de Patribus Apostolicis §. 55. seq. & Nic. Nourritus T. 1. apparatus ad Bibl. Patrum diss. 4.

Digitized by Google

Athanasii editione T. 3. p. 252. seq. ex Codice Colbertino 4753. primus vulgavit Bernardus de Montfaucon, Monachus Benedictinus. Illa jam descripseram, & cum antiqua librorum Pastoris versione latina contuleram, sed typographo tempore intercluso, hîc subjungere omisi. Locis Veterum in limine librorum Hermæ adscriptis Cotelerius T. 1. monumentorum Ecclesiæ Græcæ p. 725. jubet addere hæc Johannis Sarisberiensis Epist. 172. *Liber vero Sapientiæ & Ecclesiasticus, Judith, Tobias & Pastor, ut idem Hieronymus asserit, non reputantur in Canone: Sed neque Maccabæorum liber qui in duo volumina scinditur, quorum primum Hebræam redolet eloquentiam, alterum græcam, quod stylus ipse convincit. Ille autem qui Pastor inscribitur, an alicubi sit, nescio, sed certum est quod Hieronymus & Beda illum vidisse & legisse se testantur.* Adde & hæc autoris Homiliæ de aleatoribus, quæ extat ad calcem Operum S. Cypriani: *Dicit enim Scriptura divina: Væ erit Pastoribus. Quod si ipsi Pastores negligentes reperti fuerint, quid respondebunt Domino pro pecoribus? à pecoribus se esse vexatos? non credetur illis* &c.

Locus

per horum ministerium atque per universum terrarum orbem prædicato Christianismo, in cujus descriptione Actorum librum totum esse sciunt omnes. Etiam ex Typico Græcorum (e) apparet, recentiores Christianos illius Ecclesiæ eundem morem etiamnum observare, quanquam apud Leonem Allatium (f) aliosque legas, à prima die Paschatis usque ad Pentecostem apud Græcos legi Evangelium Johannis. Verba Typici, ne quis requirat infra subscripsi: Ἰσέον ὅτι ἀπὸ τῆς κυριακῆς τοῦ πάσχα μέχρι τῶν ἁγίων πάντων εἰς τὴν ταύτην ἀνάγνωσιν, λέγω δὴ τοῦ μεγάλου ἑσπερινοῦ, αἱ πράξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀναγινώσκονται μόναι. Εἰς δὲ τὰς λοιπὰς κυριακὰς τοῦ ὅλου χρόνου αἱ ἐπιστολαὶ καθολικαὶ καὶ αἱ δεκατέσσαρες τοῦ ἁγίου Παύλου Ἐπιστολαὶ καὶ

(e) Vide Lambecium lib. 5. commentar. de Bibl. Vindob. p. 287. Cangii glossar. in πεντηκοστή. (f) De Hebdomadibus Græcorum §. 31. p. 1464.

Digitized by Google

καὶ ἡ Ἀποκάλυψις Ἰωάννου. *Sciendum est quod à Dominica Paschatos ad Dominicam usque omnium sanctorum in lectionem magni vespertini Acta Apostolorum sola recitantur. Per reliquas Dominicas temporis universi, septem Epistolæ Catholicæ & quatuordecim Pauli, & Johannis Apocalypsis.* Sed jam age ad Apocrypha Acta, si placet, accedamus.

ACTA,

Digitized by Google

conſcripſit, ſed Petrus Apoſtolus di ctavit (a). At quisquis diligenter evolverit Actorum volumen, deprehendet Lucam plerisque quæ in illo libro exponuntur, ipſum interfuiſſe, & quæ ſuis ipſe oculis vidit, auribusque audivit, θεηλάτῳ calamo deſcripſiſſe comitem Paulini itineris, & cætera non ex Petro ſolo ſed & aliis diſcipulis & Paulo maxime edoctum. Itaque crediderim præferendum Hieronymi (b) judicium affirmantis quod Lucas *Evangelium ſicut audierat* (c) *ſcripſit. Acta vero Apoſtolorum ſicut viderat ipſe compoſuit.* Hunc librum Evangeliſtæ, conſtat poſt Paſchatos feſtum in veteri Eccleſia quotannis eſſe publice prælectum, inſtituto laudatis-

)()(3 ſimo

(a) Athanaſ. Synopſi: Τὰς πράξεις τῶν Ἀποστόλων ὑπηγόρευσε μὲν Πέτρῳ ὁ Ἀπόστολος, συνεγράψατο δὲ ὁ ἁγιὸς Λουκᾶς. (b) In Catalogo Script. Eccleſ. (c) vide ſupra p. 372.

Digitized by Google

simo & convenientissimo. Ita enim Augustinus tractatu sexto in Evangelium Johannis : *Actus Apostolorum testes sunt, ille liber Canonicus, omni anno in Ecclesia recitandus. Anniversaria solennitate post passionem Domini nostis illum librum recitari.* Johannes Chrysostomus singulari homilia (d) sexagesima sexta inter eas quæ de diversis locis Novi Testamenti inscribuntur, multus est in reddenda ratione, quare Acta ante festum Pentecostes & post Paschatos festum prælegi in Ecclesia consueverint, quod nempe veritatem resurrectionis Christi, quæ totius religionis nostræ est fundamentum, nullo manifestiore argumento, nullo certiore testimonio demonstretur quam Spiritu S. effuso in Apostolos, & propagato per

(d) Tom. 5. edit. Frontonis Ducæi p. 842. seq.

Digitized by Google

Locus ex Hermæ & ex eadem quam habemus latina Versione petitus est lib. 3. similitudine 9. c. 31. Sed & in Codice latinorum Bibliorum ante 800. annos exarato qui habetur in Bibliotheca S. Germani de Pratis, post Tobiam, libros Maccabæorum duos, Sapientiam & librum Hiesu filii Sirach, Apocryphis V. T. annumeratur liber Pastoris teste Rich. Simone lib. 2. Hist. Crit. N. T. p. 106. Nihilominus erravit Franciscus Junius qui per Pastorem intellexit librum tertium Maccabæorum, & tacito nomine refellitur à Steph. Lemonio p. 1605. ad Varia sacra. Videtur etiam mihi errasse vir doctus & cum magna literarum elegantiorum jactura superiore anno denatus Thomas Galeus qui in præfatione ad Opuscula Physica Ethica & Mythologica laudat Pseudo Clementem in libro Pastoris. *Nam Clementis opus esse*, inquit, *multa sunt quæ suadent.* Imo dissvadet, ni me omnia fallunt, universa antiquitas, neque necesse est ut omnium librorum Apocryphorum unus sit autor Clemens. Quis vero demum fuerit ille Autor, primi certe scriptor seculi, Nomine Hermas, incertum esse lubens fateor.

De Methodii aliorumque recentioribus revelationibus, Visionibus, Prophetiis, dicere non est præsentis instituti. Itaque hic scribendi

Digitized by Google

bendi modum facio, Numini pro manifestata salutifera per Christum Veritate, valere jussis commentis falsis & Apocryphis, gratias ago humillimas, & erratorum veniam Deum hominesque, homo ipse, imploro.

FINIS.



ADDEN-

Digitized by Google

Addenda & emendanda.

PAg. 5. dele verba: *sive ejus interpolator Metaphrastes.* Simeon enim ipse Metaphrastes de Nativitate & educatione B. Mariæ Virginis hunc locum laudat tanquam Gregorii: Αὖθις γάρ, inquit, ὁ θεῖος Γρηγόριος ἐν τῷ λόγῳ ὃς εἰς τὴν (μητρὸς) χρισθῆναι γέννησιν αὐτῷ συνεταχθη, τοιάδε περὶ ταύτης διαλαμβάνει. Ἤκουσα, λέγων, ἀποκρύφου τινὸς ἱστορίας κ. τ. λ.

Pag. 17. Adde eundem Vossium lib. 2. de Hist. latin. p. 207.

Pag. 21. v. ult. Augustinus de bono conjugali c. 22. *Illo itaque tempore cum & lex dies Patriarcharum subsequens maledictum dixit qui non excitaret semen in Israel, & qui poterat non promebat sed tamen habebat.*

Pag. 44. v. ult. Sane in MS. Codice Vindobonensi Orationis illius autor diserte vocatur Johannes Archiepiscopus Thessalonicensis, & suspicio est hæreticorum fraude veris falsa esse permixta. Vide Lambecium lib. 5. p. 24. Nesselium parte 1. p. 349.

Pag. 66. v. 7. post μείζονος, omissus est asteriscus. Vicissim ante v. 16. delendus alter & ante v. 17. reponendi asteriscus duo. Pag. 68. v. 25. lege *tantum* pro *tandem*. Pag. 112. v. ult. lege *Clarissimo Sikio*.

Pag. 116. v. ult. post. *ingredientes*. Cui geminum est commentum quod legas apud Gregorium Turonensem & Haymonem de stella prolapsa in puteum Bethlehemiticum inque ejus fundo adhuc conspicienda.

Pag. 124. Simeonis & Annæ Prophetidis memoriam recolunt Græci 3. Febr. & occursum Simeonis 2. Febr.

Pag. 154. v. 24. dele verba: *Athanasius & Nicephorus CPol.*

Pag. 200. v. ult. adde Basilium T. 2. p. 764. Hilarium in Matth. can. 4. Sozomenum VI. 2.

Pag. 221. Inter testimonia de Actis Pilati addendus hic locus ex interpolato S. Ignatii Martyrio num. 3. Ἐνταῦθα γὰρ μνήσθη αὐτῷ τὰ κατὰ τὸν θεοφόρον Ἰγνάτι-

Digitized by Google

ον ὡς εἴπε τὰ χριστιανῶν πρεσβεύων καὶ χριστὸν ἴσα καὶ θεοῖς λιμᾶντας ἀνθρώπους ἀναπεφθῶν, καὶ ταῦτα σταυρὸν ὑπὸ Πιλάτου καταχριθέντα καὶ θάνατον, ὡς τὰ περὶ αὐτὸν διδάσκουσιν ὑπομνήματα. *Hic ergo ei* (Trajano) *de Theophoro significatur Ignatio, quod & religionem teneret Christianam, & hominibus persuaderet Christum tanquam Deum honorarent, idque cum fuisset à Pilato cruce condemnatus & morte, ut docent ejus Acta.* Nihil tale legas in sinceriore Ignatii Martyrio, quale edidit in Actis Martyrum sinceris & selectis Theodoricus Ruinartus, & post Ruinartum, Lipsiensis Ecclesiæ lumen Thom. Ittigius in Bibliotheca Patrum Apostolicorum. Cæterum Cotelerius testatur in Codice Regis Galliæ 2431. extare *ἀναφορὰν Πιλάτου πρὸς Τιβέριον* cum narratione eorum quæ consecuta sunt, sed adeo mendaci crasso ineptoque commento, ut legisse pigeat. *Ἀναφορὰν* quam ex Cod. 2493. Colbertino mecum Græce communicavit Rev. Gustavus Schroederus Potentissimi Danorum Regis ad Regem Christianissimum legati à sacris, juvat hoc loco subjungere:

Ἀναφορὰ ΠΙΛΑΤΟΥ τοῦ ἡγεμόνος περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ πεμφθεῖσα Τιβερίῳ Καίσαρι ἐν Ῥώμῃ.

Ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις παθόντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος τῆς παλαιστίνης καὶ τῆς Φοινίκης ταῦτα ἐν Ἱεροσολύμοις γεγόνασιν τὰ ὑπομνήματα τὰ καλὰ τοῦ Κυρίου πραχθέντα ὑπὸ τῶν Ἰου-

Relatio PILATI Præfecti, de JESU CHRISTO Domino nostro, missa ad Tiberium Imp. versantem Romæ.

Cum mortem passus esset Dominus noster JEsus CHristus sub Pontio Pilato, Provinciæ Palæstinæ & Phœnices Præfecto. Acta hæc composita sunt Hierosolymis quæ adversus Dominum ege-

δαί-

δαίων. Ὁ δὲ Πιλᾶτος μεταποιήσας αὐτῷ ἀναφορὰν ἐξέπεμψεν αὐτῷ τῷ Καίσαρι ἐν τῇ Ῥώμῃ γράψας ὅτως.

Κραταιῷ σεβασμιωτάτῳ καὶ φοβερωτάτῳ Τιβερίῳ Καίσαρι Πιλᾶτος ὁ τὴν ἀνατολικὴν διέπων ἐπαρχίαν.

Μηνύειν κέχρημαι διὰ τῆσδε, φόβῳ καὶ τρόμῳ συνεχόμενος, κράτιστε βασιλεῦ, τὴν τῶν ἐπενεχθησομένων καιρῶν ροπὴν, ἐκ τῶν ἃ ἐπέσονται λαβὼν τῶνδε λοιπῶν χρόνων ἐνδείκνυσιν. Ἐνταῦθα γὰρ ἥνπερ διέπω Ἐπαρχίαν, ἥτις μία τῶν πόλεων κέκληται Ἱερουσαλὴμ, ἅπαν τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων παρέδωκάν μοι ἕνα ἄνθρωπόν τινα λεγόμενον Ἰησοῦν, πολλὰ ἐγκλήματα κατ' αὐτοῦ ἐπιφερόμενοι, ἅπερ οὐκ ἠδυνήθησαν τῇ συστάσει τῶν λόγων διελέγξαι. Μία δὲ τοῖς αὐτοῖς αἵρεσις ἦν, ὅτι τὸ σάββατον αὐτοῖς ἔλεγεν

runt Judæi. Sed & Pilatus ex Provincia sua scripto retulit ad Imperatorem, his verbis:

Potentissimo, Augustissimo & invicto Imperatori Tiberio Pilatus Præfectus Orientis.

Cogor hisce literis tibi Potentissime Imperator significare metu licet plenus ac terrore, quid nuperi temporis impetus tulerit, & jam colligo inde quid deinceps postea sit futurum. In hujus cui præsideo provinciæ urbe Hierosolymis universa multitudo Judæorum mihi tradidit hominem cui nomen Jesu, & multorum eum reum egit criminum, sed quæ firmis argumentis probare non potuerunt. In hoc tamen conspirarunt omnes, quod Jesus sabba-

Digitized by Google

σ' Ἰησῦς μὴ ἐν σχολῇ παρατηρεῖσθαι. Πολλὰς γὰρ ἰάσεις ἐπετέλεσεν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, τυφλὸς ἐποίησεν ἀναβλέπειν, χωλὸς περιπατεῖν, νεκρὸς ἀνέστησεν, λεπρὸς ἐκαθάρισεν, παραλυτικὸς ἴασατο, μὴ δυναμένους τὸ σύνολον μήτε ὁρμὴν τῷ σώματι μήτε νεύρων τάσιν ἔχοντας· μόνον φωνὴν καὶ ἁρμονίαν καὶ παρεῖχεν αὐτοῖς δύναμιν τοῦ περιπατεῖν καὶ τρέχειν, ῥήματι μόνῳ τῷ ἀσθενεῖ ἐπιτρέψας, ἀλλὰ πάλιν τι δυνατώτερον πρᾶγμα ὅπερ ἐστὶν παρὰ τοῖς παρ' ἡμῖν θεοῖς ξένον, τετραήμερον νεκρὸν ἀνέστησεν ἐν λόγῳ μόνον καλέσας αὐτοῦ τὸ θνητὸν τὸ ὄνομα, καὶ αὐτὸν δὲ ἰχὼρ διέφθειρεν ὑπὸ τῶν σκωλήκων, καὶ τὸν δυσῶδες τοῦ κυνὸς ἔχοντα, ὃν ἰδὼν ἐν τῷ τάφῳ κείμενον ἐκέλευσεν τρέχειν μήτε ὅλως νεκρόν τι ἔχοντα, ἀλλ' ὡς ἐκ πασῶν νυμφῶν ὕτως ἐ-

to feriandum non esse docuisset. Nam multos sanavit illa die, cæcis visum restituit, claudis incedendi facultatem; mortuos suscitavit, mundavit leprosos, curavit paralyticos qui plane debiles essent neque vires ullas corporis aut nervorum firmitatem haberent, his omnibus non modo vocis usum & harmoniæ percipiendæ, & facultatem ambulandi & currendi reddidit solo verbo præcipiens infirmis, sed & aliud quid majus effecit quod Dii nostri præstare non possunt, quatriduanum mortuum solo verbo & compellato tantum ejus nomine suscitavit, illumque cujus sanies jam à vermibus corrumpebatur, & qui canis instar fœtebat, videns in sepulchro po-

Digitized by Google

πῆλθεν ἐκ τοῦ ταφου εὐωδίαν πλείστην κεκτημένον. Καὶ ξένους καὶ κωφοὺς δαιμονιζομένους καὶ τοὺς οἰκήσιν ἐν ἐρημίαις ἐχοντας καὶ σάρκα τρέφοντας τὴν τοῦ θυσίαν ὁμοίως τοῖς κτήνεσιν, καὶ ἑρπετοῖς συναναστρεφομένους, ἵλεως ὄντας καὶ τούτους κατέστησεν οἰκήτορας πόλεων, καὶ διὰ λόγου σώφρονας ἀνέδειξεν. Σοφός τε καὶ δυνατὸς καὶ ἐνδόξους παρεσκάλεσεν γενέσθαι συνοδίονας παντάπασιν πολεμίους τῶν πνευμάτων ἀκαθάρτων τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀλεθρίων. Πάλιν ἄλλον ὑπῆρχεν ξηρὰν ἔχων τὴν χεῖρα, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον τὸ ἥμισυ μέρος τοῦ σώματος ἀπολιθωθὲν ὑπῆρχεν τοῦ ἀνθρώπου, μήτε πλάσιν ἀνδρὸς ἢ σώματος ἔχειν, ὡς λίαν σεσηπός. Καὶ κεῖνον λόγῳ ἰάσατο καὶ ὑγιῆ ἀπέδειξεν. Καὶ γυνὴ δὲ αἱμορροοῦσα πολλοὺς χρόνους ἀπὸ τῆς ῥύσεως τοῦ αἵ-

situm jussit currere, nullatenus amplius similem mortuo sed ex sepulchro velut ex thalamo sponsi prodeuntem svaveolentissimum. Præterea mente alienatos & agitatos à dæmoniis inque desertis degentes bestiarum instar ferarum & cum serpentibus enutritos, iterum mites placidosque reddidit, soloque verbo ut urbes rursus incolerent & ad se redirent effecit, adesse jussis hominibus mente & viribus integris ac nobilibus qui cum illis comederent, & hostes jam illos ac debellatores perniciosorum à quibus vexati fuerant dæmonum viderent. *Fuit* & arida homo manu sive potius dimidia corporis parte veluti in saxũ mutatâ, qui præ macilentia vix hominis formã

Digitized by Google

ματ& τὰς ἀρ]ηρίας ϗ τὰς φλέβας ἀν]λήσασα, ϗ μήτε τὸ ἀνθρώπινον σῶμα ἐπιφερομένη, νεκροῖς δὲ ἀπεικασμένη, ἄφωνός]ε ὖσα, ὡς οἱ ἐκ]ῆς ἐνορίας ἰα]ροὶ αὐ]ὴν ϗκ ἠδύνα]ο ἰα]ρεῦσαι, ὅτε γὰρ σκιὰ τῆς ζωῆς αὐ]ῆς ὑπῆρχεν. Καὶ μυ]ικῶς, διερχομένυ τῦ Ἰησῦ, ἰσχὺν λαβῦσα διὰ]ῆς ἐπισκιάσεως αὐ]ῦ, ὄπισθεν ἥψα]ο τῦ κρασπέδυ αὐ]ῦ. Καὶ αὐ]ῇ τῇ ὥρᾳ ἀνεπλήρωσεν δύναμις τὰ κενώμα]α αὐ]ῆς, ὡς μηδὲ πο]επαθῦσα τῇ πεπονθυία. Καὶ ἤρξα]ο δρομαίως]ρέχειν εἰς]ὴν αὐ]ῆς πόλιν Καφαρναὲμ ὡς πλησιαζειν τὴν πορείαν ἡμερῶν ἓξ. Καὶ]αῦτα μὲν ἅπερ πρόσφα]& κα]ὰ νῦν ἔχων ἐμνήυσα ὡς ὅτι ϗ παρὰ]ὴς Θεὸς ὧς σεβόμεθα μείζονα κα]ε ὁσα θαυμα]ὰ ἐργήματα παρ' αὐ]ῦ γεγονότα. Τῦτον δὲ Ἡρῴδης ϗ Ἀρχέλα& referret. Hunc quoque solo verbo curavit & sanitati restituit. Tum mulier sangvinis profluvio laborans exhaustis sangvinis fluxu arteriis venisque vix hærebat ossibus mortuæ simillima & destituta voce, cui *Medici* illius loci mederi neutiquam poterant. Hæc clam, cum prætereunte forte Jesu ab ejus umbra vires cepisset, à tergo vestis ejus fimbriam tetigit, eademque hora repleta sangvinis & à malo suo liberata fuit, quo facto, festinato gressu in civitatem suam Capernaum accurrit, & sex dierum iter absolvere potuit. Atque ista majora à Jesu quam à *Diis* quos nosmet colimus facta miracula exposui prout statim memoria cogitanti suggessit. Hunc Herodes, Archelaus, λα&

Digitized by Google

λαος, Φίλιππος, Ἄννας καὶ Καϊάφας παρέδοκάν μοι σὺν πᾶσι τῷ λαῷ, ἐπὶ τῇ τότε ἀνελάσει πολλὴν στάσιν ποιήσαντες κατ' ἐμοῦ. Ἐκέλευσα οὖν ἅπαντον σταυρωθῆναι, πρῶτον φραγελλώσας αὐτόν. Μηδεμίαν αἰτίαν εὗρον κατ' αὐτοῦ κακῶν ἐγκλημάτων ἢ πράξεων. Ἅμα δὲ ἐσταυρώθη, σκότος ἐγένετο ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην, τὸ ἡλίου μέσον τῆς ἡμέρας σκοτισθέντος καὶ τῶν ἄστρων φανέντων, ἐν οἷς λαμπεδόσιν οὐκ ἐφάνετο, ἡ δὲ σελήνη τὸ φεγγος ὡς αἱματίζουσα διέλιπεν, κόσμος δὲ τῶν καταχθονίων κατεπόθη, ὡς αὐτὸ ὅπερ ἦχον ἀγίασμα ναοῦ λεγόμενον αὐτοῖς Ἰουδαίοις μὴ ὠφθῆναι τῇ τότε πίστει, χάσμα δὲ τῆς γῆς ἐλλειπομένης, βρόντων τε ἤχος καταβαινόντων. Ὤφθησαν δὲ ἐν αὐτῷ τῷ φόβῳ νεκροὶ ἀναστάντες, ὡς αὐτοὶ Ἰουδαῖοι μαρτυρήσαν-

Philippus, Annas & Caiphas una cum toto populo mihi tradidere, magno super ejus inquisitione facto adversus me tumultu. Jussi igitur prius flagellatum in crucem agere, licet nullam causam in eo maleficiorum criminumque reperi. Simul autem crucifixus est, simul tenebræ universam terram opplevere, sole per meridiem obscurato & astris comparentibus, dum interim inter stellas desideraretur nec splenderet luna sangvine veluti suffusa atque deficiens: Tunc ornatus omnis rerum terrestrium sepultus erat, ita ut præ tenebrarum densitate nec ipsum à Judæis posset conspici quod ita vocant sanctuarium: terræ vero dehiscentis chaos & dejectorum fulminum

Digitized by Google

ῆσ εἶπον, ἐν οἷς Ἀβραὰμ
καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ τοὺς
δώδεκα Πατριάρχας καὶ
Μωυσῆν καὶ Ἰωάννην τοὺς
προελευσησαντας ὡς Φα-
σιν ἐκεῖνοι πρὸ χιλίων
πενταχοσίων ἐτῶν. Καὶ
πλεῖστοι πολλοὶ δὲ καὶ εἶδον
ἐν σώμασι φανέντας, θρῆ-
νον δὲ ποιησαντας δι' αὐ-
τὴν γενομένην δι' αὐτῶν πα-
ράνομον πρᾶξιν, καὶ ἀπώ-
λειαν τῶν Ἰουδαίων καὶ τῆ νό-
μου αὐτῶν. Ἦν δὲ ὁ φόβος
τῆ σεισμῆ ἀπὸ ὥρας ἕκτης
τῆς παρασκευῆς ἕως ἐνάτης. Ὀψίας γενομένης τῆς
μιᾶς τῶν σαββάτων ἦχος
ἐγένετο ἐκ τῆ ἠέρος, ὥστε
τὸν ἠέρα νενέσθαι φω-
ταγωγὸν ἐπὶ πλείστον ὑπὲρ πάσας τὰς ἡμέρας.
Ἤρξη δὲ ἀπὸ ὥρας τῆς
νυκτὸς ἡλίου, ὡς ἀδέπο-
τε, πλὴν φαιδρούνας,
ὥσπερ αἰχμὰς ἄφνω
χειμῶνος ἐπέχουσας ἕως
ἐφάνησαν ἄνδρες ἐν
νεφέλαις ὁλῆ καὶ δόξῃ
μεγάλῃ ὑπάρχουσης, πλὴ
θους ἀναριθμήτου πρά-

strepitus percipiebatur. Inter hunc ipsum terrorem è mortuis suscitati videndos se præbuere ut ipsi Iudæi testes affirmarunt, in his Abraamus, Isaacus, Jacobus, duodecim Patriarchæ, Moyses & Joannes, quorum pars ante ter mille & quingentos ut ajunt illi annos diem obierunt. Et plurimi quos in vita etiamnum noverant, jam vero plangentes bellum quod instet propter ipsorum impietatem, Judæorumque & legis ipsorum eversionem quiritantes. Tremor ex terræ motu duravit à sexta hora diei paraſceves usque ad nonam. At die prima sabbatorum facto mane sonus de cœlo auditus est, cœlumque lumine perfusum septuplo tanto quantum aliis solet diebus. Die

ζαν-

Digitized by Google

ζοντες, καὶ φωναὶ ἠκούοντο ὥσπερ παμμεγέθους βροντῆς· ὁ σταυρωθεὶς ἀνέστη χριστός. Ἀνῆλθον δὲ ἐξ ᾅδου οἱ δεδυλωμένοι ἐν τοῖς καταχθονίοις τῷ ᾅδῃ, καὶ ἦν τὸ χάσμα τῆς γῆς ὡς μὴ ὄντων ἐδρασμάτων, ἀλλ' ἅπαν ἦν ὡς αὐτὰ τὰ ὕδατα ὑποκάτω ἀβύσσου φανῆναι, μετὰ τῶν ἐν τοῖς ἐρέβεσι καὶ περὶ ὑπανθρώπων ἐν σώμασι, ἐν μέσῳ τῷ πλήθει τῶν ἀνασάντων νεκρῶν. Ὁ δὲ ἀναστήσας πάντας τοὺς νεκροὺς καὶ συνδήσας τὸν ᾅδην, ἔλεγεν· Ἔπεται τοῖς μαθηταῖς ὅτι προάγει ὑμᾶς εἰς τὴν Γαλιλαίαν, ἐκεῖ αὐτὸν ὄψεσθε. Πᾶσαν δὲ νύκτα ἐκείνην οὐκ ἐπαύσατο τὸ φῶς φαίνων. Τῶν δὲ Ἰουδαίων πολλοὶ ἔθανον ἐν τῷ χάσματι τῆς γῆς καταπιωθέντες, ὡς μὴ εὑρεθῆναι ἐπὶ τὴν ἄυριον τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων τῶν τὰ κατὰ τὸν Ἰησοῦν λεγομένων. Ἄλλοι φαντασίαν

tertia noctis sol visus est incomparabili splendore prolucens, & quemadmodum fulgura in tempestate subito promicant, sic viri lucida veste & gloria magna induti apparuerunt cum innumerabili multitudine clamantium & voce magni tonitrui instar proloquente: *Christus crucifixus resurrexit.* Et qui sub terra apud inferos servitutem servierant, prodierunt in vitam, hiatu terræ tanto ac si fundamenta nulla essent, ita ut aquæ ipsæ subter abyssum apparerent, dum mortuis plurimis resuscitatis obviam veniebant cœlestes spiritus corpore præditi. Qui vero suscitaverat mortuos omnes & inferna vinculis constrinxerat Jesus, Dicite discipulis, inquit, quod antecedet vos in

Digitized by Google

ἑώρων τὴν δ᾽ δέποτε ἡμῶν τις θεασάμενός ἐσι. Μια συναγωγὴ τῶν Ἰουδαίων δὲ κ ὑπελήφθη ἐν αὐλῇ τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἐπεὶ πᾶσαι ἠφανίσθησαν. Οἱ δὲ ῥηγνύμενοι τὸ μνημεῖον στρατιῶται ἀπὸ τῆς ἰδέας τῶ ἀγγέλω ἐσείσθησαν, ἀπ-ηλθον δ᾽ ἐν φόβῳ ἐκεῖνοι ἐν ἑκστάσει γενόμενοι, κ τρόμῳ δυναμωτάτῳ καμ-χόμενοι· Ἅπερ ἴδον κατὰ ταύτην τὴν ὥραν γεγενημένα, γράψας ἀνήγαγον τῷ σῷ κράτει, ὑποτάξας τὰ καλὰ τῦ Ἰησῦ πραχθέντα τῶν Ἰουδαίων, κ ἐξέπεμπα τῇ σῇ Θεότητι, Δέσποτα.

Φθασάντων δὲ τῶν γραμματέων ἐν Ῥώμῃ, κ ἀναγνωσθέντων, δ᾽ κ ὀλίγων ἐν τῇ πόλει ἐσώτων πάντες ἔκθαμβοι ἐγένοντο, ὅτι δι᾽ αὐτὴν τῦ Πιλάτυ παρανομίαν τὸ σκότος κ ὁ σεισμὸς ἐγένετο ἐφ᾽ ὅλην τὴν οἰκουμένην. Καὶ θυμῷ πληθεὶς ὁ Καῖσαρ ἐκπέμψας στρατιώτας ἐκέλευσεν δέσμον

Galilæam, ibi eum visuri estis. Per totam porro noctem lumen istud lucere neutiquam desiit. At Judæorum non pauci voragine terræ absorpti sunt, ut altera die desiderarentur multi Judæi ex iis qui in Christum dixerant. Aliis qualia non quisquam nostrum vidit Phasmata sese conspicienda obtulerunt. Neque una Judæorum substitit Hierosolymis Synagoga, siquidem eversæ sunt omnes. Cæterum qui sepulchrum Jesu custodiebant milites à conspectu Angeli conterriti, metuque ac terrore maximo extra se positi abierunt. Hæc sunt quæ præsenti tempore gesta comperi & ad Potestatem tuam referens, quæcunque cum Jesu Judæi egerunt, Numini tuo, Domine misi.

Digitized by Google

μον

μιον ἀγαγεῖν τὸν Πιλάτον. Hæ literæ cum Romam perlatæ essent lectæque, plurimi qui in urbe erant, omnes stupebant, quod Pilati injustitia tenebræ & terræ motus universam terram afflixissent. Itaque Imperator plenus indignationis missis militibus vinctum ad se duci jussit Pilatum.

Ad pag. 236. ubi de editionibus Evangelii Nicodemi, adde Lipsiensem Germanicam A. 1616. 12. quæ notatur prima in puriore lingva Germanica lucem vidisse. Jetzo wiederumb auffs neue auffgelegt und in rechte Teutsche Sprache versetzt / welches nie so geweſen. Prodiit etiam Belgice libellus sub hoc titulo: *t' Wonderlyck Evangelium van Nicodemus, gedruckt na de alleroudeſte Copye tot Leyden by Pieter Janſon onder den toorn van Sinte Pancratius Kerck, Anno* 1418. *en wederom in't licht gebracht, door den eerwaerdigen Aquila Oreinus Biſſchop tot Calorchos. Roterd.* 1671. 12. Sed libellus ipse non Evangelium Nicodemi continet sed narrationem quandam Passionis Christi, mortis, descensus ad inferos, resurrectionis & adscensionis in cœlos, à Monacho quodam utcunque congestam ex quatuor Evangelistis, Evangelio Nicodemi quem p. 79. diserte laudat & ex aliis legendis ut p. 75. loquitur. Subjicitur huic libello alius eodem anno apud eundem bibliopolam Hugonem Riickhals Roterodami excusus, qui inscribitur: *t' Wonderlyck Evangelium van Nicodemus verrickt met bondighe uytleggingen begrijpende korteliick den ouden en nieuwen toeſtandt der H. Roomſche Kerck, door den hoog-geleerden Arnoldus Montanus.* Verum huic plane nihil commune est cum Nicodemi Evangelio, continet enim satyricam criminationem Ordinum Monasticorum, quibus illam ironica & ad risum comparata dedicatione autor consecravit.

Ad pag. 240. v. 30. post *lib.* 1. *c.* 21. adde lib. 7. cap. 8. & 9.

Ad pag. 243. v. 25. post *immitterent.* Hinc Oniropompi dæmones. Vide Tertullianum c. 23. Apologetici.

Ad

Ad pag. 245. v. 27. post *Maimonidem*, adde: Etiam apud Theocritum IV. 17. δᾶν Schol. μὰ τὴν γῆν.

Ibid. v. 31. post *Ligfooti* adde: & noviſſime Zach. Huberi diſſ. 1. juridico-philolog.

Ad pag. 250. post ea quæ in notis de Jamne & Mambre, adde κηποτάφιον (an κενοτάφιον) Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ apud Palladium in Lauſiaca p. 44. edit. Meurſii, & LXX. dæmones ex eo profilientes p. 45. Apud Leonem Grammaticum in Theophilo p. 453. perperam excuſſum Ἰαννῆς καὶ Ἰαμαρῆς, ut notatum Cotelerio 3. monum. p. 588.

Ad pag. 252. v. 26. *Cum illa nihil habet commune Veronica*, adde, licet utraque confunditur à Pſeudo Dextro ad A. C. 84. p 94.

Ad pag. 254. Centurio ille à quibusdam vocatur *C. Oppius* patria Hiſpanus, filius Caji Cornelii Centurionis. Capernaumenſis & pater C. Oppii itidem Centurionis, qui primus è gentilibus poſt Chriſti mortem Chriſtianus baptizatus à Barnaba & factus tertius Epiſcopus Mediolanenſis. Agnoſcis fabulas Pſeudo Dextri p. 24. 34. 41. 76. &c. Gregorius Nyſſenus tradit factum eſſe Epiſcopum Cappadociæ. Vide quæ notavi p. 261.

Ad pag. 259. v. 22. Græcis quibusdam, ut in Menologio Ughelliano T. 6. Italiæ ſacræ p. 1105. ad diem decimum ſextum Octobris.

Ad pag. 270. τόμον χάρτου. Adde Cotelerium T. 2. monument. Eccleſiæ Gr. p. 518.

Ad pag. 281. Trita de Lazari appulſu in urbem Maſſiliam prædicatoque ibi Evangelio fabella probatur *Baronio* ad A. C. 35. n. 5. *Bivario* ad *Dextrum* p. 94. ſeq. Joh. Baptiſtæ Gveſnæo in *Maſſilia* gentili & Chriſtiana, Antonio Ruſo in hiſtoria Maſſiliæ libro 10. Natali Alexandro *Sec.* 1. diſſ. 17. &c. Eam merito exploſit ſcripto non uno Johannes Launojus. Vide D. Antonii Reiſeri τοῦ μαχαρίτου Launojum Confeſſorem p. 777. ſeqq. Gaſſendum p. 132. Epiſt. Non præterierim quod in Antonii Verderii ſupplemento *Bibliothecæ* Geſneriana Lugd. A. 1585. edito Rev. D. Ittigius in Diſſ. de *Patribus* Apoſtolicis p. 32. notat memorari libros Lazaro ridicule adſcriptos. *Liber ſancti & juſti Lazari, qui quatuor dierum ſepul-*

Digitized by Google

sepultus fuit apud inferos, & quemadmodum excitavit illum Christus, explicantur libri IV. quos videntes Apostoli, tres eorum absconderunt, unusque inventus est, estque primus in urbe Roma, ut audivi ex Cardinali S. crucis.

Ad pag. 315. v. 4. adde: & in diss. de Patribus Apostolicis p. 33. seq. ubi de Liturgia Marco tributa. Liturgias Jacobi, Marci, Petri Germanice vertit & cum animadversionibus edidit Andreas Gnospius, Regiomonte A. 1678. Die drey vermeinten und sehr verdächtigen Liturgien und Messen des Jacobi, Marci und Petri, aus dem Tomo I. Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum edit. Colon. A. 1618.

Ad pag. 319. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 414. *Abgarus Toparchæ ejusdem urbis* (Edessæ) *Rex fuit, qui Epistolam manu Salvatoris scriptam accipere meruit, quam infans baptizatus stans super portam civitatis legit, si quando barbara gens contra civitatem venerit. Eadem quum lecta fuerit aut plácantur barbari aut fugantur, eminati* (forte *eliminati*) *sunt Salvatoris scriptis quam orationibus* (precibus) *S. Thomæ Apostoli sive Didymi qui latus Domini contingens dixit: tu es Domine Deus meus.*

Pag. 344.* excidit nota (b) Solum Matthæi Evangelium à Cerinthianis receptum testatur etiam Philastrius de hæresibus c. 36. Sed genealogiam tantum & pauca quædam alia, atque adeo non integrum admisisse tradit Epiphanius XXVIII. 5. Hoc igitur nomine singulare quoddam fuit Cerinthi Evangelium, nempe Matthæi mutilatum, quo eodem usi etiam Carpocratiani. Idem Epiphanius XXX. 14.

Ad pag. 352. Compendium Apocryphæ narrationis S. Johanni tributæ de transitu B. Mariæ referunt Jacobus de Voragine & alii. Johannem nihil de Mariæ morte scripsisse testatur Augustinus sermone XXXV. de sanctis.

Ad pag. 353.* num. XXIII. Pro Luciano male Tatianum quidam legunt in decreto Gelasii. Vide Clariss. Tentzelii part. 1. diss. select. p. 226.

Pag. 360. v. 26. *& à Tatiano*, adde: & *Marcione* de quo Irenæus lib. 1. c. 29.

Pag. 388. v. 21. adde: lib. VIII. c. 8. *non evertí sed converti eum.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 395. adde teſtimonium Rodolphi Tungrenſis, qui affirmat Abdiæ hiſtoriam hinc inde ſub quadam devotione indiſcreta collectam periculoſe in Eccleſiis legi. Confer Florentinium p. 175. ad Martyrolog.

Pag. 398. è Reformatis adde Salmaſium ad Tertull. de pallio, Ludovicum de Dieu ad Hiſtoriam Petri Xaverianam, è noſtratibus Jac. Thomaſium in programmatis.

Pag. 410. v. 30. adde: licet Xaverius illam rem tanquam certam Hiſtoriæ Petri inſerere non dubitavit p. 62. caſtigatus eo nomine à Theonymo interprete in notis p. 115. ſeq

Pag. 426. Dele totam notam (i) & (k) atque ſcribe: manus Matthidiæ, quæ Clementis mater. Homil. 12. Clementin. c. 23. & Epitome de geſtis Petri c. 91. Mathidiana vocatur Xaverio Hiſt. Petri p. 49. 54. 58. Vide & lib. 7. recognitt. c. 22.

Pag. 446. v. ult. Per Oſſa Pauli & λείψανα dæmones abactos tradit Chryſoſtomus homil. 1. ad Pop. Antiochen. p. 3.

Pag. 447. v. ult. de carruca Valeſius ad Ammian. XIV. 6.

Pag. 511. Secundum Menæa 30. Nov. & Nicephorum II. 39. S. Andreas προσηλῶσθαι clavis affixus eſt cruci, non funibus alligatus, quod negantem vide ſis etiam Bellarminum II. 27. de imagg.

Pag. 512. v. ult. de Cruce S. Andreæ Chifletius in Veſontione part. 1. c. 48. p. 203. ſeq.

Pag. 513. v. antepenult. pro *patria* lege *Patra*.

Pag. 535. v. 5. mitiorem pœnam excogitans] exilium pari paſſu cum pœna capitali ambulaſſe olim, addit Simeon Metaphraſtes, hoc ipſum de Johanne narrans p. 1002. ubi & templum Amazonum Joannis precibus everſum memorat.

Pag. 541. v. antepenult. Simeon Metaphraſtes p. 1005. πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν μεταναγεῖ τὸν νεανίσκον.

Pag. 576. Adde aliam fabulam quam prolixe narrat Metaphraſtes de obærato aliquo qui præ tædio vitæ venenum ab Ebræo quodam acceperat, ſed quia hauſturus, ſignum crucis fecit, ter illud ſumſit impune. Poſtea Johannes fœnum eodem crucis ſigno in aurum mutans debitori ſatisfecit & obærati nomen ſolvit.

Pag. 584. v. 12. fodite filioli] foveam ingentem in crucis figu-

Digitized by Google

figuram factam tradit Menologium 25. Sept. apud Ughellum T. 6. Italiæ sacræ p. 1084. Ibidem legas vacuum postea sepulchrum Johannis repertum, solis nempe relictis in illo crepidis, ut habet Metaphrastes p. 1008. qui addit pulverem ex illo sepulchro subinde scaturire salutarem adversus omne genus morbi, & quo plus ex illo aufertur, eo abundantius provenire. ὅσῳ πλέον ἀφύονται, τοσῷ πλέον πηγάζει.

Pag. 591. v. 22. pro: *à Jacobo majore IV.* lege: *à Jacobo majore de quo libro IV.*

Pag. 601. *Ordericus Vitalis lib. V.* legendum *lib. 2.*

Pag. 607. v. 21. adde Menologium Ughelli 9. Octobr. p. 1099 tradit Jacobum vario affectum cruciatu, demum Scipionibus cæsum atque interemptum. Idem legas 23. Octobr. p. 1111.

Pag. 608. Conjungenda sunt nomina Simon Cananæus & quod idem significat Zelotes, ut notavi p. 688. Cæterum hæc distractio non videtur esse ab ipso autore, nam Ordericus Vitalis, qui fere ubique Abdiam sequitur, illa conjungit lib. 2. p. 419. *Simon Chananæus qui & Zelotes ad distinctionem Simonis Petri & Judæ traditoris, qui & ipse Simon Scariotes dictus est* &c. Judam proditorem etiam dictum fuisse Simeonem, affirmat idem Ordericus p. 423. sane Judam Simonis vocat Johannes VI. 71. XII. 4. XIII. 2. & 26.

Pag. 610. v. ult. adde: Thomam Munkerum in diss. de Hygino, Salmasium ad Flori IV. 2.

Pag 631. *Svanyr* Orderico Vitali lib. 2. p. 422. *Sanir.* Eidem Sennes dicitur non Semnes.

Pag. 636. v. penult. adde: Levin istum unum è LXX. discipulis fuisse, præter rem sentit Hesychius Hierosolymitanus editus à Cotelerio 3. monument. Eccles. Gr. p. 10.

Pag 652. v. ult. adde; Hinc *Diaconos Anastasis*, pro diaconis ad Anastaseos templum Hierosolymis dictos observat Sirmondus Anti-Tristano 2. p. 12. seq.

Pag. 654. v. 3. *Hirtacus Adolphus* apud Ordericum Vitalem p. 418.

Pag. 674. al. *Polemius.*

Pag. 677. terra virgo, ἀνήροτος apud Methodium

p.

Digitized by Google

p. 79. convivii Virginum edit. Combefisianæ. Alia Isaacus Vossius ad Catullum. p. 169.

Pag. 686. v. ult. adde: sive mortem potius.

Pag. 741. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 410. de Philippo Apostolo: *Malignam extinxit hæresin Ebionitarum* (ita legendum pro *Hebronitarum*) *qui Dominum Jesum negant esse Dei filium nec hominis corpus sumsisse de virgine verum.*

Pag. 761. v. 23. post verba, *quæ interiit*, adde: Fallitur enim Casimirus Oudinus, qui disputationem Petri & Apionis à Coteletio editam affirmat sub nomine Clementinorum.

Pag. 781. v. 21. Sed scriptum illud, adde: à Beda, ut ajunt, latine translatum.

Pag. 782. Acta S. Barnabæ Græce edita ex MS. Vaticano & latine ex versione Gvil. Sirleti à Papebrochio T. 2. Act. Sanctorum Junii ad diem XI. Quem vide. Fortassis iisdem usus est Ordericus Vitalis in iis quæ de Barnaba tradit. lib. 2. Hist. p. 424. seq.

Pag. 811 Doctrinæ Apostolorum hoc fragmentum extat in homilia de aleatoribus post opera S. Cypriani: *Et in doctrinis Apostolorum: Si quis frater delinquit in Ecclesia & non paret legi, hic nec colligatur donec pœnitentiam agat, & non recipiatur, ne inquinetur & impediatur oratio vestra.*

INDEX

Digitized by Google

INDEX
LOCORUM S. SCRIPTURÆ.

GENES.

XI. 1. 7. Pag. 640, 641
XLII, 15. 242

EXOD.

XXIII. 26. 21
XXIV. 11. 294
XXV. 10. 297
XXXII. 32. 571

NUMER.

V. 18. 102

DEVTERON.

VII. 14. 21
VIII. 4. 673
XXIX. 5. 673

JOSUÆ.

V. 13. 106
X. 10. & 17. ibid.

JUDICUM.

XIV. 15. 578

NEHEMIÆ.

IX. 21. 673

PSALMOR.

XXIV. 7. 282
LXVIII. 27. 441

ESAIÆ.

III. 10. 605
XXXI. ult. 21

JEREMIÆ.

XXXV. 607

EZECHIELIS.

I. 10. 383*
XLIII, 17. 27

HOSEÆ.

XIII, 14. 283

MICHÆ.

V. 2. 114. seq.

SAPIENT.

II. 12. 605
XIV. 15. 649

MATTHÆI.

I. 1. 346
19. 97, 114. seq.
II. 1. 106
4. 174
6. 114. seq.
15. 177
23. 364
III. 5. 347
14. 348
16. 347*
17. 364*
IV. 2. 69, 676
V. 40. 579
VI. 11. 367
33. 329*
VIII. 4. 84
5. 254
21. 737
XIV. 26. 432
XVI. 13. 402
XVII. 2. 470
21. 329
XVIII. 18. 430
XX. 9. 83
22. 576
28. 327
XXI. 8. 240
XXIII. 35. 120. 368.

Digitized by Google

XXIV. 30. 289
XXV. 27. 330
XXVI. 35. 665
38. 279
XXVII. 16. 251
51. 260
XXVIII. 19. 337

MARCI.

VI. 3. 104. 200
XIV. 5. 1171
51. 600
XVI. 8. seqq. 325
18. 575. 576

LUCÆ.

I. 1. 335*
28. 24. 92
34. 29.
35. 93
II. 1. 103
4. 106
7. 118
VI. 5. 324
X. 42. 330
XIV. 10. 11. 329
XV. 7. 572
12. 569
XVI. 19. 562
26. 563
XIX. 13. 23. 330
XXII. 43. 482
51. 664
XXIII. 2. 238
XXIV. 27. 322*
39. 359

JOHANNIS.

I. 3. 384
33. 348
37. 736
II. 20. 247
IV. 46. 254
V. 4. 251
VIII. 1. seqq. 357
6. 315
XI. 26. 417. 699
49. 51. 527
XII. 5. 171
XVIII. 13. 526
39. 255
XIX. 6. 245
XX. 19. 675
22. 533
XXI. 25. 322. 804

ACTOR.

II. 3. 641
III. 1. 499
VIII. 21. 25. 407
27. 638
IX. 2. 5. 7. 442
15. 443
24. 444
27. 445
35. 408
39. 409
X. 9. 499
XII. 3. 4. 409
9. 410
11. 411
XIII. 2. 332
XIV. 11. 445. 579. 651
XVI. 16. 446
XIX. 27. 573
29. 474
XX. 35. 322
XXI. 33. 410
39. 764
XXII. 9. 442

Digitized by Google

XXVIII. 1. seq. 448
21. seq. 451
AD ROM.
XV. 19. 452
1. AD COR.
II. 9. 342*
V. 9. 918
XIV. 18. 903
2. AD COR.
III. 3. 316
XI. 17. 326
24. 248
XII. 4. 943
XIII. 1. 921
XV. 7. 593
AD EPHES.
III. 3. 915
V. 14. 524
VI. 16. 560
AD PHILIPP.
I. 21. 876
AD COLOSS.
I. 25. 452
IV. 16. 853
1. AD THESS.
V. 21. 330
2. AD THESS.
II. 2. 916
1. AD TIM.
V. 24. 567
2. AD TIM.
II. 19. 333*
III. 8. 249. 342*
AD HEBR.
I. 2. 710
XI. 37. 342*
1. PETRI.
V. 12. 905
2. PETRI.
II. 4. 518
III. 16. 903
1. JOHANNIS.
IV. 1. 330
APOCALYPS.
IV. 7. 383*
VI. 16. 118
XI. 3. 291
XIV. 6. 337*
13. 567

Digitized by Google

INDEX
RERUM ET VERBORUM.

Abbanes sive Azanes 821 691
Abdias 388. 628 744. 931. 984 editiones, 399. rebus Apostolorum se interfuisse fingit 446. §84. latine scripsit 727 seq.
Rufinum sequitur 412. 429 596
Plures Abdiæ 745
Abgarus 317. ejus morbus 318 ad Christum Epistola 317. *. 983
Abgarorum successio in regno Edessено 317
Abjathar Pontifex §27
Acclamationes publicæ 240
Accubitus ad mensam 532
Acestus 454
Achaja Provincia 461
Achajis scripta Epistola Pauli 896
Achajæ presbyterorum & Diac. Epistola de passione S. Andreæ 745. §10
Actus, pro libris sacris quibuscunque 749
Acta Apostolorum à Luca conscript. vario ordine collocata i ter libros Novi Test. 750. Hebraice versa 369 * à variis hæreticis rejecta. *ibid.* lecta in Ecclesiis post festum Paschatos. *Præf. ad Tom.* 2. non dictata à Petro *ibid.*
Liber Actuum quem ab Apostolis compositum tradit Varadatus 803. forte Constitutiones Apostolicæ, quæ Actus vocantur à Balsamone, ut notavi p. 759
Acta Apocrypha S. Andreæ 747. S. Johannis §89. 765 S. Marci 780. S. Matthiæ 782. S. Pauli 791. Pauli & Theclæ 794. S. Petri 792 801. S. Philippi 806. S. Thomæ 819
Acta Pilati 214. seq. 220. 766
Caipliæ 168
Acta Synodi Apostolicæ Hierosolymitanæ 803. 920
Adamus 278. 279 filius Virginis 677. ejus Apocalypsis 940
Adar mensis 203
Adelbertus 309
dimantus 475
Adjuratio 267. 275
Ad propria abire 459. 493. 498. &c.
Ad se, pro, in domum suam 411
Advocatio omnis i. e. omnes advocati 619
Ægeas Pro Cos 503
Æglippus 637. baptizatus 653
Ægypti Idola Christi adventu prostrata 176

Æne-

Digitized by Google

Æneas paralyticus 407
Æra Alexandri 169
Æthiopes, dæmones 489. 634 683. Israelitæ 202
Æthiopia quam adiit Matthæus 637. 670
Jul. Africanus 389. 628
Agrippa 244
Alcman 506
Alexander 238. 240
Alexandri Cyprii Acta S. Barnabæ 782
Alexander Eremita 949
Altaris gradus 27. 48
Amazonum templum 984
Amen 294. 440. 467. 486 513. 588. 622. 683. &c.
Amenta sandaliorum lata 672
Amynsus, opidum 460
Ἀνὰ λαμπάδα 83
Ananias 442
Ananias cursor 317 *
Anaxarchi supplicium 717
Andreas Apostolus 456. 503 745. ejus Acta 747. Evangelium 338. * De illius vita scriptores 758
Andreas Cretensis 45
Andronicus 542
Angeli apparent cum lumine 22. 33. preces & eleemosynas hominum offerunt Deo 24. dolent hominibus in peccata relabentibus, pœnitentibus lætantur 569
Animam tuam, h. e. teipsum 70. 109
Anna Mariæ mater 19. 26. 67. num semper virgo 74
Annas scriba, ejus filius 161 206
Anni à mundo condito ad Christum natum 279. 297 298
Antaradus Insula 425
Anthimus 487
Antiphanes 501
Antonius 244
Ἀπεσμήξαντο 79
Aphrodisianus Persa 44
Apocalypsis S. Johannis quando scripta 535. inter Canonicos libros à quibusdam omissa 749. 959. legi & explicari interdicta 961
Apocalypsis Apocrypha Abrahami 940. Adami ibid. Allogenis 952. Cerinthi 955 Eliæ 940. Esaiæ ibid. Esdræ 936. 938. 952. Johannis, diversa à Canonica 953. alia miraculosis Cæcilii commentariis illustrata 961. Hermæ 966. Mesi 952. Nicothei 952. Patriarcharum & prophetarum 938. Pauli 943. 954. alia recentius conficta 948. Petri 940. Stephani 965. Thomæ 965. Zoroastris 952. Zosimæ 952. Zostriani 952

Digitized by Google

Apocrypha, i. e. arcana, divina 960
Apollo 930
Apostolicorum Acta Apocrypha 748
Apostolorum Canones 932. 138. 749. 950. Concilium Hierosol. 803. 920. Constitutiones 145. 759. 932. Διαταξεις ibid. Διδασκαλιαι, διδαχαι, Doctrina 811. 950. 986. Evangelium 340. Fragmenta a Steph. Prætorio edita 928. Liber, Laus Apostolorum 138. Apostolorum Liturgiæ 314.* 983. Liber, Memoria Apostolorum, 756. 814. Liber, Passiones Apostolorum, 138. Præcepta 932. Prædicationes 811. Sortes 138. Symbolum 642. 710. 934. LXX. Sententiæ 933
De Apostolis eorumque vita scriptores. 758. 793. 827. seq.
Apostolica Orbis divisio. 516.
Aporacticorum Acta Apocrypha 748
Aqua amara convincendis adulteris 102
Aquila 426
Arbor misericordiæ 274
Arcani Disciplina 912
Aristodemus 575
Arphaxid 608. 618. 629. 638.
Arterias contundere 717
Asini cultus Judæis objectatus 3
Asterius 824
Astaroth 670
Astyages Rex 648
Athletæ oleo ungi soliti 535
Atticus 560. 568
Auctor de baptismo hæreticorum 792
Auctor operis imperfecti in Matthæum 152
Ave 900
Augustini, Epistola ad Cretium 307
Aurem vellere 165
Jac. Aymarus 87

B & V permutantur 541
Baaladad 685
Balneum 463. 497
Baptismus in nomine Trinitatis 459. 505. 580. in nomine Christi 530. oleo administratus 720. 755. 822. ex lagena 510. σφραγις 332. * 537. 700. 822. φωτισμος 537. 678. fons sanctificationis 565. signum Salutis 701. redivivi baptizati 294
In baptismo Christi apparens ignis 347.* 800.
Baptismus lacrymarum 540

Digitized by Google

Barcabæ f. Barcob Prophetia 343
S. Barnabas 930. ejus passio. 781. 986. Epistolæ pars posterior, est ei tributa διδαχὴ 812. vel Liber judicii de duabus viis 802. seq. Barnabæ Evangelium Apocryphum. 341. 370. *
Barrabas 255
S. Bartholomæus 669. mortis genus* 685. 686. 807 Evangelium ei tributum 341
Basilica in honorem Simonis & Judæ exstructa 635
Basilidianorum Apocrypha 343. Evangelium Basilidis 342
Βασιλικὸς 254.
Batillum 716
Benedictio sacerdotalis in conjugio 101
Berecynthia 712
Berith. idolum 671
Beronice 252
Bethlehemitici infantes 117
Theodorus Bibliander 53. 68. 71.
Bibliotheca pro libris S. Scripturæ 295
Bibliotheca in templo Hierosolymitano ibid.
Blasphemare Christum jubebant persecutores 529. seq.
Bonus, pro formoso 549
Brontologia 952
Byrrhus 584

Cæcilii commentarii in Apocalypsin Apocryphum Johannis 961
Cæsaries, de mulieribus 501
Caiphæ Pontificis Acta 168
Calamis confractis 693
Calandologia 952
Calebi, Kaliusus 190
Caliga 410
Callimachus adolescens 542
Calliopa 495
Callista 492
Callistus primus Nicææ Episcopus 466
Candace Regina. Candaces Evnuchus 638. 650
Canes, dæmones 435. seq. 465
De canone Novi Testamenti, scriptores 382 *
Canones Apostolorum 138. 749. 950
Capit. pro congruens est 382 *
Capita Sanctorum rapiata 588
Captivi, diebus festis soluti 255
Carpiani 475
Carpocratis Evangelium 348
Carruca 477
Centurio 254. 261. 982
Cereorum usus in sacris 651
Cerinthus, Merinthus 343
Cerinthianorum Apocrypha ibid. Evangelium 344. 348

Digitized by Google

Cerinthi Apocalypsis 955
Certamen, pro Martyrio 745
Chami Prophetia 343
Charinus & Lenthius Simeonis filii 275.293.294
Leucius Charinus. vide Leucius hæreticus.
Charisius 705
Chrisma post baptismum 566
Christianorum conventus antelucani 582. in sepulchris 548
Christianissimus Rex Æthiopiæ 653
CHRISTUS fueritne triennium in Ægypto 187. faber 200. literas edoctus 128. 166. 207. nihil scripsit 304* dicta ejus 321*-335. scriptura in terram 315. Epistola ad Abgarum 318. 983. 688. Epistolæ de cœlo lapsæ 308-314. Hymnus 307. libri ad Petrum & Paulum 305. Liturgia 314.* alia quædam 303* libri XXVII. 321. Christi præputium 171. præsegmen umbilici, ibid. Num mortem timuerit 279. descensus ad inferos 710. 642. 282. seq. 724 an ejus persona latuerit Diabolum 280 à Tiberio Imp. colendus svadetur 217. Christi fasciæ 173. latus transfossum 259 Miracula vide *Mirac.* De genere Christi narratio Apocrypha apud Svidam, 19 50. 371
Clavatum colobium 671. 672
Claudiani Mamerti locus, de Apocryphis 890
Claudius Tiberius 213
Clemens Episcopus Romanus 429. ejus parentes & fratres 426. mater Matthidia 984. Clementis didascalia. 811. Recognitiones 136. 759 Constitutiones Apostolicæ 145. 759. non est auctor pastoris Hermæ 969
Clementis Alex. liber quis dives salvetur 536
Clemens Alex. ab Abdia laudatur 597
Cleobii libri 140. dogmata 920
Cœpit venire, pro venit 895
Cogendus ad religionem nemo 519. 625
Collactaneæ 33. 494
Colobium 671
Columba candida in Christum baptizandum descendens 211
Columna lucis & fumi 172
Columnæ vitigineæ 425
Concilium Hierosolymitanum 594. 803. 920
Confessio peccatorum 492
Confiscare Pontifices 635
Conjugii abstinentia 438. 489 508. 586. 543. 731. 555. 713. 709.
Conjugium crimen non habet

Digitized by Google

bet 656. 470. 662. 663
Conjugum abstinentia tempore jejunii 656. ex consensu 543
Consobrinorum conjugium 470
Consolor, passivè 448
Cordi inscribere 316. 655
Corinthiorum Epistola ad Paulum 920.
Coronarum usus in nuptiis 469
Cratinus 463
Crato Apostolicæ scriptor historiæ 388. 628. 931
Craton alius Philosophus 557
Crispus 244
Crucis Christi inscriptio 260
Crux in cœlo visa 289. Crux Petri inversa 439. Audreæ 512
Crucifigere clavis vel funibus 511
Elogium Crucis 440
Signaculum Crucis 275. 455. 468. 507. 530. 576. 577. 984. 588. 621. 623. 643. 700.
Cyrici & Julittæ martyrium 953
Cyrus 238. 244

Dæmon Æthiops 489. canis 435. 465. draco 195
Dæmones catenis igneis ligati 518. oniropompi 243. 981 coacti idola comminuere 634. 681. 717.
Dæmoniaci 178. 632. &c.
Datam 238
Deæ & Dii 362
Debilis 718
Δεδικαιωμένη domum abiit 78. 113.
Demetrius 460
Depositio testimonii 371
Desposynorum narratio de genere Christi 345
Devotus pro Christiano 653
Dextri Chronicon 838
Diaboli peccatum 647
Diaconos 625
Diana 495. ejus templum 573
Dictithii scripta 940
Didascaliæ, διδαχαὶ, διατάξεις Apostolorum 144. 811
Dies magna 68. 109
Diutissime gravit 455. 416. 514. 568
Doctrina Apostolorum 811
Domine quo vadis 438. 792.
Dona respuunt Apostoli 477. 478. 497
Dora opidum 423
Doxologia 125
Dromedæ 615
Drusiana 542. mortua 547. suscitata 554
Dupla munera Deo oblata 67

Ebionitarum Evangelium 346. 348 *360. 367. Acta Apocrypha Apostolor. 762 hæresis à Philippo extin-

Digitized by Google

cta 741. 986
Edessa 317. 319
Εισοδος και συνοδια 99
Elcesaitarum liber de cœlo lapsus 313. 373.*
Elephantiasis 667
Eliæ literæ ad Joramum de cœlo missæ 308. Apocalypsis 342* Eliæ & Henochi adventus 291
Eliesser 244
Enallage casûs 101. 241. 468. 566. numeri 915
Encænia 20
Encratitarum Evangelium 349 Acta 748
Εν τῃ Επιστολῃ in hâc Epistola 919
Ephidama 503
Επιβασι 367*
Epiphanius 32. 369.* 763. 923. 943
Epiphanius Monachus & presbyter 43. 44
Epistolæ de cœlo lapsæ 308-314
Epistolæ, de una Epistola 915
Epistolas inscribentes nomen suum præponebant 842. 892. 899
Epistolæ *Pauli* cur quatuordecim 862. 866
Epistola ad Ephesios an etiam scripta ad Laodicenses 856 num sit Epistola Cyclica 858. Epistola ad Corinthios data spectabat universos Achæos 896. signum Epistolis Pauli impressum 918. Pauli Epistolæ ab hæreticis interpolatæ & rejectæ 922 seq.
Epistola Apocrypha *Christi* ad Abgarum 318* 983 Epist. de cœlo lapsæ 308-314. S. *Mariæ* ad Ignatium 834. 843. ad Messanenses 844. 849. ad Florentinos 851. Epistola tertia *S. Petri* 905 Petri binæ ad Jacobum 906 Epistola sub Petri nomine ad Pipinum 913. S. *Pauli* ad Laodicenses 853. 873. editiones ejus & versiones variæ 863. seq. Epistolæ Pauli & Senecæ 880. 892. eædem quas veteres olim legerunt 881. editiones 891. altera ad Philippenses 914. prior ad Ephesios 915. falsa Epistola ad Thessalonicenses sub Pauli nomine jactata 917. prima ad Corinthios ante binas quas habemus Canonicas exarata 918 etiamnum fertur apud Armenos 920. Arabibus plures Pauli epistolas esse tradit Kirstenius ibid. Epistola Lucæ ad Galenum 925. Ioannis Evangelistæ ad Hydropicum 926

Digitized by Google

Esaias serra dissectus 342. ejus Anabaticum sive Apocalypsis. 940
Esdræ liber quartus 938. Apocalypsis 952
Evæ Evangelium 349 *
Evangelia cur quatuor 382
Evangelistarum insignia 383*
Evangelicis codicibus tributa vis miraculosa 490. 499
Evangelium *perfectum*, de quatuor Evangelus Canonicis 188
Evangelium *Matthæi* num Hebraice scriptum 355. 668 cum Evangelio Nazaræorum confusum 368. corruptum ab Ebionitis, Cerinthianis, Carpocratianis &c.
Evangelium *Marci*, Petro tributum 375 *
Evangelium *Luca* tributum Paulo 372. * interpolatum à Marcione ibid.
Evangelium *Johannis* versum Hebraice 344 *
Evangelium dicitur quodlibet scriptum Novi Test. 373
Evangelium Apocryphum secundum *Ægyptios* 335. * 361. *Æternum* 337 * Varia hoc nomine 338. *S. Andreæ* 338* *Apellis* 339. 939. Duodecim *Apostolorum* 339. * idem cum Evangelio ad Hebræos & Nazaræorum 340 * 351. *S. Barnabæ* 341. 370 * *S. Bartholomæi* 341. *Basilidis* 342. 939 *Carpocratis* 348. 983. *Cerinthi* 344. 983. *Ebionitarum* 346. diversum à genuino Matthæo 348. * & ab Evangelio Nazaræorum, 360. 367. *Encratitarum* 349. *Evæ* 349 * *Gnosticorum* 350 * secundum *Hebræos* 351. Evangelia quæ falsavit *Hesychius* 137. 351* Protevangelium *Jacobi minoris* 39. num ab Orientalibus Ecclesiis pro Canonico habeatur 53. 57. Græce scriptum 56. 112. seq. editiones 66. Evangelium *Jacobi majoris* 351 * Evangelium *Infantiæ* sub *Jacobi* nomine 149. Evangelium *Judæ Thaddæi* 336. 379* *Judæ Ischariotæ* 352* *Leucii* 353* Evangelia quæ falsavit *Lucianus*, ibid. & 983. *Manichæorum* 140. seq. 354. *Marcionis* 372* 355. *S. Matthæi Hebraicum Nazaræorum* 356 an Græce versum ab Hieronymo 365 * 368. num adhuc exstet MS. 370. *Matthæi de nativitate S. Mariæ* 2. *de infantia Christi* 149. Evangelium *S. Matthiæ* 136. *Nicodemi*, idem cum *Actis pilati* 215. auctor

Digitized by Google

ctor non est Gregorius Turonensis 226. non legitur apud Coptos in missis 230 editiones 233. seq. 981. Evangelium *S. Pauli* 372. *Perfectionis* 673 * *S. Petri* 374. 801. 802. an idem cum Evangelio infantiæ 154. vel cum Evangelio secundum Hebræos 370. *S. Philippi* Evangelium 376. num duplex, Gnosticorum aliud aliud Manichæorum 377. Evangelium *Simonianorum* ibid. secundum *Syros* 377 * *Tatiani* διὰ τεσσάρων, ibid. & 349. diversum ab Evangelio secundum Hebræos, ibid. & ab Harmonia duplici Evangelica quæ extat sub nomine Tatiani & Ammonii 378 * Evangelium *S. Thaddæi*, 379 * *S. Thomæ* 131. seq. 351. 354. 379. * 954. num duplex, Gnosticorum aliud, aliud Manichæorum 152. Evangelium *Valentini* 380. *Veritatis* ibid. *Vivum* 381 *

Evangelica Harmonia Ammonii 378 *

Recentium scripta quædam, Evangelii titulo edita 339

Proprinomium Evangelicum 382

Eucharistia celebranda à jejunis 656. sub utraque specie 565. 726

Eugenius 560. 568

Evodius Uzalensis 769

Euphœnissa 650. 653

Euphranor 650. 653

Eusebius Cæsareensis 360

Eustathius Antiochenus 63. 88. 90. 120.

Eutropius 391

Eutychus 447. 486

Ἐξεγγύησις 582

Exous 471

Ezechielis loca 333. 523

Iacobus Faber Stapulensis 869. cum Ioh. Fabro Viennensi Episcopo confusus 885

FAbulæ Judæorum allegoricæ 334 *

Faciem palmis cædere præfiscini 486. 539

Famen 301

Fascinatio 182. seq.

Faustinus 426

Faustus ibid.

Feregas 454

Filius Dei, servus Patri obediens 648

Flagellis cæsi in crucem agebantur 258. 977

Flagella vitis 334

Fœdera quatuor Dei cum hominibus 385

In fornace ardente servati 190
Fortunatus 547. 552.
Frater 893
Fullo 607
Fulmentæ 672
Fulvianus & Fulviana 666

Gallicismi in Evangelio Nicodemi 246. 253
Gamaliel 238
Gelasii decretum de Apocryphis 65. 135. seq. 154. 222. seq.
Genealogicæ ἀναγραφαί 67
Gentes omnes, toute sorte de gens 253
Georgii Martyrium 953
Georgius Nicomediensis 47
Germanus CPol. 47
Gestatorium 620
Goliathi nomen varie scriptum 660
Gradus altaris 27. 84. templi 26. seq. 594. 763. graduum Psalmi 26. Vide & Ioh. Bonam c. 15. de divina Psalmodia.
Gratia, pro sacra cœna, 486. 702
Gundaphorus Rex 821. 691. Thomæ factus Diaconus 703

Hæreses septem Judæorum 602
Hegesippus 430. 597. alter junior 298
Henochi & Eliæ adventus 291
Hermæ Pastor 966
Hermogenes 517
Hermupolis 187
Herodes filius Archelai 528
Hippolyti didascalia 811
Hippolytus Thebanus 47
Hirtacus 654
Hosianna 240. 605
Hyperboles exempla 322. 334
Hypathiani 343
Hystrix 683

Iacobus 244. plures hoc nomine 598
Iacobus major 516. cum baculo & concha pictus 520. ejus Evangelium Apocryphum 351 *
Jacobus minor 591. ejus abstinentia 599. seq nomen Oblias 600. Episcopus Hierosolymorum 598. an Pontifex Max. 599. ejus liturgia 57. 314. * Protevangelium vide *Evangel.*
Jamnes & Mambres 249. 342* 622. 982
In Idolis credita præsentia Deorum 633
Jejunium 40. dierum 69. diebus festis non jejunandum 70
Jeremiæ Prophetæ loca 523
Ignatii Epist. ad Mariam 841

Digitized by Google

Iotus Epistolæ ad Smyrn. 359
Incendere 480. 674
Incensum duplex 86
India triplex 669
Indignorum etiam misereri 491. 502. 615. 624
Infantes in cunis vel utero matris loqventes 169
Infantiæ Evangelium 128. seq. 149. 156. 159. 168. 212. 353 *
Ex inferis reducti à Christo fideles V. T. 274. 285. 287 291
Injuria 550
Inquieta 577
Insulæ in urbe 902
Intelligibiles anni 25
Intendo, pro intelligo 246
Invidere, pro non videre 621
Invitus non convertitur 519
Invocationes hæreticis familiares 823
Joachim 19. 67. Pastor, non sacerdos 75. etymon. 60.
Joannes Baptista ab Herode ad necem quæsitus 118. cœlebs 586
Joannes Apostolus 531. 484. 984. Epistola ad hydropicum 926. Evangelium & Apocalypsis, vide in *Ev.* & *Apoc.* liber de transitu Mariæ 45. 60. 138. 352. 983. Liturgia 314. * Acta 589. 765. Joannis perdix 774. 767. Ætas Joannis 533. 581. mors ibid. sepulchrum 584. 589. 985. Ephesi Metropolitanus 534. in dolio ferventis olei mersus evasit ibid. Juvenem lapsum revocat 537. seq. suscitat mortuos 567. 551. seq. poculum veneni haurit 576. cœlibatus 586. an sponsus in nuptiis Canæ Galilææ 587
Joannes Martus de passione Barnabæ 781
Joannes Damascenus 46
Joannes Thessalonicensis 44. 45. 971.
Joppe 408
Josephus an grandævus cum Mariæ desponderetur 31. ejus liberi & uxores 32. 103. 197. faber 87. 200. seq. cum ramo virente pingitur 31
Josephus Josephi F. 104
Joseph, Iose, Joses, idem nomen! 104
Josephus Caiphas 168
Josephus Arimathæus 263. 269. ejus adventus in Britanniam & Epistolæ 270
Josephus Historicus 607
Josephus Tiberiensis 369
Iphidamia 503
Iphigenia 653. 654.
Isaac 244
Isaschar Pontifex 80
Isidorus de vita & morte sanctorum

ctorum 561
Judas 244
Judas Thaddæus 608. 930. martyrium 634. ejus Evangelium 136. 379*
Judas Iscchariothes 197. Simon etiam dictus 985. ejus Evangelium 352*
Judicia quævis capitalia Judæis tempore Christi non ademta 245
Judith ancilla 71
Jusjurandum per salutem geniumque Principis 242. 244. per terram 245. tactis sacris & Evangeliis 267
Justitia, pro benignitate 8

Κώδωνες duodecim in tunica talari Pontificis Max. 86

Lamina aurea in fronte Sacerdotis summi 77
Latrones cum Christo crucifixi 186. 258. pœnitens latro 260. 292
Latus Christi transfossum 259
Lazarus 281. 283. ejus appulsus in Massiliam, libri eidem suppositi 982. seq.
Legiones 665. angelorum & dæmonum 285
Lenthius & Charinus Simeonis filii 275. 293. 294
Lentuli Epistola ad Senatum Rom. de Christo 301*
Leonides 767
Leontius, Leuticius &c. 768
Leontius servus 497
Leopardus 482
Leprosi 180
Lepra causa divortii 193
Lesbius Procos 488
Leucius hæreticus 15. 17. 41. 42. 137. ejus Evangelium 353.* Acta Apostolorum nominibus edita 542. 555. 768. 804
Leucius Catholicus 42. 768
Levi sive Lebbæus 636. & in addendis.
Levitica benedictio 719
Lex, pro quovis scripto V.T. 373
Liber Vitæ 571
Liber duæ Viæ 802
Libri, pro ἁγιογράφοις 209
Libri reperti in monte Granatensi 352. 961
Licinianus 308
Lingvarum donum in Apostolis 642
Linus de passione Petri & Pauli 773. 452. 454. seq. 887. editiones 776. seq.
Literarum Hebraicarum significatio 207
Liturgiæ Christi Mariæ & Apostolorum 314.* 983
S. Longinus 259
Longinus alius 453
Lucas 454. ejus Evangelium &c

Digitized by Google

& Acta. vide *Evang.* & *Acta.*
Lucas sive Lucius præceptor Galeni, ejusque ad hunc Epistola 925
Lucianus falsans Evangelia 353* 983
Lucianus confessor Pauli martyris nomine Epistolas dans lapsis 926
Lucina 455
Luctus tempus apud Hebræos 123
Lunæ imago in quadriga boum 632 Lunatici 674
Lysias centurio 521
Lysimachus 473
Lystra 445

MAcarii Alex. de exitu animæ justor. & peccatorum 949
Magi ad cunas Christi venientes 113. seq. 173
Magia Christo blasphemè impacta 296. 305. 417. ejus discipulis 473. 481
Magiæ addictus Nero 431
Magici libri demersi 520
Magicis vinculis constringere 517
Magister 900
Maledictum, pro homine maledicto 73
Maledictus qui non excitat semen in Israël ab 73. 971
Maleficiare 695
Malta insula 448
Malum pro malo non reddendum 554. 808
Mammon 564
Manazara 722
Manna ex sepulchro Joannis 985. 590
Manichæorum libri 139. 354. Evangelia 353. * Acta Apostolor. 776. an Epistolam jactarint sub Christi nomine 306. * Scripturam S. an mutilarint vel interpolaverint 307. dogmata 608
Marcellus de actibus Petri & Pauli 433. 440. 778
Marcionis Evangelium vide *Evangel.* Epistola ad Laodicenses 856. interpolatio Epistolarum Pauli 922
Marci Evangelium vide *Evang.* liturgia 314. * 983. Historia Anonymi de Marco 780
Joh. Marcus de passione S. Barnabæ 781
Marcus Patriarcha Alex. 949
Marci & Diadochi liber 953
Mardamne 807
Maria CHRISTI mater, ex tribu Juda 19. ab angelo enutrita 85. ejus votum Virginitatis 28. 35. 83. 675. commercium cum angelis 28. 91. num à Virgine genita 74. num diversa à Maria Jacobi & Joses 592. Mariæ festa

Digitized by Google

festa, ibid. interrogationes majores & minores 355. liturgia 314. Epistolæ 834. Liber de Maria & Obstetrice 108. de transitu Mariæ. Vide in *Johannes Apost.* Evangelium de nativitate Mariæ 2.
Marius *Mercator* 360 *
Maro 424
Mars à Scythis cultus 738
Marsi 638
Martha 252
Maternus Petri discipulus, fabula confutata à Joh. Launojo, & à Balthasare Bebelio in Antiquitatibus Ecclesiæ Argentoratens. c. 2.
Matthæus Evangelista 636. 930. ejus liturgia 314 * Evangelium, vide *Evang.*
Matthiæ Evangelium 136. *Acta* 782. 986. traditiones 784
Matthidia 426. 984
Maximilla 503
Medias 476
Megistus 453
Μειώσεως exempla 114. 764
Mellitus sive *Melito* Laodicenus de passione S. Johannis 788. 400
Membra corporis humani, signis Zodiaci respondentia 814
Mendacium 657
Merces, *χάρισμα* 726
Meretur, i. e. accipit 704
Meroe insula Reginis paruit 650
Mesdeus Rex 705. aliis Smidæus vel Segamus 735
Messiæ temporum felicitas 334
Michael Archangelus 278. 293
Militum vigiliæ & custodia 409. 410
Miracula Christi vera, *ἀγαθοποιϊκά* 162. prædicta à Prophetis 306. in nativitate 106. à Christo infante facta nulla 129. seq. ei afficta 156. seq. 159. seq. 168. seq. 112.
Misceri, de arctissima conjunctione 906
Missa 421. 664
Mons sanctus, pro templo 27
Monumentum in China repertum, 325
Mori Deo 539
Mortuum meum non vivificavi 733
Mulier, de virgine 34
Mundi figura igne dissolvenda 884
Musica cœlestis 570
Mygdonia 705
Myrmene, Myrmidon, 457. 637

NArchia 713. sive Narca 734
Nathanael 737

Digitized by Google

De Nativitate Salvatoris liber 137. de Mariæ. 2. 19.
Natura, pro membris genitalibus 110
Nazaræorum abstinentia 599
Non naturæ sed peccati punitor Deus 22
Nexocharis sive Xenocharis 767
Nicephori stichometria 144
Nicephorus Homologeta 951
Nicias f. Nicetas 426
Nicodemus 249. ei tributum Evangelium, vide *Evang.*
Nicolaus 477. 498
Nimeusis, divitis nomen 562
Noctis vigiliæ 732. 409
Nomina die lustrico imposita 82
Nomina in ignominiam detorta 344
Non omne, i. e. nihil 93
Nuptiarum jus, pro sponsalibus 33
Nuptias præcedens benedictio sacerdotalis 659
Nutrix pro avia 491

OBlias Jacobi cognomēto Obstetrix Mariæ 108. 170
Obliunt 615
Officia pro Officialibus 281
Omnipotentia *Dei* 961. 550
Oppius Centurio 981
Optima ingenia si degenerent fiunt pessima 538
Oracula ambigua 612
Origenianorum Acta Apocrypha 748
Fl. Orobius de Castro 146
Orthodoxographa 776
Osculum pacis 530. pedum 505

Παῖς pro servo 254. 461. 506 693. 698. &c.
Pallium & tunica 577
Palma Christo se inclinans 117
Παραδειγματίσας 97. 111 seq.
Paradisus 72. 645.
Parchor Prophetia 343
Parthenius 454
Particeps agonibus 709
Πᾶσα οἰκουμένη pro Judæa 103
Passeres è luto formati à Christo 161. 198
Pastores in nativitate Christi 170
Patmus insula 535
Patræ 488. & 513. ubi legendum *omnes Patræ*, pro *omnes Patria*.
Patroclus 447
Paulus Apostolus 441. 929. Judæus 764. Saulus 442. 595. civis Romanus 900. tempus martyrii 450. 555. seq. 882. scripta Neroni prælecta 897. ejus Acta, Apocalypsis, Epistolæ, Evangelium, vide in *Acta, Apoc. Epist. Evang.* Ejus εὐαγγέλιον 943. Visiones 948

948. exorcismus Viperæ 925. Prædicatio 797. præcepta 932 De Pauli vita scriptores 793
Paulus Martyr, Cypriani æqualis 926
Pergit facere, pro facit 895
Perietis, pro peribitis 264
Perjurium 658
Persidis duodecim provinciæ 628. 388.
Persida, in nominativo 610. & in addendis.
Personam nullam habentes 614
Petrus Apostolus 402. 928. ejus Evangelium, Epistolæ, Apocalypsis, vide in *Evangel. Epist. Apoc.* Disputatio cum Apione 761. 986. Liturgia 314. 983. Prædicatio 331.* 797. 800. 801. 814. 906. 907. Acta 801. periodi 136. 759. Judicium sive liber duæ viæ 802. præcepta 932
Pheregas 454
Philalethes Eusebianus de passionibus Apostolorum 401
Philetus 517
Philippus Apostolus 736. 986 cum Diacono confunditur 376. Philippi filiæ 741. seq. Acta 806. Evangelium, vide *Evang.*
Philomedes 477
Philopator 493. 494. 496
Philosophia vana, quæ mores non emendat 558
Phinees 244
Photii Bibliotheca 771. 774. libri MSS. contra Manichæos 53. 134. 140. 141. 307.
Physica, Metaphysica, Hyperphysica & Hypophysica 209
Φυτὸν Ἑβραϊκόν 369*
Pilati Acta duplicia 115. Græce MS. 237. 239. relatio ad Tiberium edita ex codice Colbertino. Epistolæ duæ 298. Uxor Procla 242
Piscina pro balneo 497. probatica 291
Plagæ undequadraginta 248
Pleonasmus pronominis 279. comparativi 661
Ποίημα, pro quovis scripto 374
Polemius sive Polymius 674
Polycrates de vitaS. Timothei 812
Porta aurea Hierosolymis 24. 25.
Posse, pro velle 464
Posidere aliquid in terra, Apostolis non licet 617
Gvil. Postellus 57. 365
Prædicationes Apostolorum 811. Petri & Pauli unum fortassis idemq; scriptum 809
Πράξεις, lectiones 142

Digitized by Google

precibus destinatæ horæ 499
primores populi 30
princeps mortis 279, 288. inferorum s. tartari 280. 286. Regina mors 679
priscillanistarum Apocrypha 307. 755. 814. 940.
Prochori Historia de S. Johanne. 815. 927.
Procla Pilati uxor. 242.
Procopii Epistolæ. 557. Procopius in Octateuchum. 569.
Prodebuntur. 485.
Pronomen demonstrativum pro reciproco. 78.
Prophetiæ de Christo. 522. seq.
Propheta verus. 415.
Prostrati terræ, pro, in terram. 462. 485. 500. 619. 620. 622.
Protestari, testari. 607.
Pseustius. 673. 674. Ordericо Vitali Scusticus.
Puer, de sponso. 695. Vide παῖς.
Pythones. 446

Quæstionarii. 511
Quartadecimanorum Acta Pilati. 220. 766. Acta Apostolorum. 766
Quirici & Julittæ martyrium. 953
Quirinus Procos. 479

Radicis vitium. 555
Ranæ rubetæ venenum. 577
Rechabitæ. 606
Refutare, pro rejicere. 494 550. 923. sic confutare. 622
Regnante Domino nostro Jesu Christo. 455. 515
Resurrectionis dies, pro quacunque Dominica. 581
Resurrectio Christi absurdis prætextibus in dubium vocata. 268
Resurrectio spiritalis. 541
Resuscitati à Christo plures quam in Evangeliis commemorantur 563
Rex Hierosolymæ. 201
Rhabdomantia. 31. 33. 87
Ῥοῖσκοι XII, in tunica talari Pontificis. 86
Romæ incendium sub Nerone. 901
Ruben Pontifex. 68

Sabbati religio. 161. 238. 251. 308. *
Sabbatum pro die Dominico 654.
Sacerdos, pro summo sacerdote. 84. 114
Sacerdotes uxorati. 739
Sacrificium (missam) fecit. 421
Salem tinctor. 199
Sallustiani horti. 893

Digitized by Google

Salome. 109. 26
Salutaria. 428
Samuel Pontifex. 91
Alius Samuel. 244
Christoph. Sandius. 230. 337. 857. 926. 942.
Sapor. 707
Sarona. 408
Satisfacere. 367
Scribentes nihil, viri summi. 304. *
Secretarium. 729
Secundi vita MS. 461. 530
Sedulius Scotus. 366
Selenodromia. 952
Seleucus. Vide *Leucius haereticus.*
Semicinctia. 447
Senecæ confictus Christianismus. 888. Epistolæ ad Paulum 892. liber ad eundem de copia verborum. 899
Sennes. 631
Sensus. 706
Septuaginta libri sacri. 297
Sepulchra Judæorum. 262. 548. ad sepulchra & in sepulchris conventus Christianorum. 548. Claves sepulchri. ibid.
Sepulturâ privati impii. 263
Serapion adversus Manichæos 3. 966
Sergius Hierapolitanus. 47
Serpens quinquaginta cubitorum. 483
Servitor. 20
Seth. 278. liber illi tributus. 297
Severus de ritibus baptismi. 347. *
Sexus in divinis. 362
Sibyllina. 300. *
Sicera. 599
Sigilla. 681. sigillaria, sigillicium. 682
Signatica marmora. 635.
Simeon Pontifex. 124. 274. ejus filii Lentius & Charinus. 293. 294. 275
Simon Josephi fil. 104
Simon Iscariotes. 985
Simon Cananæus Apost. 608. 688. 930. 985. martyrium. 634
Simon Magus, Samaritanus. 411. statua illi posita. 419. ejus volatus. 436. libri. 140. Evangelium. 377. num autor tonsuræ clericalis. 697
Solis quadriga. 632. 715
Somnia à Magis immissa. 243
Sophista. 894
Soror, pro uxore. 544
Sortis usus in sacris. 124
Sortes Apostolorum. 138
Sosia. 503
Sostratus. 461. 496
Species, pro gemmis. 558
Spelunca in qua peperit Maria. 105. 170. 194
Spiculator. 530
Spiritus S. mater. 361. * 823
Stachys. 503

Digitized by Google

Stacteus. 568
Stella quæ Magis apparuit. 115. seq 173
Sterilium-piorum exempla. 23
Stibadium cibo capiendo 328
Stichometriæ librorum sacrorum. 143
Statocles. 506
Svadere aliquem. 679
Svanir civitas Persidis. 629
Sudarium. 447. 518
Svidas. 19. 370
Summas. 238
Susceptio, δοχὴ, convivium. 271
Sycomorus Pharaonis. 187
Symmachi commentarius in Matthæum. 360
Synope. 463

TAbularii fisci. 615
Tabulis ludere. 567
Tarsus. 443
Tatiani Evangelium διατεσσάρων. Vide *Evangel.* ejusdem liber perfectionis. 373. interpolatio Epistolarum Pauli. 923
Templum. 247. templi gradus. Vide in *grad.* pinna. 605
Templorum in Svanir LXX. Pontifices. 629. Persarum templa. 631
Templum Annzonum. 984 Dianæ. 573. Solis. 631. Astaroth. 670 Johannis Apost. 580. Resurrectionis. 652. 985
Tempus novorum. 630
Terniones flagellorum. 510
Terra virgo. 677. & in addendis.
Testamentum XII. patriarcharum. 939
Theclæ & Pauli Acta. 794
Theocritus centurio. 521
Theodosius MS. in Dionysium Thracem. 954
Thesaurus. 117
Thessalonica. 479
Thomas Apost. 687. 930. Didymus 687. dictus etiam Judas. 820. ejus Evangelium. Vide *Evang.* Acta 819. 689. Apocalypsis. 965. scriptores de Thoma. 827
Tiberius Imp. Claudius, 213 Christum colendum svadet 217. ejus pro Christo rescriptum. 298
Timotheus primus Epheli Episcopus. 534. ejus martyrium. 813
Tinctor. 156. 167. 199
Titulos triumphatorios imponere. 678
Titus. 454. ejus Acta. 831
Titus Bostrensis contra Manichæos. 3
Tomus Chartæ. 270. 276
Tonsura Monachalis & clericalis. 696. 697. 709

Digitized by Google

Estote probi trapezitæ. 330
Treptia. 720. alis Tertia. 734
Trinitas. 505. 465. 485
Tristega. 473
Trophima. 489
Tunica & pallium. 579. utroque usi Apostoli. 672
Turibii Epistola. 754
Tyrannus. 446
Τζόχα. 167

VArardach. 610
Vas Diaboli 480. immunditiæ. 546
Vas electum. 443
Vaticanus mons. 440
P. Vatienus. 897
Vatillum. 717
Uchamus. 317.*
Velamen sacrarum Virginum. 660. 662
Velum duplex in templo Hierosol. 89. seq.
Veronica. 252
Verus colo. pro purpureo. 90 adde Svicerum in ἀληθινός.
Verus Propheta 415
Verba non curat philosophus 897
Vestium Apostolicarum vis miraculosa. 579
Vestium substratio. 239. expressio à fullone. 607
Vestis Christo à militibus injecta. 258
Vestes Israëlitarum non veterascentes. 673
Via, pro doctrina. 442. 488
Viator, pro comite. 724.
Victor Capuanus. 379
Vigiliæ militum. 409
Virginitatis votum, vide *Votum*.
Una Sabbatorum, i. e. prima. 447. 263.
Unctio sacra. 278. post baptismum. 566
Unctio athletarum. 535
Vocari, i. e. esse. 93
Votum 20. 23. 75. Virginitatis. 28. 654. 662
Vultus splendentes Apostolorum. 470. 480

XAverii Historia Christi. 301. 381.* Petri 828.
Xenocharis. 767
Xerophagia. 500
Xerxes. 615. 616. baptizatus. 628.

Ὑπόστασις ἀπιστίας 326.

ZAbaria. 520
Zacharias Chrysopolitanus. 370
Zachæus. 412
Zachæus Christi præceptor. 129. 165. 207.

Digitized by Google

Zacharias pontifex, 29. 85. 119. occisus. 120. 342. Vestigia cruoris ejus. 46. 47. 122. seq. Similis narratio. 126
Zæta pro dieta, & similia. 569
Zaroës Magus. 608. 618. 629. 638
Zainune i. e. Zeno, ut Nairune Arabibus est Nero. 205
Zebeus. 622
Zenas de vitâ S. Titi. 151
Zoroaster. 173
Zotheca. 569. 570
Zuzanes. 712. aliis Ozazvus. 734

FINIS.





Digitized by Google



Digitized by Google